UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/comoediae05aris

LGr
A716I

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ
ΚΩΜΩΙΔΙΑΙ

ARISTOPHANIS
COMOEDIAE

AVCTORITATE LIBRI PRAECLARISSIMI
SAECVLI DECIMI

EMENDATAE
A
PHILIPPO INVERNIZIO
IVRISCONSVLTO ROMANO

ACCEDVNT CRITICAE ANIMADVERSIONES SCHOLIA
GRAECA INDICES ET VIRORVM DOCTORVM
ADNOTATIONES

VOLVMEN V

COMMENTARIOS INTERPRETVM COMPLEXVM

CVRAVIT
CHRISTIANVS DANIEL BECKIVS

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
ϹΙϽΙϽϹϹϹΧΕ

COMMENTARII
IN
ARISTOPHANIS
COMOEDIAS

COLLEGIT DIGESSIT AVXIT
CHRISTIANVS DANIEL BECKIVS

VOLVMEN III

COMMENTARII IN RANAS
ET AVES

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
CIƆIƆCCCXI

2143
t

PRAEFATIO.

Complecti hoc volumen non potuit nisi commentarios in duas Comici fabulas, quibus quum copiosam scripturae varietatem ex editionibus XIV. accurate enotatam adieciſſem (conferre enim nunc demum licuit Gelenii editionem), ne nimia moles fieret voluminis, seponere nunc quidem coactus sum disputationem de Aristophanis ingenio, sequuturo volumini praemittendam. In variis enim lectionibus omnibus, etiam vitiosissimis, adferendis hoc spectaui, vt certo intelligeretur, quae editionum ratio esset et necessitudo. Apparet enim, opinor, duas earum esse omnino familias, ad quarum alteram pertinent Aldina, Iunt. I. et III., Cratandr. Venetae (quarum secunda Farrei est), Wechel. Brubach. Rapheleng., ad alteram Iuntina II. Gelen. Port. cum minoribus Lugd. Bat. et Amst., esse quaedam singulis vtriusque familiae edd. propria et vitiosa et emendata, pleraque communia, Cratandrum expressisse Aldinam, Raphelengium Venetam I.; nec Iuntinae III. nec Farreanae tantum esse,

quantum vulgo ſtatutum eſt, pretium, vtrique multa ineſſe et grauia vitia; Brubachium habere quaedam ſingularia; Portum ne ea quidem ſequutum ſemper eſſe, quae a Gelenio iam correcta erant; multum operae ab iis, qui Lugduno-Bat. editionem curarunt, impenſum eſſe, minus ab Amſtelodamenſibus. Haec aliaque eius generis quum clarius nunc pateant, in varietate ad eas, quae illuſtrandae reſtant, fabulas colligenda multo breuior ero, etſi nihil, quod memorabile ſit, praetermittam. In commentariis conſcribendis vſus ſum iis copiis omnibus, quae aderant, et ſuppleui in Var. Scr. vel pauciſſima, quae effugerant meam diligentiam, vel nonnulla ſerius prodita. Vellem me vti etiam Schneideri V. C. commentario ad luculentam, quae modo exiit, Hiſtoriae animalium ab Ariſtotele ſcriptae editionem in Auibus potuiſſe. Vſus certe quidem ſum iis, quae ad auium ſingula nomina et genera illuſtranda tum Schneiderus alibi tum Camus adtulerant. Sectatus autem ſum eam breuitatem, quae et perſpicuitati interpretationis et conſiliis horum commentariorum conueniret. Scr. Lipſiae in mercatu vern. MDCCCXI.

ELENCHVS CODICVM COLLATORVM, EDITIONVM SEPARATARVM, VERSIONVM ET INTERPRETVM HARVM FABVLARVM.

I. RANAE.

Codices, vnde variae lectiones vel omnes vel nonnullae afferuntur, sunt *Vaticano-Vrbinas, cod. Paris.* MMDCCXII. *membranaceus*, *chartaceus* MMDCCXVII., *bombycinus* eiusdem bibl., *Brunkianus* bombycinus, et *quintus* a Brunkio serius inspectus codex, *Elbingensis* a Trendelenburgio, et *Bavaricus* ab Ammonio collati, *Baroccianus* 127., *Rauennas*, *Borgianus*, de quibus omnibus alibi dictum est.

Editiones huius fabulae prodierunt graecae hae: cum Pluto, Bas. ap. Froben. 1524. 4. et Traiect. ad Rhen. 1561. 4. — cum Pluto et Nubibus, per Conrad. Neobarium, Par. 1540. 4. — cum Pluto, Nebulis et Equitibus, in vsum scholarum, L. B. 1596. 12. — Ranae Hagenoae ap. Io. Secerium 1528. 8.

Aristophanis Ranae. Edidit, commentario illustrauit, varietatem lectionis, scholia graeca indicemque verborum et rerum adiecit *Ioann. Georg. Christian. Höpfner* (Prof. Lips.). Volumen I. (graecum textum, cum var. lect. scholiis gr. et praefatt. continens) Hal. Sax. ap. Gebauer. MDCCXCVII. XLVI. 198. pp. 8. maj. (secundum volumen non prodiit).

In *I. C. Volborthi* Chreſtomathia comica graeco - latina, Gött. 1777. integra haec fabula legitur, et duo chori in *Köppenii* Florilegio (griech. Blumenleſe III. p. 100. ſs.).

Praeter reliquos omnium aut plurium fabularum latinos interpretes latinis eam verſibus expreſſit ſcholiisque illuſtrauit *Lamb. Hortenſius*, L. B. 1561. 4.

Anglica verſio eſt: The Frogs; a Comedy. Translated from the Greek of Ariſtophanes, by *C. Dunſter*, Oxf. 1785. 4. (cum adnotatt. quibusdam).

Germanicae: *Die Fröſche*, ein Luſtſpiel aus dem Griechiſchen des Ariſtophanes. Aufgeführt zu Athen etcc. (interprete *Schlaſſero*) Baſil. 1783. 8.

Die Fröſche, eine Komödie des Ariſtophanes metriſch verdeutſcht und mit Anmerkungen begleitet von Prof. *Conz*. (in Wieland, Hottinger und Iacobs Neuem Attiſchen Muſeum, vol. II. Partic. 3.). Excerpta e fabula hac, iudiciis additis, dedit *Clodius* (Verſuche aus der Literatur und Moral, Partic. III. p. 434 — 484.).

II. AVES.

Codices praeter Vaticanum et Rauennatem (ex Borgiano enim, quamquam is *Aues* habere dicitur, varietatem Innernizius non attulit) collati a Brunkio sunt codd. *Paris. membranaceus* MMDCCXII., *chartaceus* MMDCCXV., *chartaceus* item MMDCCXVII.

Separatim prodierunt: *Aristophanis Aues* graece. Recensuit et perpetua adnotatione illustrauit *Christian. Daniel Beck.* Lipsiae, sumtu Crusii MDCCLXXXII. 188. pp. 8. Emendata in his, qui nunc prodeunt, commentariis plura sunt, perperam olim dicta.

Versio gallica *Boiuinii* vna cum Sophoclis Oedipo ab eo verso prodiit Par. 1729. 8. Inde in vernaculum sermonem sunt translatae in (Herwigii) Journal für Freunde der Religion und Literatur, Augsb. 1779. 8.

Die Vögel nach dem Aristophanes von *Göthe*, in eius Opera m P. IV. L. 1787. (non tam versio est quam imitatio).

Die Vögel des Aristofanes, übersetzt von *C. M. Wieland*, in dem Neuen Attischen Museum, herausgegeben von Wieland, Hottinger und Jacobs, Vol. I. Partic. 3. p. 49 — 158. et Vol. II. Part. 1. p. 107 — 163. Quam promisit Wielandius commentationem de ingenio et consilio huius fabulae, ea nondum prodiit.

Excerpta dederunt *Clodius* (Versuche aus der Litt. und Moral II. p. 238. ss.) et *Boivin* (Discours pour servir de préface à une traduction de la comedie des Oiseaux d' Aristophane, dans les Mémoires de l' Acad. d. Inscr. de Paris T. IV. p. 549. ss.).

In *Iortini* Commentatt. varii generis (Tracts philological, critical and miscellaneous by *Iohn Iortin*) T. II. p. 60. ss. hae

propositae sunt coniecturae: V. 718. ἄνδρες — 750. verbi ἀπεβόσκεσθαι vsus trop. illustratur ex Lucret. III, 11. Hor. Od. IV, II, 27. et Anthol. gr. — V. 839. ἀποδὺς ab eo praeferri videtur. — 975. χεῖρ' non cum vulg. int. pro χεῖρα, sed pro χεῖρες, accipit. — V. 1240. μαιέλλη — δίκῃ legi vult. — V. 1272. (vt olim legebatur) emendat: ὦ κλεινότατ', ὦ τρισσοφώτατ', ὦ γλαφυρώτ. — 1415. καταγελῶν. — 1533. ἄνω μεθ' ὑμῶν. — 1589. ἐπικνῶ in Imper. accipit: *rade*.

COMMENTARII

IN

ARISTOPHANIS RANAS.

In ed. Kuſt. aliisque fabulae praemittuntur haec:

Ἀριστοφάνους Βατράχων Ὑπόθεσις Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου *a)*.

Διόνυσος Εὐριπίδου πόθῳ ληφθεὶς καὶ οὐχ οἷός τ' ὢν ἄλλως θεραπεῦσαι τὸν ἔρωτα, εἰς ᾅδου κατελθεῖν ἠβουλήθη, ὅπως ἐκεῖ τούτῳ ἐντύχῃ. ἐπεὶ δὲ τῆς ὁδοῦ ἄπειρος ἦν, ἔγνω δεῖν εἰς Ἡρακλέα πρόσθεν ἐλθεῖν. οὗτος γὰρ πάλαι, κελεύσαντος Εὐρυσθέως, Κερβέρου χάριν εἰς ᾅδου κατῆει. ἐλθὼν δὲ καὶ πυθόμενος περὶ τῆς ὁδοῦ, ἤκουσε παρ' αὐτοῦ, ὅπως ἄρα δεῖ κατελθεῖν, χαριεντισαμένου πρὸς αὐτὸν πρότερον. Διόνυσος δὲ καὶ πρὶν ἀπαντῆσαι πρὸς Ἡρακλέα, κατ' αὐτὸν ἐσπευάσθη, λεοντῆν *b)* ἐνδεδυμένος καὶ ῥόπαλον φέρων. ὡς οὖν ἤκουσε παρ' Ἡρακλέους περὶ τῆς ὁδοῦ, μεθ' ἑαυτοῦ δοῦλόν τινα ἔχων Ξανθίαν, ἐχώρει πρὸς Ἄιδην, καὶ πρῶτον μὲν ἐντυγχάνει τῇ Ἀχερουσίᾳ λίμνῃ, καὶ ὁρᾷ ἐν αὐτῇ τὸν Χάροντα μετὰ σκάφους, δι' οὗ τοὺς τεθνεῶτας εἰς ᾅδου ἐπέρα. καὶ ὁ

a) Mutilum illud edidit Aldus. In cod. quarto Reg. praefixum eſt absque auctoris titulo, et ex eo lacunam ſupplenit *Brunck.* in Suppl., inde recepit Höpfner. In Ald. Iunt. II. inſcribitur: Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου Βατράχων ὑπόθεσις.

b) λεοντὴν Ald. Iunt. II.

μὲν Ξανθίας οὐκ ἐπέβη τοῦ σκάφους, διὰ τὸ μὴ τὴν ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχῆσαι μάχην· πεζῇ δὲ περιῆει τὴν λίμνην. Διόνυσος δὲ ἐπιβάς, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ βατράχων ἀκούσας μέλη παρὰ τὸν πλοῦν, διαπεραιοῦται, καὶ αὖθις Ξανθίᾳ συγγίνεται, καὶ σὺν αὐτῷ πάλιν ἀψάμενος τῆς ὁδοῦ εὐρίσκει, ἃ Ἡρακλῆς αὐτῷ προειρήκει, δυσχερῆ τινα θεάματα· καὶ τοὺς μύσας παρ' αὐτὰς τὰς πύλας τοῦ ᾅδου χορεύοντας. εἶτα ὡς Ἡρακλῆς εἰσελθών, καὶ μεταξὺ πολλῶν τούτῳ συμβάντων, παραγίνεται πρὸς Πλούτωνα, καὶ ὅτου χάριν ἦκεν εἰπών, ἔσχεν ὑπακούοντα Πλάτωνα c), οὐχ ἵν' Εὐριπίδην ἀναγάγῃ, ἀλλ' ἵν' ἀγωνισαμένων Αἰσχύλου καὶ Εὐριπίδου, ὅστις τούτων ἄριστος τὰ εἰς τέχνην φανείη, τοῦτον αὐτὸς εἰληφὼς ἀνενέγκῃ πρὸς βίον. Τούτου δὲ γενομένου d), καὶ κρείττονος ἀναφανέντος Αἰσχύλου, Διόνυσος τοῦτον λαβὼν ἀνῆλθε.

Τὸ δὲ δρᾶμα τῶν εὖ καὶ φιλοπόνως πεποιημένων. Ἐδιδάχθη δὲ ἐπὶ Καλλίου Ἄρχοντος, τοῦ μετὰ Ἀντιγένη. οὕτω δὲ ἐθαυμάσθη διὰ τὴν ἐν αὐτῷ Παράβασιν, καθ' ἣν διαλλάττει τοὺς ἐντίμους τοῖς ἀτίμοις καὶ τοὺς πολίτας τοῖς φυγάσιν, ὥστε καὶ ἀνεδιδάχθη, ὥς φησι Δικαίαρχος.

Tum sequitur, praefixo Ἄλλως, illud argumentum, quod in ed. Lips. secundum est, quamquam ibi non a praeced. σίχοις separatum: Διόνυσος ἐσι etc. p. 225. l. 13.

L. 13. Kust. et Br. vt vulg. δι' Εὐριπ. π. — εἰς Ἄιδου. Sic e membr. edidi. Vulgo: εἰς Αιδην. v. not. ad Lys. 407. et Greg. Cor. de dial. p. 19. *Brunck.*

L. 14. λεοντὴν Ald. Iunt. II.

P. 226. l. 1. παρασχεῖν e membr. Vulgo παρέχειν. *Brunck.*

l. 3. In ed. Kust. et Br. legitur: δι' ὧν καὶ αὐτός. ὅτε ἐποίησε τὴν πορείαν πρὸς τὸν Κέρβερον, ᾤχετο — δι' ὧν certe praeferendum est lectioni Rau. ὧν, sed reliqua ex interpretamento addita sunt. In Ald. Iunt. II. est δι' ὧν καὶ αὐτὸς (sine ὅτε) ἐπ. τ. π. πρ. τ. Κέρβερον ᾤχετο.

l. 4. ἄλλα et τούτῳ in al. edd. desunt.

---

c) Verba καὶ ὅτου — Πλούτωνα, olim omissa, accesserunt e cod. quart. Reg. „Vides, inquit Brunk., causam omissionis: a priore Πλούτωνα ad posterius aberrauit librarii oculus."

d) Male Höpfn. ed. γινομένου.

l. 7. Vulgatum olim: *συννεναυμαχηπέναι εἰς τὴν* — Brunk. e membr. edidit: *συμμεμαχηπέναι εἰς τὴν* — Praeſtat Rau. lectio.

l. 8. f. Vulg.: *τὴν λίμνην κύκλῳ περιέρχεται* (*διέρχεται* eſt in Ald. Iunt. II.). In Rau. ad *τὴν κύκλῳ πορεύεται* ſubintelligendum fuerit *ὁδόν*. Recte vulg. retinuit Höpfn.

l. 9. Vulg. *ὁ δὲ Δ. δοὺς διώβολον περᾷ* —

l. 11. Br. dedit: *μετὰ ταῦτα δ' ἐν ᾅδου* —

l. 16. f. Vulg. *διὰ τὴν* — *ἄγνοιαν* rectius, quam in Genit.

l. 17. *οὖν* in aliis edd. deeſt.

l. 19. Articulum *τὸν* ante *Πλούτωνα* addidit iam Brunk. e membr.

l. 18. *Περσέφασσαν* in edd. recte. (*Περσέφασαν* Ald. Iunt. II.) Ita, non *Περσέφαλλα* dicitur. — Tum vulg. *περιελθόντες*. Brunk. dedit *παρελθόντες*, et optime ita in membr. legi monet. Vſitatius certe eſt, quam *παραχθέντες* in Rau.

P. 227. l. 1. Al. edd. omn. *ἐν τοιούτῳ δὲ ὁ μὲν* —

l. 2. Optima eſt membr. lectio *ἐξισῶσαι*. Vulgo *ἐξελάσαι*, (Iunt. II. *ἐξελάται*,) vbi quas omiſſas fuiſſe librarii culpa voces arbitrabatur Kuſt. *e)*, ad hunc modum reponit, *περὶ τοῦ τοὺς ἀγαθοὺς τῆς πολιτείας ἐξελάσαι*. Sed fruſtra eſt. Sincera iſta *τὴν πολιτ. ἐξισῶσαι* ſpectant ad fabulae locum 687. vbi ipſiſſimum hoc verbum legitur: *ἐξισῶσαι τοὺς πολίτας*. *Brunck.* Recte mox vulgo legitur: *καὶ τοὺς ἀτίμους ἐντίμους ποιῆσαι*. Male *ἐντίμους* in Rau. deeſt. Tum ante Brunk. edebatur: *χἀτέρων*.

l. 3. In al. edd. inuerſo ordine *διαλέγεται πόλιν*.

l. 6. Vulg. *Αἰσχύλος Εὐριπίδῃ περὶ τῆς τραγῳδίας διαλ.* Inuern. in nota ad h. l. habet *διαφερομενος*, quaſi ſic in textu ideoque etiam libro Rau. eſſet. Sic igitur aut *διαλεγόμενος* in textu Inu. aut potius *διαφερόμενος* in nota, ad errores typogr. eſſet referendum. *Höpfn.* Immo videtur Inu. in ed. Brunk., quam deſcribendam miſit,

e) Eſt locus mutilus, qui procul dubio ſic ſcribendus et ſupplendus eſt: *περὶ τοῦ τοὺς ἀγαθοὺς τῆς πολιτείας ἐξελάσαι*. Reſpicit enim Anonymus locum illum, qui occurrit Antepirr. 759. ſs. *Kuſt.*

non mutaſſe διαλεγόμενος, et διαφερόμ. vera eſſe codicis ſcriptura.

l. 7. ſ. Vulg. Αἰσχύλου τὸ πρωτεῖον παρὰ τῷ Ἅιδῃ ἔχοντος, καὶ τοῦ τραγῳδικοῦ θρόνου· τοτὲ δὲ Εὐριπίδου τῆς τιμῆς ἀντιποιησαμένου. Brunk. edidit (ex ingenio vt videtur vocabulis transpoſitis, ſed recte, opinor): Α. τὸ πρ. π. τ. Α. ἔχ. τοτὲ δ. Ε. τ. τιμῆς καὶ τοῦ τραγ. θρόνου ἀντ. — Ex cod. Rau. βραβεῖον (ſine articulo) praeferendum lectioni τὸ πρωτ. videtur.

l. 10. Edd. vulgg. etiam Br. τὸν Διόνυσον αὐτοῖς ἀκροατήν, ἔκατ.

l. 11. In al. edd. tantum: λόγους ποιεῖται πολλούς· καὶ —

l. 13. Articulus ante Διόνυσος vulgo deerat.

l. 16. In al. edd. verborum ordine inuerſo: τῶν εὖ καὶ φιλοπόνως πάνυ πεπ.

l. 17. Poſt ἐδιδάχθη Brunk. addidit part. δέ, totumque locum ita exhibuit, haud dubie etiam codd. ſuis addicentibus, vt caetera, praeter δέ, reliquae edd. omnes habent: ἐδιδ. δὲ ἐπὶ Καλλίου Ἄρχοντος, τοῦ μετὰ Ἀντιγένη, ἐπὶ Ληναίῳ. Φιλωνίδης ἐπεγράφη καὶ ἐνίκα· Φρύνιχος δεύτερος Μούσαις· Πλάτων τρίτος Κλεοφῶντι. οὕτω δὲ ἐθαυμ. — — Δικαίαρχος. οὐ δεδήλωται μὲν ὅπου ἐστὶν ἡ σπηνή· εὐλογώτατον δ' ἐν Θήβαις. καὶ γὰρ ὁ Διόνυσος ἐκεῖθεν, καὶ πρὸς τὸν Ἡρακλέα ἀφικνεῖται Θηβαῖον ὄντα. „Partic. δὲ e membr. addita. Mox verbis Φιλ. ἐπεγρ. ſignificatur, fabulam hanc non ipſius auctoris, ſed Philonidis, nomine editam fuiſſe. V. Kuſter. ad Schol. Plut. 179. Teſtatur ipſe ſaepius Comicus ſe complures fabulas aliis poëtis edendas dediſſe. V. Nub. 530. Vesp. 1018. Eqq. 513." *Brunck.* Sam. Petitus Miſc. I, 14. hic legit: Ἀριστοφάνης ἐπεγράφη, ſed qui mentem ſcriptoris anonymi non intellexit. V. Nos ad Plut. (Schol.) 179. vbi locum hunc obiter exponimus. *Kuſt.* Scilicet Schol. ibi monet, Philonidis nomen fabulis Ariſt. quibusdam inſcriptum fuiſſe (ἐπιγεγραμμένον enim haud dubie cum Kuſt. ſcribendum) ſiue nomen Philonidis pro Ariſt. nomine in commiſſione fabularum quarumdam a iudicibus (probante ſine dubio Ariſtophane) in catalogo victorum notatum fuiſſe. cf. Schol. ad Ran. 78. *Höpfn.* Verba οὐ δεδήλωται κ. τ. λ. etiam Höpfn. cum Inu. hic omiſit. Leguntur, vt ſuperiora, quae Inu. codicis Rau. auctoritate deleuit, in aliis libris ſcriptis et editis hoc loco, ſed in ed.

Lips. addita sunt primo argumento, quod vulgo metricum habetur.

Sequitur dein in Ald. et aliis edd.

Σκοπὸς τοῦ παρόντος δράματος *f*).

Ὁ παρὼν ποιητής, ὡς ἐν τῷ δράματι Πλούτου τῷ τότε τῶν Ἀθηνῶν ἄρχοντι ὁπωσδήποτε χαριζόμενος, τοτε τὸν Πλοῦτον ἀναβλέψαι φησὶ καὶ πλουτῆσαι τοὺς ἀγαθούς, τῶν Νεφελῶν δὲ τὸ δρᾶμα, τῷ Φαινομένῳ *g*) γράψας, κατὰ Σωκράτους, κατὰ παντὸς συνετάξατο Φιλοσόφου μετεωρσιολόγου καὶ Φυσικοῦ. Σωκράτης γὰρ μετεωρόμενος τὴν ἠθικὴν Φιλοσοφίαν κατεγέλα μεταρσιολογίας καὶ Φυσικῆς, ὡς γράφει Ξενοφῶν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασι, θεολογίας δὲ ὡς ἀκαταλήπτου πάντη ἀπείχετο·) ὡς οὖν τὸ δρᾶμα τοῦ Πλούτου ὑπὲρ τοῦ τότε ἄρχοντος Ἀθηνῶν ἀσυμφανῶς *h*) ξυνετάξατο, κατὰ παντὸς δὲ Φιλοσόφου καὶ μεταρσιολέσχου καὶ ψευδοτύπου *i*) τὸ δρᾶμα τῶν Νεφελῶν· οὕτω καὶ τήνδε τὴν κωμῳδίαν τῶν Βατράχων καθ' ὑποψύχρου καὶ ὑποξύλου *k*) καὶ ἀφυοῦς καὶ ἀτεχνότατα γράφοντος· τῷ μεμηνέναι δὲ οὐ συνιέντος αὐτὸν ὄντα βάρβαρον, οἰομένου δὲ μὴ μόνον ἰσοῦσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ κρείττονα φέρεσθαι τινῶν αἱθερίων ἀνθρώπων. Ὡς τῷ ὑπὲρ Φύσιν *l*) Ὁμήρῳ τὶς ἀνώνυμος ἤριζε Σάτυρος *m*)· Ἡσιόδῳ δὲ Κέρκωψ *n*)· ἢ τὸ πλέον μὲν εἰπεῖν, Εὔρυτος μὲν τοξικῇ, Μαρσύας δὲ μουσικῇ, τῷ Ἀπόλλωνι, Σειρῆνες δὲ Μούσαις καὶ Θάμυ-

---

f) A multis tribuitur Thomae Mag., a quo primum argumentum scriptum dicitur, vnde illi subiecit Höpfner.

g) Vertitur: *in speciem.*

h) H. e. tecta quadam ratione.

i) Ita vulg. ψευδοτόπου correxi. Nam intelligendus est is, qui mendacia cudit.

k) Dicitur *subligneus* vt nostris, hölzern, steif.

l) ὑπερφύσιν iunctim Ald. Iunt. II.

m) Σνάγρος scribendum esse monuit etiam Fabric. Bibl. Gr. I. p. 572.

n) Ita vulg. Κέρκωψ emendaui. De eo v. Heyn. Ind. scriptt. ab Apollod. laudd. T. II. p. 354. ed. sec.

ρις ὁ μαινόμενος o)· ἢ ὡς ὁ p) Αἰγύπτιος Σῶφις καὶ ὁ Θετταλὸς Σαλμωνεὺς q) ταῖς οὐρανίαις ἀντιπαταγοῦντες βρονταῖς καὶ τοῖς κεραυνοῖς δῆθεν ἀνταπαράπτοντες. κατὰ τοιοῦτου παντὸς μὴ συνιέντος αὐτὸν ἐξομνυμένου δὲ Φιλητικῆς ἀλογίστοις καθάρμασι r), δίκην βατράχων βοῶσι θορυβώδεστατα, τὸ τοιοῦτον ὁ ποιητὴς δρᾶμα ἐξέθετο. Διασκευὴ δὲ καὶ ἔνθεσις τοιάδε τοῦ δράματος· πλάττεται τῷ ποιητῇ δυσφορῶν ὁ Διόνυσος διὰ τὸ ἐν τοῖς Διονυσίοις μὴ εἶναι τραγικὸν ἢ κωμικὸν δεξιὸν ποιητήν. ὅθεν καὶ βουληθεὶς κατιέναι εἰς ᾅδου, ὡς Εὐριπίδην ἐκεῖθεν ἀνάξειεν, ἐπὶ Διονυσιακοῖς τοῖς ποθόρνοις, καὶ λεοντῆν s) καὶ ῥόπαλον ἔχων τρόπῳ τοῦ Ἡρακλέους, μετὰ Ξανθίου οἰκέτου, ὄνῳ ἐποχουμένου, τοῖς ὤμοις δὲ ἀνάφορον t) φέροντος, ὃ ἀλλαντὸν δημωδεστέρως v) καλεῖται, εἰς Θήβας ἢ Τίρυνθα, πόλιν τοῦ Ἄργους, ἀφικνεῖται πρὸς Ἡρακλέα, ὁδοὺς τὰς εἰς ᾅδου χρήζων μαθεῖν ἐξ αὐτοῦ καὶ πανδοχεῖα καὶ ἐπιτροπάς, ἅτε τοῦ Ἡρακλέους εἰς ᾅδου πρὶν κατελθόντος ἐπ' ἀναγωγῇ τοῦ Κερβέρου· εἰ καὶ δυσὶ γενεαῖς προγενέστερος ἦν Ἡρακλέους ὁ Διόνυσος. παρ' οὗ μαθὼν ὅσων ἔχρηζεν, ἀπαρχεται τῆς πορείας. παρὰ τὴν λίμνην δὲ πεφθακὼς τὴν Ἀχερουσίαν, αὐτὸς μὲν ὁ Διόνυσος δυσὶν ὀβολοῖς περαιοῦται τῷ Χάρωνι, Ξανθίας δ', ἀνθ' ὧν τῇ περὶ Ἀργινούσας οὐκ ἐναυμάχησε ναυμαχίᾳ, τῷ Χάρωνι μὴ ἀναληφθεὶς πεζῇ τὴν λίμνην κύκλῳ περιπορεύεται· καὶ τί δεῖ λεπτολογεῖν τὸ πᾶν τοῦ συγγράμματος τέλος;

---

o) Höpfn. neſcio vnde ὁ μαντευόμενος. Vulgatum recte ſe habet. v. Zenob. Prou. IV, 27. ibique Schott. et Heyn. ad Hom. Il. II, 597.

p) Articulum addidi, vt in ſeqq.

q) Ita pro vulg. Σαλμονεὺς ſcriptum ex Ald. Iunt. II. v. Heyn. ad Apoll. II. p. 59. et Exc. XII. ad Virg. Aen. VI, 585.

r) Haec ἐξομν. — καθ. non reddidit Kuſt. quia ſenſum non ineſſe vidit. Legendum ἐξομοιουμένου δὲ φιλήταις (h. e. ἀπατηλοῖς Schol. Hes. Ἔργ. 375.), ἄλογ. καθάρματα homines peſſimi dicuntur.

s) λεοντὴν Ald. Iunt. II.

t) lignum baiulatorium. cf. Brunck. ad Fr. Phoen. Ariſt. 4. De voc. ἀλλαντὸν v. Du Freſne Gloſſ. p. 52. f. vbi hic ipſe locus laudatur.

v) Edd. aliae omnes: δημοδεσέρως.

Διόνυσος ξενίζεται Περσεφόνῃ καὶ Πλούτωνι, καὶ κρίσιν ποιησάμενος ποιητῶν, Εὐριπίδου καὶ Αἰσχύλου, καὶ ἄρισον τῷ ὄντι Αἰσχύλον νομίσας, καὶ παρὰ προσδοκίαν τοῦτον λαβὼν ἀλλ' οὐκ Εὐριπίδην, αὖθις ἐς τοὺς ζῶντας ἀνέρχεται.

Βατράχων ὑπόθεσις διὰ στίχων x).

Μαθὼν παρ' Ἡρακλέους Διόνυσος τὴν ὁδὸν
πρὸς τοὺς κατοιχομένους πορεύεται, λαβὼν
τὸ γ) δέρμα καὶ τὸ σκύταλον, ἀναγαγεῖν θέλων
Εὐριπίδην. λίμνην δὲ διέβαινεν z) κάτω·
καὶ τῶν βατράχων ἀνέκραγεν εὔφημος χορός.
ἔπειτα μυσῶν ἔνδοχή. θεράπων δ' ἰδών,
ὡς Ἡρακλεῖ, προσέκοπτε a) διὰ τὸν Κέρβερον.
ὡς δ' ἀνεφάνη, τίθεται τραγῳδίας ἀγών·
καὶ δὴ σεφανοῦταί γ' Αἰσχύλος· τοῦτον δ' ἄγει
Διόνυσος εἰς φῶς, οὐ μὰ Δία γ' Εὐριπίδην b).

V. 3. legitur vulgo καὶ τὴν σκυτάλην, ἀνάγειν — trochaeo quartam ſedem tenente. In C. qui ſolus meorum codd. hoc argumentum habet, mendoſe etiam, ſed ad verum propius, τὸν σκύταλον c). Conc. 76. τὸ σκύταλον ἐξενεγκάμην. Praeterea ad metri integritatem ἀναγαγεῖν legendum eſt. Quod autem v. 6. editum eſt Πλούτων (Iunt. III. Πλούτῳ) δ' ἰδών, id ex ipſa fabula falſi arguitur. Scripſerat procul dubio huius argumenti auctor θεράπων δ' ἰδών, Plutonis ſcilicet famulus Aeacus, quae dramatis perſona in codd. plerumque indigitatur nomine Θεράπων. *Brunck.*

---

x) Eſt illud, quod primum poſuit et numeris quidem ſolutum Invernizius. Brunkius illud ante fabulam omiſit, non tam ob mendas aliquot, quae facile poterant elui, quam quod totum inficetum ipſi viſum eſt. Relegauit igitur inter notas ibique emendatius exhibuit, vnde repetii. In Iunt. III. Crat. Venn. Wech. Raph. ſolum hoc metricum argum. legitur.

y) τὸν δέρμα male Iunt. III.

z) διέβαινε Ald. Iunt. II. διέβανε Crat. Venn. Wech.

a) Exquiſitius e Rau. editum: προσέκρουσε.

b) Quod Inu. dedit, οἰκεῖται μὲν δι' Εὐρ. ſenſu caret.

c) Confirmatur τὸ σκύταλον cod. Rau. auctoritate.

Occasio Ranarum ex Frischlino.

Occiso ab Athenienſibus Socrate Euripides exhibuit populo tragoediam, in qua Palamedem iniuſte occiſum a Graecis introducebat. Sed quia pleraque in ea tragoedia ſic gerebantur, vt caedem Socratis non Palamedis referrent: magnam conflauit Euripides Ariſtophani inuidiam *d*). Hanc vt declinaret poëta comicus, Ranas conſcripſit: in qua comoedia, ſicut in aliis fere omnibus comoediis, laudibus Euripidis detrahit *e*): illi alias blandiloquum verborum lenocinium et ſophiſticum dicendi genus atque inanem orationis pompam, alias rerum ipſarum, quas tractat, neſcio quam abſurditatem et ineptitudinem, non citra odii ſuſpicionem obiiciens. Nam veriſimum eſt, quod ap. Heſiod. dicitur: καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει κ. τ. λ. [Ἐργ. 25. f.]. Vt autem vulgi et ſapientum, qui Euripidem admirabantur, odium deuitet, Bacchum introducit, qui nullum in terris bonum poëtam, praeſertim tragicum, exiſtere conqueſtus, inferos adire ſtatuit, vt Euripidem in vitam inde reducat. Sed eo quum peruenisſet, Aeſchylum cum Euripide de ingenii et ſapientiae gloria non modo concertantem, ſed etiam adverſarium ſuum longe ſuperantem inuenit. Quare, quod praeter exſpectationem ipſi euenerat, relicto Euripide, Aeſchylum ſecum ab inferis reducit.

Argumentum fabulae, eodem Frischlino auctore.

Bacchus deſiderio boni poëtae addnctus inferos adire conſtituit, vt illinc reducat Euripidem. Quare cum ſeruo Xanthia iter ingreditur, geſtante ſeruo humeris impoſita ſtragula et interim equitante aſinum, vnde riſus materia capitur. [1 — 54.] Primo autem ad oſtium Herculis deueniunt, vt eum de via ad inferos eundi conſulant. Ille Bacchum Herculeo amictum habitu conſpicatus, facete irridet [55 — 65. ſimulque conſilium Euripidis reuocandi improbat — 107.]. Cognito autem profectionis conſilio, varias Baccho vias aperit, quibus peruenire poſſet ad inferos. Sed quum nulla earum placeret Baccho, aliam monſtrat, qua per Stygiam paludem ductu Charontis ſit transeundum. [— 165.] Digreſſi ab Hercule forte incidunt in mortuum, qui ad ſepulturam efferebatur. Ab hoc petunt, vt Xanthiam onere liberet et ſtragu-

---

d) Hoc doceri certis argumentis nequit.

e) In Thesmophh. Euripides vt callidus et verſutus homo notatur, in hac fabula, malus poëta tragicus, vt Brumoeus Th. Gr. XII. p. 1. monet.

la ſecum ad inferos deportet. Sed quia de mercede non poſſunt conuenire inter ſe, Bacchus a mortuo repellitur [— 177.]. Interim commode ad ripam Charontis accedunt; a quo Bacchus in nauem ſuscipitur, ſed Xanthias, quod nauali praelio apud Arginuſas non interfuiſſet, paludem circumire cogitur [— 195.]. Transmittenti Baccho [— 207.] *Ranae* in loco occulto Stygiae paludis coaxatu ſuo accinunt (209 — 265.). Vbi traiecit paludem Bacchus (— 270.), celeriter Xanthiam ad ſe recipit. Occurrunt ipſis varia monſtra et Proteo mutabilior Empuſa [— 295.]. Ibi toto animo cohorreſcit Bacchus, et vix tandem ſerui, in Elyſium proſpicientis, oratione confirmatur [— 306.]. Ad extremum in locum beatorum peruenium [— 315.]: vbi chorus initiatorum, tibiis et vocibus Bacchum laudat et Bacchanalia celebrat, taedasque ardentes, pro more Athenn., in manibus geſtat (— 355.). Idem in duas mox partes ſ. dimidios choros diuiſus ex vna parte homines impios, rudes, ſcurras, ſeditioſos, proditores, auaros et ſimilis farinae, a ſacris remouet [— 371.], ex altera hymnos canit, quibus Cereris et Bacchi laudes peraguntur [372 — 415.]. Ab eodem ſemichoro Archedemus traducitur, itemque Cliſthenes et Selinus notantur [— 430.]. Poſtremo Bacchus accedit, et chorum de Plutonis regia, vbi ea ſit, interrogat; qua monſtrata [— 458.] chorus ex vtraque parte laetatur ac tripudiat, ipſe oſtium leniter pulſat [— 464.]. Prodit Aeacus, qui conſpecta clana ac leonina cute Herculem adeſſe arbitratur, qui iam olim Cerberum abſtuliſſet. Itaque graui ira commotus, Gorgonas et Harpyias vocatum abit, vt ipſum conſtringant [— 478.]. Trepidante illic Baccho, totis animis conſternato, ſeruus Xanthias, paullo confidentior, habitum cum illo permutat [— 500.]. Aduenit de improuiſo famula Proſerpinae, quae Herculem ad lautiſſimum epulum ab hera inſtructum inuitat. Eam felicitatem ſeruo inuidens Bacchus, ſe prius cum illo iocatum affirmat, ipſumque, reſumto ſeruili habitu, Herculeum amictum cogit deponere [— 508.]. Sed priusquam in regiam Plutonis ingrediantur, duae cauponae, Pandoceutria et Plathana, nouum Baccho terrorem iniiciunt. Ratae enim eum eſſe Herculem, de voracitate illius et furtis queritantur, ſimulque viro extrema mala ac quaeuis ſupplicia comminantur [— 578.]. Ibi denuo periclitans Bacchus, ſeruum orat exoratque, vt, permutato ſecum habitu, ſeſe Herculem eſſe ſimulet [— 604.]. Redit interim cum lorariis ſuis in ſcenam Aeacus, et Xanthiam pro Hercule, Cerberi raptore, conſtringit, vt de illo ſupplicium ſumat. Negat Xanthias, et, vt fidem ſibi conciliet, ſeruum ſuum (qui iam erat Bacchus, eum ſe ſimulans) vincire et torquere iubet. Sed is, quod ſibi a quaeſtione metueret, deum ſe eſſe profitetur, et Bacchum quidem, Iouis filium. Xanthias, vt herum confundat, Aeaco ſuadet, vt in vtriusque diuinitatem inquirat, et alternis ictibus vtrumque verberet, tum, quem dolere videat, eum pro deo non habeat. [— 643.] Inſtituto hoc examine, cum vterque plagas inflictas conſtanter ferret, Bacchus quidem vt deus ἀπαθής, Xanthias vero, vt ſeruus, cuius tergum plagis occalluerat: tandem omiſſa hac inquirendi ratione, ambos in regiam Plutonis introducit, vt illic examinentur [— 673.]. Illis digreſſis, chorus partim in ſceleratos vt Cleophontem et Cligenem inuehitur, partim de ſuo officio et commoda ratione gubernandi remp. diſſerit [— 737.]. Paulo poſt

progreditur ex regia Plutonis famulus [vulgo Aeacus] cum Xanthia, Bacchi famulo. Hi, feruorum more, heris abſentibus obtrectant et virtutes ſuas narrant. Orto autem in regia tumultu, famulus Plutonis Xanthiae exponit ambitionem Euripidis, quod ſceleratorum ſuffragiis adiutus primas tenere et Aeſchylo ac Sophocli palmam tragicam eripere conetur. Tum quae mox inter vtrumque altercatio futura ſit, paucis commemorat [— 813.]. Reverſis in domum Plutonis feruulis chorus de eadem altercatione praefagit, Aeſchyli iracundiam et grandiloquentiam, Euripidis vero garrulitatem perſtringens [— 829.]. Mox adeſt ipſe Euripides, qui, occupata ipſa ſede Aeſchyli, grauiter poëtam veterem criminatur. Exiſtunt vtrimque conuicia, quae vix tandem a Baccho ſedantur, vtroque in placidum colloquium conſentiente [— 870.]. Factis vndiquaque precibus [et ſacris → 905.], prolixa inſtituitur concertatio et poëtarum inter ſe contentio, in qua primum Euripides Aeſchylum reprehendit, quod in Achille et Niobe perſonas προκαταρκτικὰς mutas introduxerit et ſpectatorem ſuſpenderit ideoque deceperit [— 927.]; tum quod noua verba et animalia vt ὑπαλεκτρυόνας et τραγελάφους effinxerit; praeterea quod ipſe doctos, Aeſchylus vero indoctos diſcipulos poſt ſe reliquerit; denique quod ſua poëmata reipubl. profuerint, Aeſchyli obſuerint [— 990.]. Qua accuſatione chorus permotus Aeſchylum hortatur, vt placide et ſine ira contra Euripidem ſe tueatur [— 1005.]. Itaque ille primo omnium, quod vltimo loco ſibi obiectum fuerat, erudite diluit, et ſuas tragoedias plus quam Euripideas profuiſſe, ex eo demonſtrat, quod ſua aetate viri bellicoſi fuerint, qui Perſas vicerint, Euripidis vero tempeſtate, homines turbulenti, Cleones et Alcibiades, qui pacem publicam ciuibus et patriae eripuerint. Deinde verbis ſuis grandibus loquacitatem Euripidis opponit et neglectum decori, quod ſeruo et hero eamdem tribuerit orationem, vnde morum facta ſit diſſolutio [— 1098.]. Tandem chorus accedit et poëtas diſceptantes locum mutare atque alio ſecedere iubet, tum noua et vetera depromere mandat [— 1118.]. Quibus ita conſtitutis Euripides Aeſchyli prologos examinat eumque ταυτολογίας accuſat. Cuius ille viciſſim prologos, praemiſſa ſuorum defenſione, mirifice exagitat, omnes ſibi conformes eſſe demonſtrans; vt quibus pene omnibus τό, λυκόθιον ἀπώλεσεν accommodari poſſit [— 1260.]. Hinc a prologis ad choros tranſeunt, quos vt perperam ab Aeſchylo factos Euripides demonſtret, ipſe ex diuerſis eiusdem tragoediis varia carmina ridicule conſuit, quibus odioſas repetitiones annectit. Sed eandem illi et parem gratiam, idque maiori cum venuſtate, reponit Aeſchylus [— 1363.]. Baccho autem vtrumque hortante, vt a certamine et odioſa altercatione deſiſtant, petit Aeſchylus vtriusque verba et metra appendi ſtatera atque librari. In eo examine Aeſchyli verba ſua grauitate Euripideis longe praeponderant [— 1410.]. Ad poſtremum Pluto accedit et Bacchum de vtroque poëta ſententiam pronuntiare iubet, vt, qui melior ipſi videatur, eum ſecum abducat. Sed quia difficile erat, alterum alteri praeferre, ideo Bacchus nouas vtrique quaeſtiones proponit. Et primum de Alcibiade quid ſentiant, vtrumque iubet dicere [— 1433.]. Deinde de repub. recte inſtituenda quaerit, vt ciuitas ſalua et beati ſint ciues. Vbi cum ambo grauiter dixiſſent, Bacchus, fruſtra indignante Euripide, Ae-

fchylum fibi eligit: quibus abituris Pluto epulum prius exhibet [— 1481.]. Hac re animadueria, chorus fapientiam laudibus effert, eiusque vtilitates propofito Aefchyli exemplo commemorat [— 1499.]. Pluto abeunti Aefchylo valedicit, et quid Athenis eum efficere velit, paucis exponit. Cui ille viciffim Sophoclem commendat, vt reiecto Euripide fuum ipfe interea locum teneat. Accedit et chorus, qui abeuntem laeto carmine profequitur *f)*.

Fabula Ranae, quando et quo euentu edita;

ex *Sam. Petiti* Miſcell. lib. I. cap. 14. [p. 50. fs.]

Exſtat hoc drama, quod docuit Ariſtophanes Olymp. nonageſimae tertiae anno tertio, Callia Athenis praetore, Liberalibus Lenaeis, (vett. didaſcaliae: ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα Βάτραχοι κ. τ. λ.) eodem anno, quo Athenienſes nauali praelio ad Arginuſas Lacedaemonium imperatorem Callicratidem vicerunt, vt refert Diod. Sic. XIII. [c. 98. f.] et Xenophon Hellen. I. [c. 6. §. 26. fs. Schneid.] *g)*. Neque audiendus eſt Anonymus in Deſcriptione Olympiadum, qui hanc victoriam Athenn. conſert in annum quartum Olymp. 93., archonte Alexia. Graecus *h)* Comici interpres videbatur adſcribere hanc victoriam anno ſecundo Olymp. 93., praecipitato archonte Antigene. Sed corrupta et luxata ſunt eius verba ad haec Xanthiae [33.] τί γὰρ ἐγὼ οὐκ ἐναυμάχουν; πρὸς τοὺς χρόνους, ὅτι τῷ πρωτέρῳ ἔτει ἐπὶ Ἀντίνου, ὅτε περὶ Ἀργίνουσαν ἐνίκων ναυμαχίᾳ οἱ Ἀθηναῖοι συμμαχούντων δούλων, προκακωθέντες ἄλλαις ναυμαχίαις, οὓς ἠλευθέρωσαν. Reſcribendum eſt: πρὸς τοὺς χρόνους, ὅτι τ. πρ. ἔ. ἐπὶ Ἀντιγένους, ὅτε π. Α. ἐ. ν. οἱ Ἀθην. (προκακ. ἄλλ. ναυμ.) συμμαχούντων δούλων, οὓς ἠλευθ. Atque ita quoque legendum eſt ap. Suid. in Οἴμοι. Exiſtimabat forte interpres non poſſe haec diuidi temporibus, ſi Callia archonte viciſſe dicerentur Athenienſes. Sed nihil eſt hac in re incommodi. Nam praelium commiſſum eſt, ſiue vertente Antigenis praetura, ſiue ineunte praeturam Callia, aeſtate noua. Hoc vero drama docuit Ariſtophanes imminente hyeme. Ad iſta quoque ſpectant, quae leguntur eodem dramate (693. f. καὶ γὰρ αἰσχρόν ἐστι — Πλαταιᾶς εἶναι —). Alludit ad Plataeenſes ciuitate olim donatos, qua de re plebiſcitum legitur apud Demoſth. adu. Neaeram [p. 1380. T. II. Reisk.]. Sed iſta non viderat Criticus Calliſtratus, qui Ariſtophanis dramata recenſuerat. Optime Hellanicus obſeruauit [p. 119. Fragm. Hellan. ed. Sturz.] τοὺς συνναυμαχήσαν-

---

f) Vberius, praeter Brumoeum, argumentum fabulae expoſuit Clodius (Verſuche aus der Literatur und Moral) Partic. III. p. 434 — 484.

g) Add. Corſin. Faſt. Att. III. p. 261.

h) Exciderat male hic locus in ed. Küſt.

τας δούλους ἐλευθερωθῆναι, καὶ ἐγγραφέντας ὡς Πλαταιεῖς συμπολιτεύεσθαι αὐτοῖς. Placuit maxime hoc dramate Comicus, vicitque in hac cum Phrynicho et Platone commiſſione. Narrat Dicaearchus, Ariſtotelis diſcipulus in didaſcaliis, ita gratum et acceptum populo fuiſſe hoc drama, vt iterum ederetur.

Ex Palmerii Exercitt. ad opt. ſcript. Graecos p. 770.

Ad Comoediam Βάτραχοι anno 26. belli Pelop., Callia poſt Antigenem archonte, in Lenaeis Olymp. 93. anno 3.

Thomas Magiſter, qui ſcripſit huius fabulae argumentum, de tempore didaſcaliae huius fabulae ita decernit, vt ſupra poſui. Secundum vero argumentum ſ. hypotheſis videtur antiqui cuiusdam eſſe Scholiaſtae, qui nomina eorum, qui cum Ariſt. contenderunt, expoſuit: eius auctoritatem ſequutus eſt, vt puto, Thomas Mag. Amborum aſſertioni, quam ſequor, ex ipſius fabulae locis fidem adſtruere conabimur, eius vero, qui argumentum latinum ſcripſit, nullam rationem habebimus, vtpote futilis cuiusdam et miſeri hominis, et qui peſſime de hac fabula pronuntiauit.

Spanhemii Comm. ad ὑπόθεσιν.

De tempore et loco actorum in Dionyſiis Atticis tragicorum et comicorum ludorum *i)*.

Ἐπὶ Ληναίῳ. Actum nempe Dionyſiis Lenaeis ſ. κατ' ἀγροὺς hoc drama, ſicut etiam ex iis Comici, quae adhuc proſtant, fabulis, vti vel ex earum Argumentis conſtat, *Equites*, *Acharnenſes*, *Veſpae*. Idem de *Concionatricibus* et *Lyſiſtrata* ſtatuit Palmerius in ſuis ad Graecos auctores ac inter alios ad Ariſtoph. Exercitationibus. Illud quidem notum, tria ap. Athenn. fuiſſe Dionyſia; *Antheſteria* ſ. *Limnaea*; tum quae dicta κατ' ἄστυ ſ. ἀστικά, *in vrbe* vel *vrbica*; et *Lenaea* ſ. κατ' ἀγροὺς, *in agris*: in iisque tribus Liberalibus ante et poſt Ariſtoph., ſicut in Panathenaeis quoque,

i) Cf. Comm. ad Nub. 310. et quae ibi T. II. p. 144. notata ſunt. Add. Corſin. Faſt. Att. diss. XIII. vol. II. p. 326 — 29. qui recte Lenaea et Antheſteria eadem eſſe, et in vrbe ſiue antiquitus in Limnis Lenaeique Bacchi templo, ſiue poſtea in theatro celebrata, docet.

tutelaris Athenn. Minervae festo, acta Comicorum et Tragicorum dramata. Neque enim audiendus est idem Palmerius, qui ad Theophrast. p. 618. scenicos id genus agones duobus postremis *Liberalibus, in vrbe* nempe et *in agris,* seu Lenaeis, non vero *Anthesteriis* s. *Limnaeis,* Aristophanis aevo ac sequentibus dein aetatibus peractos demum existimat. Qua in re fallitur vir praestanti eruditione, et qui ei illa in re praeiuerat graeculus ad Acharnn. 503. interpres, vbi notat: ὁ τῶν Διονυσίων ἀγὼν ἐτελεῖτο δὶς τοῦ ἔτους· τὸ μὲν πρῶτον, ἔαρος ἐν ἄστει, ὅτε οἱ φόροι Ἀθήναζεν ἐφέροντο· τὸ δεύτερον ἐν ἀγροῖς, ὁ ἐπὶ Ληναίῳ λεγόμενος, ὅτε ξένοι οὐ παρῆσαν Ἀθήνησι. χειμὼν γὰρ λοιπὸν ἦν. Quibus, vt hoc addam, suffragatur insuper auctor argumenti Demosthenis ad Midianam [p. 510. T. I. Reisk.]: ἤγετο δὲ παρ' αὐτῶν [Athenn.] καὶ Διονύσια, καὶ ταῦτα διπλᾶ, μικρά τε καὶ μεγάλα· καὶ τὰ μὲν μικρὰ ἤγετο κατ' ἔτος, τὰ δὲ μεγάλα διὰ τριετηρίδος ἐν τοῖς ληνοῖς, ἐν οἷς προὐβάλλετο χορηγὸς ἀφ' ἑκάσης φυλῆς, πρὸς τὸ τρέφειν χορούς τε παίδων καὶ ἀνδρῶν. Verum in quibus verbis, vt obiter dicam, nihil sani: quum et tria darentur, vt dixi, Liberalia, in quibus ab Athenn. agones comici ac tragici, in Bacchi honorem ederentur: et quae *magna* in iis dicebantur, non ea fuerint, quae *in agris* aut *Lenaea* dicebantur, neque vero, quod statuit ad Athen. Casaubonus p. 445. et ad Marm. Oxon. p. 56. Seldenus, *Anthesteria* s. *Limnaea;* sed, quae ἐν ἄστει, quod aliunde constat et bene vidit Palmerius, agebantur; neque vero triennalia eadem fuerint, sed annua. Quod vtique de tribus illis scenicis agonibus trium Liberalium tempore, non duorum solum ab Atheniensibus, et quidem singulis annis peractis, vel inde sat constat, quod ea de re tradit non Vlpianus solum, quem eo nomine male ibi redarguit Palmerius, sed ipse Demosthenes in Mid. p. 321. ed. gr. Par. [p. 517. Reisk. s. c. 4. Spalding.] Εὔηγορος εἶπεν, ὅταν ἡ πομπὴ ᾖ τῷ Διονύσῳ ἐν Πειραιεῖ, καὶ οἱ κωμῳδοί, καὶ οἱ τραγῳδοί, καὶ ἡ ἐπὶ Ληναίῳ πομπὴ καὶ οἱ τραγῳδοὶ καὶ οἱ κωμῳδοί, καὶ τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις ἡ πομπὴ καὶ οἱ παῖδες καὶ ὁ κῶμος καὶ οἱ κωμῳδοὶ καὶ οἱ τραγῳδοί — E quibus vtique aetate Demosthenis, tribus solemnibus Bacchi festis editos adhuc comoedorum et tragoedorum ab Athenn. agones clarissime comprobatur. Mitto nota iam aliunde vel Diogenis Laërtii III, 56. verba, quibus tragoedos Athenis quatuor dramatibus certasse Διονυσίοις, Ληναίοις, Παναθηναίοις, Χύτροις traditur: et quidem priora Dionysia κατ' ἐξοχὴν ita dicta, μεγάλα nempe s. quae ἐν ἄστει vulgo dicebantur; *Lenaea* quae *in agris;* postrema vero Χύτροις, qui tertio Anthesteriorum s. Limnaeorum Dionysiorum die peragebantur. Quibus (actos hosce in *Chytris* s. Anthesteriis agones scenicos quod attinet) addi possunt Plutarchus de clar. orat. p. 84. [in vita Lycurgi T. IX. p. 347. Reisk.] vbi comoedorum agonis ἐν Χύτροις fit ab eo mentio; Athenaeus praeterea IV. p. 130. Λήναια καὶ Χύτρους Θεωρῶν. Adde Philostr. Vit. Apoll. IV. p. 177. [c. 21. p. 158. Olear.] ἐπιπλᾶξαι δὲ λέγεται (Apollonius) περὶ Διονυσίων Ἀθηναίοις, ἃ ποιεῖται σφίσιν ἐν ὥρᾳ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος. Ὁ μὲν γὰρ μονῳδίας ἀκροασόμενος καὶ μελοποιίας παραβάσεών τε καὶ ῥυθμῶν, ὁπόσοι κωμῳδίας τε καὶ τραγῳδίας εἰσίν, ἐς τὸ θέατρον συμφοιτᾷ ἤδετο. Mitto adhuc Philochorum in Schol. ad hasce Ran. 212. Neque vero hisce vetustior Thucydides II, 15. de antiquis Athenn. Liberalibus duodecimo mensis Anthesterionis die celebratis, quae obseruarent etiamnum Iones (quod de *Smyrnaeis* tradit quoque Aristides in Smyrn. p.

402. ac de Cyzicenis vetus marmor ap. Spon. Miscell. p. 336.) vt fua aetate apud Athenn. obfoletis, prout ſtatuit vir praeclara eruditione, quidquam tangit, et dicta auctorum ea de re teſtimonia abunde refellunt. Quo referas etiam id, quod ap. Aelian., cui inde lux quoque accedit, de Socrate legitur, V. H. II, 13., vbi, cum dixiſſet, Socratem raro in theatra veniſſe, ſed, ſi quando Euripides nouis tragoediis certaret, tum ſolitum accedere, addit: καὶ Πειραιοῖ δὲ ἀγωνισαμένου τοῦ Εὐριπίδου καὶ ἐκεῖ κατῆει. Mirari vero licet, quod Petitus Miſc. I, 2. Πειραιοῖ in illis Aeliani verbis corruptum ac tollendum cenſeat: *non enim*, vt addit *in Piraeo dabantur Tragicorum fabulae*. Quod vtique vel adducta paulo ante e Midiana Demoſthenis verba ſat manifeſto redarguunt. Piraeus nempe quadraginta demum ſtadiis, iuxta Thucyd. II, 13. ab vrbe Athenarum diſtitus, aucto paulatim ciuium in vrbe numero, maxime vbi ex agris, Theſei primum ac dein Periclis conſilio, ſunt in eam traducti magna ex parte, vt ea de re idem Thucyd. c. 17., ab Athenn. habitabatur, vnde theatrum etiam ad edenda huiusmodi ſpectacula in eo erectum, dictumque inde alibi ab eodem Thucyd. VIII, 93. Διονυσιακὸν θέατρον, cuius inſuper meminit Xenophon Hell. II, 14, 22. [II, 4, 32. Schneid. qui ibi cf.] πρὸς τὸ ἐν Πειραιεῖ θέατρον. Qua ratione etiam factum, vt antiquiſſimorum illorum Liberalium pompa, quae prope ſuperiorem vrbis Athenarum partem, (τὴν ἄνω πόλιν, vt eadem alibi ab eodem Thucyd. dicitur II, 48. vbi erat Bacchi Limnaei templum) olim agebatur, et comici et tragici agones, praecipua proinde eorumdem *Liberalium Limnaeorum* ſ. Ἀνθεστηρίων feſtiuitas, maxime poſt theatrum ibi erectum, in Piraeeum dein, in quem per longos muros breuis erat excurſio, fuerit translata. Quod adſtruit inſuper memoratus paulo ante Thucyd. locus II, 15., vbi antiquiſſima Liberalia ſ. Anthefteria, duodecimo demum menſis Anthefterionis die in Bacchi, quod erat in Limnis, templo docet peracta; adde, qua etiam die ſingulis annis aperiri ſolitum eam in rem idem illud in Limnis templum tradit adu. Neaer. Demoſthenes p. 737 [p. 1370. f. T. II. Reisk.] nulla nempe ab vtroque iſto auctore facta mentione Dionyſiacorum agonum, tragicorum nempe et comicorum, qui ſequenti dictoque χύτρων die non ibi amplius in Λίμναις, ſed in Dionyſiaco Piraeei theatro peragi hinc conſueuerant. Quae caeteroquin, ne quid hic praeteream vel diſſimulem, de intermiſſis aliquamdiu comicis in Chytrorum apud Athenn. feſto agonibus ſuadere videtur Plutarchi in vita Lycurgi Attici locus; cuius nulla fit a Palmerio mentio; nempe, vbi inter leges ab eo Athenis latas dicitur p. 841. [c. 7. Vit. X. Orat. T. III. P. I. p. 377. Wyttenb.] τὸν περὶ τῶν κωμῳδῶν ἀγῶνα τοῖς χύτροις ἐπιτελεῖν ἐφάμιλλον ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ τὸν νικήσαντα εἰς ἅπαν καταλέγεσθαι, πρότερον οὐκ ἐξόν, ἀναλαμβάνων τὸν ἀγῶνα ἐκλελοιπότα. In diuerſa vero hic abeunt Plutarchi interpretes, dum alii priora verba explicant: *lex de comoedis, vt in Chytris certamen theatrico-aemulum peragerent k)*; alii: *vt ludi comici pariter illis, qui Chytri dicuntur, agerentur in theatro*; alii rurſus, vt Sam. Petitus de Legg. Att. p. 73. [145. Weſſ.] legis latae

k) Sic etiam in ed. Wyttenb. vertitur.

a Lycurgo verba ita formant: *comoedi Anthesteriis fabulas decento atque committunto in theatro.* Ex quibus legis illius expositionibus potior omnino mihi videtur ea, qua praescribitur, vt ludi comici, qui in Chytris agebantur, eadem pompa deinceps ederentur, qua ii, qui in vrbis Athenarum theatro, magnorum nempe Liberalium ἐν ἄστει temporibus agi consueuerant *l)* et inde etiam in iis victor in ἄστυ s. ciuitatem deinceps referretur: quod nempe comici agones in Chytris s. Liberalibus Anthesteriis antiquitus in Λίμναις, vnde etiam iis nomen, prope arcem s. ἄνω πόλιν, vt modo dicebatur, ac dein in Piraeeo, non vero ἐν ἄστει celebrarentur. Quamquam, vt verum fatear, e posterioribus Plutarchi verbis liquere videatur, Comicum illum in Chytris agonem intermissum aliquamdiu, antequam nempe, vt statuere licet, exstructum fuerit ab eadem arcis s. superioris vrbis ac templi Bacchi Limnaei parte in Piraeeo theatrum.

Vt vero ad Lenaea redeam, quibus actum hoc drama dicitur, vel, vt eadem vocabantur, *Dionysia* κατ' ἀγρούς, id haud ita liquidum videtur, vtrum in agris tantum, an vero in vrbe acti fuerint tragici aut comici id genus agones. Prius quidem suadere videtur inditum illis *Liberalibus* nomen κατ' ἀγρούς, indeque distinctis ab iis, quae *Dionysia* κατ' ἄστυ dicebantur, tum quod infra Acharn. 201. legitur: ἄξω τὰ κατ' ἀγροὺς εἰκιῶν Διονύσια, vbi Schol.: Λήναιον γάρ ἐστιν ἐν ἀγροῖς ἱερὸν τοῦ Διονύσου διὰ τὸ πλεκτοὺς ἐν αὐτῷ γεγονέναι, ἢ διὰ τὸ πρῶτον τὸν ἐν τούτῳ ληνὸν τεθέναι. Quam postremam dictam Ληναίου huius certaminis originem ex Apollodoro tradit Stephanus περὶ ἐθνῶν, nempe: Ληναῖος ἀγὼν Διονύσου ἐν ἀγροῖς, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ. Ἀπολλόδωρος ἐν τρίτῳ Χρονικῶν [p. 407. T. I. Apollod. Heyn.]. Adde Schol. ad v. 503. eiusdem dramatis, ante iam adducta, vbi cum priora Dionysia in vrbe celebrata dixisset, de secundo eorum agone ait: τὸ δεύτερον ἐν ἀγροῖς ὁ ἐπὶ Ληναίῳ λεγόμενος. Quibus repugnat continuo, idque noto in eam rem loco, Hesychius: Ἐπὶ Ληναίῳ ἀγών. ἔστιν ἐν ἄστει Λήναιον περίβολον ἔχον μέγα, καὶ ἐν αὐτῷ Ληναίου Διονύσου ἱερόν, ἐν ᾧ ἐπετελοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων, πρὶν τὸ θέατρον εἰκοδομηθῆναι. Qua de re autem illud omnino statuendum videtur, Athenienfibus antiquitus, vt paullo ante e Thucydide id haud vno loco tradente vidimus, vicatim in Attica s. in agris vt plurimum degentibus, institutа autumni ac vindemiarum temporibus Dionysia κατ' ἀγρούς: vnde iis, iuxta vett. Grammaticos, cum ἀπὸ τοῦ ληνοῦ s. *torculari*, tum a κώμαις s. *pagis* indita sint Ληναίων ac κωμῳδίας nomina; factum vero postea, vt aucta vrbe et in eam conuenientibus, qui dispersi ante in agris agebant Athenienfibus, scenici id genus horum autumnalium Liberalium agones tum in vrbe fuerint quoque editi, et quidem, vt obseruat in adductis verbis Hesychius, in dicto *Lenaeo* Bacchi templo, priusquam theatrum eam in rem Athenis erectum fuisset. Quod insuper vel ex iis hausari potest, quae de Athenn. dramate *Liberalium Lenaeorum* temporibus acto, in Acharn. dicuntur 503. fs. αὐτοὶ (foli) γὰρ ἐσμὲν δύπλ

l) Ita etiam Wesseling. ad Petit. interpretatus est. Tamen non dicitur ἰφάμιλλον τῷ ἐν τ. Ϡ.

Ληναίῳ τ' ἀγῶν κ. τ. λ. Verna nempe ſ. dicta *in vrbe Liberalia*, eo acta tempore, quo in vrbem Athenarum conſluebant e vectigalibus vrbibus ſocii, qui tributa tum deferrent, eaque occaſione ſcenicis eorumdem Liberalium ἀγωνῶν, qui tum edebantur, agonibus frequentes intererant. Quo tempore etiam ad maiorem illius honoris celebritatem corona Demoſtheni a Ctesiphonte decreta legitur in Libanii ad eam orat. argumento. Adde, quod ſolemnis etiam pompa in Bacchi honorem in vrbe tum perageretur; vt ex adductis ſupra Demoſth. in Midiana verbis eſt omnino manifeſtum. Neque eo minus, et quidem illo autumni ſ. vindemiarum tempore, quo in agris agebantur haec *Lenaea Liberalia*, eadem, veteri adhuc more, omni feſtiuitatis genere celebrata licet adfirmare. Id quod vel ex Iſaeo liquere poteſt Orat. VII. p. 509. [T. VII. p. 206. Reisk.] vbi a Cironis ex filia nepote dicitur, ab auo non ſolum nulla magna vel parua ſacra ſine eo peracta, ſed, quod addit, ἀλλὰ καὶ εἰς Διονύσια εἰς ἀγρὸν ἦγεν ἀεὶ ἡμᾶς καὶ μετ' ἐκείνου τε ἐθεωροῦμεν καθήμενοι παρ' αὐτὸν καὶ τὰς ἑορτὰς ἤγομεν παρ' ἐκεῖνον πάσας. Vnde, vt paucis hisce nunc defungar, quae hactenus haud ſatis expenderunt, qui de Graecorum feſtis egerunt viri docti, id de ſcenicis Tragicorum et Comicorum, qui *Liberalium* ſ. *Dionyſiorum* apud Athenn. feſtiuitate agebantur, agonibus ſtatuendum eſt: primos nempe ex iis, ſ. antiquiſſimos in *Limnaei Bacchi* templo, haud procul ab Athenarum arce, ſeu dicta, vt ea de re paullo ante, ἄνω πόλει, peractos, et quidem circa hyemis finem menſe Anthefterione, vnde iisdem Dionyſiis cum Λιμναίων tum Ἀνθεστηρίων nomen adhaeſit: idque tertia demum eorumdem Liberalium, qui χύτροι dicebatur, die. Factum vero, vt iidem ludi fuerint aliquamdiu intermiſſi, prout id ex adductis Plutarchi de Lycurgo oratore verbis licet colligere, poſtea vt ii, et quidem frequentato ab Athenn. Piraeeo, eoque, vt vidimus, haud procul a Bacchi Limnaei templo, et exſtructo ibi theatro, in eo deinceps, quod clariſſime docet Demoſthenes et ex Thucydide licet colligere, ſint deinceps editi. *Liberalibus* vero ſ. *Dionyſiis*, quae ἐν ἄστει et ἀστικὰ dicebantur, quod in inferiore vrbis parte, e qua maxime conſtabant Athenae, et cui illud nomen ἄστυ remanſerat, menſe Elaphebolione, ſub veris initium, vbi magna tum erat ſociorum e tributariis vrbibus Athenis frequentia, ſolemnes itidem editi Tragicorum et Comicorum ludi. Qua ratione etiam factum videtur, vt intermiſſa fuerit aliquamdiu ſcenicorum id genus ludorum, qui proximo ante eum menſe Anthefterione edebantur, celebritas. Adde, dictis quoque *Lenaeis*, ſ. κατ' ἀγροὺς *Dionyſiis*, quae autumnali vindemiarum ſ. torcularium, vnde illud Ληναίων iis nomen, tempore agebantur, actos rurſus et in agris primum ſ. *pagis* Athenn., dein in vrbe quoque, maxime poſt erectum in ea theatrum, illos Tragicorum et Comicorum agones. *Spanh.*

Haec Spanhemii plura habent falſo aut minus accurate dicta. Lex. Ms. Rhet. a Ruhnk. citatum: Διονύσια, ἑορτὴ Ἀθήνησι Διονυσίου. ἦγετο δὲ τὰ μὲν κατ' ἀγροὺς μηνὸς Ποσειδεῶνος· τὰ δὲ Λήναια, Γαμηλιῶνος· τὰ δὲ ἐν ἄστει, Ἐλαφηβολιῶνος. Vnus Heſychius, quod iam fecerat Theophr. char. 3. [ſ. c. 5. Schneid.], diſtincte docet, tria diuerſa fuiſſe Dionyſia, ſuumque ſingulis tempus adſignat. *Prima* fuerunt τὰ κατ' ἀγροὺς menſe Poſideone celebrari ſolita, fortaſſis non diuer-

ſa ab Ἀσκωλίοις et Θεοινίοις, vt iam coniecit Corſin. Faſt. Att. II. p. 309. v. Cornutus de Nat. Deor. 30. p. 218. et Harpocr. V. Θεοίνιον. Ruralium tempus cum Heſych. in Poſideone ponit Theophr. Charr. l. l. v. Iſaeus de Ciron. hered. p. 70. et Plut. T. II. p. 1098. B. *Secunda* Dionyſia fuere τὰ Ληναῖα menſe Lenaeone, vel, qui idem menſis eſt, Antheſterione agitata. *Tertia* τὰ ἐν ἄστει, vel τὰ κατ' ἄστυ vel τὰ ἀστυκά, quorum solemnitas in Elaphebolionem *m)* incidebat. Vltimi generis ratio ſatis expedita eſt a Palmerio Exercc. in Auct. Gr. p. 617. et Kuſter. ad Ariſt. Thesm. init. Plura vide ap. ſcriptt. a Taylor. ad Arg. Orat. Demoſth. in Mid. p. 170. [565. Reisk. App. Crit. ad Dem. T. I.] laudatos. Male Apollodorus in Chronicis ap. Steph. Byz. et Ariſt. Schol. (v. 201.) primum et ſecundum genus idem eſſe cenſent, quos ſequuti ſunt Ios. Scaliger (de Emend. temp. I. p. 29.) et Is. Caſaub. (ad Theophr. p. 131. et de Satyr. poës. I, 5. p. 160.) nec non Spanhemius, ad hunc errorem tracti loco Acharn. 251. (coll. 201. 503. 1153. 1154.) male intellecto, qui, ſi recte conſideretur, diſerte discrimen ſignificat, quod inter haec duo feſta fuit. Lenaeum fuit non in agris, vt Schol. Ariſt. tradit, ſed ambitus ſeptus in vrbe, complectens Bacchi Lenaei templum, propter quod deinde theatrum exſtructum eſt, in quo certamina ſcenica committerentur. Situm autem fuit propter arcem in ea Athenarum parte, quae Λίμναι vocabatur. Olim in eo populus ludos de tabulatis ſpectabat, poſtea vero, vrbis ſplendore amplificato, theatrum in eo excitatum eſt. Agonem, qui in Χύτροις inſtituebatur, in hoc theatro habitum eſſe certum eſt e Ran. 216. vbi v. Schol. Nihil ad hoc theatrum Bacchi pertinet Διονυσιακὸν θέατρον ἐν Πειραιεῖ, neque ad tria illa Dionyſia referenda ſunt Διονύσια ἐν Πειραιεῖ, quae huc trahit Spanh., multa hic turbans. Non magis ea huc pertinent, quam Διονύσια ἐν Βραυρῶνι, de quibus Schol. Pac. 874. Hemſterh. ad Poll. 9, 74. Quod ad tempus attinet, quo Lenaea celebrata ſunt, veteres magno conſenſu ea tradunt incidiſſe in Lenaeonem ſ. Antheſterionem (Heſych. Ληναιών, Philoſtr. Vit. Apoll. IV, 21.) et quidem d. XII. Antheſterionis (Thuc. 2, 15. Demoſth. adu. Neaer. p. 591.). Lenaea non differunt ab Antheſteriis, quorum partes fuere Χόες et Χύτροι. Πιθοίγια, teſte Plutarch. Symp. III, 7. vndecimo Antheſterionis celebrabantur, Χόες duodecimo (Harpocr. Χόες, Heſych. Δωδεκάτη), non decimo, vt habet Schol. Acharn. 960., recte caſtigatus a Meurſio Att. Lectt. IV, 13.; Χύτροις eiusdem menſis dies XIII. conſecratus erat, auctore Philoch. ap. Harp. V. Χύτροι et Schol. Ariſt. Ach. 1075. Add. Noſt. Acharn. 960. coll. 1209., 1075. 503. et 1153. Ranas noſtras Comicus docuit in iisdem Lenaeis, vt ex vet. didaſcalia diſcimus. In ipſo dramate 218. ſs. fabula in Χύτρων feſto acta dicitur (vbi ἰαχήσαμεν intell. *cantare ſolemus*). Quod autem Alciphron (2, 3. p. 230.) Χόας, et Hippolochus (Athen. IV, p. 130. Aelian. N. A. 4, 43. et Diog. Laërt. 3, 56.) Χύτρους a Lenaeis diſtinguunt, Ruhnkenius putat, etſi Lenaea ſ. Antheſteria,

---

m) Eſt ille vernus menſis, v. Thuc. IV, 116. 117. coll. 118. et V, 19. ſ. Reſpondet ex parte noſtro Martio, quo tempore ſub Graeciae coelo veris aduentus omnia exhilarabat. *Höpfn.*

tanquam genus, complexa fuerint tres formas, Πιθοίγια, Χόες, Χύτρους: tamen praeter illas, quartam etiam formam fuisse, per eminentiam quamdam dictam Λήναια, cuius solemnitati dictus fuerit peculiaris dies, forte decimus aut decimus quartus Antheſterionis. Idem censet, Πιθοίγια alio nomine potuisse Λήναια appellari, propterea quod primo Lenaeorum die agebantur. Duplices enim Χόες et Χύτρους, quos finxit Perizon. ad Ael. V. H. II, 41., veteres ignorarunt. Denique *Dionyſia* simpliciter ſic dicta quod attinet, Attici ſcriptores voc. Διονύσια ſimplici ſignificant τὰ κατ' ἄστυ Διονύσια et maiora, quod ex Theophr. ostendit Caſaubonus ad Theophr. p. 131. [43. ed. Fiſch.] non ſatis ſibi conſtans ad Athen. VI, 15. patet etiam e Demoſth. de Cor. p. 515. coll. Aeſch. adu. Cteſiph. p. 378. 421. et 424. V. etiam Spanh. ad Nubb. init. Nec obſtat Terentius, qui Heaut. I, 1, 10. IV, 4, 11. *Dionyſia* ſimpliciter dicit, vbi omnia in agris aguntur. Is enim, vt alibi, neglexit Atticorum morem, atque ſermonem ſuum accommodauit conſuetudini Romanae. Dionyſia reſpondere debent Bacchanalibus. Haec debeo Ruhnkenio Auctar. Emendd. in Heſych. ed. Albert. T. II. *n*). *Höpfn.*

Ad τὰ τοῦ δράματος πρόσωπα.

Ad nomen Ξανθίας in Ald. Iunt. II. III. etcc. additur: ὃς πρόλογίζει τῷ ἀναφόρῳ τὸν ὄμον θλιβόμενος. Inter χορὸς Βατρ. et χορὸς μυσῶν in iisdem interſeritur Ἱερεύς, pro Πανδοκεύτριαι κ. τ. λ. autem legitur: Πανδοκεύτρια. Ἑτέρα πανδοκεύτρια. Πλαθάνη. (Πλανθάνη Iunt. III. πλατάνη Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. In Port. eſt: Πανδοκεύτρια (ſemel). Πλαθάνη, ἑτέρα θεράπαινα. Ita et Lugd. Amſt.) Οἰκέτης Πλούτωνος. Εὔριπ. etcc. In Iunt. I. omittuntur perſonarum nomina et verſui 1. praemittitur Ξανθίας ὁ προλογίζων. Auctor verſionis francog. in Th. Gr. duas cauponas cum ancilla quamque ſua, et ſatellites Aeaci chori perſonis addit.

Quod ad ingenium et mores praecipuarum perſonarum adtinet, *Bacchus* timidus, ignauus, mollis, nec ſui ſatis compos, ipſo habitu ſuo ridiculus fingitur; *Hercules* ineptus oſtentator et guloſus; *Xanthias* ſeruus querulus idemque tamen hero fidus; *Aeſchylus* generoſus homo et grandis poeta, *Euripides* contra non magniloquentia quidem et conuitiorum atrocitate, ſed arte et peritia multum Aeſchylo cedit.

n) Et inde in Opusculis Ruhnkenianis a Kiddio editis a. 1807. plag. U.

Actus primi ſcena eſt in via ad Orcum, reliquorum actuum in ipſo Orco. Bacchus prodit crocota, cui pellis leonina iniecta eſt, et cothurnis indutus, manu clauam tenens. Xanthias, ſeruus, aſino vehitur, et ſarcinas [de ligno, quod humeros premit, ſuſpenſas] in dorſo portat. Idem per hanc et ſecundam ſcenam humeros ſaepius mouet ac contrectat. *Höpfn.* Xanthiam Baccho dat famulum, vt in comoedia; Schol. ad Ach. 242. *εἰσὶ δὲ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ οἰκέται, Ξανθίας* etc. Alias Bacchi ſeruus et Silenus. *Bergl.*

1. *εἰωθότων.* Attice pro *εἰθισμένων*, vt notatur in collectionibus Atticis Horti Adonidis. Ita etiam Thucyd. II, 51. *οὐδὲν τῶν εἰωθότων*; et III, 38. *ὑπερούτται δὲ τῶν εἰωθότων.* Adde Plat. de Legg. XI. p. 916. *τῶν περὶ ταῦτα ἐγκλημάτων εἰωθότων γίνεσθαι χάριν·* immo Eurip. quoque Hecub. 358. *οὐκ εἰωθὸς ἦν. Spanh. εἰωθότων — θεώμενος.* His exemplis vſus eſt Gregor. Corinthus de dial. Att. p. 58. *καὶ τὸ χρῆσθαι ταῖς μετοχαῖς ἀντὶ ὀνομάτων, ὡς ἐν Βατράχοις Ἀριστοφάνης· εἶπω τι τῶν εἰωθότων, ὦ δέσποτα; ἀντὶ τοῦ, τῶν ἐθίμων. καί· οἱ θεώμενοι, ἀντὶ τοῦ θεαταί. Brunck.* [add. ad Greg. Koen. p. 53. et Doruill. ad Char. p. 383.] Solebant Comici veteres in ſcenam ſaepe producere ſeruos, magnis oneribus depreſſos et querelis ridiculis vſos. Ad hos vulgares iocos alludit Noſter, qui quauis occaſione oſtendit, ſe nouitate ingenioſorum luſuum placere ſpectatoribus velle. *Conz.* *πιέζομαι* et *ὡς θλίβομαι* ſunt tales voces, quibus ſerui in fabulis aliorum poëtarum vtebantur.

4. *χολή.* Sic quatuor codd. *a)* In A. et C. ſcriptum fuerat primo *σχολή*, ſed *σ* eraſum fuit in vno, in altero

a) Ita etiam in quinto (Reg.) codice, quem ſerius contulit, liquido ſcriptum eſſe oſtendit Brunk. in Suppl.

litura inductum. In meo superscripta glossa λυπή. Sensus est: λίαν γὰρ ἤδη λυποῦμαι τοῦτο ἀκούων. Quod oscitantes duo scripserant librarii, postea vero, deprehenso errore, emendarunt, σχολή, id genuinum esse contendit Dawesius *b)*, sed minime mihi persuadet. Ad Herculem properans Bacchus, viam ad inferos ducentem sciscitaturus, non diceret sibi otium superesse. E solo sermonis contextu manifestum est, particulam ratiocinatiuam γὰρ ad proxime praecedens τοῦτο φύλαξαι referri, non vero ad νὴ τὸν Δί' ὅ, τι βούλει γε. *Brunck.*

5. θλίβομαι. Ridet alios in eo, quod ipse facit alibi. Nam in Lysistr. etiam introducit onus gestantem, v. 235. εἰ καὶ τὸν ὦμον ἀλγεῖς κρμοῦ τοσουτονὶ Φέρων βάρος· post ille, qui portat, dicit v. 316.: ταυτὶ μὲν ἤδη τὴν ῥάχιν θλίβοντά μου πέπαυται. v. Not. ad Nub. 538. *Bergl.*

6. γέλοιον. Eumoeris Ms. in dictt. Atticis [Moer. p. 109. Piers.] γέλοιον, βαρυτόνως, ἀττικῶς· γελοῖον, προπερισπώμενον [— σπωμένως Piers.] Ἑλληνικῶς. Idem hic in Scholl. tangitur. *Spanh.*

7. θαῤῥῶν γε· μόνον ἐκεῖν' ὅπως μὴ ῥεῖς. Sic A. C. In meo μόνον δ' ἐκεῖν' ὅπ. Melius abest particula aduersatiua. Alia in impressis vocum collocatio: θαῤῥῶν γ'

---

b) Schol. ad locum: πάνυ ἀντὶ τοῦ πολύ. τὸ δὲ πολύ, κἂν ᾖ γλυκύ, πονηρόν ἐστιν. Ain vero πολὺ γάρ ἐς' ἤδη χολή; Adeste, quotquot vbique estis Oedipi, atque hoc non tam interpretamentum quam aenigma explicate. Frischlin. qua erat prudentia, verba iam descripta in versione penitus neglexit. Atque ea profecto ciusmodi sunt, vt ad nullum aliud exemplum, in quo reperiatur vox χολή, ita exigi posse videantur, vt vel ferenda exoriatur sententia. Quis vnquam tam nude et ieiune dixit: ἐς χολή; Nunc vide annon rem acu tetigisse censendi simus: — πάνυ γάρ ἐς' ἤδη σχολή: *Immo quidquid tibi lubet (praeterquam* premor; *ab hoc autem temperes velim;) omnino enim iam* vacat. *Dawes.* M. Crit. p. 232. f. qui sex Arist. et Aesch. attulit loca, vbi σχολὴ εἶναι legitur. Sanctamand. in Append. ad Dawes. p. 462. „χολὴ *fatietatem* hic significare notant Scholia atque ex iis Constantinus; nulla vero auctoritate haec huius vocis significatio fulcitur. Interpretes et commentatores hanc vocem omiserunt. Loci sensus est: Si πιέζομαι dixeris, valde irascar. Ita ἐς' pro ἔσαι positum erit. Potest forsan legi σχολή, vt post βούλει γε in syntaxi sequatur: πάνυ γάρ etc.“ de satietate accipiunt etiam vernaculi intpp.

ἐκεῖνο μόνον ὅπως — *Brunck.* Praeferenda videtur vulgaris illa collocatio. Nam in ἐκεῖνο omnis vis ineſſe ideoque illud praeponi debet.

8. τἀνάφορον. Friſchlinus male *ſportam* reddit. Eſt enim lignum, ex quo baiuli onera ſuſpenſa geſtant. v. Suid. V. Ἀμφίποιλον. *Kuſt.* Infra Conc. 828. φέρε σοὶ τἀνάφορον ὁ παῖς, vbi eadem, quae de illa voce hic notat Schol., leguntur, et ſimiliter ap. Suid. V. Ἀνάφορον, vti etiam V. Ἀμφίποιλον c). Heſych. ἀνάφορον· τὸ τῶν ἐργατῶν (non ἔργων, quod occupauit iam Salmaſius) ξύλον. Veteres gloſſae: Ἀνάφορον, *nautea. Spanh.* Vid. Phoeniss. fragm. IV. In Eqq. 998. oraculorum magnam vim afferens eorumque ſub pondere gemens ait Iſiciarius: οἰμώ, ὡς χεσείω, κοὐχ ἅπαντας ἐκφέρω. τἀνάφορον Latine haud male *furcam* vel *furcillam* appellaueris. Plautus Cas. II, 8. [1. f.]

Sine modo rus veniat: ego remittam ad te virum
cum furca in vrbem, tanquam carbonarium.

Brunck. χεζητιᾷς. Nempe propter iniquum pondus. Sic ille in Eqq. vt ostendat, ſe onus vix portabile ferre, dicit v. 993. οἰμώ ὡς χεσείω. *Bergl.*

9. μήθ' ὅτι tres Regii. Vulgo μηδ' ὅτι. *Brunck.* qui μηθ' recepit. Supra tamen 5. μηδ'. Subint. autem ἐρῶ.

13. Φρύνιχος d). Comicus poëta, Noſtro aequalis, de quo mentio in Argumento. Alius fuit eiusdem nominis poëta tragicus antiquior e). V. Bentleii diss. Phalar. de orig. tragoed. p. 144. lat. verſionis. Amipſias poëtam noſtrum in comoediarum commiſſione bis ſuperauit. Eius Comaſtis ceſſerunt Ariſtoph. Aues: Conno Amipſiae ceſſerunt priores Nubes. Fabulam etiam contra Socratem fecit, in qua philoſophus traductus in ſcenam, cuius tres verſus ſeruauit Diog. Laërt. II, 28.:

---

c) Add. Zonar. Lex. I. p. 189.

d) Primam nominis ſyllabam eſſe longam docet Dawes. M. Crit. p. 95.

e) De vtroque vid. Fabric. B. Gr. II. p. 316. f. et 483. ſs. ed. Harl.

Σώπρατες, ἀνδρῶν βέλτις' ὀλίγων. πολλῶν δὲ ματαιόταθ' ἥηεις
καὶ σὺ πρὸς ἡμᾶς, καρτερικός τ' εἶ· πόθεν ἄν σοι χλαῖνα γένοιτο;
τουτὶ τὸ κακὸν τῶν σκυτοτόμων κατ' ἐπήρειαν γεγένηται.

Brunck. Phrynichus fuit inter eos, qui comoediis certabant, quum Arist. Ranae agerentur, vt testantur didascaliae; itaque conciliare inuidiam ei videtur voluisse Aristophanes. *Bergl.*

14. Λύπις. Hunc fuisse poëtam frigidum dicit Schol. *Bergl.* κἀμειψιάς [al. edd. κ' Ἀμειψίας]. Citatur idem Comicus in graeco Nubium argumento, quique reiecto tum Aristophane, Nubes primum edente, iuxta Cratinum dramate Κόννῳ vicerit. Meminit illius fabulae Athen. V. p. 218. et vix alibi caeteroquin occurrit eiusdem Comici ap. vett., qui supersunt, auctores mentio. *Spanh.* Novem eius dramata memorari e Fabric. B. Gr. II. p. 409. f. intelligitur.

15. σκευηΦοροῦσ'. Sic vno verbo *f)* A. D. In hoc: οἵ' τινες σκευηΦοροῦσ'. In B. οἱ σκεύη φέρουσ'. Vides glossas, easque prauas, a librariis in textum immissas fuisse, nulla metri habita ratione. Fallebantur isti interpretes. σκευηΦοροῦσ' Datiuus est participii, nec quidquam extrinsecus est arcessendum. ποιεῖν de poëtis dictum, valet, *scribere, componere*, vt 79. ὥνπερ (ἅπερ) ἄλλοι ποιηταὶ εἰώθασι ποιεῖν τοῖς ἑκάστοτε σκευηφοροῦσι δούλοις ἐν κωμῳδίᾳ *quae alii poetae tribuere solent seruis identidem sarcinas baiulantibus in comoedia.* Cod. (quartus Reg.) σκευοφοροῦσ' superscripta optima glossa τοῖς. Scholion marginale: καὶ οὗτοι οἱ τρεῖς Κωμικοὶ εἰσὶ ποιηταί, σκευοφοροῦντας εἰςάγοντες ἐν ταῖς κωμῳδίαις καὶ αἰσχρὰ ποιοῦντας. *Brunck.*

17. σοφίσματα sunt comica inuenta et artificia, qualia ante describuntur. Θεώμενος est simpl. spectator.

---

f) Vulgo enim, puncto aut colo post 'Αμειψίας posito legebatur: σκεύη φέρουσ', idque habebatur pro tertia pers. Plur. verbi. Sed *Reisk.* recte: „post 'Αμειψ. punctum tollendum. φέρουσι est Datiuus pluralis cohaerens cum ποιεῖν." Bergl. autem: „σκεύη φέρουσι pro σκευοφόρους εἰςάγουσιν aut ποιοῦσιν. Schol."

18. πλεῖν ἢ ἐνιαυτῷ [vt recte ante Inu. in omnibus edd. legebatur]. Corinthus de Dial. p. 59. Ἀττικὸν καὶ τὸ πλεῖν ἀντὶ τοῦ πλέον, δεῖν ἀντὶ τοῦ δέον. Moeris [p. 294.] πλεῖν ἢ μύριοι, Ἀττικῶς· πλέονες ἢ μύριοι, Ἑλληνικῶς. Sumtum exemplum e Plut. 1184. Occurrit πλεῖν Lys. 589. *Brunck.* Quod Inu. recepit πλὴν ἢ ἐνιαυτοῦ, valere debet: *praeterquam* (niſi) *per annum*; ideoque hic locum non habet.

21. Senſus: Nonne in eo inſolentia eſt et magna mollities? ὅτ' pro ὅτε dictum, non ὅτι vt interpretes accepiſſe videntur.

22. Dicendum erat υἱὸς Διός, ſed παρ' ὑπόνοιαν dixit σαμνίου, i. e. *vrcei*, quia *Bacchus* ſ. *vinum* in vrceis conditur. Schol. v. quae notaui ad Nub. 1476. *Bergl.* Cur Bacchus Σταμνίου filius hic dicatur, docebunt ſcholia, et quod vel nota voc. σάμνου et σαμνίου de *amphora* ſat continuo indicat. Hinc Θάσιον οἶνον σαμνίον Lyſiſtr. 196. et ὀγδοήκοντα σάμνοι *vini Coi* Demoſth. adu. Lacrit. p. 550. Ita σαμνάρια οἴνου Athen. II. p. 499., apud Theophr. vero de Pl. II, 25. οἶνος κατεσαμνισμένος, *vinum amphoris reconditum*, qua poſtrema quoque voce vſus Nicoſtratus ap. Athen. d. l. p. 499. Amphoram vero, in qua Mannae portio erat dei iuſſu recondita, σάμνον dictam conſtat a LXX. ſenioribus Exod. 26, 33. et inde Hebr. 9, 4. de qua σάμνῳ cum Manna conſuli poteſt ab initio diss. 11. de numis Samaritan., vbi haec etiam Comici noſtri de σάμνῳ et σαμνίῳ loca haud ſunt praeterita, Adr. Relandus. *Spanh.* Add. ad Plut. 545. p. 289. ſ. T. I.

24. Nihil certius videtur Daweſii obſeruatione de diverſo vſu modorum optatiui et ſubiunctiui cum partice. ἵνα, ὅφρα, μή, quam viginti exemplis ex Ariſt. confirmavit p. 82. ſs. g). Quid ergo de h. l. ſtatuendum, vbi verbis de tempore praeſenti βαδίζω, πονῶ, ὀχῶ h) ſubiiciun-

---

g) P. 85. ed. ſec. Nimirum ostendit ibi, has particulas cum Optatiuo non niſi verbis praeteriti temporis ſubiungi, ſed poſt praeſentia et futura poſtulare coniunctiuum. Add. Matthiae Gramm. gr. p. 732. ff. qui ostendit eſſe tamen nonnulla loca, in quibus Optatiuus poſt verba praeſentis ſignificationis legatur, quaeque mutari non poſſint.

h) ὀχῶ. ſcholia ὀχεῖσθαι ποιῶ. Ipſe autem Xanthias ὀχεῖται. *Bergl.*

tur cum ἵνα μὴ modi optatiui ταλαιπωροῖτο et φέροι, quod graece non minus ſoloecum eſt, quam ſi latine dicas: *hunc autem vehi facio, vt aerumnarum eſſet expers, et onus non ferret.* Eſt quidem illa codd. IV. ſcriptura, quam nihilominus mendoſam eſſe cenſeo, nec dubito, quin ſcripſerit poëta: ἵνα μὴ ταλαιπωρῇ τε μήτ' ἄχθος φέρῃ *i*). Actiua forma ταλαιπωρέω perinde in vſu eſt, ac media ταλαιπωρέομαι, quod e ſolis Lexicis notum. v. Lys. 766. 1220. 1221. *Brunck.*

27. οὖνος [vt ante Inu. legebatur] pro ὁ ὄνος. Vehitur autem aſino Xanthias, vt Silenus, Bacchi famulus, de quo Lucianus in Deorum concilio: Φαλακρός, σιμὸς τὴν ῥῖνα, ἐπὶ ὄνου τὰ πολλὰ ὀχούμενος Λυδὸς οὗτος [c. 4. p. 530. T. III. Reiz.]. *Bergl.* Sic excudi debuit, vt eſt ap. Euſtath. ad Hom. p. 488, 10. id eſt, ὁ ὄνος. *Brunck.* Perperam ὄνος in ed. Lips. receptum. Nam non *aſinus* omnino, ſed is, quo vehitur, intelligendus eſt.

32. ἐν τῷ μέρει. Infra 494. ἐγὼ δ' ἔσομαί σοι σκευοφόρος ἐν τῷ μέρει. Lyſiſtr. 542. ὅπως ἂν ἐν μέρει χ' ἡμεῖς ταῖς φίλαις ξυλλάβωμεν. Eurip. Rhes. 473. ὡς ἂν μάθωσιν ἐν μέρει (vicissim) πάσχειν κακῶς. Idem Suppl. 407. δῆμος δ' ἀνάσσει διαδοχαῖσιν ἐν μέρει (per vices). Alias ἀνὰ μέρος. Eurip. Phoen 435. ὥς' αὐτὸς ἄρχειν αὖθις ἀνὰ μέρος λαβών. V. ad Veſp. 1317. ad Au. 1228. ad Lys. 542. *Bergl.*

33. ἐναυμάχουν. Idem nempe, vt in Schol. tangitur, quod liberi compotes fierent ap. Athenn. ſerui, qui nauali praelio militauerant, qua de re v. 705. Id vero non ap. Athenn. ſolum, ſed ap. Romanos ſubinde receptum conſtat, vt pro temporum conditione ſerui, quibus alias militia ſub corporis poena iuxta L. 11. D. *de Re Milit.* erat interdicta, non militandi ſolum licentiam, ſed libertatem inde etiam conſequerentur. Exempla eius rei apud rerum Romanarum auctores obuia. *Spanh.* Si interfuiſſet praelio ad Arginuſas, libertatem conſequutus fuiſſet, vt alii ſerui, qui interfuerant; ſed tunc miſer ophthalmia laborabat, vt ipſe 192. dicit. De ſeruis libertate tunc do-

i) Fortaſſis tamen ita defendi Optat. poteſt, vt Praeſentibus illis contineri etiam Imperfecti ſ. Aoriſti notio dicatur.

natis infra 705. *Bergl.* Xenophon Hell. p. 36. f. ed. Lips. [Mori, f. I, 6, 25. Schneid.] *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τὰ γεγενημένα καὶ τὴν πολιορκίαν ἐπεὶ ἤκουσαν, ἐψηφίσαντο βοηθεῖν ναυσὶν ἑκατὸν καὶ δέκα, ἐξβιβάζοντες τοὺς ἐν ἡλικίᾳ ὄντας ἅπαντας, καὶ δούλους καὶ ἐλευθέρους.* Hac clalſe paullo poſt ad Arginuſas pugnatum, ſeruisque qui praelio interfuerunt, liberſas data. *Brunck.* Xanthiam haec ſecum dixiſſe cenſet *Höpfn.* Verum audiuiſſe haec Bacchum fingi, inde probabile eſt, quod mox ſeruum *πανοῦργον* appellat. *κωκύειν* id. eſt quod *οἰμώζειν, ϑρηνεῖν.*

36. *βαδ. εἶμι.* Vbi poſtremum verbum *παρέλκει* Attice, vt Plut. 1170. *ἦν ἰδρυμένος.* Sic 1144. *ἐρατευμένοι εἰσί* et Aeſch. Agam. 878. ac ſimiliter Soph. Philoct. 441. *ἦν τεθνηκὼς* pro *τέθνηκεν*, et in eodem dram. 418. *ἔσι ζῶν* et 426. *ϑάλλοντες εἰσὶ* pro *ϑάλλουσι. Spanh.* Male *β. ε.* Spanh. accipit pro *βαδίζω*, tanquam ſcriptum eſſet *εἰμί.* Diuerſum eſt *εἶμι*, quod valet *πορεύσομαι*, vt recte exponit codd. gloſſa. *Brunck. k).*

37. *ἠμὶ* Attice pro *φημί.* v. Etym. M. p. 416, 26. *Brunck.* Zonar. I. p. 994. Caeterum Bacchus haec dicit, fores pulſans, et Xanthias antea deſcenderat.

38. *Κενταυρικῶς*, pro, *inſolenter*, *ferociter.* Loquitur Hercules conuenienter ſuae perſonae. Cum Centauris enim pugnauit. *Bergl.* Plautus Trucul. II, 2, 1. Quis illic eſt, qui tam proterue noſtras aedes arietat. *Brunck.* Hercules indignabundus ianuam aperit, et haec loquitur, deinde, Baccho conſpecto, illa *εἶπ', ἐμοὶ* — *Höpfn.*

40. *ὁ παῖς.* Gloſſa (cod. quarti Reg.) *ὦ παῖ.* v. not. ad Pl. 1099. *Brunck.* in Suppl. *l).* Dionyſus tacite haec ad Xanthiam dicit. *Höpfn.*

---

k) Vtrumque, Spanh. et Br., diuerſe aberrare cenſet *Wakefield.* Silu. Crit. IV. p. 16. Nimirum legere ipſe videtur *εἰμί*, et *β. ε.* reddere: ſoleo ire —

l) Nominatiuos ſine articulo in compellationibus Vocatiuorum loco poni, ſed cum articulo ad verba adiecta referri docet inprimis Lennep. ad Phalar. Epp. I. p. 95. f., ſtruenda enim h. l. verba ſic eſſe: *ὁ παῖς οὐκ ἐνσύμ.* —

41. *νὴ Δία.* Male cod. (quart. Reg.) *μὰ Δία*, quod notandum. *Brunck.* in Suppl.

43. Linguam aut labra mordet, ne rideat. In Veſp. 785. de illo, qui impatienter exſpectat: *οὐχὶ πεινῶν ἀναμενεῖς δάκνων σεαυτόν*; v. Not. ad Nubb. 1372. *Bergl.* Riſum retinere primum ſtudet Hercules, deinde vero in vehementem cachinnum erumpit.

45. *ἀποσοβῆσαι.* Verbum eccleſiaſticis ſcriptoribus haud inſolitum, Cyrillo inprimis adu. Iulian. III. p. 94. X. p. 345. pro *reiicere*, *repudiare*. *γέλων.* Eumoeris Ms. [Moer. p. 108. Piers.]: *Γέλων Ἀττικῶς· γέλωτα, κοινῶς.* Alibi vero, ob merrum nempe, idem Comicus et haud diſſimili in re, ob viſum ibi ſenem crocota indutum, vt hic de Baccho, ob additam crocotae leoninam pellem, dicitur Thesm. 949. *γέλωτα παρέχω. Spanh.* Iterum ridet Hercules.

46. *κροκωτῷ.* Notum *muliebre* haud minus ac *Liberi patris*, vt hic in Scholl. dicitur, *indumentum*, ac prout de *muliebri* haud ſemel *κροκωτόν m)*, *κροκώτιον* et *κροκωτίδιον*, alibi ap. hunc Comicum leguntur, quorum loca non hic tango, quae ſat indicabunt Indices. Inde factum verbum *κροκωτοφοροῦσα* Clem. Alex. Paed. II, 10. p. 201. Cic. Haruſp. Reſp. 21. *P. Clodius a crocota, a mitra, a mulieribus ſolus* etc. vt de Libero patre Athen. V. p. 198. *χιτῶνα πορφυροῦν ἔχων διάπεζον καὶ ἐπὶ αὐτῷ κροκωτὸν διαφανῆ.* Adde Philoſtr. Vit. Apoll. IV, 7. Quod vero hic obiter notandum venit, eumdem nempe Herculem, qui Bacchum *crocota* ſimul et leonina pelle indutum hic ridet, *crocota* quoque amictum et Omphalae inſeruientem tradit Lucian. Quom. Hiſt. conſcr. p. 609. [c. 10. T. II. p. 15. Reiz.] *αὐτὸν δὲ ἐν κροκωτῷ καὶ πορφυρίδι ἔρια ξαίνοντα. Spanh.* Scholiaſtes *Διονυσιακὸν Φόρημα.* Iul. Pollux l. IV. c. 18. [ſect. 117.] vbi agit de veſtibus comicis et tragicis: *ὁ δὲ κροκωτὸς ἱμάτιον. Διόνυσος δὲ αὐτῷ ἐχρῆτο.* Proprie *mulierum* eſt, in Lys. 44. *κροκωτὰ Φοροῦσαι.* Sed quia Bacchus erat formoſus, mollis et effeminatus, ſimilem veſtitum gerit. De Aga-

---

m) Nomen illa tunica a croceo habuit colore, quo fuit tincta. v. Viſcont. ad Mus. Pio – Clem. I. p. 82.

thone, homine delicatulo, Thesm. 143. *ποδαπὸς ὁ γύνις — τί βάρβιτος λαλεῖ προκωτῷ*; *Bergl.*

47. *κόθορνος* de *muliebri calceamento* similiter Conc. 346., vbi de viro muliebres calceos prae festinatione induente: *ἐς τὼ κοθόρνω τὼ πόδ' ἐνθεὶς ἕεμαι.* Inde a Clem. Alex. inter muliebres quoque calceos iidem relati Paedag. II. p. 205. *καὶ τὰς πρηπῖδας Ἀττικάς*, item *καὶ τοὺς κοθόρνους. Cothurnos* vero fuisse etiam calceamenta venatoria, quae crura vincirent, monuit, quod viderunt iam alii, Seruius ad Virg. Aen. I, 361. *Purpureoque alte suras vincire cothurno;* et Ecl. VII, 32. de Diana: *Puniceo stabis suras euincta cothurno.* Nempe qui tegebat mediam vsque tibiam, vt passim ostendunt obuia Dianae in marmoribus ac numis antiquis simulacra. *Spanh. ῥόπαλον.* Clauam et leoninam, Herculis insignia, coniunxit cum muliebri veste, quod ridiculum est *n*). *Bergl.*

48. *ποῖ γῆς ἀπεδήμεις.* Citat locum hunc Thom. Mag. V. *Ἐπόημος* [p. 280. Berm.]. *Kust. ἐπεβάτευον* Κλεισθένει. De Clisthene quasi de naui loquitur, quae ita dicta sit; sed spectatores, qui norant Clisthenem, facile intelligunt, eum tale quid fecisse, quale in Lysistr. se facturos quidam mirantur: *οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ* Κλεισθένη *βινήσομεν*, v. 1097. *Bergl. Clisthenem insceudi.* Tamquam si nauis fuisset hoc insignita nomine. Salse cinaedum perstringit, vt Lys. 1092. *Brunck.* Nimirum *ἐπιβατεύειν* (vt *ἐπιβαίνειν, ἐπιβάτης*) propr. de naui, hinc etiam obscoeno sensu dicebatur pro *ἑταιρίζειν. Conz.*

48. Ex his versibus patet, tunc temporis multos sermones in ciuitate fieri de quadam naumachia nuper facta, in qua multae hostium naues depressae fuerant. Sed inferius manifestum fiet, de qua naumachia intellexerit.

---

n) „Comparauit ad risum Comicus, quae proprie prisca Bacchi, tamquam *solis verni* symbola erant. Habitus ille (quod clauam gestat) nihil aliud declarare videtur, nisi solem ex hiberno languore paullatim restitutum vegetioremque. Iamque responderi Herculi interroganti: *τί κεκέρνος* — videtur posse: Nimirum isti Baccho, quem tu tantopere rides, a prisci hominibus eadem attribuebantur, quae tibi." Sunt verba *Creuzeri* in Dionys. I. p. 268. f. Recte, diceret, credo, Hercules; at non simul cothurnus et clava, crocota et leonina.

Palmer. p. 771. Omnia haec duplicem habent ſenſum; quum enim loqui videatur de praelio nauali, ſubindicat rem obſcoenam, vt recte coniicit Hercules mox, vbi dicit: *ξυνεγένου* Κλεισθένει. Clarius infra, etiam allegorice, 431. *καὶ Καλλίαν — φασι — λεοντῆν ναυμαχεῖν ἐνημμένον.* Qualis λεοντῆ Baccho etiam magis conuenit, quam illa Herculis. *Bergl.* *ναῦς* Attice, pro *νῆας*, vt 361. Sic Thucyd. I, 13. *τὰ περὶ τὰς ναῦς*, II, 7. *ναῦς ἐπετάχθησαν.* Vnde liquet, aut errare Eumoerin Ms. in Dict. Att. apud quem hodie legitur: Νῆες, *ὡς* Θουκυδίδης, Ἀττικῶς· ναῦς, Ἑλληνικῶς· aut, quod potius ſtatuendum eſt, librarii vitio legi ibi priori loco *νῆες* pro *ναῦς*, et poſteriori *ναῦς* pro *νῆες* o). Iſtud enim, quod ibi auctoritate Thucyd. confirmatur, ex adductis modo ex eo exemplis adſtruitur. *Spanh.*

51. *κἄτ' ἔγωγ' ἐξηγρόμην.* Quaſi per ſomnum decertaſſet praelio nauali, quum dormiret cum Cliſthene. Nam non ita ſtrenuus eſt Bacchus *p*). Ceterum verba perſonis ita tribuenda eſſe puto hic, vt in verſione feci *q*). Dum enim narrat fortia facta ab ingenio eius abhorrentia, animaduertit ſomno illa, quam veritati eſſe ſimiliora. Talis ingenio eſt praeditus et Silenus, *Bacchi* famulus, qui Eurip. Cycl. 8. iactat facinus quoddam ſuum, quod ipſemet quum rem reputat et ad ſe redit, neſcit annon ſit inſomnium: Ἐγκέλαδον ἰτέαν εἰς μέσην θένων δορὶ ἔκτεινα. *Φέρ' ἴδω, τοῦτ' ἰδὼν ὄναρ λέγω. Bergl.* Inepte vulgo continuata Baccho haec verba codices A. B. *Xanthiae* tribuunt, qui tamen ſe nondum colloquio immiſcet: Herculi ea multo melius tribuunt C. D. *r*). Gloſſa: *ἐξηγει-*

---

o) Moeridis mentem non ſatis' perceptam eſſe a Spanh. poſt alios docuit Piers. ad Moer. p. 266. Attici in Nomin. dicebant *νῆες*, in Accus. *ναῦς*.

p) Cui verba tribuuntur in antt. edd. et Bergl.

q) In ea autem vulgata olim perſonarum distributio non eſt mutata. Sed *Kuſt.* mutauerat, et haec adnotauit: „In verſu hoc iam ab initio perſonas ſic diſtinguendas putaui: Ἡρ. σφῷ; Διο. Νὴ τ. Ἀ Ξάνθ. κἄτ' ἔγωγ' ἐξηγρ. Hanc coniecturam poſtea confirmatam vidi auctoritate MS. Vatic. U. in quo ſic legitur.“ Kuſterum auctoritate cod. Rau. ſequutus eſt Inu.

r) Et cod. E. f. quartus Reg. a Br. in Suppl. laudatus.

ρόμην ἐξ ὕπνου. Qui ſomnia ſua aliis narrant, fabulam plerumque his verbis concludere ſolent *s)*, quibus Hercules facete Baccho ſignificat, ſe fortibus eius factis fidem non habere. *Brunck.* Pro *ἐξηγρόμην Reisk.* legendum coniecit *ἐξῃρόμην*, quod reddit: *exceſſi*, disceſſi e bello, domum redii, *ich erhub mich hinweg nach Hauſe.*

52. *ἀναγιγνώσκοντι.* Sic B. duplici *γ*, recte. Propriam hanc Atticis ſcripturam tum codicum tum vett. Grammaticorum auctoritate vbique apud Comicum reſtitui. Euſtathius p. 1064, 1. *τὸ δὲ γινώσκειν οἱ μὲν ὕστερον Ἀττικοὶ μετὰ καὶ δευτέρου γάμμα γιγνώσκειν φασίν, ὡς καὶ ὁ Κωμικὸς δηλοῖ, καθὰ καὶ τὸ γίνεσθαι γίγνεσθαι.* Cf. Valcken. ad Phoen. 1396. *Brunck.* Plato Comicus ap. Athen. I. p. 5. *ἐγὼ δ' ἐνθάδ' ἐν τῇ ἐρημίᾳ τουτὶ διελθεῖν βούλομαι τὸ βιβλίον πρὸς ἐμαυτόν.* Noſter Eccles. 929. *ᾄδω πρὸς ἐμαυτὴν Ἐπιγένει τῷ ᾽μῷ φίλῳ. Bergl.* Noſtri ſimiliter dicunt *für mich.*

54. *πῶς οἴει σφόδρα.* Alias etiam *πῶς δοκεῖς*; vt Nub. 879. *Bergl.*

55. *μικρὸς t) ἡλ. Μόλων.* Didymus ap. Schol. duos fuiſſe Molones ait, alterum hiſtrionem, alterum *λωποδύτην graſſatorem;* quos neceſſe eſt, magno corpore fuiſſe. Dicit autem, *deſiderium ſuum tantae magnitudinis eſſe, quantae ſit corpus Molonis.* Sed ironice dicit *v)*, *tam paruum*, quum contrarium intelligatur. Nam ſi tam parvum eſt, vt aequet inſignem magnitudinem, non eſt iam paruum. Alius Schol. de Milone hic eſſe ſermonem pu-

---

s) Senſus eſt: *ſomnia narras.* Qui enim ſomnia ſua aliis narrant, fabulam plerumque hoc modo concludere ſolent: *Et deinde expergefactus ſum.* Videtur ergo hoc prouerbii vicem apud Graecos obtinuiſſe. Caeterum locum hunc citat Tho. M. V. Ἐγείρομαι et Suid. V. Ἐξηγρόμην et V. Κᾆτ' ἔγωγ' ἐξηγρ. *Kuſt.* Eadem prouerbiali locutione etiam Germanos olim vſos eſſe ex Agricolae prouerbb. german. docuit *Conz.*

t) Brunk. edidit σμικρός. Et ita cod. Bau.

v) Puſillus, quantus Molon: quod contrario ſenſu dictum eſt pro *ingenti.* v. Adr. Iunium Centur. V. Adag. 31. *Kuſt.* Ironice hoc dictum. Nam Molon, quisquis ille fuerit, ſiue hiſtrio, ſiue graſſator, fuit procul dubio inſigni corporis magnitudine. *Brunck.*

tat, qui ſine dubio fuit magnus. *Bergl.* Cod. Elb. *μαχρός*, quod praeferendum putauerim. Nam vnusquisque exſpectat, Bacchum dicturum eſſe, ingens eſſe deſiderium, qualis eſt Molo. Quam frigide autem *μικρὸς* contrario ſenſu pro *ingenti* dictum fuerit! *μακρὸς* in vett. nonn. codd. iam repertum eſſe conſtat ex Schol. Verborum *μακρὸς* et *μικρὸς* frequens in libris manu exaratis fuiſſe videtur permutatio. Sic in Deorum dialogis Luciani (Dial. X. init. p. 220, 84. ed. Reiz. pro *διὰ μακροῦ* reponendum eſſe *διὰ μικροῦ* fere mihi perſuadeo. Mercurius enim iuſſu Iouis, qui Herculem creaturus rem habebat cum Amphitryonis vxore, Soli denunciat, ne per tres dies oriatur, ſed omne trium dierum ſpatium in vnam cogat nocrem, *καὶ ἀνάπαυε διὰ μικροῦ σεαυτόν*, quod vulgo interpretantur: recrea te quiete *poſt longum tempus*. Malim autem legi *διὰ μικροῦ*, *paullulum*. Sic fluere etiam magis videtur oratio. Ceterum ſi quis verſus ſequentes Ariſt. cum Lucian. Dial. D. X. p. 227. Reiz. conferre voluerit, vtriusque loci magnam in interrogandi ratione eſſe ſimilitudinem deprehendet. *Trendelenburg.* ap. Harl. ad Nub. p. 232. f.

57. Quidam codd., teſte Schol. olim habuerunt *ἀππαταί*, prout etiam hic legit Suid. V. *Ἀππαπαί*. *Kuſt.* *ξυνεγένου τῷ* Κλ. Articulum vulgo omiſſum exhibent IV. codd. [de quinto in Suppl. nihil notatum] quorum me conſenſus permouit, vt eum reciperem, pro *ἀτταταί*, quod habent illi etiam, ſcribendo ad metri legem *ἀταταί*. *Brunck.* Sequuti ſunt *Inu.* et *Höpfn.*

58. Tres particulae, *οὐ γὰρ ἀλλὰ* ſic aggregatae ſimulque ſumtae tantumdem valent ac *καὶ γάρ*, *etenim*, *enimvero*: nec diſtingui inter illas debet, quod poſt Bentl. ad Callim. fr. XCII. monuit Io. Ienſius Lect. Luc. p. 144. Ellipſin comminiſcuntur alii Grammatici, quam diuerſimode ſupplent, plerumque ridicule. Gl. in cod. meo: *οὐ γὰρ τούτου ἐπιθυμῶ, ὃ λέγεις, ἀλλὰ πανῶς ἔχω.* In C. *οὐ γὰρ τοῦτό ἐσι.* Nouiſſimus auctor doctrinae particularum [Hoogeveen. T. II. p. 922. f. p. 464. ed. Schütz.] *x)*

x) Praeiuerat Deuarius de partt. l. gr. p. 286. ed. ſec. Reusm., vt Brunkio Budaeus, quocum facit Viger. de Idiot. p. 462. Herm. vbi cfrr. Intpp.

μὴ σιῶπτέ μ᾽. οὐ γάρ σε σιώπτω, ἀλλὰ παπῶς ἔχω. Huiusce modi millena excogitare possis, quorum nihil auctor in mente habuerit. *Brunck.*

59. ἵμερός με διαλ. Idem aliis verbis Eccles. 954. ἄτοπος δ᾽ ἔγκειταί μοι τις πόθος, ὅς με διακναίσας ἔχει. *Bergl.*

61. δι᾽ αἰνιγμῶν ἐρῶ. Eurip. Rhes. 754. τάδ᾽ οὐκ ἐν αἰνίγμοῖσι σημαίνει κακά· σαφῶς γὰρ αὐδᾷ συμμάχους ὀλωλότας. Aesch. Agam. 1102. Φρενώσω δ᾽ οὐκέτ᾽ ἐξ αἰνιγμάτων. Idem Choëph 887. ξυνῆκα τοὔπος ἐξ αἰνιγμάτων. Videri potest Nota ad Eqq. 196. *Bergl.*

62. ἐπεθύμησας. Per similitudinem indicat Herculi magnitudinem desiderii sui, quod tam magnum esse dicit, quam magnum fuerit Herculis desiderium, si quando esurirer. Introducitur autem Hercules tamquam nimium vorax a poëtis. Comicus Pac. 841. τούς θ᾽ Ἡρακλέας τοὺς μάττοντας καὶ τοὺς πεινῶντας. Hic in Ranis narrat ancilla, quo modo is aliquando in penum irruens, sedecim panes comederit et viginti frusta carnium et plurimum salsamentorum et caseos vna cum corbibus. v. mox 107. *Bergl.*

64. ἢ ἕτερα Φρ. Sic plene, sine elisione, scriptum in codice meo, vt in Kust. edit., recte. In aliis codd. ἢ ἕτερα. Peius vett. edd. ἢ ᾽τέρα, quod imperite reuocauit Berglerus. ἕτερα accusatiuus est pluralis, cuius vltima breuis ante Φρ. produci non potest. *Brunck.*

66. δαρδάπτει πόθος. Nicander Ther. 194. δαρδάπτων deuorans et Athen. VIII. p. 363. ἐπὶ τῶν ἀπλήστως καὶ θηριωδῶς ἐσθιόντων τὸ δάψαι καὶ δαρδάψαι. Quae inde obiter hic noto, vt haud vnius Homeri, qui in graecis Vocabulariis vel Thesauris vulgo adducitur, auctoritate niti hoc verbum liqueat. *Spanh.* Cf. Apollon. Soph. Lex. Hom. p. 213. ed. Toll.

67. καὶ ταῦτα τοῦ τεθν. Scholiastes monet, quosdam haec personae Herculis tribuere, quorum sententiam probo. Postquam enim Bacchus dixerat: *tantum me desiderium Euripidis mordet:* Hercules (quocum Bacchus hic loquitur) pro sensu loci recte subiiciet: *Euripidis, licet iam mortui?* Mortuos enim nos reuisuros esse, nulla spes

esse solet: quamuis Bacchus tali desiderio se teneri ostenderit, quod Hercules hic miratur. *Kust. y).* Adeo amat etiam mortuum Euripidem, vt Plutonis tristia regna et locum inamabilem inferorum adire velit illius causa. Philemon etiam suspendere se volebat, si modo sciret, manes habere sensum, vt Euripidis conspectu frui posset: *εἰ ταῖς ἀληθείαισιν*, inquit, *οἱ τεθνηκότες αἴσθησιν εἶχον ἄνδρες, ὥς φασί τινες, ἀπηγξάμην ἂν ὡς ἰδεῖν Εὐριπίδην.* Talis amor eum tenebat, vt dicit Thom. M. in Eurip. Vita. *Bergl.*

68. *Τὸ μὴ οὐκ.* V. Not. ad Nub. 1080. *Bergl.* Offendit *οὐ* quod e Rau. recepit Inu. ob vocalem sequentem.

72. *Οἱ μὲν γὰρ* — Iste versus est ex Oeneo Eurip. [fragm. 2. ed. Musgr.] vt notauit Schol. qui locum plenius adducit: [Diomedes]: *Σὺ δ' ὦδ' ἔρημος ξυμμάχων ἀπόλλυσαι*; [Oeneus] *οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἔτ' εἰσίν, οἱ δ' ὄντες κακοί.* *Bergl.*

73. *Ἰοφῶν.* Sophoclis filius, qui putabatur patris tragoedias pro suis venditare; quia ergo Sophoclis tragoediae laudabantur, Iophontem, qui eas tanquam suas proferebat, dicit bonum videri poëtam, sed non vult affirmare, eum reuera esse talem. Ex Schol. *Bergl.*

75. *ὅπως ἔχει.* Quae hic in Scholl. corrupta omnino exstant de annorum numero, quibus Aeschylo iunior Sophocles dicitur, aut omissa voce *πρεσβύτερος* vel *παλαιότερος*, vbi de Euripide agitur, pridem ad h. l. notaueram, sed quae occupauit iam Kusterus [v. not. ad Schol.]. Addam etiam quod cum seniore Aeschylo et cum iuniore Euripide decertasse Athenis dicatur Sophocles ap. Dion. Chrysost. Or. II. p. 548. *Spanh.*

76. *Σοφοκλέα.* Duae vltimae in vnam coalescunt. Sic infra 863. *Πηλέα* disyllabum, Thesm. 26. *Ἡρακλέα* trisyllabum est. *Brunck.*

77. Hunc versum sic exhibet cod. (quartus Reg. s. E.):

---

y) Nemo ei obsequutus est, etsi ea sermonis Bacchi interpellatio admodum commoda est.

μέλλεις ἀνάγειν, εἴπερ γ' ἐκεῖθεν δεῖ σ' ἄγειν. Eadem eſt ſcriptura cod. B. *z)* quam vtique praeferendam cenſeo, ob molliores numeros. *Brunck.* in Suppl.

78. Ordinem verborum et ſententiam declarat interpunctio [quam etiam Inu. ſequutus eſt]: οὐ, πρίν γ' ἂν Ἰοφῶντα, μόνον αὐτὸν ἀπολαβών, κωδωνίσω, ὅ τι ποιεῖ ἄνευ Σοφοκλέους. Iophontem perſtringit, quem vulgus opinabatur, fabulas non compoſuiſſe, quas ſuo nomine ediderat; ſed illis a patre Sophocle conſcriptis filium ἐπιγραφῆναι. — κωδωνίσω. Gl. in C. δοκιμάσω· ἐκ μεταφορᾶς τῶν νομισμάτων. Bene. Infra 743. numorum mentio κεκωδωνισμένων. Inepta in meo cod. gloſſa διακηρύξω. Hinc verbale κωδωνισός. In Lys. 485. πρᾶγμα ἀκωδώνιστον, *res inexplorata. Brunck.* Si Sophocles educeretur ex inferis, plures fabulas ſcriberet Iophonti filio, quas iſte ſuas diceret eſſe; vt itaque Bacchus poſſit detegere impoſturas Iophontis, et videre, an is absque patre aliquid ſcribat, vult Sophoclem apud inferos relinquere. Ex Schol. *Bergl.* Senſum hunc eſſe puto, vt Bacchus dicat, ſe non poſſe educere Sophoclem ab inferis, priusquam ſeorſim ſeductum interroget ſine Sophocle Iophonta atque ab eo exquirat, cuiusmodi ſint ea dramata, quae faciat vel ſcribat: vtrum ipſius ſint Iophontis an Sophoclis, quod vulgo ferebatur. (ποιεῖν enim eſt *facere, ſcribere fabulas.* vt ſaepe alibi.) Nam ſi Iophon diceret, ſuas eſſe fabulas illas, atque a ſe ſcribi, deliberare poterat Bacchus de adducendo ab inferis Sophocle, vt praeſtantiore Iophonte ipſo; ſin fateretur, patris eſſe, nihil erat cur Sophoclem adduceret, cuius dramata filius adhuc ederet mortuo patre. Petitus ad Legg. Att. p. 70. [141. Weſſ.] corrigit *a)* ἃ νεύει, Σοφο-

---

z) Atque etiam cod. Elb. ap. Harl. ad Nub. p. 253., non ſatis recte, opinor, ibi exſcripta. Eodem ducit in cod. Borg. εἴπερ (non ἄπερ, vt ap. Höpfn.) γ' ἐκεῖθεν —

a) Locum hunc Ariſtoph., in quo nihil eſt vitii, vt corruptum tamen emendare conatur Sam. Petitus, Criticus ſi quisquam alius infelix, de LL. Att. p. 70. Exiſtimat enim, pro ἄνευ Σοφ. legendum eſſe ἃ νεύει Σοφ., quae lectio tamen non ſolum in genium graecae linguae, ſed etiam in metrum manifeſte peccat. *Kuſt.* Improbauit illam ineptam correctionem Saluin. ad LL. Att. p. 142. ed. Weſſ. et copioſius ibid. refutauit Duckerus.

κλέους ὅ τι ποιεῖ, hac ſententia: prius Iophon mihi ſolus eſt conueniendus et explorandum, quid annuat: neque enim Sophocles ipſe ſine filii auctoritate, qui in eo tanquam deſipiente, eiusque bonis poteſtatem habebat, poterat polliceri quidquam. Σοφοκλέους ὅ τι ποιεῖ ait, videri prima fronte idem eſſe ac *quid de Sophocle faceret*. ſed tamen alludi iis verbis ad id, quod Iophonti obiiciebatur, nempe, eum paterna dramata pro ſuis edere, adeoque ea eſſe ita accipienda: *quid faciat eorum, quae ſunt* Sophoclis. Haec mihi non probantur: expoſitio enim violenta eſt. et veritati rei repugnat. Sophocles enim etſi a filio παρανοίας accuſatus fuerit, tamen a iudicibus abſolutus eſt, et filius ipſius reprehenſus, vt paullo ante narrat Schol. et Auctor vitae Soph. Adde, quod τοῦ Σοφοκλέους ὅ τι ποιεῖ vix graece videtur dici, pro, *quid de Sophocle faceret* vel *ſtatueret*. Erat enim dicendum: τὸν Σοφοκλέα. *Duck.*

81. ἐπιχειρήσειεν ἄν optime membr. Vulgo ſoloece: ἐπιχειρήσειέ μοι b). Peius in C. ἐπιχειρήσειέ με. Potentialis partic. ἄν ſalua linguae indole abeſſe non poteſt: at inutile eſt pronomen μοι. Satis enim per ſe intelligitur, quibusnam ſe comitem furtim applicare conaturus ſit Euripides, nempe Sophocli et Baccho, ſi illum hic ab inferis reducat. V. ad Lys. 301. Thesm. 593. *Brunck.* Verſus 80 — 82. Herculi non nemo tribuendos eſſe vidit, neque aut ſine cauſa verba καὶ ξυναποδρᾶναι deprauata ſtatuit vir ille doctus, aut male coniecit legendum eſſe: πόθ' ὑγ' ἀποδρᾶναι δεῦρ' ἐπιχειρήσειέ σοι: nam quicum, quaeſo, viuentium ξυναποδράσεται reductus ad lucem Euripides? viuentium vero? imo ne recens quidem mortuorum inueniet quemquam, qui feſtinare velit, vbi vel Alceſtides ceſſant, morasque nectunt. v. Eurip. Alc. 254. ff. Quamquam Brunkius ſatis per ſe intelligi autumat, quibusnam ſe comitem furtim applicaturus ſit Euripides, ſcilicet Sophocli et Baccho, ſi ſe ab inferis reduxerit. Quid? Sophocli, qui reductus ad ſuperos non fuerit, ſi quidem Euripidem elegit Bacchus? Quid? Baccho ipſi, qui, quod voluit, impetravit, nec ſcilicet aufugiet ad mortuos cum illo ipſo, quem non ſine moleſtia inde arceſſiuit? Miror tales ineptias non

b) Quod tamen Inuern. ſuorum codd. auctoritate reſtituit.

dicam Brunkio, ſed cuiuis, placuiſſe *c)*. Suadet Hercules non Euripidem abducere, ſed Sophoclem, tum quia dignior hic illo, tum propterea, quod Euripides, vtpote vafer, auſugere ſit conaturus, Sophocle contra facilem ſe praebituro manſuroque. Quaero, quid ad fugae conſilium vafritia? Facilius turbis ſe expedit fugitque, ſi eo res indiget, qui vafer eſt, ſed ob id ipſum fugere non ſtudet, niſi vera aliqua cauſa abeundi acceſſerit, ſiue ex ſtatu rerum ſiue ex ipſius hominis ingenio. Morum igitur aliqua pravitas dicenda erat, qua permotus Euripides ad ſuperos ab ipſo Baccho, ludorum ſcenicorum praeſide, tam honorifice reductus, auſugere tamen conaretur *d)*. Quod quid fuerit, id ipſum, cuius nomine Sophocles laudatur, propemodum indicat, τὸ εὔκολον. Placidus, innocuusque Sophocles, Euripides verſutus et moroſus iraeque impotens, ita vt quam facile et optimae eum conditionis taedium capiat, tam ſubito quoque ſe expediendi reperiat rationem. Quid igitur? Nempe reſcribendum puto:

Κἄλλως ὁ μέν γ' Εὐριπίδης, πανοῦργος ὢν
Κὀξύς, ἀποδρᾶναι δ. ἐπ. ἂν —

Moroſitatem Euripidis lepide depingit Noſter Acharn. 414. ſſ. numeraturque Tragicus in ἀγελάϛοις. Cf. itidem Ach. 231. *Hotib.*

82. εὔκολος i. e. *ſimplex*, *facilis* et *commodus amicis*. Thomas Mag. [p. 387. Bern.] εὔκολος, ὁ ἀφελὴς καὶ ἕτοιμος εἰς ὅπερ ἄν τις αὐτῷ χρήσασθαι βούλοιτο. Subiicit deinde hunc ipſum locum Ariſt. *Kuſt.* Infra 362. μηδ' εὔκολός ἐϛι πολίταις *neque facilem ſe erga ciues praebet.* Plato de Legg. IV. p. 708. οὐ τοίνυν εὔκολος ὁμοίως γίγνοιτο ἂν ὁ κατοικισμὸς ταῖς πόλεσιν. S. Baſilius epiſt. CCCLII. εὔκολος πρὸς τὴν λήθην. Quod vero Sophocles aeque *facilis* ſ. *ſimplex* in inferis dicitur, qualis dum viueret fuerat, inde egregie illuſtratur, quod de

---

c) Sed ineptire ipſe huius animaduerſionis auctor videtur. Senſus clarus eſt: Bacchus non Sophoclem, ſed Euripidem reducere vult, et cauſam etiam hanc adfert, Euripidem (etiamſi abducere eum nolit, tamen) ſecum ex orco eſſe auſugiturum et ad ſuperos abiturum, Sophoclem contra facile ibi manſurum eſſe.

d) At vero διῦρο non eſt, in orcum. Nam Hercules et Dionyſus non in orco verſabantur.

eo ap. Athen. dicitur XIII. p. 604. *τὰ μέντοι πολιτικὰ οὔτε σοφὸς οὔτε ῥεκτήριος ἦν, ἀλλ' ὡς ἄν τις εἷς τῶν χρηστῶν (proborum* f. *minime callidorum) Ἀθηναίων. Spanh.* Sophocl. in Aiac. 1381. *οὗτος δὲ κἀκεῖ κἀνθάδ' ὢν ἔμοι γε ὅμως ἔχθιστος ἔσται.* Ad quem locum Comicus de Sophocle loquens videtur alluſiſſe; in vtroque autem de inferis et ſuperis ſermo eſt. *Bergl.*

83. Ἀγάθων δὲ ποῦ ἐστιν; Meminit loci huius Suidas V. Ἀγάθων. V. etiam Kuhn. ad Ael. V. H. II, 21. vbi de Agathone pluribus agit *e). Kuſt.*

84. Ἀγαθὸς π. Parodia ad ipſum Agathonis, tragici poëtae, quod modo praeceſſerat, nomen, idem nempe, apud quem vna cum Socrate, Ariſtodemo aliisque conuiuatus dicitur in Platonis Sympoſio *f)* ipſe hic Ariſtophanes, et de quo ait Philoſtr. Vit. Soph. p. 497. *καὶ Ἀγάθων ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητής· ὃν ἡ κωμῳδία σοφὸν καὶ καλλιεπῆ οἶδε, πολλαχοῦ τῶν ἰαμβείων γοργιάζει (iambicis plerumque Gorgiacis vtitur).* Quo loco reſpexit Philoſtratus ad illud de eodem hoc Agathone, quod in alia huius Comici fabula ſ. Thesm. 52. legitur: *μέλλει γὰρ ὁ καλλιεπὴς Ἀγάθων* — vbi in ſcenam prodit ac hymnum continuo in *θεσμοφόρων* dearum, Cereris ac Proſerpinae, accinente eodem Cerealium mulierum choro recitat. Aliqui vero huius Agathonis verſus leguntur etiamnum ap. Athen. V. p. 185. et ſimiliter ap. Clem. Alex. Str. V. p. 614. et ap. Stob. in Excerptis Grotii de Rer. Nat. p. 141. et 143. et Floril. p. 17. c. 28. *Spanh. ποθεινὸς τοῖς φίλοις.* Euripides Phoen. 424. *ἦ ποθεινὸς φίλοις· ἦ ποθεινὸς Θήβαις.* Puto autem eum *ποθεινὸν* dici, quia erat formoſus et habebat amatores, inter quos et Plato erat, vt teſtatur eius epigramma ap. Laërt. [III, 32.], cuius principium: *τὴν ψυχὴν Ἀγάθωνα φιλῶν. Bergl.*

86. Ξενοκλέης. Sic liquido ſcriptum in cod. (quarto Reg. ſ. E.) vt emendaui iuxta certiſſimum prosodiae canonem. v. not. ad Thesm. 169. *Brunck.* Duo illius nomi-

---

e) Add. id. Ael. XIII, 4. XIV, 13. ibique Kuhn.

f) Ad quod in Introduct. p. XLIV. ſs. plura de Agathone monuit Wolf.

nis Tragici dicuntur exſtitiſſe in Schol. ad h. l., e quibus hic Carcini filius in iis dicitur, et de quo ſimiliter Thesm. 448. Ξενοκλῆς ὁ Καρκίνου. Alius proinde Xenocles ῥήτωρ ἐν Ἀθήναις *orator Athenis* traditur in celebri Matronis parodia Athen. IV. p. 130. idem proinde ſtatuendus, qui tertius Xenocles in iisdem hisce Scholiis traditur, isque πολιτικός. Hic vero Xenocles δωδεκαμήχανος a Platone Comico, et addita eius appellationis ratione, dictus traditur in Schol. ad Thesm. 448. *Spanh.* Carcini filius, vt teſtatur ipſe Comicus Thesm. 447. Ibidem 175. dicit eſſe malum poëtam et malum hominem. *Bergl.*

87. Πυθάγγελος. Poëta tragicus ignobilis, teſte Schol. Indignatur autem ſeruus, quod de talibus hominibus loquantur, ſui autem rationem non habeant, graue onus tenentis. *Bergl.* Secum illa dicere Xanthiam opinatur *Höpfn.*

90. Poſt τραγ. ποιοῦντα commate interpungendum eſt. Nam μύρια ad μειρακ. pertinet.

91. πλεῖν ἢ ϛαδ. λαλ. *g)*. Locum hunc citat Euſtath. ad Il. Φ. p. 1226, 15. ed. Rom. *h)*. *Kuſt.* Hunc Comici locum tangit Ariſtides Or. pro Quatuoru. p. 221. T. III. [p. 133. T. II. Iebb.] καὶ μετ' ἐκεῖνον αὖ πλὴν (ſeu potius, vt hic, πλεῖν) ἢ ϛαδίῳ λαλίϛερα Ἀριϛοφάνης μειράκια γενέϛθαι φησίν. Notandum vero hic obiter ap. Comicum πλεῖν et mox v. 103. καὶ μάλα πλεῖν· Attice nempe, pro, πλέον. Eumoeris Ms. ſaepe iam citatus [p. 294.]: Πλεῖν ἢ μύριοι, Ἀττικῶς· πλέον [πλέονες] ἢ μύριοι, Ἑλληνικῶς. *Loquacitatis* vero, ſ. λαλιᾶς, quod hinc tangitur in Euripide vitium, et quod plura dein Athenienſium μειρακύλλια in ſcribendis tragoediis ſunt imitata, ſugillat adhuc alibi in hac fabula Ariſtophanes, vt 1101. εἶτ' αὖ

---

g) Comparatio comica. Nub. 430. τῶν Ἑλλήνων εἶναί με λέγειν ἑκατὸν ϛαδίοισιν ἄμεινον. Alexis Comicus ap. Euſtath. p. 1226, 13. κρείττων ἐκείνος ἐϛιν ἡμέρας δρόμῳ. *Brunck.* Locum Nubb. iam laudauerat *Bergl.*

h) Euſtathius ait, ex his, quae augendi vim habent, alia eſſe communia, alia ioci et elegantiae cauſa a poëtis adhibita, vt cum poëta h. l. dicit cet. et Alexis, alium κρείττονα eſſe altero ἡμέρας δρόμῳ, quae a locis contra naturam translata ſunt. add. Caſaub. ad Athen. p. 63. et 800. Etiam Suidas deſcripſit h. l. in πλεῖν, ſed corrupte. v. Kuſt. *Duck.*

λαλιὰν ἐπιτηδεῦσαι κ. τ. λ. A quo λαλιᾶς f. *loquacitatis* vitio Aeſchylum ac Sophoclem alienos tradiderat ante adducta paullo ante verba Ariſtides, non vero Euripidem: cuius oratoris ea de re verba opportunius ad dictum modo Comici locum in hac fabula adducentur. Addam hoc ſolum, quod idem λαλιᾶς vitium in Eurip. redarguat Plutarch. de aud. poët. p. 45. *i)* μέμψαιτο δ' ἄν τις — Εὐριπίδου τὴν λαλιάν. *Spanh.*

92. Loci huius meminit Tatianus Or. adu. Graec. c. 2. vbi ait: κατὰ γὰρ τὸν Κωμικόν· Ταῦτ' ἔστιν ἐπιφυλλίδες καὶ σωμύλματα, Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης *k)*. In priore verſu ſcribendum eſt, vt hic: Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἔσι — Eodem reſpexit Maximus Tyr. diſſ. XV. p. 156 ed. Cant. [diſſ. XXXI. p. 369. ed. Markl. f. T. II. p. 104. Reisk. vbi v. Dauis.] τὰ δ' ἐσὶ πάντα, κατὰ τὸν ἐν Διονύσου ποιητὴν, ἐπιφυλλίδες καὶ σωμύλματα, χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης. *Kuſt.* ἐπιφυλλίδες. Exigui nempe racemi. Heſych. (vt quoque hic in Scholl.) ἐπιφυλλίδες· βοτρύδια *l)*. Vnde LXX. Abdiae v. 5. καὶ εἰ τρυγηταὶ εἰςῆλθον πρός σε, οὐκ ἂν ἐπελείποντο ἐπιφυλλίδας. — σωμύλματα. Prout in verſu huius fabulae iam adducto 1103. τῶν μειρακίων σωμυλλομένων, et 1245. σωμύλλετε, et Pac. 998. σωμυλλόμεθ'. Imo huius dramatis v. 865. σωμυλιοσυλλεκτάδη, et ap. Athen. IX. p. 381. σωμυλῆθραι ὀαιταλεῖς *loquaces conuiuae. Spanh.*

93. χελιδόνων μουσεῖα. Ex Euripidis Alcmena dicit eſſe Scholiaſtes. Dicit autem eos eſſe *hirundinum muſea*, quia ſint loquaces et barbari. Nam hirundo eſt *garrula*, vt loquitur Virg. Georg. IV, 307. et barbarorum lingua Graecis videtur eſſe auium voci ſimilis. Herodotus in Euterpe [II, 57.] ἕως δὲ ἐβαρβάριζε, ἐδόκεέ σφι ὄρνιθος τρόπον φθέγγεσθαι. Maxime autem *hirundinum* voci

i) Imo in lib. de Audit. T. VI. p. 163. ed. Reisk.

k) Quae ibi ſequuntur verba, in verſus deſcripta, non Ariſtophanis eſſe ſed Tatiani, iam viderunt edd.

l) Paullo aliter interpretatur Zonaras I. p. 806. Sed cum Heſych. magis conſpirat Cyrill. Lex. ms. v. Biel. Thes. phil. I. p. 624. add. Erasm. Adag. p. m. 698.

assimilant barbaram linguam, quia Procne apud barbaros Thraces dicitur mutata in hirundinem; hinc de Cleophonte, quod non esset Graecus genuinus et barbarismos admisceret Graeco sermoni, infra dicit Comicus v. 678. ἐφ' οὗ δὴ χείλεσιν ἀμφιλάλοις δεινὸν ἐπιβρέμεται Θρηϊκία χελιδών κ. τ. λ. vbi v. Not. *Bergl.* Eustathius ad Odyss. p. 1914, 34. λαλαγοῦσα δὲ ἀηδὼν (ἢ χελιδών) οἷα Θρῇσσα κατὰ τὸν μῦθον. διὸ καὶ ὁ Κωμικός, οὗ ἐπαινος ψέγει, ὡς τὰς Μούσας ἀφανίζοντας χελιδόνων μουσεῖα καλεῖ· ὅ ἐστιν ὑποβαρβάρους, χελιδόνων δίκην, οὐ μὴν ἐμμούσους ὡσεὶ καὶ Σειρήνων ἢ ἀηδόνων *m*). Hinc infra 678. Cleophontis peregrinitatem dictionisque barbarismum perstringit. Alio sensu verba ista χελιδ. μουσεῖα adhibuerat Euripides in Alcmena, vnde ea transtulit Comicus: πολὺς δ' ἀνεῖρπε κισσός, εὐφυὴς κλάδος, χελιδόνων μουσεῖα. *Brunck.*

94. ἃ Φροῦδα ἦττον. Est elegantissima phrasis Attica et bene notanda, cuius sensus est: *qui incredibili gaudio gestiunt.* Proprie: *qui subito in aërem discedunt.* prae leuitate nimirum animi. Sunt enim quidam homines adeo ventosi et leues, vt eos quaelibet gloriola et vana etiam honoris species pene vltra nubes illico efferat. ἢν μόνον χορὸν λάβῃ, i. e. *si vel semel choragus dramata eorum in theatrum producenda curet.* V. Nos ad Eqq. 510. vbi de phrasi illa χορὸν λαμβάνειν et χορὸν δοῦναι plura dicemus *n*). *Kust.* Casaubonus in Anim. ad Athen.

---

m) *Ducker.* postquam in not. eumdem Eust. locum laudauit, addit: „Locus, qui ap. Suid. sequitur: οὗ περὶ χείλεσι βρίμεται Θρηϊκία χελιδών, est ex hac ipsa fabula v. 691. sed praue a Suida transcriptus est: ita enim scriptum est: ἐφ' οὗ δὴ χειλ. etc. Non notauit Kusterus."

n) χορὸν διδόναι dicebantur choragi poëtae, quum eius opera vtebantur in choro instruendo et fabula docenda, λαμβάνειν poëtae, qui eas partes suscipiebant. Iam vero mali poëtae non facile suorum dramatum emtores inueniebant, quum choragi, paullo gloriae cupidiores, nullis sumtibus parcerent, vt possent quam optimi poëtae fabulam producere, hoc est, quod hic dicit Aristophanes: malos tragicos incredibili gaudio efferri, si semel operam suam ad scenam locauerint, et fiat illis potestas, vnam aliquam tragoediam producendi in theatrum. Itaque recte Schol. hic exponit φροῦδα ἀφανῆ ὑπὸ τῆς χαρᾶς: quasi dicas, prae gaudio eos nescire, vbi sint, euanescere. At

p. 908. Scholiaſten hic redarguit, qui non intellexerit, quid ſit χορὸν λαμβάνειν, nempe de poëta, qui partes ſibi a chorago datas ſuscipit inſtruendi chori, et quomodo ab auctore vitae Aeſchyli dictum tradit: τὸν βουλόμενον διδάσκειν τὰ Αἰσχύλου, χορὸν λαμβάνειν. Vnde continuo inſignis lux accedit, quam iis non adtulit Florens, duobus apud Comicum in Εἰρήνῃ locis, nempe vbi de duobus peſſimis Tragicis dicitur v. 805. χορὸν δὲ μὴ ἔχῃ Μόρσιμος, μηδὲ Μελανθιος — — ἡνίκα τῶν τραγῳδῶν τὸν χορὸν εἶχον — Praecipua nempe Διονυσιακῶν, vt vulgo dicebantur, ſ. ſcenicorum agonum laus ac pompa, et quidem comicorum haud minus ac tragicorum in chori apparatu erat apud Athenn. poſita: vnde, vt τραγῳδοῖς ſic et κωμῳδοῖς χορηγεῖν legas ap. Lyſiam Or. XXII. p. 343. et alibi; donec chori ſunt a Cyneſia e comoediis ſublati, vt ea de re in Scholl. ad v. 153. et 406. huius fabulae. *Spanh.* Huius loci ſenſum non adſequuti ſunt interpretes, quem peſſime reddidit Berglerus: *qui gaudio emoriuntur, ſi chorus eorum tantum ſemel ſecunda vtatur fortuna in tragoedia.* Centum iſta paraſangis a poëtae mente diſtant. Φροῦδον εἶναι, γίγνεσθαι, ὀίχεσθαι nullibi ſignificat nec ſignificare poteſt: *gaudio emori.* προςουρέω *ſecundo vento*, vel *ſecunda fortuna vtor*, ne graecum quidem eſt. Satis mirari nequeo, Henrico Stephano, viro doctiſſimo, fraudi fuiſſe ineptam graeculi in ſcholl. interpretationem: προςουρήσαντα, εὐθυδρομήσαντα κ. τ. λ. Melioris notae ſunt, quae tradit ſcholion ined. cod. Reg. C. o). Acceperunt inter-

---

χορὸν λαμβάνειν quid eſſet, non intellexit, quum exponit, ſi ſemel ſpectatores habuerint applaudentes dramatibus ſuis. Ita fere hunc locum explicat Caſaub. in Athen. XIV, 9. p. 907. Et ſane χορὸν λαμβάνειν eſſe, quod vult Caſaub., patet etiam ex iis, quae congeſſit Steph. Thes. V. χορός, et Suid. V. χορὸν διδόναι. Sed tamen ſententia obſcura eſt. Nam quid eſt χορὸν προςουρήσαντα τῇ τραγῳδίᾳ? Λαμβάνειν χορὸν eſt, accipere poteſtatem docendae fabulae; προςουρεῖν autem de vento ſecundo dicitur, qui proſequitur a tergo euntes. Itaque χορὸς προςουρήσας τῇ τραγῳδίᾳ eſt poteſtas docendi dramatis, quae quaſi ventus ſecundus adſpirat ipſorum tragoediae et quaſi nauim ad locum optatum, ſic eam in theatrum appellit. Sed hoc quid ſit, non ſatis perſpicio. In poëta malim inciſum locare poſt ἅπαξ, quam poſt λάβῃ. Eſt enim ſententia: *ſi ſemel tantum poteſtas ipſis exhibendae fabulae concedatur.* Ῥᾶττον eſt, *ocius, quam celerrime*, vt ſaepe alibi. *Duck.*

o) Quod inter ſcholia referetur, male ab Hoepſn. omiſſum. De

pretes iſtud προσουρήσαντα pro Accuſat. ſing. ad χορὸν pertinente, quum ſit neutrum plurale in caſu recto cum ἃ Φροῦδα coniungendum. Denique χορὸν λαμβάνειν dicebantur ſcenici poëtae, quibus locupletes ciues choragi munere fungentes (v. Petit. de Leg. Att. p. 351.) chorum inſtruebant ſumtusque ſuppeditabant omnes producendo dramati. v. Intpp. ad Eqq. 513. ὡς οὐχὶ πάλαι χορὸν αἰτοίη. Exilibus racemulis ſucco carentibus comparatos adoleſcentulos illos, qui, nondum maturo ingenio, tragoediae componendae ſe pares eſſe rentur, ait Bacchus ſtatim *areſcere*, *euaneſcere*, ſi, accepto choro, ſemel tantum in tragoediam minxerint: necdum enim ſunt adeo validi, vt cum ea rem habere poſſint eo ſucceſſu, quo gaudere ſolent οἱ γόνιμοι. Haec eſt poëtae mens. De tragoedia, tamquam de meretrice, loquitur, quae amatoribus poëtis copiam ſui facit. Sic de comoedia Eqq. 517. πολλῶν γὰρ δὴ πειρασάντων αὐτὴν ὀλίγοις χαρίσασθαι. *Brunck.*

96. γόνιμον. *Qui fecundum habet ingenium*, *ingenioſus*. In epiſt. Artaxerxis ad Hippocratem [ep. 1. p. 317. ed. Cuiac. epp. Gr.] γνώμην οὐκέτ' ἔχω μετ' ἀνδρῶν γονίμων βουλεύσασθαι. *Bergl.* *Natiuum* Rutgers. qui hunc v. et tres ſeqq. vertit iambis IV. Var. Lect. 9. [p. 350.] et Iuuenalem Sat. VII. [53. ſs.] imitatum docet. *Duck.*

97. λάκοι. Eſt vox τραγικωτέρα, de qua v. not. ad Plut. 39. *Kuſt.*

99. τοιουτ. τι παρακεκινδ. id eſt, *tale quid inſolentius et audacius dictum:* non, vt Friſchlin. interpretatur, *graui coniunctum cum periculo.* Vſus etiam eſt hac voce Syneſius in Dione p. 40. ed. Petau. ὅταν τι παρακεκινδυνευμένον καὶ νεανικὸν προενέγκηται. Et Longin. XXXII, 3. εἰ δεῖ παρακινδυνευτικώτερόν τι λέξαι. *Kuſt.*

100. Αἰθέρα, Δ. δῶμ. V. not. ad Theſm. 272. [278.] *p*). Χρόνου πόδα erat in Eurip. Alexandra: καὶ χρόνου πρό-

verbo autem προσουρεῖν (admingere alicui) perperam accepto monuit Wyttenbach. Bibl. Crit. Vol. II. P. IV. p. 50. et Vol. III. P. IV. p. 55. ſ.

p) Hic verſus occurrit et infra 514. *Bergl.* et *Spanh.* qui poſterior etiam Theſm. locum laudat.

βαινε πόδα q). Audacior eadem locutio occurrit Bacch. 876. vbi de diis dicitur: κρυπτεύουσι δὲ ποικίλως δαρὸν χρόνου πόδα καὶ θηρῶσιν τὸν ἄσεπτον. Quae sequuntur, spectant notissimum ex Hippolyto versum, Comico saepius vexatum: ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Cf. Thesm. 275. *Brunck.*

101. Alludit ad locum Eurip. Hipp. 611. vt et Schol. notauit, ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ' etc. quod ap. Cic. Off. III. [29, 19.] *Iurauit [Iurauí] lingua, mentem iniuratam gero.* V. ad v. 1512. et Thesm. 281. *Bergl.*

102. γλῶσσαν ἐπιορκήσασαν ἰδίᾳ τῆς φρενὸς r). *Linguam quae iurauit seorsum a mente.* Hoc dicere debuit ad sententiam versus Euripidei, quem deridet; nec forte iocum captauit, dicendo *peierauit*, vt vertunt pro, *iurauit.* Compositum hoc non plus valet, quam simplex, abundante praepositione: sicque in vulgi sermone accipiebatur Solonis aeuo, vt constat e lege, quam profert Lysias c. Theomnest. p. 359. [T. I. p. 214, 8. ed. Auger.] ἐπεγγυᾶν δ' ἐπιορκήσαντα τὸν Ἀπόλλω. Ceterum in cod. [quarto Reg.] scriptum ἐπιορκήσασαν ἄνευ τῆς φρενός. Sic etiam est in meo. Glossa in locum genuinae vocis illata fuit. Hoc manifestum est e membr. collatione, quae in

---

q) Eumdem locum ex Scholl. etiam laudat *Bergl.*, tumque addit: „Sed aptior locus est in Eurip. Bacch. 886. κρύπτουσι etc. vbi Barnesius: Ita Horat. *Cito pede labitur annus.* Et: *Tacito pede praeterit aetas* etc.“ Add. Fragm. Eurip. Alex. n. 1. — Hinc facile corrigi potest haec *Spanh.* nota ad h. l. „Tria priora verba (Αἰθ. Δ. δωμ.), quod notat Scholiastes, ex Eurip. Alexandra, sequentia vero, ἡ χρόνου πόδα, e Soph. Melanippe sunt hausta.“ Nam contraria his in Scholl. leguntur.

r) Parodia, quod vidit Schol., e noto Eurip. versu Hipp. 612. Quod contrario sensu legitur Thesm. 283. Auctor vero est Aristoteles Rhetor. III, 15. Euripidem ob superiorem versum impietatis, vt qui peierare doceret, in consueto Athenarum tribunali accusatum, respondisse, iniuste secum agi, dum iudicium de Dionysiaco agone ad Athenn. tribunal deferretur; in eo enim apud iudices scenicorum id genus agonum se rationem iam reddidisse aut redditurum, si voluerint eum accusare. *Spanh.* Add. Valcken. ad Eurip. l. l. p. 231. s. et Egerton. ad eumdem (617. p. 132. s.).

contextus ſerie exhibent *ἰδίᾳ*, ſuperſcripta gloſſa *ἄνευ*. *Brunck.* in Suppl.

103. Σὲ δὲ ταῦτ' *ἀρέσκει*. De hac Attica v. *ἀρέσκειν* et ſimilium conſtructione cum duobus Accuſatiuis diximus ad Plut. 354. *Spanh.* *καὶ μᾶλλα πλεῖν ἢ μαίνομαι.* Eſt mirum genus loquendi Atticorum, quo vſus eſt etiam Comicus noſter infra 763. *Kuſt.* Hunc verſum profert Suidas T. III. p. 295. ſed mendoſe. Vnde ſumtus eſſet, ignorauit Kuſt., quem ad veram ſcripturam non duxit coniectura. *Brunck.*

104. *κόβαλα.* Sic IV. codd. [cum vtroque Inu., Elb. et Bau.] Perperam vulgo *κόβαλλα.* Codicum hac in re conſenſus non requirendus erat; notum enim eſt e multis Comici locis mediam in hac voce per ſe longam eſſe. Vulgo etiam infra 1015. *κοβάλους* exhibent libri; in Pl. 279. *κόβαλος.* Eqq. 270. *ὥσπερεὶ γέροντας ἡμᾶς κἀκκοβαλικεύεται.* Et hic vbicunque vel nomen vel deriuatum occurrit. *Brunck.* Didymus ap. Schol. *κατεφωνυλμένα, ἀπατητικά.* Comicus Eqq. 415. *καὶ νὴ Δί' ἄλλα γ' ἐστί μου κόβαλα παιδὸς ὄντος· ἐξηπάτων γὰρ τοὺς μαγείρους.* *Bergl.*

105. Μὴ *τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν.* Citat Suid. V. Μὴ *τὸν ἐμόν.* *Kuſt.* Putaret aliquis ex Scholl., hunc verſum occurrere in Eurip. Andromacha *s)*, quem tamen ibi fruſtra quaeres. Dico itaque emendanda eſſe Scholia ex Suid. in Μὴ *τὸν ἐμόν*, hoc modo: *καὶ τοῦτο παρὰ τὸ ἐν Ἀνδρομάχῃ, ἢ οὕτω·* Μὴ *τὸν ἐμὸν οἴκει νοῦν. ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω.* Nimirum eſt haec explicatio verborum Ariſt., non autem verſus Eurip.: et indicat Schol., haec verba aliter poſſe accipi, quam illa Eurip. in Andromacha ad quae alludat Comicus; quae autem ſint illa verba, Scholiaſtes diligentem Euripidis lectorem non ignorare putabat, itaque nec adduxit: puto autem eſſe v. 237. *ὁ νοῦς ὁ σός μοι μὴ ξυνοικοίη, γύναι·* i. e. *nolim ita ſentire, vt tu.* Si ſecun-

---

s) Nonnulli, vt Schloſſer., et Höpfn., etiam his ineſſe parodiam, et Dionyſum pergere recitare, exiſtimant; rectius Conz. cenſet, nullam his contineri parodiam, ſed prouerbialem loquutionem, cuius ſenſus ſit: noli meam curare ſententiam, ſed tuum pro te ſequere iudicium. Francogallus interpres cum Hardionio Hiſt. de l' Acad. d. Inſcr. IX. p. 43. ſ. ad Eurip. Andr. 236. alludi tamen putat.

dum haec verba explicetur Comici locus hoc modo: *Nolim te* f. *tuum animum habitare in meo animo*, i. e. *nolim tuam sententiam fouere*: id non satis conueniens est: nam sic Bacchus reprehenderet Herculem vituperantem Tragicos, quos tamen et ipse paulo ante vituperabat. Hoc quum animaduerteret Schol., dicit: ἢ οὕτω, μὴ etc. *aut hoc modo: ne regas, tanquam domum, mentem meam; habes enim domum*: vt iubeat eum alias res curare, nam se ad illa sufficere. Est et alius locus in Androm. 581. πῶς; ἢ τὸν ἐμὸν οἶκον οἰκήσεις (*nostram domum reges*) μολὼν δεῦρ'; οὐχ ἅλις σοι τῶν κατὰ Σπάρτην πρακτεῖν; Et alius in Iph. ad Aul. 331. οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον (*regere meam domum*) οὐκ ἐάσομαι; Et alius etiam in eiusdem Bacch. 331. οἴκει μετ' ὑμῶν, μὴ θύραζε τῶν νόμων. *Bergl.*

106. ἀτεχνῶς γε. Sic, vt vulgo, membr. et C. In duobus reliquis omissum γε, quod saluo metro abesse non potest: in priori enim voce media semper apud Comicum correpta. ἀτεχνῶς, ἁπλῶς, καθόλου. v. Ammon. *Brunck.*

107. δειπνεῖν με δίδασκε. Quia Bacchus ἔμπειρος τῆς τέχνης, vt de eo dicit v. 823. At Herculi πολλὴν τενθείαν tribuit Au. 1690. V. supra ad 62. et ad Acharn. 60. *Bergl.* Xanthias quae sequuntur, rursus secum indignabundus dicit, sed nec hic nec v. 115. eius rationem vllam habet Hercules.

108. ἀλλ' ὥνπερ ἕνεκα τήνδε τὴν σκευὴν ἔχων. Sic A. C. D. [et codd. Inu. atque Bau.] Vulgo οὕνεκα et σκευὴν φέρων. *Brunck.* Etiam in Ms. Vat. Vrb. hic versus ita, vt Br. edidit, legitur, teste *Kust.*

109. Fortassis scriptum fuisse κατὰ τὴν μίμησιν, et aliquem explanasse τὴν σὴν μ. (vt in Borg. libro legitur) coniicit Höpfn. At soli articulo hic non erat locus.

111. ἐπὶ τὸν Κέρβερον est, *ad abducendum Cerberum*, de qua vi praepos. ἐπὶ consilium indicantis, v. praeter alios Fisch. Anim. ad Well. III, II. p. 243.

113. ἀναπαύλας et ἐκτροπὰς reddunt loca, vbi requiescere (mansiones) et deuertere a via (deuersoria) possint. At ἐκτροπαὶ sunt potius loca, vbi a via deflectitur. Ridicule πορνεῖα memorauit.

114. παυδοκευτρίας. Hic pro *caupona:* infra vero Vesp. 35. de Cleone dicitur: Φάλαινα παυδοκεύτρια, *bellua omnia, deuorans. Spanh.* διαῖται *coenacula* sunt.

118. ἀφιξόμεθ' εἰς. Sic bene membr. et meus setiam Rau. et Bau.]. In C. ἀφίξομαι. In B. vt vulgo ἀφίξομ' εἰς. *Brunck.*

121. Constant. Lex. et Steph. Thes. V. Κρεμάω ita haec iungunt: κρεμάσαντι σαυτὸν ἀπὸ κάλω, *si suspenderis te ex fune.* Puto incisum maius, vel quod dicitur semicolon, ponendum post Θρανίου et praecedentia separanda a κρεμασ. σαυτόν, tum quia non recte quis dicitur κρεμᾶν ἑαυτὸν ἀπὸ Θρανίου, tum quia Suidas variis locis, in Πνιγηρά, Θράνιον et Κάλως, solum illa memorat, quae dixi separanda, id est, sine κρεμ. σ., vt et Poll. X, 48. p. 1202. Sensus erit: *primâ est a laqueo et scabello*, vel, *primam ostendit laqueus et scabellum t), si suspenderis te ipse.* Ap. Suid. autem V. Θράνιον videtur rectius scribi Θράνους καὶ Θράνια, ταπεινά τινα διφρία, pro eo, quod habet Schol. Θράνους καὶ Θρανίτιά τινα. Certe Θρανίτια saltem mendosum est, pro Θρανίδια. Deinde recte ap. Suid. Θρῆνος pro Θρῆνυς v), vt Schol. perperam. Ap. Schol. autem melius scribitur ἀπολακτίζοντες αὐτά, quam λακτίζοντες, quod Suidae est. Ceterum Pollux X, 48. Θρανίον h. l. accipit pro paxillo, cui annectitur restis, ἐπὶ πατταλίου, de quo vide ibi Commentat.; Θρανίον autem ap. Suid. scribendum esse, non Θράνιον, recte censet Iungerm. et ita quoque apud eumdem est scribendum in Πνιγηρά. Schol. recte Θρανίον x). *Duck.*

122. Πνιγηράν. Qui se suspendunt, illi πνίγονται *suffocantur;* et, *aestus* dicitur πνῖγος. Dixerat autem, se nolle θερμὴν ὁδόν, *calidam, aestuosam viam. Bergl.*

---

t) *Scabellum* voc. θρανίον notatur, cui insistens quis collum inducat laqueo, quo fiat vna litera longa, vt ait Plautus Aulul. I, 1, 38. Male Pollux X, 48. pro *paxillo* accipit, ad quem locum v. Iungerm. *Brunck.*

v) Imo etiam ap. Suid. rectissime legitur θρῆνυς.

x) Locum hunc, voc. θρανίον cauta, citat Pollux X, 48. itemque Suid. V. Θρανίον. *Kust.*

123. Iocus eſt in ambigua ſignificatione v. *τρίβειν*, quod de via dicitur, tum de medicamentis, quae in mortario teruntur. Similis iocus eſt in Stratonis venuſto carmine XI., vbi inueſtes medici *Φάρμακον τρίβειν* dicuntur, quo ſignificatur illa *τοῦ δεῖνα τρίψις*, cuius haud infrequens mentio apud Comicum. *Brunck.*

124. *διὰ θυείας.* Cicuta nempe, quae in mortario teri prius debuit: vnde de ea, quam hauſturus erat Socrates, Plato in Phaed. p. 116. [c. 65. Fiſch.] *καὶ ἐνεγκάτω τὶς τὸ Φάρμακον, εἰ τέτριπται· εἰ δὲ μή, τριψάτω ὁ ἄνθρωπος y).* Mox p. 117. [c. 66.] de eo qui praeparatam cicutam Socrati erat adlaturus: *καὶ συχνὸν χρόνον διατρίψας ἦλθεν ἄγων τὸν μέλλοντα δώσειν τὸ Φάρμακον ἐν πύλιν Φέροντα τετριμμένον. Spanh.*

125. Nec *frigidam viam* ſibi oſtendi volebat, v. 119. *Bergl.*

126. Quod de cicuta hic dicitur, quae frigore enecet, et quidem facto a pedibus ac dein a ſuris initio, firmat de Socratis e pota cicuta obitu Plato Phaed. p. 118. [c. 66. p. 497. Fiſch.] *κἄπειτα σφόδρα πιέσας αὐτοῦ τὸν πόδα, ἤρετο, εἰ αἰσθάνοιτο· ὁ δὲ οὐκ ἔφη· καὶ μετὰ τοῦτο αὖθις τὰς κνήμας· καὶ ἐπανιὼν οὕτως ἡμῖν ἐπεδείκνυτο, ὅτι ψύχοιτό τε καὶ πήγνυτο. Spanh.*

129. V. Meurſium Gr. Fer. in *Λαμπάς. Brunck.* Is docuit in vico ſ. regione Ceramici intra vrbem (Paus. I, 3.) tres curſus lampadicos (*λαμπαδοῦχοι ἀγῶνες*) quotannis inſtitutos eſſe, Mineruae, Hephaeſto, et Prometheo. Qui currebat, cum oportebat prouidere, ne fax exſtingueretur, quam quidem ei, qui ipſum excipiebat, tradebat. Vnde prouerbialis locutio exſtitit: lampada curſu tibi trado. Simili metaphora vſus eſt Lucret. II, 78. ſ. *Conz.* Add. Spiegazione di un raro marmo Greco, nel quale ſi vede l' Attico modo di celebrare i Giuochi Lampadici del Duca *Mich. Vargas-Macciucca*, Accad. Etruſco — 1791. 4. — *εἶτα τί* vt Inu. ex vtroque cod. pro *κἄτα τ.* edidit, etiam in Bau. eſt. Ad *ὄντος βαδιστοῦ* (h. e. apti ad iter pedeſtre faciendum,) ſupplendum *μου.*

---

y) Scil. femen cicutae terebatur, vt ſuccus exprimeretur. v. Plin. H. N. 25, 13. et quos laudat Fiſch. ad Plat. l. d. p. 491.

131. *ἀφισμ. τ. λαμπάδ' ἐν.* Citat Thomas Magiſter V. Θεῷ [p. 245. Bern.] *z)*. Vt autem locus hic recte intelligatur, ſciendum eſt, moris olim Athenis fuiſſe, vt in Ceramico cum lampadibus et facibus decurreretur. Cum autem faciendum erat currendi initium, curſoribus facis miſſione ſignum dabatur, ſpectatoribus exclamantibus: *εἶνκι*, vel *ἕς*, *mitte* ſc. *facem*. Huc ergo alludens Hercules Baccho dicit: aſcende turrim in Ceramico, et, quum audieris ſpectatores dicentes: *mitte facem*, tunc et tu temet inde demitte ſ. praecipitem dato. *Kuſt.*

133. *εἶνκι.* Infinit. pro imperatiuo, vt Nub. 1079. *εἶτ' εἰς τὸν Δί' ἐπανενεγκεῖν.* Ran. 170. *τότε μ' ἄγειν*, et alibi ſaepe. Poteſt ſubintelligi *μέμνησο*, aut quandoque *δεῖ* aut alia verba explendo ſenſui apta. *Bergl.*

134. Locum hunc voc. *ἐγκέφαλος* gratia citat Athen. II, 25. p. 66. *Kuſt.* *ἐγκεφάλου θρίῳ δύο a)*. Nempe iuxta Schol., quod cerebrum humanum membranas habeat inſtar foliorum ficus. Citatur vero hic locus in Scholl. ad Eqq 951. vbi inter varias voc. *θρίου* pro *condimentis* ſignificationes ea quoque traditur: *ἐγκέφαλος μετὰ γάρου καὶ τυροῦ συνεκζόμενος καὶ ἑλισσόμενος ἐν φύλλοις συκῆς.* *Spanh.*

138. Inſerta vulgo (ante *περαιωθ.*) particula *γε*, quam in vno Regio omiſſam, vt inutilem expunxi. *Brunck.* Reuocauit Inu. neque omni vi caret: quomodo, quum ita ſe res habeat, quum locus ingens ſit, traiiciam?

140. Verſum hunc et ſequentem adducit Etymologus V. Ὀβελίσκος. Duos autem obolos Charonti nauli loco datos fuiſſe Ariſtophanes hic ait, non rei ipſius veritatem ſecutus (nam reliqui ſcriptores vnius tantum oboli mentionem faciunt *b)*), ſed alludens ad mercedem iudicum

---

z) λαμπάδα. Nempe quum decurrunt cum lampade. *Bergl.* Male nonnullos hinc θεῷ (pro θεῶ) retuliſſe, notauit Clem. Biagi Monum. Gr. et Lat. ex Muſeo Nanii p. 48.

a) Quia cerebrum hominis habet membranas foliis ficuum, quae θρία dicuntur, ſimiles: aut alludit ad illud cibi genus, quod paratur ex cerebro animalium quorumdam foliis ficuum inuoluto. Ex Schol. *Bergl.*

b) v. Lucian. de Luctu 10. ibique Reiz. T. II. p. 926. ſ. et

Athenn., quae initio duorum et poſtea trium obolorum fuit. Vide quae hac de re notauit Tib. Hemſterhuſius in politiſſimis notis ad Lucian. Dial. (ſelectos) p. 16. ſ. *Kuſt.* Intelligit Charontis naulum et alludit ad mercedem iudiciariam. Schol. *Bergl.*

141. c) Vide, quae de hac duorum, aut ſequuta mox trium obolorum in tribunalibus Athenn. ac ciuium in concionibus mercede diximus ad Nub. 339. *Spanh.* Alluſio ad iudicum Athenn. mercedem, aut eam, quae ciuibus in concione ſuffragia ferentibus dabatur. Non eadem fuit ſemper, ſed diuerſis temporibus aucta vel imminuta fuit ab vno ad tres obolos: duorum obolorum tum fuiſſe videtur, quando editae fuerunt Ranae. Idcirco Charonti, quem ceteri omnes mythographi obolo contentum fuiſſe volunt, Comicus Duobolon nauli nomine ſolui fingit. *Brunck.*

142. Vulgo (in vv. Θησεὺς ἦγαγε) pronomen abeſt, quod flagitante ſermonis ratione repoſui. *Brunck.* [qui dedit: Θησεύς σΦ' ἦγαγε, recte nemine ei obſequuto, quum et intelligi facile ex antecedd. poſſit, et inferto σΦ' dura fiat oratio.] Hunc ad inferos deſcendiſſe cum Pirithoo ad rapiendam Proſerpinam notum eſt. *Bergl.*

143. Non debebat vnius cod. auctoritate μετὰ τοῦτ' ab Inu. recipi pro μετὰ ταῦτ', inprimis quum ductus literarum coniuncti facile potuerint legentis oculos fallere.

145. βόρβορον πολύν. Quod e ſcitis Graecorum theologiae dicitur, iuxta quam ſcelerati et qui, necdum eorum myſteriis initiati, fato erant functi, in luto ac ſtercore iacere in inferis credebantur. Plato de poſtremis in Phaed. p. 81. T. I. [c. 13. p. 280. ſ. Fiſch.] d) ὅτι, ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς Ἅιδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται. De quibus etiam non initiatis hic agi, vel ex proximis poëtae

---

Hemſterh. ad Luc. T. I. p. 422. ſ. vbi nec huius loci oblitus eſt.

c) φεῦ extra verſum ponitur, vnde vncinis incluſit Brunk.

d) Ad q. l. cf. Fiſcher. p. 290. et Moshem. ad Cudworth. T. II. p. 1049. Fuit autem illa Orphica ſententia, h. e. ex antiquiſſimo philoſophemate de inferis repetita.

verbis mox liquebit, quae de laeta et felici *τῶν μυουμένων, initiatorum*, in inferis conditione mox dicuntur. *Spanh. βορβ. παχὺν* Cod. meus. Codd. quatuor Regii, iuxta impreſſos, *πολύν*, quae lectio plurium codd. fide nixa mutari forte non debebat. *Brunck.* in Not. et Suppl. [qui *παχὺν* receperat, quod ex interpretatione ortum eſt.]

146. *καὶ σκῶρ e) ἀεὶ νῶν.* Citat Suid. V. *Ἀεὶ νῶν* et V. *Σκώρ. Kuſt.* Notat hic Schol., a quibusdam tradi, quod Strattis in Atalanta primus illa voce *σκὼρ* ſit vſus: falſum vero id eſſe, quod illud drama diu poſt has Ariſt. Ranas ſit editum. Immo ea voce Epicharmus, ipſo Ariſt. vetuſtior, vſus erat in verſu, qui ap. Athen. de ſcaro piſce legitur VIII. p. 319. *τῶν οὐδὲ τὸ σκὼρ ἥμισὺ ἐμβαλεῖν θεοῖς. Spanh. νῶν.* Gl. in C. *ῥέον.* In meo *νάον.* Recte. Eſt participium v. *νάω, fluo, mano.* Verti debuit: *et merdam ſemper fluentem. Brunck.*

147. Repetendum ex antecedd. *ὄψει videbis.* Aeſch. Eumen. 269. de inferis etiam: *ὄψει δ' ἐκεῖ, τίς ἄλλον ἦλιτεν βροτῶν, ἢ θεὸν ἢ ξένων τιν' ἀσεβῶν, ἢ τοκέας φίλους, ἔχονθ' ἕκαστον τῆς δίκης ἐπάξια. Bergl.*

149. Loci huius meminit Ammonius V. *Ἀλοᾶν f). Kuſt.* Vulgo *ἠλοίησεν*, quemadmodum in duobus codd. ſcriptum eſt. Membr. *ἠλλοίησεν*: meus *ἠλλοίωσεν.* Ad Atticismi normam exactum eſt, quod dedi [*ἠλόησεν*, quod et Inu. in textis reliquit, quamquam dare eum voluiſſe *ἠλοίησεν*, e Not. patet.] v. Valcken. Anim. ad Ammon. [T. II.] p. 21. *g*). Gloſſa codd. *ἔτυψεν.* Obſceno ſenſu accipit Toupius ad Suid. II. p. 102. [T. I. p. 350.] *h*), quod magis comicum eſt. Virgilius Aen. VI, 608.

---

e) Brunkius neſcio quo prolubio deſcribi iuſſit *σκῶρ'* i. e. *σκῶρα* quem inconſulto ſequitur Inuern. Legendum *σκώρ*, vt eſt in Iuntt. [et aliis vsque ad Br.], ſiquidem neutrum eſt vocabulum. *Hotib.*

f) Vbi ex vulg. lect. *ἁλοᾶν* et *ἁλοιᾶν* differre dicitur; illud eſſe *ἐπὶ τῆς ἅλω τρίβειν καὶ πατεῖν τοὺς σαχόας*, hoc i. q. *τύπτειν*, ſed Valk. legi mauult: *Ἁλοᾶν καὶ Ἁλοᾶν διαφέρει*, et in hoc Ariſt. loco *ἠλόησεν.* Adſentitur Ammonius p. 14. ſuae edit. Add. Scheid. in Lennep. Etym. L. Gr. p. 87.

g) Qui *ἠλόησεν* in cod. Ms. Suid. reperit.

h) Vbi et ipſe *ἠλόησεν* ſcribi iuſſit, et propter *κινῶν* ſenſu obſce-

Hic, quibus inuiſi fratres, dum vita manebat,
pulſatusue parens, et fraus innexa clienti,
aut qui diuitiis ſoli incubuere repertis,
nec partem poſuere ſuis, quae maxima turba
eſt etc.

Brunck.

150. Vox ὄρκον in quibusdam edd. male deeſt. At agnoſcit eam non ſolum Ms. Vatic. ſed etiam edd. Flor. et Bas. *Kuſt.* Hom. Il. τ', 259. καὶ Ἐρινύες, αἵ θ' ὑπὸ γαῖαν ἀνθρώπους τίνυνται, ὅστις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ. *Brunck.*

151. Loci huius mentionem facit Suidas V. Ἡ Μορσίμου. *Kuſt.* Nihil acerbius de malo poëta ac frigido Tragico, qualis erat hic Morſimus, de quo ex huius Comici Pac. [805. ff.] ad v. 94. vidimus, dici poterat; vt nempe, qui ex eius tragoediis aliquid tranſcriberet, poſt fures, paederaſtas, parricidas ac periuros illico nominaretur *i)*. Quomodo inſuper Eqq. v. 400. inter imprecationes haec continuo legitur: καὶ διδασκοίμην προσᾴδειν Μορσίμου τραγῳδίαν; chori proinde partes in ea agere, et quod ſupra ex Pac. itidem adtigi, χορὸν μὴ ἔχῃ Μόρσιμος. *Spanh.*

153. Locum hunc citat Diomedes Grammaticus L. III. p. 472. vbi agit de pede pyrrhichio, quem etiam *Cineſiam* dictum fuiſſe hinc probare velle videtur; niſi tamen in ſenſu loci illius, qui procul dubio corruptus eſt vel mutilus, fallor. V. Nos etiam ad Suid. V. Πυῤῥίχαις, vbi itidem locus hic citatur *k)*. *Kuſt.* Ad ea quae de inſigni

---

no dici cenſuit, vt ſermo ita fieret κωμικώτερος. Sed recte Conzius oppoſuit, ſequi πατρὸς γνάθον ἐπάταξεν, idque poſtulare, vt ἤλόησεν proprie accipiatur, inprimis quum matrem verberare ſceleſtiſſimum fuerit habitum. Caeterum Conzius cum h. l. Virg. Aen. VI, 608. ſſ. Georg. IV, 477. ſſ. Hom. Il. XIX, 259. et cum loco de Elyſiis campis Virg. Aen. VI, 638. [vbi v. Heyn. Exc.] comparari iubet.

i) Malos poëtas etiam volutari in illo luto dicit. Illi autem forent peſſimi, qui ex Morſimo poëta futili ſententias deſcriberent. In Eqq. aliquis ſibi quaſi magnum malum imprecans dicit (v. 400.) διδασκοίμην etc. *Bergl.* De Morſimo v. ad Eq. 401. *Brunk.*

k) *Cineſias* Dithyrambicus poëta. V. ad v. 1485. *Bergl.*

huius Cineſiae gracilitate notantur hic in Scholl., et infra 1485., vt monuit idem Kuſt., addi poteſt alius huius Comici in deperdita fabula Gerytade ap. Athen. locus XII. p. 551., vbi inter macilentos, qui legati ad inferos mittuntur, recenſetur ἀπὸ δὲ τῶν Κυκλιπῶν Κινησίας, vbi docet praeterea, *Φιλύρινον* eumdem Cineſiam vocare Ariſtoph. Au. 1335. et de quo integram fabulam ſcripſiſſe Strattis dicitur. *Spanh.* Cineſias dithyrambicus ſeu κυκλίων χορῶν poëta, quem ſaepe exagitat Comicus. De eo vid. Perizon. ad Ael. V. H. X, 6. et III, 8. vbi docet πυῤῥίχην hic canticum notare, ad quod ſaltabatur *l*). *Brunck.*

154. περίεισεν. Perperam vulgo περίεισι. v. ad Thesm. 450. Virgil. Aen. VI, 638.

Deuenere locos laetos et amoena vireta
fortunatorum nemorum ſedesque beatas.
Largior hic campos aether et lumine veſtit
purpureo, ſolemque ſuum, ſua ſidera, norunt.

Brunck.

155. ὄψει etc. Quae vtique ad eam reſpiciunt Graecorum et Athenn. potiſſimum opinionem, myſteriis Eleuſiniis initiatos poſt hanc vitam agere in campis Elyſiis, omni felicitatis genere ibi mactos, et inter alia clariſſima ſolis luce, ſicut quum inter viuos eſſent, et perpetuo quidem ibi frui. Vnde v. ſeq. θίασοι εὐδαιμόνων dicuntur et τριςόλβιοι ap. Sophoclem iis verſibus, qui infra adducentur, ac prout ipſe Hercules, qui haec ad Bacchum ad inferos profecturum dicit, prius initiatus dicitur, antequam inferos adiret, ap. Eurip. Herc. Fur. 612. τὰ μυσῶν δ' ὄργι' εὐτύχησ' ἰδών. Quae abunde illuſtrantur ex iis, quae in hac noſtra fabula ab initiatorum in inferis choro dicuntur infra 457. (458.) ſs. *m*). Vt abunde liqueat, cur ab Hercule Baccho, de ſtatu inferorum, ad quos deſcenſum parabat, ſciscitanti dicatur h. l., poſt illos ſceleratos eosque, qui non erant initiati, conſpectos in coeno ac ſtercore iacentes, viſurum dein locum ſplendida luce, qualis hic in

l) Vtrum mollities illius cantici an omnis eius natura effecerit, vt notaretur, incertum eſt. *Conz.*

m) Add. quae collegit Santacrucaeus (de Sainte-Croix) in Lib. de Myſteriis vett. (ex verſione Lenzii p. 219. et 222. ſs.

vita (ὥςπερ ἐνθάδε) colluſtratum, quae foret nempe initiatorum (οἱ μεμυημένοι 158.) ſedes: qua de re, de credita initiatorum poſt hanc vitam felicitate dicetur opportunius ad v. 457. *Spanh.*

156. μυρρίνωνας. Quorum myrtetorum in his beatorum apud inferos campis inde fit hic quoque mentio, quod myrti coronis redimirentur initiati, vnde ab eorum in inferis choro, eo hymno, quem aduenienti Baccho, cui communia erant cum Cerere et Proſerpina, quod aliunde notum, ſacra Eleuſinia, idem accinit, inter alia rogat v. 332. vt capiti *coronam myrti*, στέφανον μύρτων, circumdet; quod, vt ibi notat Schol., μυρσίνης στεφάνῳ ἐστεφανοῦντο οἱ μεμυημένοι *n*). Quod itidem tangitur a Soph. Schol. ad Oed. Col. 713. ὁ δὲ Ἴστρος τῆς Δήμητρος εἶναι στέμμα τὴν μυρρίνην καὶ τὴν σμίλακα. Item: καὶ τὸν ἱεροφάντην καὶ τὸν δαδοῦχον καὶ τὰς ἄλλας ἱερείας μυρσίνης ἔχειν στέφανον. *Spanh.* Voc. θίασοι a ſodalitatibus Bacchi (v. quos laudat Böttiger. archaeol. Mus. I. p. 92.) ad quaeuis alia ſodalitia transfertur.

157. ἀνδρῶν, γυν. Pro ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. Nam Graeci in hoc genere loquendi copulam fere omittere ſolent *o*). Soph. Antig. p. 258. ed. Henr. Steph. [1093. ſ. 1067. Erfurdt.] ἀνδρῶν, γυναικῶν σοῖς δόμοις κακὰ μήματα. Lycophr. Alex. 683. ἀνδρῶν, γυναικῶν εἰδότα ξυνουσίας. V. ibi Potter. qui non ſolum cit. locum Soph. ſed etiam hunc poëtae noſtri recte ibi obſeruauit. *Kuſt.*

159. ὄνος ἄγων μυσήρια. Prouerbium de illis, qui multo labore grauantur, inde ortum, quia tempore myſteriorum res ad illos ritus neceſſarias ope aſinorum ex vrbe portarent Eleuſinem, vbi fiebant myſteria, vt docet Schol. *Bergl.* Dicit Xanthias haec ſeeum et dein ſarcinas abiicit.

161. ὧν ἂν δέῃ. Sic tres codd. [etiam Elb. Bau.] Vulgo δέει. *Brunck.*

---

n) In cauſas, cur myrteae coronae adhibitae fuerint, inquiſiuit Sainte-Croix h. l.

o) Add. Reitz. ad Lucian. II. p. 150. Schäfer. ad Long. Paſt. p. 403. Male igitur καὶ in cod. Elb. eſt additum.

164. χαῖρε ita ad mortuos, eosque qui ad inferos descendunt, dici, docuit Biagi Monum. Gr. Mus. Nan. p. 282. 287. Hercules his dictis abit et rursus domum intrat.

165. σὺ δὲ τὰ σρώματ' αὖθ. λαβ. In Aun. 657. ἄγε δή, Ξανθία καὶ Μανόδωρε, λαμβάνετε τὰ σρώματα. *Bergl.* Etiam h. l. Xanthiam alloquitur Bacchus.

166. πρὶν καὶ καταθέσθαι. In Plut. 597. πρὶν καταθεῖναι. *Bergl.* Conzius intellexit ita: cum vix deposuerim (eh' ich ihn noch nieder kaum gelegt). Comice dicitur, vt Schol. sensit.

170. μὴ ῾υρω p). Non me fugiunt, quae huius similia feruntur, quum, elisa vel vocali simplici longa vel diphthongo verbum cum antecedente coalescit, qualia sunt μὴ ᾽ὑτοῦ (nam ita legendum, i. e. μὴ αὑτοῦ, timens, ne suum ipsius filium diuerberet) Eccl. 671. ἵττω Ἡρακλῆς. Acharn. 868. ὦ ᾽σχύλε infra 1297. ὦ ᾽ζυρὲ Au. 1648. τῇ οἰκίᾳ Vesp. 859.: verumtamen cum variae lectionis ἐὰν δὲ μὴ ἔχω mentio fiat ap. Schol., quae quidem et elegantior est et ita comparata, vt eius declarandae causa adscriptum videatur vulg. μὴ εὕρω, non spernendam eam duco, praesertim quum sic etiam duriuscula carere possimus contractione. Non autem intelligendum ἀργύριον, sed μισθώσασθαι, si vero nequeam inuenire, quem conducam; v. ad Lys. 945. *Hotib.* τότε μ᾽ ἄγειν. Subintellige ἀνάγκη, aut χρή, aut κέλευε, aut simile. Infra 914. εἶναί με τῶν σῶν ἄξιον μυσηρίων. *Bergl.*

171. τινες ἐκφέρουσι. Sic solus C. cum impressis. Quatuor alii codd. [Elb. et Bau. etiam] τινες φέρουσι. V. not. ad Lys. 408. Vellem in aliquo reperisse τόνδε τὸν νεκρόν. *Brunck.* Fertur iam mortuus a vespillonibus per scenam.

172. Constituitur hic vulgo scena 3. act. 1. Alloquitur Bacchus mortuum. — Σὲ λέγω. Attice. Sic ἡμᾶς λέγειν Acharn. 557. et eiusd. fab. v. 502. τὴν πόλιν κακῶς λέγω, et cum duobus etiam accusatiuis Conc. 435. τὰς μὲν γυναῖκας πολλ᾽ ἀγαθὰ λέγων. *Spanh.*

---

p) Pro μὴ εὕρω. *Bergl.*

173. *πόσ' ἄττα.* Male vulgo *ἄττα* [h. e. *ἄτινα*] cum aſpiratione. V. Tho. M. in *ἄττα* [p. 122. ſ. Bern. add. Fiſch. ad Plat. Phaed. 3, 17.]

174. *ὑπάγε-θ'* etc. Sunt verba mortui ad baiulos, et Dionyſus ſequentia dicit, eos retinens. *Höpfn.*

176. *ἐὰν ξυμβῶ.* Schol. monet, in quibusdam codd. ſcriptum fuiſſe: *ἵνα ξυμβῶ*, prout legitur etiam in Ms. Vat. Vrb. Locus autem Homeri, quem Schol. citat, exſtat Il. *η*, 353. ſed vbi legitur (vti etiam hic legendum eſt) *ῥέξομεν*, per o in ſyllaba ſecunda, vt ſit Fut. Indicat. *q*). Metrum enim lectionem talem requirit. *Kuſt.*

177. *ἀναβιώην πάλιν.* Quum viuentes dicant: *emoriar, dispeream;* ſi velint ſibi maximum malum imprecari, iſte mortuus contra, quaſi maximum malum ſibi imprecans dicit: *reuiuiſcam denuo. Bergl.*

178. *ὡς σεμνὸς ὁ καταράτος.* Friſchlinus male: *quam honeſtus eſt hic nequam!* Senſus eſt: *quam ſuperbe et ſerio vultu haec dicit ſceleſtiſſimus ille! Kuſt.*

179. Infra 653. *οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ εἶ σὺ γεννάδας ἀνήρ. Bergl.*

180. *ὠὸπ παραβαλοῦ r).* Charontis *ἐπιφώνημα* eſt, quo ripae proximus vectorem, quem remigare cogit, iubet cymbam ripae applicare. v. ad 269. Hoc vero dum clamat, in vlteriori ripa eſt; poſtea ſolus cymbam reducit ad ripam, in qua ſtat Bacchus. *Brunck.* Charon transvexiſſe mortuos cenſendus eſt, et nondum conſpicere Bacchum et Xanthiam, qui prope a lacu abſunt. *Conz.*

---

q) V. ad eum locum Heyn. T. V. Obſs. p. 369. qui Schol. quoque rationem habuit.

r) *παραβαλοῦ.* i. e. *appelle cymbam ad littus:* non, vt Friſchlinus: *accede ad ſcapham. Kuſt.* Scholia: *ὅρμισον τῇ γῇ τὴν ναῦν.* At in Eqq. ad 759. *τὴν ἄκατον παραβάλλου,* aliter Scholia: *ἑτοίμην ποίει, fac paratam cymbam.* Hic in Ran. 271. *παραβαλοῦ τῷ κωπίῳ.* Videtur autem recte exponi per *ὅρμισον. Bergl.* Infra 271. (272.) *παραβαλοῦ τῷ κωπίῳ remum laxa;* quam eſſe vocis huius *παραβάλλειν* ſignificationem, notat Suid. In Eqq. 735. (762.) *τὴν ἄκατον παραβάλλου, ſcapham paratam habeas,* vel *laxes.* Nub. vero 361. *τὼ φθαλμὼ παραβάλλει,* vbi vide quae notaui. *Spanh.* Conſtituitur hic act. 1. ſcena quarta.

181. *τουτὶ τί ἐστι*; Haec verba in IV. codd. Xanthiae tributa [alloquenti Dionyſum; vulgo Dionyſo tribuuntur]. Quae ſequuntur vsque ad 185. in meo et in B. continuata Baccho, ſine famuli perſonae interpoſitione *s)*: in membr. et in C. Xanthiae perſona, quae ante v. 183. poni debuit, ſuperiori praefixa eſt. In v. 185. (184.) media ſalutatio melius famulo tribueretur *t)*. *Brunck.* Poſtremum hoc recte improbat *Conz.* qui obſeruat, triplicem iſtam ſalutationem optime conuenire deo, qui ſuam ita tegere voluerit anxietatem; ceteros verſus recte illum ſuis tribuiſſe perſonis monet.

183. *κἆτ' γ' ὁ* X. In cod. (quinto Reg.) *κἆτιν ὁ* X. quod magis placet [et recepit Höpfn.]. *Brunck.* Suppl.

184. V. Suid. V. *Ἀνάπαυλαν*, V. *Τίς εἰς ἀναπαύλας* et V. *Χάρων*, vbi locus hic citatur. *Kuſt.* Infra 1579. *πάγχυ γὰρ ἐκ μεγάλων ἀχέων παυσαίμεθ' ἂν οὕτως.* Potuiſſet etiam omiſſa praepos. *ἐκ* dicere: *εἰς ἀναπαύλας τῶν κακῶν.* Soph. Electr. 879. *φέρω γὰρ ἡδονάς τε κἀνάπαυλαν ὧν πάροιθεν εἶχες καὶ κατέσενες κακῶν.* Fingit autem, talia loca eſſe apud inferos, quia in morte ſit requies et obliuio malorum. Hercules moriturus ap. Soph. Trach. 1253. *παῦλά τοι κακῶν αὕτη τελευτὴ τοῦδε τἀνδρὸς ὑσάτη.* *Bergl.*

186. *ὄνου πόκας* i. e. *aſini vellera.* Eſt prouerbium de re, quae non exiſtit. Aſinus enim velleribus ſiue lana caret. Vox *πόκας* autem dubium eſt, vtrum deſcendat a recto *πόξ*, an *πόκη*. A *πὸξ* deducenda erit ſecundum Schol.; quippe qui inde format Nominatiuum pluralem *αἱ πόκες*. At alterum Nominatiuum agnoſcunt Suidas, Heſych., Vaticana Prouu. Appendix, et Mich. Apoſtolius in Adagio: *ὄνου πόκαι ν)*, quarum vocum poſterior non niſi a *πόκη* deduci poteſt. Eſt et tertius Nominatiuus, *ὁ πό-*

---

s) Vulgo verba *τοῦτο λίμνη* — *Χάρων οὗτοσί* Xanthiae tribuuntur.

t) Ter ſalutationem ingeminare Bacchum, parum probabile: nam cui bono? Non nemo in Scholl. — *ἢ οὕτω πιθανὸν ὑπονοεῖν τρεῖς τοῦτο λέγοντας, ἀσπαζομένους τὸν Χάρωνα, Διόνυσον, Ξανθίαν, καὶ τὸν νεκρόν.* Quem ſequor. Plene poſt *Χάρων* tribus locis diſtinguitur in Iuntt. *Hotib.*

v) Etiam Photius Lex. p. 246.

κος, ου, reliquis duobus frequentior; quo Zenobius in enarrando hoc adagio vtitur. *Kuſt.* Forte autem ita dicitur, vt ὀρνίθων γάλα, de rebus, quae ob raritatem maioris aeſtimantur. *Bergl.* Eſt de verbo: *in die Eſelsſchur*, i. e. das Land des Nichts, der Schatten, der Schemen. Magis tamen placet, quod in mentem venit Ὄνου πλοκάς, eodem fere ſenſu, ex Pauſan. X, 29, 2. *Conz.*

187. ἢ ᾽ς Κερβερίους. Loci huius meminit Etym. V. Κιμμερίους. *Kuſt.* Κερβερίους, a Cerbero nomen habentes. *Bergl.* Ταίναρον. Laconicae promontorium, vbi putabatur eſſe deſcenſus ad inferos. Virg. IV. Georg. [467. vbi cfrr. intpp.] *Taenarias etiam fauces, alta oſtia Ditis. Bergl.*

188. *x)* ποῦ σχήσειν. Ms. Vatic. U. rectius: ποῖ σχ. δ. i. e. vt recte Friſchlin.: *quo curſum diriges? Kuſt.* Probant etiam *Bergl.*, adducto loco Theogn. [immo Solonis fr. V. v. 65. ed. Brunck.] Πᾶσι δέ τοι κίνδυνος ἐπ᾽ ἔργμασιν, οὐδέ τις οἶδε Ποῖ σχήσειν μέλλει, χρήματος ἀρχομένου· et *Hotib.* Add. Doruill. ad Char. p. 120.

189. σοῦ γ᾽ οὕνεκα meus et duo Regii [et Elb.]: C, vt vulgo, perperam εἵνεκα. V. ad Lys. 74. *Brunck.* Nam εἵνεκα nunquam dixerunt Attici. *Höpfn.* Eurip. Herc. Fur. 610. ἦλθες γὰρ ὄντως δώματ᾽ εἰς ᾅδου, τέκνον; *Bergl.*

190. Dionyſus conſcendit cymbam, tumque ſeruum idem facere iubet, ſed hunc Charon repellit.

191. τὴν περὶ τῶν πρεῶν. Aeſtuant Scholiaſtae, vt ex his verbis aliquem commodum ſenſum eliciant: verum mihi non ſatisfaciunt, licet dicant, quosdam legiſſe τῶν νεκρῶν, quod quidem pleniorem ſenſum exhiberet; ſed vetat Plutarchus, qui iam ſuo tempore τῶν πρεῶν legebat. Nam ad h. l. alludit manifeſto in libro: *Ne ſuauiter quidem viui poſſe ſecundum Epicurum*, dum ait *y)*: παπαί, εἰς τὴν γαστέρα τοῖς ἀνδράσιν ἔοικας ἐναλεῖσθαι, καὶ

x) In ed. Höpfn. ab hoc verſu inchoatur quarta ſcena.

y) Cap. 2. T. V. P. II. p. 440. Wytt. f. T. X. p. 471. ed. Reisk., qui ἀγῶνα ſubintelligit.

τὸν περὶ τῶν κρεῶν ἐπάξων, vbi ſubintelligere videtur κίνδυνον vel πόλεμον. Sed quare potius in ea pugna de propriis corporibus periclitati fuerint pugnantes, quam in aliis pugnis, non video. Nam in omni naumachia periculum maximum de proprio corpore et vita pugnantibus imminet: ideo nihil peculiare habuit haec pugna, quare de carnibus vocari debuerit, quod vult Schol., qui ſic commentatur: *Φησὶν οὖν, οἷον οὐ περὶ χρημάτων καὶ πατρίδος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἰδίου σώματος· κρέας γὰρ τὸ σῶμα.* At incidit mihi quaedam de h. l. ſuſpicio. Ea naumachia ad Lesbum inſulam, et *ἀντίον τῆς Μιτυλήνης*, vt ait Xenophon [I, 6, 26. Schneid.], commiſſa eſt. Fuit autem mons in ea inſula, *Creon* nomine, de quo quidem tacuit Strabo, et alii qui exſtant geographi graeci: at Plinius V, 31. eum nominat [ſect. 39. ed. Hard.], dum de Lesbo inſula dicit: *Montes habet Lepetymnum, Ordynum, Maciſtum, Creonem, Olympum.* De ſitu eius montis nihil addit, ſed ſuſpicor, de hoc monte Ariſtophanem aliquid muginatum eſſe, et eum fuiſſe ad mare verſus Aſiam et Arginuſas inſulas, et circa eum multa eius naumachiae ſymptomata accidiſſe; vnde *ἡ περὶ τὸν Κρέωνα ναυμαχία* vocata fuerit ea pugna, quae ab nomine notiori *ἡ πρὸς Ἀργινούσας* dicta fuit. Sed quoniam eius montis nomen graece prolatum non inuenitur, prosodiae accommodare id nomen non poſſumus, et id proponimus tantum dubitantes, non aſſerimus. — Caeterum ex h. l. patet, hoc drama prodiiſſe non multo poſt eam naualem pugnam — quae commiſſa fuit Callia poſt Antigenem archonte, vt ex ipſo Xenoph. patet. Fuit autem Callias ille archon a. XXVI. belli Pelop., ſed ſi numeris Xenoph. crederetur, anno tantum XXV. *z)*. Sed ibi numerum errare patet ex ipſo Xenoph. Hell. II, [3, 10. Schneid.] vbi recenſet ephoros. Nam ibi Pityas ephorus, quem coincidere cum Callia facit [I, 6, 1.], vigeſimum ſeptimum numerat, ſed qui nuper magiſtratum inierat, cum Callias iam plures menſes

---

z) Verum eſſe eum locum interpolatum, recte ſuſpicatus eſt Schneiderus ad I, 6, 1. Non Xenophontem, ſed alium, in eius Hiſt. gr. addidiſſe temporum Olympicorum notas et ephororum archontumque nomina cum Dodwello ſtatuerunt alii chronologi, etiam Morus in Exam. quor. loc. Hiſt. Gr. Xen. Add. Weiskius in Quaeſt. ad Hiſt. Gr. T. IV. Opp. Xen. p. XIV. ſs.

archon fuiſſet. Nam ephori autumni tempore eligebantur. Itaque Pitya illo ephoro vigeſimo ſeptimo ineunte annus belli Pelop. 26. currebat. Nam primus ephorus, quem recenſet, Aeneſias ſex menſes ante belli initium coeperat fungi magiſtratu. *Palmer.* [Exercc. p. 771.] Ms. Vat. U. habet: *περὶ τῶν νεκρῶν*, ſupraſcripta tamen voce *κρεῶν*, tamquam varia lectione, quod Scholiaſtae fidem adſtruit, qui teſtatur, quosdam codices Ariſtophanis ſuo tempore habuiſſe *κρεῶν*, alios vero *νεκρῶν*. Poſteriorem lectionem, *νεκρῶν*, probauit Apollonius Grammaticus, teſte Schol. noſtro ad 423., vbi tamen hodie male legitur *κρεῶν*. Nam quin ibi Schol. ex mente Apollonii dicere voluerit *τὴν περὶ τῶν νεκρῶν*, ſenſus totius loci nos dubitare minime ſinit. Ego tamen alteram lectionem, *κρεῶν*, veriorem et meliorem eſſe cenſeo, ſuffragante etiam huic ſententiae Scholiaſta ad h. l., qui ſenſum eius recte ſic exponit: *ἦσαν γὰρ οἱ δοῦλοι τότε ναυμαχήσαντες περὶ οὐδενὸς ἄλλου, ἢ περὶ τῶν ἰδίων κρεῶν, τουτέστι σωμάτων* etc. *a*). Alludit

---

a) Suid. *κρέας· οὕτω καλοῦσι τὸ σῶμα οἱ Ἀττικοί*, et ſubiicit hunc locum. Sententia poëtae eſt haec, opinor, ſe non recipere ſeruum, niſi qui ad Arginuſas depugnarit pugnam illam pro corpore, i. e. vita ac ſalute. Valde exagitat Scholiaſtae expoſitionem, Gatak. de ſt. N. I. c. 10. aitque, ineptiſſime eum exponere *περὶ κρεῶν, περὶ σωμάτων*, quaſi Charon tricorpores quasdam Gorgones, vel ſaltem bicorpores ſeruos cogitaſſet: ſed haec vox non eſt captanda; neque enim, ſi dixit Schol.: ſeruus non pugnauit *τὴν περὶ σωμάτων*, exiſtimauit, ſeruum plura corpora habuiſſe, ſed *ἁπλῶς* dixit, quemadmodum poëta, qui hoc ſorte non de ſolo illo ſeruo intelligebat, ſed in vniverſum Charonem dicere facit, ſe nullos recipere ſeruos, niſi qui ad Arginuſas pro vita depugnaſſent: vel, ſi omnino de illo ſolo ſentit, non minus commode potuit dicere de vno, *κρέα*, in plur. numero, quam lepus vnus dicitur currere *τὴν περὶ τῶν κρεῶν*. Deinde Schol. non ob aliam rationem *κρεῶν* videtur expoſuiſſe numero plurium, quam quia eodem vſus erat Ariſtoph. Nam ipſe mox exponit *περὶ τοῦ ἰδίου σώματος*, quibus verbis quid intelligat, inferius quoque ſatis declarat, quum ait, Athenienſes *ἐν περιστάσει γενομένους ὑπὲρ τῆς ψυχῆς ἠγωνίσθαι*. Agitatur valde Gatak. in hac Schol. ſententia refellenda, quam ſi ſimpliciter accipias, nihil habet abſurdi. Pone, *κρέα* non ſignificare corpus, quid tum? ideo non poteſt dici aliquis pugnare *περὶ τοῦ σώματος*, vel quod idem eſt, *περὶ τῆς ψυχῆς*, quo vtroque etiam Schol. vtitur? aut, quum quis dicitur pugnaſſe *περὶ τῶν κρεῶν*, an non idem etiam recte poterit dici pugnaſſe *περὶ τοῦ σώματος*? Quid eſt ergo, quum in noto prouerbio lepus dicitur currere *τὴν περὶ τῶν κρεῶν*, aut cur hoc ad verbum exponemus *pro carnibus* (metuentes ſcili-

nimirum poëta noſter ad prouerbium illud: ὁ λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν τρέχει, *lepus pro carnibus currit:* quod dicitur in eos, qui de corpore ſuo tantum periclitantur nec quicquam aliud, quod amittere poſſint, habent: veluti ſerui in pugna nauali ad Arginuſas, quo Comicus noſter hic reſpicit. Valeat ergo Palmerii ſuper h. l. coniectura, ingenioſa quidem et docta, ſed niſi me valde fallit opinio

---

cet, ne in pulpamentum incidant) magis, quam *pro corpore ac vita*, quae ſententia in iis verbis ineſt? Et diſerte Proverbiorum auctores et Suid. tradunt, id prouerbium dici de iis, qui διακινδυνεύουσι ταῖς ψυχαῖς καὶ διὰ τοῦτο καρτερῶς ἀγωνίζουσι· ad quod prou. reſpexiſſe poëtam ego cum Erasmo et Schotto ad Zenob. 4, 85. opinor. Coniectura Gatakeri explicantis haec dici κατ' ἀπροσδόκητον, vt, cum quis putaret, poëtam dicturum νενανμ. περὶ τῆς ψυχῆς vel πατρίδος, is praeter opinionem dixerit τὴν περὶ τῶν κρεῶν, reſpiciens indolem ſeruorum, quibus cibus et carnes ipſa vita eſt, ſatis eſt ingenioſa, ſed mihi non videtur cauſa, cur recedamus ab interpretatione Schol., in qua ego nihil magnopere, quod me offendat, inuenio. Poteſt autem ita etiam exponi ſententia, vt dicat Charon, ſe non recepturum ſeruum, niſi interfuerit illi praelio, quod pugnatum eſt ad Arginuſas, non a ſolo ſeruo, ſed ab Athenn. aliisque omnibus qui in eorum claſſe erant περὶ κρεῶν i. e. *de vita ac ſalute*, cum iam attriti aliquot aduerſis praeliis ante fuiſſent, atque ita reuera περὶ κρεῶν pugnarent, quod indicat quoque articulus τήν, quam expoſitionem etiam in fine tangit Schol. Ceterum Palmerius etiam reprehendit Schol., aitque, cur potius in ea pugna ad Arginuſas de propriis corporibus periclitati fuerint pugnantes, quam in aliis, ſe non videre: nam in omni naumachia periculum maximum de proprio corpore et vita pugnantibus imminere cet. Ego puto hoc a Schol. ideo dici, quia exiſtimat, ſeruos qui patriam vel pecunias non haberent, non pro his, ſed tantum pro propria vita, quam ſolam habebant et amittere poterant, pugnaſſe: quae quidem expoſitio nonnihil coactior eſt, et melius fuiſſet, ſimpliciter exponi περὶ τῶν σωμάτων, ſiquidem non de vno ſeruo, quem ſecum habebat Bacchus, intelligit, vel περὶ τοῦ σώματος ἢ ψυχῆς. Coniectura autem Palmerii de Creonte monte, ad quem putat forte hanc pugnam eſſe commiſſam et a poëta reſpici, mihi videtur audaciſſima, et contra legem metri eſt, quod etiam ipſe fatetur. Quidquid eſt, verba poëtae ita ſimpliciter exponi poſſunt, vt dicat Charon, ſe non recepturum ſeruum, ſi non interfuiſſet celebri illi pugnae ad Arginuſas, quae pugnata eſt ab Athenn. περὶ κρεῶν. Schol. idem videtur ſentire. Si voculam vnam aut alteram interponit minus propriam, ea non captanda eſt, ſed benigne explicanda potius, quam argutationibus indulgendum et coniecturis, quae ſaepe inanes ſunt. *Duck.*

mea, a mente Arist. aliena. Superioribus addo, Gatakerum *de stilo Noui Instrum.* c. 10. locum hunc Arist. aliter accipere; vtpote qui existimet, Comicum hic ab inexspectato ludere, et quum lector post, *εἰ μὴ νεανυμ. τις*, sententiam sic completum iri exspectaret, *pro patria*, vel, *salute populi*, poëtam *παρ' ὑπόνοιαν* subiecisse *περὶ τῶν κρεῶν*, *pro carnibus*, vel, *cibis:* vt nimirum indicaret, seruos cum parasitis communem habere naturam eosque tanto liguriendi amore teneri, vt pro patinis, tanquam pro aris et focis dimicare parati sint. Arguta, fateor, sententia et comicam festiuitatem redolens, praecipue quum constet, seruos in comoediis vt *λίχνους*, *liguritores*, plerumque induci solere. Existimo tamen, nec alteram interpretationem Comico nostro esse indignam, et proinde eam temere, propter auctoritatem vet. Schol., reiici non debere. *Kust.* Quod si meum iudicium addere obiter liceat, eam quam Gatakerus protulit (quam nec Kusterus reiicit) veriorem puto, idque plane ad solitam seruorum, de quibus ibi agitur, ingluuiem denotandam, et pro qua, velut pro aris ac focis, nauali praelio dimicassent, designandam, a Comico dictum; quomodo de Xanthia 341.: *ὡς ἡδύ μοι προσέπνευσε χοιρείων κρεῶν.* Ita in Pluto vel in vnam eam rem intentus legitur seruus Cario, vt, dum alii aliis vacant, ipse pane sumtisque carnibus clam hero vescatur v. 329. *λαβών τιν' ἄρτον καὶ κρέας* Μασσόμενος *τὸ λοιπὸν* etc. quemque posita haud procul in aede Aesculapii polentae olla dormire non sinit, eiusd. fab. 672. *Spanh.* Vetus glossa in cod. meo: *τῶν νεκρῶν σωμάτων.* Ea postmodo a librariis diuersimode in textum inuecta est. In C. textus verba sunt *τὴν περὶ τῶν νεκρῶν b).* Ibi partem illius glossae pro genuina voce vides. In B. vno tenore scriptum in textu: *τὴν περὶ τῶν κρεῶν, σωμάτων,* vbi altera pars glossae versui addita. Sincera lectio est *τὴν περὶ τῶν κρεῶν,* cuius acumen non adsequutus est auctor vetus expositionis Kustero probatae: *ἦσαν γὰρ οἱ δοῦλοι* etc. Quod quidem, pace Kusteri dictum sit, est plane absurdum c). Nam in omni praelio, qui pugnant, pro vita

---

b) Ita et Cod. Borg. habet.

c) Sic tamen accepit Conzius, vertens:
Ich führe keine Sclaven, wenn sie nicht um Haut
Und Leben wacker sich zur See herumgehau'n.

certant: tum aliud etiam ſeruis propoſitum erat praemium, nempe libertas. Frigida eſt, quam alii comminiſcuntur, alluſio ad notum prouerbium: *ὁ λαγὼς τὸν περὶ τῶν κρεῶν τρέχει.* Quis enim inde emergit ſenſus? *Seruum non vehio, niſi qui in pugna nauali fortiter dimicauit.* Sed qui dignoſcere poterat Charon, an ſeruus fortiter dimicaſſet nec ne? Sagacitatem eorum deſidero, qui facetiſſimo Comico eiusmodi ſententias tribuunt, in quibus non eſt mica ſalis. At vero falſe h. l. Athenienſium ſtultitiam perſtringit, qui poſt commiſſam eodem anno, quo Ranae editae, celebrem ad Arginuſas pugnam, ita ſe erga victoriae auctores duces geſſerunt, ac ſi non de imperio, ſed tantum de caeſorum *carnibus* ſ. cadaueribus ſepeliendis dimicatum fuiſſet *d)*. Idcirco pugnam illam *τὴν περὶ τῶν κρεῶν μάχην* appellat. *Brunck.*

192. Ad *οὐ γὰρ* ante *ἀλλὰ* ſubintelligi Deuarius de partt. gr. p. 286. voluit *παρῆν* ſ. *παρεγενόμην* (vt ſupra 58. *σκώπτω* ex antecedd.) add. Hoogeu. Doctr. partt. gr. p. 464. ſ. ed. Schütz.

193. *περιθρέξει — τρέχων* [vt olim lectum] intenſionem ſignificat, vt Eqq. 287. *κατακεκράξομαί σου κράζων. Bergl.* Ms. Vat. U. rectius, vt puto, habet *τὴν λίμνην κύκλῳ. Kuſt.* Praeplacet *κύκλῳ* (pro *τρέχων*), quod vterque Inuern. liber habet, quem ſequor. Sic *θρέξαι ἐν κύκλῳ* Eurip. Iph. Aul. 1568. *Höpfn.* Scribendum autem: *οὔκουν — κύκλῳ;*

194. Acute vnus ex Scholl.: *τὸ μὲν φαινόμενον λίθος ἦν Αὐαίνου καλούμενος· τὸ δ' ἀληθὲς οὕτως ἔχει· παρὰ τὸν λίθον αὐαίνου καὶ ξηραίνου (ſias aridus et ſiccus);* nempe in imperatiuo modo a v. *αὐαίνομαι. Bergl.* Faceta ambiguitas eſt in his verbis. *Αὐαίνου* poſitum eſt tanquam nomen proprium cuiusdam ſic dicti lapidis, ſed accipi poteſt pro Imper. v. *αὐαίνομαι e). Brunck.*

---

d) Ita tamen *παρὰ προσδοκίαν* dicitur, vt Gatak. ſenſit, qui tantum *κρέα* aliter accepit.

e) Conz. vertit: an dem dürren Stein Dort bey den Schenken. Facetias loci non admiſit Wakefield. ad Soph. Philoct. 954. (in delectu Tragoedd.) vbi *αὐαίνεσθαι* illuſtrat. Scribi autem voluit: *παρὰ τὼ' αὐαίνου* λ. et flere iubet facetiſſimum *Auae-*

195. μανθάνεις; Bene haec quaeſtio in tribus codd. *f)* Baccho tributa: in membr. perſona non adſcripta, ſed vacuum relictum ſpatium. Bacchi intererat, non vero Charontis, Xanthiam percontari, an recte intellexiſſet, vbinam ſubſiſtere deberet herum opperiturus. *Brunck.*

196. Alludit ad ſuperſtitionem Graecorum, qui omina bona malaue captabant ex iis, quae prima exeuntibus mane occurrebant. *Conz.* Abit nunc Xanthias.

197. κάθιζ' ἐπὶ κώπην *ſede ad remum.* *Brunck.* Eurip. Alceſt. 436. de Charonte: ὅς τ' ἐπὶ κώπᾳ πηδαλίῳ τε γέρων νεκροπομπὸς ἵζει. *Bergl.* Haec ad Bacchum Charon dicit; quae ſequuntur, verſus littus clamat.

εἴ τις ἐπιπλεῖ, σπ. *g)*. Exiſtimo, locum eſſe leuiter corruptum, quem ſic emendo: εἴ τις ἔτι πλεῖ, σπευδέτω· i. e. *ſi quis adhuc nauigaturus eſt, feſtinet.* Imitatur enim hic Charon morem nautarum, qui quum e portu ſoluturi ſunt, clamore ſublato hac de re monere ſolent eos, quibus animus eſt ad eadem loca, quo nauis illa tendit, proficiſci. πλεῖ autem hic dictum pro πλεύσει, ſiue ſit futurum Atticum, vt quidam volunt, ſiue praeſens poſitum ſit pro futuro, quod apud Atticos non eſt inuſitatum. *Kuſt.* Centies ἐπὶ et ἔτι confuſa eſſe conſtat, inprimis in compoſs. v. Dion. Hal. de comp. v. 14. p. 166. ed. Schäf. ἔτι πλεῖ (ſi quis adhuc alius naui cupit auehi) coniecit et *Reisk.*

198. Alloquitur Charon Bacchum, quem ſuper remo ſedere videt.

199. ἵζω 'πὶ *h)* *u.* Supra remum ſedet. *Bergl.*

---

num lapidem. Verumtamen quae ſequuntur, docent locum certum quemdam denotari.

f) Hoc verbum Baccho tribuit etiam cod. quartus Reg. ſuppleta per gloſſam ſententia ὃ λέγει. *Brunck.* in Suppl. Ita etiam Elb. Deleri v. 195. Bacchi, et 196. Xanthiae perſonam iubet *Reisk.*

g) Interpres: *ſi quis praeterea velit adnauigare.* Poteſt hoc exponi ἐλλειπτικῶς· εἴ τις ἐπιπλεῖ τοῖς ἐπέκεινα. Sed mihi videtur veroſimile, ſcribendum: εἴ τις ἔτι πλεῖ, *ſi quis inſuper vult traiicere,* vt referat morem nautarum, qui ſoluturi ſolent inclamare his, qui adſtant, vel quos venientes vident, ſi quis forte eorum vna conſcendere velit: nam et alia

200. *γάϛρων.* Pro quo *γάϛρις* f. *helluo* dicitur Veſp. 605. et ap. Athen. VI. p. 258. *ὁ καλὸς γάϛρις praeclarus ille helluo. Spanh. γάϛρων* aquaticula: Gloſſ. *Bergl.* Conſidet nunc ad remum Dionyſus, dum dicit *ἰδού*, et mox vbi iubetur manus e pallio promittere (*προβάλλεσθαι*) et extendere verſus remum, protendit eas, ſed nondum remum capit; gerit ſe admodum inepte *i)*.

202. *οὐ μὴ* — Sic et infra 521. v. ad Nub. 509. *Bergl.* Hic pleonasmus v. *ἔχω* apud Tragicos itidem frequens, vt Soph. Aiac. 22. *γήμας ἔχει*, Antig. 1284. *ἔχω μαθών*, vti quoque legitur Eurip. Or. 349. et *ἔχοι κτανών* Hercul. 713. *Spanh. Φλυαρήσεις.* Sic recte B. [etiam Elb. et Bau.]. Reliqui, vt vulgo, perperam *Φλυαρήσῃς.* v. not. ad Lys. 704. Participio *ἔχων* ſuperſcripta gloſſa in C. *περισσόν.* v. ad Thesm. 473. *Brunck.*

203. *ἀλλ' ἀντιβὰς ἐλᾷς προϑ.* i. e. *ſed obnixo gradu remum ages ſtrenue. Kuſt.* *ἐλᾷς* futurum eſt, Atticorum more formatum, quibus futura in *σω* poſt *α* breue, *ε* et *ο* in *ῶ* contrahuntur: *ἐλάσω, ἐλῶ· καλέσω καλῶ· ἀρόσω, ἀρῶ.* Vt hic *οὐ μὴ Φλυαρήσεις ἀλλ' ἐλᾷς*, ſic Nub. 505. *οὐ μὴ λαλήσεις, ἀλλ' ἀπολουϑήσεις ἐμοί.* Cf. not. ad v. 298. *Brunck.*

204. Menander: *ἀϑάλασσος*, apud Athen. IV, 132. *Bergl. ἀσαλαμίνιος.* Salaminia vocabatur Athenis nauis quaedam publica, cuius mentio Au. 146. et alibi. *Bergl.* Sed h. l. alluditur potius ad pugnam Salaminiam, cui non interfuerit. *Conz.* add. Porſon. ad Eurip. Or. 613.

206. *ἐμβάλῃς.* In Eqq. 598. *τὰς πώπας λαβόντες — ἐμβαλόντες ἀνεβρύαξαν· — τίς ἐμβαλεῖ; Bergl.*

207. *ϑαυμασά.* Sic libri omnes. Nugatur Moeris [p. 187.] *ϑαυμάσιον*, non *ϑαυμασόν*, Atticis ſcriptoribus

---

in hac ſcena tribuuntur Charoni ex more nautarum. v. Schol. ad 188. 191. *Duck.*

h) Sic iam in ed. Bergl. legitur (pro *ἴζω ἐπὶ κ.*, vt in aliis), quod e ſuis libris repoſuit Inu.

i) Suſpectum v. 201. reddere poteſt, quod in Rau. deeſt, in Borg. ad marg. manu aliena ſcriptus, habet tamen comicam vim nec in aliis codd. deſideratur.

vſitatum fuiſſe dicens, quibus et praeſertim Comico vtrumque promiſcue adhibitum. *Brunck.* *κατακέλευε.* In Aun. 1273. *ὦ τριςμακάριε, ὦ κατακέλευσον.* *Bergl.*

208. Quum remi ad numerum quemdam agitandi eſſent, eum numerum portiſculi ictu aut voce praeibat aliquis, cui remiges eodem cantus numero vſi reſpondebant. Ita h. l. Charon indicat voce remorum agitandorum legem eique non diſſimili menſura Ranae, veluti remiges, reſpondent. *Böttiger.* Archaeol. Mus. I. p. 66. et 73. Male igitur in Rau. deeſt v. 209.

V. 210 *k)* — 217. Haec procul dubio ſunt ſtrophica, pariter ac verſus 229 — 236., 245 — 263. Verſus 218 — 221., 264 — 270. pro epodis ſunt habendi, verſusque 222 — 228. item 237 — 244. pro monoſtrophicis, qualibus in affectibus *λυρικωτέροις* vti ſolent dramatici poëtae, velut infra 900. 1019. ſs. 1275. ſs. Plut. 637. Thesm. 1021. ſs. Eurip. Hecub. Oreſte. Delendum autem in prima harum ſtropharum alterum *Βρεκεκὲξ l) κοὰξ κοάξ* (v. 211. nam putidarum repetitionum amantiſſimi ſunt librarii), et verba *ἐμὰν ἀοιδάν* (v. 213.), gloſſema id quidem manifeſtum antecedentium *ὕμνων βοάν.* In antiſtrophae primae initio (214.) reſcribas: *βρεκεκὲξ κοὰξ κοάξ,* vt in ſtropha, itidemque metri cauſa dabis (v. 216.) *Διώνυσον* et *Λίμναις ἰάκχησα* (217.). De ſe loquens numero ſingulari et plurali promiſcue ſolet vti chorus. *Hotib.* Videtur non ſatis fauere breuitas ſtrophicorum carminum quae ita exiſtit, et mutationum vulgatae ſcripturae audacia. Nam epitheton *εὔηχρυν* vix patitur abeſſe verba *ἐμὰν ἀοιδάν.* Quodſi verum eſt, quod Schol. dicit, Ranarum chorum non in ſcena fuiſſe conſpectum, ſed extra eam auditum, et myſtarum chorum proprie ad fabulam pertinuiſſe, illius ne potuit quidem ſtrophe et antiſtrophe locum habere.

---

k) Conſtituitur hic ſcenae quintae actus I. initium. Soluerat Charon, tum auditur ranarum cantus.

l) In Elb. hoc onomatopoëticum ſcribitur *βρεκεκεξ.* Sed noſtrum *βρεκεκεκεξ* magis naturae ſoni, (quem ranae edunt) quadrat. Quare hanc ſcripturam retineo. *Höpfn.*

211. (213. Kuſt.) Λιμναῖα κρηνῶν τέκνα. Triclinius ad Soph. Oed. Tyr. p. 208. ed. Henr. Steph. *m)* κρηναῖα λιμνῶν τέκνα, ſenſu eodem. v. etiam Potter. ad Lycophr. 27. *Kuſt.*

213. ξύναυλον ὕμν. βοάν. Eurip. Electr. 879. ἀλλ' ἴτω ξύναυλος βοὰ χαρᾷ *ſed pergat conſonus gaudio clamor;* vna voce Eqq. 9. ξυναυλία. *Bergl.*

214. εὐγήρυν. Nempe prout μελίγηρυς ap. Hom. de Sirenum voce. εὐγηρία alioquin apud Graecos non a γῆρυς *vox*, ſed a γῆρας *ſenectus*, de *felici ſenectute* dicta, vt Ariſtot. Rhet. I, 1. et Philon. Leg. ad Cai. p. 769. *Spanh.*

215 — 17. Sunt vulgo duo verſus, quorum primus voc. Διὸς finitur, nec meliores numeri inſunt deſcriptioni quae ex Rau. fluxit.

215. Νυσήϊον. A Nyſa, vrbe, in qua educatus fuit Bacchus. Non omiſit hoc cognomen Ouid. IV. Met. init. [v. 13.], vbi coaceruat cognomina Bacchi. *Bergl.*

216. (218. Kuſt.) Λίμναι *n)* locus prope Athenarum arcem, in quo exſtructum erat Bacchi Λιμναίου delubrum ac celebrata ibi antiquiſſima Liberi Patris ap. Athenn. Dionyſia, dicta inde, quod aliunde notum et qua de re ſupra ad huius fabulae argumentum egimus, Λιμναῖα et Ἀνθεστήρια inſuper, quod illa menſe Attico Antheſterione peragerentur. In hac proinde vicina palude, quod loci nomen Λίμναι continuo indicat, coaxare dicuntur hic Ranae *o)*,

---

m) In edd. antt. Nam Brunck. in Schol. Tricl. ad v. 1463. eumque ſequutus Erfurdt. ediderunt, vt ap. Ariſt. legitur.

n) Ludit in ambiguitate voc. Λίμναι: nam λίμναι et *lacus* ſunt, quibus gaudent ranae, et locus Athenis, vbi erat templum antiquiſſimum Bacchi, vt dicit Demoſth. c. Neaer. [II, 1370. Reisk.]; Thucydides etiam teſtatur, ibi celebrata fuiſſe antiqua Dionyſia II, 15. καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου (ἱερὸν), ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι. *Bergl.*

o) Non tamen, vere ibi ranarum voces tempore illo feſto auditas eſſe, hinc certo colligi poteſt. Etenim poeta aut ad inconditum clamorem eorum, qui Dionyſia celebrabant, aut ad malos poëtas reſpexiſſe videtur. *Conz.*

et cultum ibi solemni ritu *Limnaeum Bacchum* celebrare, idque, quod in limine ad hoc drama e Thucyd. et Demosth. vidimus, duodecimo maxime Antheſterionis mensis, quo illius Limnaei Bacchi templum aperiebatur, die. *Spanh.* De h. l. vid. etiam Steph. [Byz. p. 516. ed. Berkel.] et ibi Comment., Harpocr. V. Ἐν Λίμναις, Hesych. v. Λιμναγενής, qui Lenaea ibi acta tradit. Gronouius ad Harpocr. [p. 61. f. Not.] acerrime inuehitur in Blancardum, quod ap. Harpocr. ediderit ἐν Λίμναις Διονύσιον, cum Mauſſacus recte emendaſſet editionem Aldinam, quae itidem Διονύσιον praefert: non scio quam recte. Sequutus ille videtur quum Aldum, tum Suidam V. Ἐν Λίμναις, qui itidem Διονύσιον, non Διόνυσον habet, et ibi etiam Kuſt. id de templo Bacchi exponit. Idem Gronou. notat, in Ms. Harpocr. Flor. eſſe Διόνυσος, idque probat. Sed mihi non improbandum videtur Διόνυσον, accuſandi caſu: nam credibile eſt, Harpocr. reſpexiſſe ad h. l. Ariſt. vt ſaepe Lexicographi illi, qui verba quaedam ex antiquis auctoribus praeponunt expoſitionibus ſuis, non mutatis caſibus, nec tamen id verbum, vnde illi caſus pendent, addunt. *Duck.* Hesych. Λιμναγενές. Λίμναι, ἐν Ἀθήναις τόπος, ἀνακείμενος τῷ Διονύσῳ, ὅπου τὰ Λήναια ἤγετο *p*). Erat autem Bacchi feſtum Λήναια appellatum idem, quod alio nomine dicebatur Ἀνθεστήρια, cuius dies tertius Χύτροι ſ. Χύτραι appellabatur, quo certabant poëtae, agebanturque fabulae. Videat lector eruditam Ruhnkenii disputationem in auctario Emendd. ad Heſych. V. Διονύσια, qua ſola accurate traditur Liberalium Atticorum ratio. ἰαχήσαμεν verti debuit: *cantare ſolemus*, quae frequens eſt iſtius aoriſti ſignificatio. *Brunck.*

218. (219. Kuſt.) ὁ κραιπαλόκωμος *q*). Nempe non κῶμοι ſolum, ſ. comeſſationes, vſitatae in feſtis apud Athenn. Dionyſiacis, ſed ipſe Κῶμος praeſens in iis habitus, vnde ap. Demoſth. cuius ea de re verba iam ad Argum. hui. fab. adtulimus [ſupra p. 13.] in Mid. p. 321. καὶ τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις ἡ πομπὴ καὶ οἱ παῖδες καὶ ὁ Κῶμος — *Spanh.*

---

p) Add. Meurſii Athenae Atticae (1624.) p. 149. ſſ.

q) Ex κραιπάλη *crapula* et κῶμος *comiſſatio. Bergl.* Eſt igitur proprie ὁ κρ. λαὸς ebria in comiſſando multitudo.

219. τοῖς ἱεροῖσι Χύτροισι. Friſchlinus male: *frequentibus ollis.* Verte: *in feſto ſacro Chytrorum. Kuſt.* Tertius quippe antiquiſſimorum ap. Athenn. Liberaliam in honorem Limnaei, qui modo praeceſſerat, Bacchi celebratorum dies *r)*, quorum prior, quod viderunt iam qui de Feſtis Graecorum egerunt viri docti, ſ. vndecimus menſis Attici Antheſterionis dies, Ἀνθεστήρια, alter ſ. duodecimus Χόες, quo Bacchi ἐν Λίμναις templum ſemel in anno aperiri ſolitum tradit adu. Neaer. p. 737. [II. p. 1371. Reisk.] Demoſthenes, tertius autem ſ. decimus tertius ac poſtremus eorumdem Liberalium dies Χύτροι nuncupabatur. Quo tertio demum horum Χύτρων die, ludi illi Comicorum ac Tragicorum ſcenici, χύτρινοι inde Philochoro, vt hic in Scholl. dicitur, appellati peragebantur, vti iam ad huius fab. argum. [p. 13. f.] e Dieg. Laert. Plut. Athen. ac Philoſtr. vidimus. *Spanh.* ταῖς ἱεραῖσι Χύτραισι, membr. [e quibus recepit Br.] Cod. quartus Reg. (E) magis adhuc Ionice: τῇς ἱερῇσι Χύτρῃσι. *Brunck.* Nimirum Χύτραι etiam dicebatur ille dies, ſed videtur tamen vulg. ſcriptura plurium codd. auctoritate niti.

220. (K. 221.) ἐμὸν τέμενος appellant ranae ſuum, ſibi conſecratum et ſeparatum locum (non, *nemus*, vt verterunt). Male verba ἡνίχ' — ὄχλος in verſione omiſit Conz.

222. Legebatur vulgo δὲ ταλγεῖν, perperam. Correctum tacite eſt a Brunkio, quem Inu. et Höpfn. ſequuti ſunt. Dicit haec Bacchus huc illuc ſe mouens.

225. Nec h. l. ἴσως dubitationem, ſed id, quod certum eſt, exprimit, quod iam alibi eſt obſeruatum.

228. οὐδὲν γάρ ἐσ' (i. e. ἐσὲ) ἀλλ' ἢ κοάξ. Menander ap. Stob. Serm. 115. τί δ' ἄλλο, φωνὴ καὶ σκιὰ γέρων

---

r) Feſtum χύτροι cum Dionyſiis coniunctum fuit; quum enim Dionyſia agerentur duodecimo die menſis Antheſterionis, vt paullo ante dixi, altero ab inde die Chytri agebantur, vt teſtatur Philochorus ap. Schol. Acharn. 1075. et Harpocr. in Χύτροι, cuius verba de hoc feſto ab vtroque adducuntur iſta: ἦγετο δὲ ἡ ἑορτὴ Ἀνθεστηριῶνος τρίτῃ ἐπὶ δέκα. *Bergl.* Nomen hic tertius Floralium (Ἀνθεστηρίων) dies ab ollis habuit, quia olla coctis leguminibus plena, deo conſecrabatur.

ἀνήρ; Eurip. Herc. Fur. 229. οὐδὲν ὄντα πλὴν γλώσσης ψόφον. *Bergl.*

229. (230. K.) Εἰκότως ἔγωγ'. Ms. Vat. U. rectius εἰκότως σύ γ'. *Kuſt.* Ita etiam Borg. At ſenſus loci repudiat, qui eſſe hic debet: recte et iure ſemper ita cano, nam Muſae et Pan et Apollo me amant. Rectius tamen Rau. εἰκότως γ' ὦ πολλὰ πρ. (troch. dimet.) Vtrumque, ἐγὼ et σὺ ex interpretamento eſt enatum.

ὦ πολλὰ πράττων. De intempeſtiua curioſitate, quum illa quis curat, quae nihil ad ipſum attinent. Herod. in Terpſichore [V, 33.] σοὶ δὲ τούτοισι τοῖς πρήγμασι τί ἐστι; — τί πολλὰ πρήσσεις (cur tam es curioſus)? Eurip. Hipp. 785. τὸ πολλὰ πράσσειν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ βίου. V. ad 755. *Bergl.*

230. ſs. Si rhythmo proſpectum velis, ita hos verſus legere poteris:

ἐμὲ γὰρ ἔσερξάν τε Μοῦσαι *s)*
εὔλυροι καὶ κεροβάτας Πάν,
ὁ καλαμοφθ. παίζων·
προσεπιτέρπεται δ' ὁ Φορμι-
κτὰς Ἀπόλλων, ἕνεκα δόνακος,
Ὃν ὑπολύριον ἄν, ὑπολύριον,
ἔνυδρον ἐν λίμναις τρέφω.

Vulgatarum lectio, ἕνεκα δόνακος, ὃν ὑπολύριον ἔνυδρον ἐ. λ. τ. verſui non ſatisfacit. Repetitio τοῦ ὑπολυρίου pathetica eſt minimeque inelegans *t)*. Facile autem propter ſimillima, quae antecedunt, omittebantur verba, ἄν, ὑπόλ. ὃν ἂν τρέφω quem *ſoleo* nutrire, ſicut paſſim ἄν. *Hotib.*

εὔλυροί τε Μοῦσαι. Sic Thesm. 978. *v)* Εὐλύραν μέλπουσα, Apollinem nempe, prout idem ab Eurip. dicitur Alc. 572. εὐλύρας Ἀπόλλων. *Spanh.*

231. [Vulg. καὶ κεροβάτας Πὰν in hoc v.]. Homerus Panem vocat Αἰγιπόδην διπέρωτα φιλόκροτον (capripe-

---

s) At τε non ad ἔσερξαν, ſed ad Μοῦσα pertinet.

t) Immo frigere videtur, quum ἔνυδρον addatur; niſi ἔνυδρον cum ὃν iungamus, ſed ita etiam illa Subſtantiui repetitio erit incommoda.

v) Eumdem locum, vbi Apollo εὐλύρης ſ. Dorice εὐλύρας dicitur laudat *Bergl.* et ad eum plura adnotauit.

dem, bicornem, ſtrepitu gaudentem) hymn. in Pan. [VII, 2. aut XIX, 2. Herm. qui Αἰγιπόδην reſcripſit pro olim vulg. Αἰγοπ.] *Bergl.* κεροβάτης eſt qui cornu, corneis h. e. caprinis, pedibus incedit. *Conz.*

232. ὁ καλαμοφθ. παίζων [h. e. calamorum cantu, calamis, ludens]. Sic de eodem Pane Eurip. Electr. 702. Εὐαρμόστοις ἐν καλάμοις Πᾶνα (bene compactis arundinibus Pana), quod additur, carmen dulciſonum inflaſſe; nempe, vt hic a Schol. dicitur, quod fiſtula Pan delectaretur, quae ex arundine fieret. *Spanh.*

234. ἕνεκα δόνακος. Palus haec nempe Limnia *arundinifera*, prout inde fluuium apud Lacedaemonios Eurotam δονακοτρόφον Iph. Aul. 78. et δονακόεντα Hel. 210. vocat Euripides. *Spanh.* Diligentiſſimus Paſchalius de Coron. IV, 1. locum hunc de corona arundinea Apollinis intelligendum eſſe putat: in quo non parum fallitur. Nam δόναξ ὑπολύριος hic eſt *calamus* ſ. *arundo*, *quae chordis lyrae olim ſupponebatur*. Hodie *ponticulum* vocant *x)*. Ceterum ad h. l. reſpexit Pollux IV, 62. vbi ait: καὶ δόνακα δὲ ὑπολύριον οἱ Κωμικοί, ὡς πάλαι ἀντὶ κεράτων ὑποτιθέμενον ταῖς λύραις. Item Heſych. Δόνακα ὑπολύριον. πάλαι γὰρ ταῖς λύραις κάλαμος ἀντὶ κέρατος ὑπετίθετο. Etymol. V. Δόνακες: πρότερον γὰρ ταῖς λύραις (male hodie ibi legitur θύραις) ἀντὶ κέρατος ὑπετίθουν καλάμους. Aelius Dionyſius ap. Euſtath. ad Il. Σ. p. 1165, 26. ed. Rom. τὸ γὰρ παλαιὸν ἀντὶ τοῦ κέρατος ὑπετίθεντο κάλαμον (ταῖς λύραις). ἐμφαίνει δὲ τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν Βατράχοις, ὑπολύριον εἰπὼν δόνακα. Κυſl. ὑπολύριον. Huc reſpexit Pollux IV, 62. — Heſych. — Suppoſitus ille lyrae fidibus calamus eumdem praeſtabat vſum, quem in inſtrumentis, quae hodie chordis inſtruuntur, pars illa quam vocant *le chevalet* [der Steg, noſtris]. Huius

x) Hom. h. in Merc. 47. de ſtructura citharae: πῆξε δ' ἀμφ' ἐν μέτροισι ταμὼν δόνακας καλάμοιο. *Bergl.* Ad q. l. Matthiae in Anim. ad hymn. Hom. p. 220. „Δόνακες καλάμοιο videntur eſſe arundines ſ. calami, quos per oram teſtae ea parte, qua aluus teſtudinis fuerat, apertae inſeruit Mercurius, vt ii quaſi fundum facerent corio bouino, quod mox toti teſtae circumdat. — Neque enim cogitare hic licet de lamina illa lignea vel calamo, qui fidibus ſupponebatur, vt ſonum redderent, qui μαγὰς, μαγάδιον, κίρας, etiam δόναξ, κάλαμος appellatur."

loci meminit Euſtath. ad Hom. p. 1165, 23. cuius verba haud inutile erit proferre. *δόνακες διαφέρουσι καλάμων, ὅτι λεπτότατος μὲν ὁ δόναξ, ἁδρὸς δὲ ὁ κάλαμος. καὶ ὁ μὲν δόναξ ὡς ἐπὶ πολὺ ποταμιος, οὐ μὴν καὶ ὁ κάλαμος. καὶ δόναξ μὲν συρικταῖς χρήσιμος, κάλαμος δὲ αὐληταῖς, ὅθεν καί τις Φαύλως αὐλῶν ὀλεσιαυλοκάλαμος ἐσκώφθη. Αἴλιος δὲ Διονύσιος εἰπὼν ὡς δόναξ ἐπιλύριον, ἐπάγει· τὸ γὰρ παλαιὸν* etc. [v. not. Kuſt.]. Hinc corrigenda Pollucis verba, vbi perperam legitur *περάτων* pro *πέρατος*, vt Euſt. l. Nam aliud quid in lyra erant *πέρατα, manubria, brachia*, quae *πήχεις* appellabantur: *ὑπολύρων* autem, ſiue e calamo ſiue eſſet e cornu, vocabatur *μαγάδιον*. V. Luciani intpp. ad dial. Apoll. et Vulc. p. 222 *Brunck*. Per *δόνακα ὑπολ.* intelligit, quod in cithara *μαγάδιον* dicitur, quodque chordis ſubiicitur, quo eae vehantur. Hoc olim e calamo fiebat, deinde e ligno vel cornu. Heſych. *Δόνακα ὑπολ.* etc. Sic quoque Pollux IV, 9, 62. niſi quod pro *πέρατος* legit *περάτων*, non recte, vt docet Scalig. ad Manil. p. 421. ed. Raphel. Nam *πέρατα* plur. num. in cithara dicuntur *πήχεις*, manubria in ſummo: eaque emendatio Scalig. legi debebat ad Pollucem, vbi hoc praeterierunt. *πέρατος* habet etiam Euſtath. [l. l.] *Αἴλιος δὲ Διονύσιος εἰπὼν ὡς δόναξ καὶ τὸ λύριον, ἐπάγει* etc. Ex his verbis Euſt. putat Scaliger l. d. *ὑπολύριον* vel *μαγάδιον* etiam dictum *λύριον*, ſed eum errare putat Salmas. ad Solin. p. 502. b. d. et ap. Euſt. legendum — *ὡς δόναξ ὑπολύριον — Aelius Dionyſius cum dixiſſet, calamum eſſe ὑπολύριον, vel vocari ὑπολύριον, ſubiicit, quia olim* cet. Etiam locum Heſych. V. *Κάλαμος* emendat ibid. Salmaſius. Etymol. M. corruptum in *δόναξ* emendant Scaliger l. d. et Iungerm. ad Poll. l. d. *δόνακες, κάλαμοι ἁλιευτικοί, ἢ αὐλοί. πρότερον γὰρ ταῖς θύραις ἀντὶ πέρατος ἐτίθουν καλάμους.* pro *θύραις* legunt *λύραις*, in quo errauit ibi Sylburg., pro *ἐτίθουν*, *ὑπετίθουν*. Lexica laudant *δόναξ ὑπολύριος*, dubito an perperam. Neque enim inuenio hac terminatione, magisque puto *ὑπολύριον* neutro genere ſubſtantiue dici, vt *μαγάδιον*, quemadmodum etiam Salmaſius accepiſſe videtur, quum in Euſt. emendat *δόναξ, ὑπολύριον*· idque etiam ex h. l. videtur patere: neque enim recte vel concinne duo adiectiua iungantur vni ſubſtantiuo, *δόναξ ὑπολύριος, ἔνυδρος*. Eſt autem ellipſis *τοῦ ὄντα· ἕνεκα δόνακος, ὃν ὄντα ὑπολύριον*, vel *εἰς ὑπολύριον, ἔνυδρον τρέφω*. Sententiam verſus, quem e Soph.

paulo ante protulit Schol., exponit Scaliger eodem loco. *Duck.*

237. Ed. Kuſt. et Bergl. *ἐγὼ δὲ Φλ. γ' ἔχω.* Tacite *γ'* deleuit Brunk. quem Inu. ſequutus eſt, etſi in Rau. legitur. Sed in Elb. deeſt; neque commode legitur. Habet autem puſtulas et ſudat ei culus, quia dudum in duriſſimo ſedit tranſtro.

239. Culus ſe non incuruat, ſed ipſe homo, ſi ſe incuruat, ſolet pedere, maxime ſi ſit pinguis; infra 1123. 1129. *βραδὺς ἄνθρωπός τις ἔθει κύψας, λευκός, πίων — ὑποπερδόμενος.* Erat autem et Bacchus pinguis, *γάστρων*, vt ſupra 200. Itaque per tropum quemdam dicitur: *ὁ πρωκτὸς ἐγκύψας ἐρεῖ*, pro, *ἐμοῦ ἐγκύψαντος ὁ πρωκτὸς ἐρεῖ. Bergl.*

241. ſ. Vnus verſus in al. omnibus edd. vt et duo ſeqq. contracti in vnum ſunt. — Scribendum:

Πεύσασθε. Χο. μᾶλλον μὲν ἂν
φθεγξαίμεθ', εἰ δήποτ' εὐ-

ſiquidem veri eſt ſimillimum, hos tres verſus, qui quaſi proodum ſecundae antiſtrophae efficiunt, eodem omnes metro conſcriptos eſſe. Ridicule autem media in voce *εὐηλίοις* denuo cantare incipit chorus *γ)*, vt quam peſſimi ſunt cantores poëtaeque, tam canendi maxime ſolent eſſe inſatiabiles. cf. Veſp. 492. *Hotib.*

244. (K. 243. Br. 241.) *εὐ-ηλίοις* [ſ. potius *αλίοις*] *ἐν ἁμ. Dies* nempe *ſolares* ſ. aeſtiui; prout *εὐάλιον πῦρ* de *ſole* dicitur ab Eurip. Iph. Aul. 1139. et Phoen. 679. *εὐηλίοισι αἰθέρος πνοαῖς lucidis coeli flatibus;* ab Aeſch. vero Eumen. 909. *εὐηλίως πνέοντ' ἀήματα*, et contra eiusd. dram. 399. *δυσήλιον πνέφας.* Immo qua voce *εὐήλιος*, item *προσήλιος* pro *aprico* vtitur aliquoties Theophraſtus, vt H. Pl. IV, 1. p. 70. *τοὺς εὐηλίους*, non proinde *εὐήλους* et alibi *προσήλους*, vt ſubinde apud eum hodie legitur, vt de C. Pl. II, 11. p. 195. *ἐν τοῖς ἐμπνόοις καὶ προσηνέμοις καὶ εὐήλοις* et c. 9. eiusd. libri *προσήλους* et *προσήλοις* pro *προσηλίους* et *προσηλίοις*. Quorum illud ne typothetarum ſed librariorum incuriae adſcribatur, facit, quod eadem

γ) Vere hoc ridiculum eſt.

prior illa lectio εὐήλοις et προσήλοις occurrat in iisdem locis principis Aldinae Theophr. editionis; quos naeuos, vt de grauioribus ſileam, abstergere omnino debuiſſet eiusdem grauiſſimi auctoris ſuscepta a viro clariſſimi nominis recenſio et editio, ſed quae iactatam in titulo et in praefatione praeſtitam ab eo operam parum vtique comprobat. *Spanh.*

246. Quod ranae hic dicuntur, lucente ſole ſeu *apricis diebus*, e palude Limnaea ad terram per *cyperum* et *phleon*, naſcentes ibi plantas, transiiſſe, egregie vtique illuſtrat ſequens ap. Theophr., veluti ſi Comici verba ante oculos habuiſſet, locus H. Pl. VI, 5. p. 125. vbi de φλέῳ nominatim ait: παρὰ τὰ ἄσῃ καὶ ἐν εὐηλίοις τόποις φυομένῃ. Alibi vero H. Pl. IV, 11. quae hic apud Comicum iunguntur, κύπειρος καὶ φλέως z), naſci dicuntur in palude Orchomenia. *Spanh.* φλέως, alias φλόμος, teſte Schol. ad v. 1331. Gloſſae: φλόμος, *verbascum*. *Bergl.*

248. μέλεσσιν metri cauſa legi iubet *Hotib.*, vt ſit verſus anacreonticus.

248. πολυκόλυμβα μέλη non eſſe poſſunt *carmina, quae inter* natandum canuntur, ſed πολυκολύμβοις dictum eſt nota poetica epithetorum transpoſitione pro πολυκόλυμβοι *multum natantes.*

250. (247. Br.) χορείαν αἰόλαν *celerem choream*, πηδητικήν, vt exponit Suidas. Nulla cauſa erat, cur diuerſa ſignificatione acciperetur Thesm. 1054. *Brunck.* Audacius dictum eſt χορείαν φθέγγεσθαι pro, inter ſaltandum, ſubſiliendum, cantare.

252. πομφολυγοπαφλάσμασι. Ex πομφόλυξ *[bulla]* et πάφλασμα *crepitus*. In Au. 1243. παῦε τῶν παφλασμά-

z) Vtraque eſt aquatica planta; itaque φλέως non eſſe poteſt *verbascum*, ſed eſt, auctore Schneidero, fortaſſis *Sagittaria* Linn., vt κύπειρος *cyperus longus*. Aliter Theocr. V, 45. de cypero eſculento. *Binſen* und *Kreſſe* reddidit *Conz*. De κυπείρῳ (ſouchet) v. Plin. H. N. 21, 69. Quod ad alterum nomen attinet, codd. Plinii omnes et ab Harduino et a Brotierio collati, *pheos*, non *phleos*, dant, XXI, 54. XXII, 13. et Harduin. obſeruat, ap. Theophr. VI, 5. compoſitum ἱππόφεως legi. Eſt tamen φλέως in cod. Ariſtoph. n. 2712. Not. Francog. int.

των. Bergl. Pr. igitur eſt crepitus, quem bullae aut exorientes aut ruptae edunt, inde h. l.: ita vt bullae aquarum exſiſtant et crepent. In toto loco dithyrambicam orationem frigidorum poëtarum reddit. Senſum magis ſuis modis quam dicta poëtae expreſſerunt vernaculi intpp.

254. Interpretati olim ſunt: hoc a vobis *didici;* haud dubie, quia infra 267. ſ. ſe quoque ſemper clamaturum dicit. Brunkius: hoc vobis *eximam a);* eumque ſequuti ſunt vernaculi intpp., haud dubie ob v. 271. At ſimplicius eſſe videtur: hoc (hanc vocem) a vobis accipio; i. e. nihil niſi hoc occlamatis, ſufficiunt haec.

255. (252. Br.) ἆρα pro vulg. ἄρα dedit Br., ſed πεισόμεσθα in Kuſt. Bergl. etc. recte eſt, neque, quod metro aduerſatur, πεισόμεθα debebat ab Inu. recipi. Poſt hoc verbum abrupta eſt oratio, et ita ſupplenda: peſſime nobiscum actum fuerit, ſi repetere illas voces non liceret. Sed Brunk. addidit hunc ſingularem verſum: εἰ σιγήσομεν, addita hac nota *b):* „Vulgo omiſſus hic verſiculus, cui reſpondet ille Bacchi, εἰ διαῤῥαγήσομαι. E ſolis membr. reſtitutus fuit." Quamquam autem concinnitas illud additamentum videtur commendare, potuit tamen ex interpretamento exiſtere, neque codex ille, vnde ſumtum eſt, deſtituitur gloſſematis.

257. Diſtinctio tollenda poſt ἐλαύνων c), et collocanda poſt ἔγωγε, vt haec coniungantur: εἰ ἐλαύνων διαῤῥαγ. participium pro gerundio, *remigando*, et ita fere verbum διαῤῥήγνυμι ſolet iungi participiis. *Duck.*

261. Ms. Vat. U. ὁ Φάρυγξ. At vetus Schol. itemque Thomas M. V. Λάρυγγα [p. 570. vbi v. Intpp.], Ariſtophanem feminino genere ἡ Φάρυγξ h. l. dixiſſe obſer-

---

a) Das will ich euch vertreiben, vertit *Conz.*

b) Recepit eum Höpfn. ſed vncinis incluſum, expreſſerunt francog. et german. interpres.

c) Olim enim: δεινότερα δ' ἔγωγ' ἐλαύνων, lectum eſt. Scribendum puto:

δειν. δ' ἔγ., ἐλαύνων εἰ
διαῤῥαγήσομαι.

vant: quod lectionem vulg. confirmat. *Kuſt.* ἡ φάρ. tres codd. Perperam C. ὁ φάρυγξ. *Brunck.*

262. χανδάνῃ. Heſych. χανδάνειν, χωρεῖν, δέχεσθαι. Hinc in vet. epigr. ap. Athen. X. p. 436. χανδῆς κύλικος, iuxta Caſaub., de magno poculo eoque ore hianti hauſto; et in Callim. ap. eumdem Athen. verſu p. 442. [fr. Call. 109. p. 481. f. Ern.]

καὶ γὰρ ὁ Θρηϊκίην μὲν ἀπέσυγε χανδὸν ἄμυσιν οἰνοποτεῖν.

auerſabatur enim Thraciam amuſtim ore hianti bibere ſ. *ingurgitare*, iuxta Bentleium in Fragm. Callim. p. 361. *d*). *Spanh.* δι' ἡμέρας. Sic διὰ νυκτὸς *tota nocte.* Athen. VII. p. 276. εἶτα πῶς δειπνήσομεν τοσαῦτα δεῖπνα; ἴσως διὰ νυκτός, ὡς ὁ χαρίεις Ἀριστοφάνης ἐν Αἰολοσίκωνι εἶπεν, οὕτως λέγων, οἱονεί, δι' ὅλης τῆς νυκτός. Sic δι' ἔτους *toto anno* Veſp. 1053. *Bergl.*

266 — 269. Vulgo ſcribebantur ſic:

Οὐδὲ μὴν ὑμεῖς γε δή με
Οὐδέποτε. κεκρ. γάρ,
Κἄν με δεῖ δι' ἡμ.
Ἕως ἂν ὑμῶν ἐπικρατήσω τῷ κοάξ.

Brunk. edidit:

οὐδὲ μὴν ὑμεῖς γε δή μ' οὐδέποτε. 264.
κεκράξομαι γάρ, κἄν με δέῃ, δι' ἡμέρας, 265.
ἕως ἂν ὑμῶν ἐπικρατήσω τοῦ κοάξ. 266.

Haec autem adnotauit: „V. 264. eſt trochaicus, male vulgo digeſtus. Mendoſe in membr. οὐδὲ μὴν ὑμεῖς γ' ἐμ' οὐδεπώποτε. V. ad Thesm. 32. — V. 265., male vulgo digeſtus, ſenarius eſt, ita, vt eum repraeſentaui, ſcriptus in membr., vbi recte δέῃ, quod linguae non minus quam metri flagitat ratio. Reliqui codd. cum impreſſis, tirubante verſu et ſoloece, δεῖ. — V. 266. Vulgo τῷ κοάξ: τοῦ κ. praeferunt meus et B., id eſt iuxta codicis mei gloſſam: ἕως ἂν ἐπικρατέστερος γενήσομαι τοῦ κοὰξ ὑμῶν." Hotibius ad v. 268. [Inu.]: „tolles pronomen; vt hic quoque ſit trochaicus, ſicut vtrinque vicini, et ſequente verſu itidem iſta τὸ [vt Inu. dedit] κοὰξ delebis, vtpote inutiliter

d) Cf. de voc. χανδὸν Tho. M. p. 911. Moer. Att. p. 404. ibique inipp.

interturbantia profectaque haud dubie a gloſſatore, genus victoriae, quam ſe reportaturum gloriatur Bacchus, putide declarante, *τὸ κοάξ, κατὰ τὸ βοᾶν κοάξ.*" Quum in antecedd. poeta Dionyſum dimetris iambicis vti iuſſerit, et hi verſus ita videntur deſcribendi:

οὐ μὴν γ' ἔμ' ὑμεῖς, οὔ ποτε.
κεκράξομαι γάρ, ἢν δέῃ,
δι' ἡμέρας, ἕως ἂν ὑ-
μῶν ἐπικρατήσω τοῦ ε) κοάξ.

271. (270. Kuſt.) *ἔμελλον ἄρα.* v. ad Nub. 1305. *Bergl.*

272. (269. Br.) *παῦε.* Infra 580. *παῦε, παῦε τοῦ λόγου,* pro *παῦσαι,* vel *παῦε σαυτόν.* Pac. 648. *παῦε, παῦ', ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, μὴ λέγε.* Promiſcue media huius verbi forma et actiua, ſuppreſſo pronomine, vſos fuiſſe in imper. poetas Atticos, exemplis vbiuis obuiis conſtat. Infra 1364. *παύσασθον ἤδη τῶν μελῶν* perinde ac *παῦε τοῦ λόγου,* et Au. 1243. *παῦε τῶν παφλασμάτων.* In aliis mediis vera eſt Thomae [p 606. Bern.] obſeruatio *παύω ἕτερον, παύομαι δὲ ἐγώ.* Gloſſae codd. *παῦε, ὦ Διόνυσε, τῆς κωπηλασίας. πλησίασον f) τὴν ναῦν τῷ λιμένι. Brunck.*

παραβαλοῦ τῷ κωπίῳ. Friſchlinus male: *remum proiice.* Senſus eſt: *remo nauem ad littus appelle.* Sic eadem vox capitur ſupra 182. *Kuſt.*

273. Rurſus hic Ariſtophanes duorum obolorum, Charonti nauli loco datorum, mentionem facit; quum reliqui ſcriptores vno tantum obolo naulum illud definiant, qua de re vid. ad v. 140. *Kuſt. g).* Appellunt nauem ad littus, eſcendit Bacchus et pecuniam reddit.

274. Conſtituitur hic act. I. ſcena VI. Dionyſus et Xanthias in tenebris verſantur maximis. Loco vv. Χορὸς

---

e) τοῦ etiam in Elb. eſt.

f) Hoc ad *παραβαλοῦ* pertinet.

g) ἐπίδος hic eſſe, *ſolue,* docet Dawes. M. Cr. p. 242.

Μυσῶν vulgo praemittitur Ἱερεύς. Dionyſus Xanthiam quaerit et vocat, num timida voce, non dixerim. Lennep. ad Phalar. epp. (cf. ſupra ad 40.) p. 96. „Bacchi eſt, Xanthiam ſeruum tumultuarie vocantis, qui, quum dicere inciperet: ὁ Ξανθίας — (βάδιζε δεῦρο), non conſpecto Xanthia, ſubito abrupit orationem, interpolitis ποῦ Ξανθίας; ſc. εἶ vel ἐσὶ, et eo audito mox, ἦ Ξανθ. ſc. εἶ vel ἐσι *an Xanthias es?* quo vociferante ἰαῦ, tandem ſententiam inceptam, ὁ Ξανθ. perfecit, additis verbis, βάδιζε δεῦρο. Sic nimirum loqui herum decebat: ſecus longe mox ſeruus, dum illum ſalutat, χαῖρ' ὦ δέσποτα, quod herum reuerentis eſt."

276. τί ἐσι τἀνθ. *quid, qualia ſunt*, quae illic (in locis vbi fuiſti, aut nunc verſaris) habentur.

278. οὓς ἔλεγεν. nempe v. 149. [Hercules]. *Bergl.* Ad σὺ δ' οὐ ex v. κατεῖδες repetendum: *vides.*

279. καὶ νυνί γ' ὁρῶ *h)*. Spectatores intelligit. Nubb. 1092. καὶ τῶν θεατῶν ὁπότεροι πλείους, σκόπει; deinde alter: καὶ δὴ σκοπῶ· poſt prior: τί δῆτ' ὁρᾷς; alter πολὺ πλείονας, νὴ τοὺς θεούς, τοὺς εὐρυπρώκτους. Infra etiam Ran. 789. ſpectatores intelligit, quum dicit: *paucos eſſe bonos apud inferos*, ὥςπερ ἐνθάδε. *Bergl.*

281. οὗ τὰ θηρία. Nempe v. 143. *Bergl.*

282. οἰμώξεται *poenas dabit* ſuae ostentationis cum mendaciis coniunctae (τοῦ ἀλαζονεύεσθαι). Structuram aor. ἠλαζονεύεθ' cum opt. φοβηθείην illuſtrauit Dawes. M. Cr. p. 86.

284. Res ipſa mox indicabit, quam ſit μάχιμος. *Bergl.*

285. Euripides in Philoct. [fragm. I. v. 4.] οὐδὲν γὰρ [Valck. ἀλλ' οὐδὲν] οὕτω γαῦρον ὡς ἀνὴρ ἔφυ. Ex Schol. *Bergl.* Ad h. et Eurip. locum recte Tittmann. monet reſpexiſſe Zonaram T. I. p. 422. γαῦρον, τὸ ἐπηρμένον. Ἀριστοφάνης δὲ τὸ σεβρὸν καὶ μέγα καὶ ἀκλινὲς καὶ ἀπατάπληκτον γαῦρον λέγει. Eadem Biſetus habet.

---

h) Hoc dicit, ad ſpectatores ſe conuertens. *Brunck.*

288. Qui per hoſtilem regionem ſoli iter faciunt, eos facile *omnes terrent aurae et ſonus excitat omnis* [Virg. Aen. II, 728.]. Sic Polynices Eurip. Phoen. 275. *ὠὴ τίς οὗτος; ἢ κτύπον φοβούμεθα; ἅπαντα γὰρ τολμῶσι δεινὰ φαίνεται, ὅταν δι' ἐχθρᾶς ποὺς ἀμείβηται χθονός.* Nunc ergo animis opus erit, o Bacche, nunc pectore firmo. *Bergl.*

289. *ποῦ, ποῦ 'στιν i)*; *ὄπισθεν.* Sic recte meus et B. *k)*. In membr. verbum omiſſum eſt. Abeſt etiam in C. at fine hiatu, ſic: *ποῦ, ποῦ*; — *'ξόπισθεν l)*. Vulgo immodulate: *ποῦ, ποῦ 'ς*; *ὄπισθεν.* Obſerues velim, comico ſenario venuſtatem ſaepe conciliare anapaeſtum in paribus locis, qui, ſi in tragico ſenario occurrat, criticis quibusdam nauſeam mouet. *Brunck.* *ἐξοπ. νῦν ἴθι.* Seruum opponit periculis. *Bergl.*

293. (290. Br.) *ποτὲ μὲν — ποτὲ δὲ γυνή.* Sic membr. [et Elb. atque Rau.]. Vulgo *ποτὲ μὲν — ποτὲ δ' αὖ γ.* In C. *ποτὲ μὲν — ποτὲ δ' αὖ γ.* Cod. E. (quart. Reg.) *ποτὲ μὲν — ποτὲ δ' αὖ γ.* *Brunck.* Scilicet aut timido ita videbatur, aut potius ope machinae cuiusdam tale quid in ſcena exhibebatur, quod in varias formas mutaretur.

294. Quum audit, ſpectrum in mulierem formoſam eſſe mutatum, vult adire, quia eſt libidinoſus: infra 751. *ὅσις γε πίνειν οἶδε καὶ βινεῖν μόνον.* *Bergl.*

296. *'Εμπουσα m)*. Infra Conc. 1048. *'Εμπουσά τις ἐξ αἵματος φλύκταιναν ἠμφιεσμένη*, vbi Tan. Faber, quid ſit *Empuſa*, fuſe hic in Scholl. dicit demonſtrari. Philoſtrati vero de eadem *Empuſa* locum pridem hic ad mar-

---

i) Anxia voce hoc dicere videtur. Vnde etiam Xanthiam mox poſt ſe, mox ante ſe ire iubet.

k) Etiam Elb. et Borg.

l) Ms. Vat. U. rectius:
Ποῦ, ποῦ; ἔαν. ἐξόπισθεν. *Kuſt.*

m) Dicebatur ita ſpectrum, quo Hecate iter facientes terrere putabatur, quodque varias induit formas. *Conz.* et *Francog. int.* Add. etiam Zonar. Lex. I. p. 701.

ginem notaueram, quem e Valesio occupauit iam Kusterus [Not. ad Schol.]. *Spanh.* τοίνυν γ' ἐ. Melius in C. τοίνυν ἐσί, omissa inutili particula. V. ad 321. *Brunck.* Recte cod. E. τοίνυν ἐσί. *Id.* in Suppl. V. ad Nub. 355.

297. Personarum distinctionem exhibui, quae est in membr. nisi quod versu abhinc secundo verba σάφ' ἴσθι, quae in illo Baccho tribuuntur, Xanthiae continuaui, manifestae sententiae ductu. Postquam primo suspicatus est Bacchus spectrum, cuius meminerat Xanthias, Empusam esse, et hic quaedam addidit, suspicioni illi augendae idonea, quo certior fiat, ex notis illius laruae signis percontatur, *num crus aereum habeat:* cui respondet famulus: *ita mehercle, et alterum asininum; certo hoc scias.* Nemo erit, qui lubens non agnoscat sic multo melius, quam vulgo, diuisas esse loquendi vices *n)*. In cod. E. (quarto Reg.) interloquendi vices personis diuisae plane, vt in meo textu. Verba σάφ' ἴσθι Xanthiae continuata. *Brunck.*

298. καὶ βολίτ. θάτ. Nescio an ad h. l. Comici respexerit, quisquis est, qui Athen. XIII, 2. p. 566. dixit: οὐ ῥοδοδάκτυλος οὖσα, κατὰ τὸν Κρατῖνον, ἀλλὰ βολίτινον ἔχων θάτερον σπέλος. Vel, si verba illa Cratini sunt, potius dicendum est, Aristophanem hic vsum esse verbis Cratini, quippe qui Comicum nostrum aetate paulo praecesserit. *Kust.* Add. Schweighäuser. Anim. ad Athen. VII. p. 52., qui etiam docet, βολίτ. σπέλος, quod olim interpretati sunt *fiercoreum crus*, rectius *asininum crus* intelligi.

299. Anxie vterque, et Dionysus et Xanthias loquuntur, dum propius Empusa accedit.

300. (296. Br., 299. Kust.) Recte hunc versum interpretantur veteres Critici, quibus inter dramatis huius personas non magis accensebatur *Sacerdos*, quam *Empusa*. Histrio, qui Bacchum agebat, hunc versum proferens ad Liberi sacerdotem se conuertebat, cui ob dignitatis praerogatiuam in Liberalium celebratione sedes erat in theatri loco maxime conspicuo: alluditur autem ad morem

---

n) Vulgo verba καὶ σκ. χ. ἔχει continuantur Xanthiae verba νὴ τ. Π. — θατ. tribuuntur Dionyso, tum σάφ' ἴσθι Xanthiae.

ſuperſtitioſorum hominum, qui, ſi in ſummas adducantur anguſtias, ad ſacerdotes confugiunt, vt eorum precibus ſoluantur infortunio. At librarius aliquis quum arbitratus fuiſſet iſta ad ſacerdotem dici, cuius partes in fabula eſſent, noluit eum in ſcena tamquam ſtipitem ſtare, nihil proloquentem, eique verba tribuit *o)* *ἀπολούμεθ', ὦ ναξ Ἡράκλεις* et *Διόνυσε τοίνυν*, quae ex auctoritate Regii cod. B. et mei Xanthiae reſtitui. In membr. etiam poſteriora verba famulo tributa, priora tantum Sacerdoti, cuius perſona vtrisque praefixa eſt in C. Sacerdotis perſonam iam ſuſtulerat Zanettus, cuius in edit. vtraque *ῥῆσις* famulo tributa, vt in noſtra *p)*. *Brunck.*

301. ſ. (298. ſ. Br.) Vulgo *καλῆς* et *κατερῆς*, quod, pace dicam Profeſſorum quotquot ſunt omnium, ſoloecum eſt, nec a poëtae manu eſſe poteſt. V. not. ad Lys. 704. Codex meus et C. *q)* liquido et diſtinctis quantum poteſt characteribus habent *καλεῖς* et *κατερεῖς*. In membr. et in B. *καλῆς* et *κατερεῖς*. Scilicet librarios turbauit Attica futuri forma *καλεῖς*, quod verbum quum praeſentis eſſe crederent temporis, illud, pro ea qua erant graeci ſermonis peritia, in ſubiunctiuum transtulerunt modum. Rationem futurorum iſtorum contractorum, quam breuiter adtigi ad v. 202., plene explicuit Daweſius p. 73. ſs. [77. ſs. ed. ſec.] *r)* Miſc. Crit. *καλῶ* et *καλοῦμαι* futura apud Comicum ſaepe occurrunt. Nub. 1001. *καί σε καλοῦσι βλιτομάμαν*, vbi ridicule nugatur Schol. Cf. 632. 1221. Ach. 968. *τοὺς ἀγορανόμους καλῶ*. Au. 850. *τὴν πομπὴν καλῶ*. In eadem ſab. v. 1052. *ἀπολῶ* futurum eſt, vt *καλῶ*. ibid. v. ſeq. *διασπεδῶ* futurum, vt *ἐλῶ*, de quo agebam ad 202. Menander in fragm. a Bentleio recte

---

o) Quibus in edd. vulgo praefixum *Ιερ.*

p) Vbi Sacerdotis perſona in aliis edd., ibi in ed. Farrei Xanthiae. *Bergl.* *διαφύλ. ἵν' ᾖ* — hanc ſtructuram illuſtrat Dawes. M. Cr. p. 88.

q) In cod. E (Reg. quarto) liquido ſcriptum: *καλεῖς* — *κατερεῖς*. *Brunck.* in Suppl. In Bau. *καλεῖς* — in Elb. *κατερεῖς* (male ap. Harl. *κατερεῖ*.).

r) Add. Append. ad Dawes. p. 370. ſs. Lennep. de anal. linguae gr. p. 53. f. et ad eum Scheidius p. 352. f. ed. ſec. (1805.) Fiſcher. ad Well. Gr. gr. p. 357. f

conſtituto p. 23. *ἐμοὶ παράξα· τὴν θύραν κόψας ἐγὼ καλῶ τιν᾽ αὐτῶν s)*. Io. Clericus, homo tam ſermonis Attici, quam metrorum peritus, vertit: *pulſata ianua, ego voco aliquem illorum.* Immo *ego vocabo. Brunck.*

302. In Auu. 1505. *σίγα, μὴ κάλει μου τοὔνομα. Bergl.*

303. *τοῦτό γ᾽ ἔϑ᾽ ἧττον ϑατέρου.* Sic membr. et C. [etiam Borg.] Vulgo *τοῦτο δέ γ᾽ ἧττον.* Noſtram lectionem agnoſcit etiam Scholiaſtes ab Aldo editus, cuius ab operis leuis commiſſus fuit error *τοῦτό γ᾽ ἔσϑ᾽ ἧττον* — debebant exprimere *ἔϑ᾽*. Nexarum literarum typus *ϑ* poſitus fuit pro *ϑ*, cuius generis errores in graecis libris multi obſeruantur, quocirca *Heitzio* noſtro auctor fui, vt typos nexas vno ductu literas exprimentes *t)* ex officina ſua prorſum eliminaret. Hac occaſione graecae eruditionis ſtudioſos monebo, nihil fere ſubſidii e Scholiaſtis ad auctorum emendationem capiendum eſſe, niſi principes eorum conſulantur editiones, in quibus ſolis lectiones a vett. criticis enotatae fideliter repraeſentantur, quae in aliis edd. vel typothetarum imperitia vel prauis editorum correctionibus plerumque obliteratae ſunt. Exemplo ſit hic locus. Ald. edito in textu exhibet: *τοῦτο δέ γ᾽ ἧττον ϑατέρου*, in Scholiis *τοῦτο γ᾽ ἔσϑ᾽ ἧττον ϑατέρου v)*. In ſecunda Scholl. edit. per Phil. Iuntam legitur: *τοῦτό κ᾽ ἔσϑ᾽ ἧττον ϑατέρου*, quae menda per aliquot alias propagata fuit, donec tandem auctoris verba in ſcholl. reformata fuerunt ad eam lectionem, quae in textu obtinebat: ita vt ſi quis hodie ſcholia legat in ed. Kuſt., nulla cauſa ſit, cur ei oboriatur ſuſpicio, veterem criticum diuerſam lectionem ob oculos habuiſſe et enotaſſe. *Brunck.*

304. (301. Br.) In C. *ἢ᾽ οἵπερ ἔρχῃ.* In D. *ἢ᾽ ἧπερ ἔχῃ x)*, cum gloſſa *καϑὰ δύχῃ*. In Lys. 834. *ἢ᾽ ὀρϑήν, ἥνπερ ἔρχει, τὴν ὁδόν. Brunck.*

---

s) Soph. Oed. Col. 620. et 406. Oed. Tyr. 138. Aeſch. Prom. 25. Eurip. Phoen. 616. addidit Höpfn.

t) Nunc eae dudum ex noſtris officinis euanuerunt.

v) Num illud *ἔσϑ᾽* non pro *ἢϑ᾽* ſed pro *ἐϛὶ* eſt ſcriptum, quod ad ſenſum deeſſe exiſtimabatur?

x) Ita etiam Elb. et Bau.

305. (304. Kuſt.) Verſus gratia ſcribendum eſt: *πάντ ἀγαθὰ* [pro olim vulg. *πάντα τἀγαθὰ*] *πεπράγαμεν*, vt recte habet Ms. Vat. U. Senſus autem eſt: *optime nobiscum agitur;* vt Auu. 1703. *πάντ' ἀγαθὰ πράττοντες ſumme felices*, et Plut. 341. *χρῆσόν τι πράττων meliore* vel *benigniore vtens fortuna:* vbi plura de hac v. *πράττειν* ſignificatione notauimus. *Kuſt. πάντ' ἀγαθὰ πεπρ.* recte E., quod e Vat., immo etiam nullo adſtipulante codice, reponere debebat Kuſt. quum vulg. lectio *πάντα τἀγαθὰ* manifeſta labe metrum peſſumdet. Gloſſa ad *πεπράγαμεν, ἐπάθομεν. πάντ' ἀγαθὰ πράττειν ſumme felicem eſſe* ſignificat. Au. 1706. Ibid. 500. *ἐξ οὐδενὸς μεγάλα πράττει.* Vſum iſtum v. *πράττειν* ſenſu *τοῦ πάσχειν* illuſtrauit Kuſt. ad Plut. 341., qui licet admodum frequens et nulli non graeco ſcriptori familiaris, interpretes tamen ſaepe fefellit. Ap. Lucian. Apol. p. merc. cond. p. 722. *καὶ δὴ Φημί σοι μηδένα μηδὲν ἀμισθὶ ποιεῖν, οὐδ' ἂν τοὺς τὰ μέγιστα πράττοντας εἴποις, ὅπου μηδὲ βασιλεὺς αὐτὸς ἄμισθός ἐσιν*: male vertitur: *neque tu mihi eos nomines, qui res maximas gerunt.* Senſus eſt: *neque tu etiam eos dicere poſſis, qui ſummis pollent opibus.* Inuerſa ratione *πάσχειν* ſaepe ponitur pro *πράττειν*, vt in form. *τί γὰρ πάθω; quid enim agam?* de qua ad Lys. 884. *Brunck.*

306. Ἡγέλοχος. Iſte fuit hiſtrio Euripidis, qui quod aliquando inepte pronunciaſſet hunc Eurip. verſum in Or. 279. *ἐκ κυμάτων* etc., ita vt auditores neſcirent, vtrum *γαλῆν muſtelam* dixiſſet, an *γαλην'* quod eſt pro *γαληνὰ tranquillitates maris*, Comicis ludibrio fuit, vt teſtatur Schol. Comici ad h. l. et Schol. Eurip. l. l., quorum poſterior adducit Strattidis locum talem: *καὶ τῶν μὲν ἄλλων οὐκ ἐμέλησέ μοι μελῶν Εὐριπίδου· ὃ δὲ δρᾶμα δεξιώτατον διέκνακισ' Ὀρέσην* (ſed is drama elegantiſſimum disperdidit Oreſtem) Ἡγέλοχον Κινυάρου *μισθωτάμενος τὰ πρῶτα τῶν ἐπῶν λέγειν.* Vterque Schol. adducit hunc Sannyrionis locum: *τί ἂν γενόμενος εἰς ὀπὴν ἐνδύσομαι; Φέρ' εἰ γενοίμην γαλῆ. ἀλλ' Ἡγέλοχός με μηνύσειεν ὁ Τραγικός, ἀναπράγοιτ' ἂν οὗτος εἰς ἐχθροὺς μέγα· ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ.* Qui locus ſatis facetus eſt. *Bergl.* Schol. Ariſtoph. *τραγῳδίας ὑποκριτὴς* etc. Suidas V. Ἡγέλοχος eadem verba refert, niſi quod habet *ἐν τῷ Ὀρέστῃ τοῦ Εὐριπίδου*, et poſt relatum verſum ſubiicit: *γαλὴν γὰρ τὸ πλῆρες αἰφνιδίως* cet. Kuſterus in not. ſcribit, lo-

cum corruptum esse et mutilum ideoque se in eo vertendo sensum potius quam verba spectasse. Vertit hoc modo: *Hic Hegelochus et in Euripidis Oreste eodem versu usus est. Propter elisam autem ultimam vocalem in voce γαληνὰ visus est dixisse, γαλῆν ὁρῶ* i. e. *felem video: quam ob causam Comicorum salibus adspersus est.* Suum sensum expressit, non Suidae nec Schol. Quae sit horum verborum sententia, docet Schol. Eurip. Or. 279. vbi hoc legitur his verbis: *κεκωμῴδηται ὁ στίχος* etc. *derisus fuit hic versus propter Hegelochum histrionem: nam cum deficiente spiritu non potuisset diuidere synaloepham* (hoc quid sit, exponet Voss. de arte gramm. l. 1. p. 154.) *visus est auditoribus dixisse γαλῆν animal*, i. e. felem, *non γαληνὰ* i. e. tranquillitatem. Quod Schol. Eurip. dicit *ἐπιλείψαντος τοῦ πνεύματος*, id Schol. Arist. et Suidae est *προσάντος αὐτῷ τοῦ πνεύματος* i. e. *impedito, prohibito commeare spiritu:* quemadmodum hac significatione ap. Aristot. dici *προισχὰν τὸ πνεῦμα* notant Lexica. Itaque haec erit sententia verborum Schol.: quem (ferunt) in Eurip. Oreste agendo, impedito, commeare prohibito, vel deficiente ipsum spiritu in hoc versu *ἐκ νυμ.* etc. repente visum contrahere synaloepham, i. e. vt Voss. l. d. videtur sentire, quum vltimam litteram voc. *γαλῆν* debuisset coniungere voci sequenti et pronunciare *γαλή — ν' ὁρῶ*, coniunxisse *γαλῆν'* atque ita dedisse causam risus spectatoribus. Sane in verbis Schol. quaedam corrupta esse, manifesto apparet ex *ἀνακολούθῳ* illo *ὃς — ὀφθῆναι*, pro quo mihi videtur legendum *ὅν*, vt subaudiatur *λέγουσι* vel *φασί*, quemadmodum etiam ap. Schol. Eurip. Nec satis placet vox *ὀφθῆναι*: neque enim id tam visum quam auditum fuit ab auditoribus. Ap. Suidam autem melius puto legi *ἐν τῷ Ὀρέσῃ τοῦ Εὐριπίδου*, quam ap. Schol. *ἐν τῷ Εὐριπίδου. Brunck.* Diuisim olim in quibusdam libris legebatur *ἡ γέλοχος*, vnde ineptus nescio quis Graeculus mulierem commentus est, cui nomen Γελόχω fuisse tradidit. Interpretationem illam, quae in scholiis margini codicis E. adscriptis exstat, merito deridet Schol. editus. *Brunck.*

307. (304. Br.) *ἐκ νυμ. γ. α. α. γαλῆν ὁρῶ.* Versus est ex Eurip. Or. 281. *y)* vbi Orestes, quum e furore ad se

y) Qui multorum Comicorum sales et iocos olim prouocauit

redire incipit, ait: *ἐκ κυμ. γ. α. α. γαλήν' ὁρῶ.* Qui Oreſtem agebat Hegelochus, quum *γαλην ἀόρω* pronuntiare debuiſſet, ſed ita raptim, vt vltima vocalis in *γαληνὰ* perciperetur quidem auditorum auribus, nullum tamen ſenarii numeris adderet momentum, quae ratio videtur fuiſſe tragicos verſus pronuntiandi, nulla eliſa vocali vel diphthongo, ille ſiue deficiente ſpiritu ſiue neſcio quo alio caſu pronuntiauit *γαλῆν ὁρῶ*, vnde ſpectatores intelligere debuerunt, eum *muſtelam* videre. Quae res multis illius aetatis Comicis facete iocandi occaſionem dedit. Vide vtriusque poëtae Schol. et Markland. ad Eurip. Suppl. 901. Perperam autem vulgo excuſum *γαλήν'* [aut vt Inu. *γαλην'*] *ὁρῶ*, qua ratione perit iocus. Xanthias in actione fabulae pronunciabat vt Hegelochus *γαλῆν ὁρῶ*. *Brunck.* Perperam verſus in cod. Borg. omittitur.

309. (306. Br.) Hic verſus in B. D. E. omiſſus. *Brunck.* in not. et ſuppl. Deeſt quoque in Elb. et Bau. Sed ratio in promtu eſt. Finita enim pagina alteram incipiens librarius hunc verſum omiſit, propter *ὁμοιοτέλευτον* verſiculi antecedentis. *Trendelenb.* ap. Harl. ad Nub. p. 235.

310. (309. Kuſt.) *ὠχρίωσ'* habent omnes edd. praecedentes. At Ms. Vat. U. rectius *ὠχρίκασ'* ab *ὠχριᾷν*, prout etiam Henr. Stephanus in Thes. Gr. L. hic legendum eſſe, iam ante ſuſpicatus eſt. Nam *ὠχριόω*, vnde *τὸ ὠχρίωσε* deducendum foret, alibi haud temere reperias. *Kuſt.* Sic recte cod. E. vt e Vatic. Kuſt. edidit. Reliqui mei, vt vulgo, *ὠχρίκασ'*. *Brunck.* Perperam hoc retinuit ed. Bergl., recte e Rau. recepit *ὠχρίκασ' Inu.* Eſt

---

propter ambiguitatem voc. *γαλήν'* (pro *γαληνά*), quae in pronunciando tam felem (*γαλῆν*) quam *tranquillitatem maris* ſignificare poteſt. Vltimo ſenſu eam accepit Euripides: ſed Comici, qui ex ambiguitate vocum riſum captare ſolent, priorem ſignificationem vertui huic aptantes ſenſum eius ineptum et ridiculum reddebant. Caeterum haud abs re erit, deſcribere hic verba Schol. Eurip. Or. l. d., vtpote lectu digna et ad illuſtrationem loci huius non parum facientia: *κεκωμῴδηται ὁ σίχος διὰ Ἡγέλοχον τὸν ὑποκριτήν. οὐ γὰρ Φθάσαντα διελεῖν τὴν συναλοιφήν, ἐπιλείψαντος τοῦ πνεύματος, τοῖς ἀκροωμένοις τὴν γαλῆν δόξαι λέγειν τὸ ζῷον, ἀλλ' οὐχὶ τὰ γαληνά. πολλοὶ μὲν οὖν αὐτὸ διέπαιξαν τῶν Κωμικῶν.* [Sequuntur dein Strattidis et Sannyrionis loca, iam laudata, de quibus ad Schol.] Confer cum hisce Schol. Comici noſtri ad h. l. qui eadem fere habet. *Kuſt.*

hoc etiam in Elb. — Dionyſus, qui paullulum retroceſſerat, nunc redit, et pro ſe iſta loquitur. *αὐτὴν* ad Empuſam ſpectat.

311. *ὁδὶ* eſt *Xanthias*, qui dicitur magis etiam, quam Dionyſus, prae anxietate rubuiſſe. Male in cod. Rau. *σου* legitur. Facilius probari poſſit *μοι* (in cod. Elb. et Bau.) redundans, quia antea Bacchus ſe palluiſſe dixit, vt non rubeſcere potuiſſe videretur. Sed hoc ipſum comicum eſt.

312. (309. Br.) Vulgo *ταυτὶ τὰ κακά*, qua vocum collocatione dactylus ſenarii quartam occupat ſedem: id non animaduerterunt editores, alioquin voces inuertiſſent. Quis hic codd. conſenſum requirat? Si quis tamen adeo ſuperſtitioſus ſit, animum ei defaecabo. In membr. et C. is eſt vocum ordo, quem exhibui (*τὰ κακὰ ταυτί*). *Brunck.*

314. *Αἰθέρα.* vid. v. 100. *Bergl.* Pendent haec ab anteceedd. *τίν' αἰτιάσομαι κ. τ. λ.*

αὐλεῖ τις ἔνδον. Haec verba, quae in ed. Küſt. minoribus literis picta ſunt, in nonnullis autem edd. tamquam verba Bacchi citantur, in cod. Elb. prorſus non reperiuntur. Ab Ariſt. ipſo haec verba profecta eſſe, vix mihi perſuadeo, quippe quum eiusmodi notae ad actionem hiſtrionis moderandam aptae apud Comicos nullibi reperiantur. Quare primum gloſſematis inſtar fuiſſe videntur, quod deinceps in textum ipſum irrepſerit. *Trendelenb.* ap. Harl. ad Nub. p. 235. — Similis parepigraphe Eurip. Cycl. 485. quam e textu eieci. H. l. vncinis incluſi. *Höpfn.*

315. (312. Br.) Perſonas diſtinxi ad trium codd. fidem, qui Xanthiae tribuunt, quae perperam editores in Bacchi transtulerunt partes et vice verſa *z)*. Error inde ortus eſt, quod in quibusdam exemplaribus v. 314. (311. Br.) Xanthiae tributus fuerit, vt in C., vnde perturbatae fuerunt in ſequentibus perſonae. Nihilominus in C. ante *οὗτος* praefixa Xanthiae perſona, quia parepigraphen *αὐλεῖ τις ἔνδ.* librarius in verſuum ſerie ſcripſit, tamquam ſi

z) Brunkium ſequutus eſt Inu. Vulgo 311. Xanthiae, *οὗτος* Dionyſo et ſic porro vice verſa, poſtrema *ἔγωγε — ἀκροᾶσ.* Xanthiae adſcribuntur.

verba illa pars fabulae essent et ab actore aliquo proferri debuissent, quae Baccho tribuit; sequentia autem personis sic diuisit: *Ξανθ. οὗτος, τί ἐστιν; Διον. οὐ κατήκουσας; Ξανθ. τίνος; Διον. αὐλῶν πνοῆς. Ξανθ. ἔγωγε, καὶ — εἰς-έπνευσε.* — Non eadem in primariis edd. personarum distinctio, quae in recentioribus; sed editionum varietates operae pretium non est enotare, vbi meliora ex integrioris fidei codicibus proferimus. *Brunck.*

317. Schol. Eurip. Hec. 444. citat hunc versum, vt probet in voc. *αὖρα* posteriorem syllabam quandoque esse longam *q)*; sed ibi minus recte videtur sic legi: *αὔρα τις ἐξέπνευσε μυσικωτάτη*. *Bergl.* Dicit autem haec Bacchus, dum chorus initiatorum propius accedit.

318. *ἠρέμα*. Sic B. D. *b)* Vulgo *ἠρεμεί*, quae aduerbii forma nullibi, quod sciam, occurrit. Glossa *ἡσύχως*. Mendose in A. et D. *πτύξαντες*. Glossa in C. *συσείλαντες ἑαυτούς*. *Brunck.* Soph. Aiac. 170. *τάχ' ἂν ἐξαίφνης εἰ σὺ φανείης σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι* (se tacite occultarent muti) v. ad Vesp. 1488. *Bergl.*

319. *c)* Bacchum in mysteriis Eleusiniis dictum Ἴακχον docet Strabo p. 468., quo etiam nomine, vbi de iis agitur, a priscis auctoribus solet ille vulgo appellari. Hinc Cereris filius dictus in Orphicis [Fragm. 16, 2.]: *παῖς δὲ ἦεν Ἴακχος·* et *Δημήτηρ, Κόρη καὶ Ἴακχος* tamquam propitia numina in somniis visa ap. Artemid. II, 35. Vnde Ἴακχος non de *Baccho* solum, sed de *hymno* insuper in Bacchi honorem dicitur ab Eur. Cycl. 69. *Ἴακχον, Ἴακχον ᾠδὰν μέλπω*. Eo autem Ἰάκχου nomine ab *ἰαχαῖς* s. *clamoribus mulierum* dictus traditur a vetere Aesch. interprete S. C. Th. 141. Παιᾶνα δ' *ἐπεξιακχάσας*, vbi Schol. *ἐκβοήσας ἐπινίκιον, παιᾶνας ἐπαλαλάξας μετὰ ἰαχῆς· λέγεται παρὰ τὰς ἰαχὰς τῶν μυουμένων*. Quae adstruit Hesych. *ἰαχαῖς· βοαῖς*. Et *ἰακχάζει, καταβοᾷ*. Et Arcadius Grammaticus Ms. Reg. Gallorum Bibliothecae. Vnde Βάκχος et

---

a) Produci huius voc. secundam syllabam, docet Porson. ad Eur. Hec. 448.

b) Accessit cod. Rau.

c) Act. 1. scena VII. hic constituitur.

Ἴακχος, Ἰακχώβακχος et Βακχέβακχος, pro vno eodemque ſumi libet. *Spanh.* Iacchum in hymno antiquo in Lenaeis cantari ſolito celebratum, eumdem diis χθονίοις adnumeratum, eumdemque Cereris πάρεδρον habitum, oſtendit Creuzerus in Dionyſo p. 242. et 282. add. Freret. Mém. de l' Acad. d. Inſcr. XXIII. p. 156. et Ste. Croix de Myſt. vett. p. 125. ſ. vers. Lenz. qui et ipſi Bacchum et Iacchum diuerſos eſſe docuerunt. Add. Strab. X, 10. p. 162. T. IV. Tzſchuck. ed.

321. In Acharn. 41. τοῦτ' ἐκεῖν' ὀὐγὼ Ἤλεγον. Hippocr. epiſt. 12. init. τοῦτο ἐκεῖνο, Δημάγητε, ὅπερ εἰκάζομεν. *Bergl.* Submiſſa voce haec ad Dionyſum dicit. *Höpfn.* ἔφραζε ad Herculem pertinet.

323. ᾄδουσι γοῦν. Sic membr. Vulgo ᾄδουσιν οὖν. In C. ἄγουσι γοῦν. *Brunck.* ὅνπερ Διαγ. legitur et in edd. vett. et in Kuſt. atque Bergl. Ergo ὥςπερ ap. Brunk. vitio operarum editum eſt. Hinc corrigenda Inuern. nota. Vtrum Diagoras Melius, myſteriorum et religionis contemtor, an dithyrambicus poëta, qui in lyricis carminibus iſta frequenter repetierit, Ἴακχ' ὦ Ἴακχε intelligatur, incertum eſt. Poſteriorem probabilius intelligi cenſet *Conz.*

324. τοίνυν ἄγειν. Sic A. C. et E. [etiam vterque Inu. codex]. Vulgo τοίνυν γ' ἄγειν. Particulam γε poſt τοίνυν additam ſaepiſſime reperias, ſed fere tantum, vbi metri lex vltimam ſyllabam productam requirit: vnde conficias, librarios ſyllabam illam breuem eſſe credidiſſe. Sed falſi fuerunt. τοίνυν compoſitum eſt ex τοι et νυν: hoc autem modo producitur, modo corripitur, correptumque encliticum eſt. Nec pro ſignificationis diuerſitate variari quantitatem putes: nam ſaepiſſime apud poëtas ſcenicos νῦν productum nihil aliud valet quam δή. Alibi τοίνυν obſerues vltima producta ſine appendice part. γέ, vt 1524. Thesm. 785. Supra 293. (296.) edi debuit Ἔμπουσα τοίνυν ἐσί. *Brunck.* ἡσυχίαν ἄγειν pro *ſilere*, in myſteriis gentilium; vnde idem quod εὐφημεῖν vel σιωπᾷν, qua de re quaedam obiter diximus ad Plut. De ſilentio autem in iis myſteriis obſeruari ſolito, res eſt contrita, vnde Tertull. Apol. c. 7. *Cum vel ex forma omnibus myſteriis ſilentii fides debeatur: Samothracia et Eleuſinia reticentur.* Vnde etiam myſteria inſtituta, vt taciturnitati adſuefierent, tradit Plutarch. de educ. lib. p. 10. [c. 14.

§. 21. ed. Stein. qui ibi cfr.] Inde myſteriis apud Graecos nomen, quod infra in Schol. dicitur ad 459. μυστήρια δὲ ἐπλήθη, παρὰ τὸ τοὺς ἀκούοντας μύειν τὸ στόμα, καὶ μηδενὶ ταῦτα ἐξηγεῖσθαι. μύειν δέ ἐστι τὸ πλείειν τὸ στόμα. *Spanh.*

326. ff. *Hermannus* de Metr. p. 352. vbi docet, reperiri plures verſus ex genere Ionicorum a maiore, nunc longiores nunc breuiores, qui anacruſin habeant, hos verſus ita deſcripſit:

Ἰάκχ', ὦ πολυτίμοίς εν εδραίς ἐνθαδε ναίων
Ιακχ', ω Ιάκχε.
ελθε τόνδ' ανα λειμώνα χορευσων.
οσιους ές θιασώτας,
πολυκάρπον μέν τινάσσων
περι πράτι σῷ βρυόντα
σεφανον μυρτών· θρασεί δ' έγκατακρούων
ποδι τάν ἀπόλαστον
Φιλοπαίγμονα τιμαν,
χαριτών πλείστον εχούσαν
μερος, ἄγναν, ἱεραν,
ὁσιοίς μυσαίς χορείαν.

„Primus verſus eſt Sotadeus cum anacruſi, niſi ſi eum in duos Anacreonteos diſpeſci velis. Sed ſi alteram lectionem (nam omnes libri πολυτιμήτοις habent) recipias, neceſſario erit Sotadeus cum anacruſi, hoc modo:

Ἰάκχ' ὦ πολυτίμητοίς ἑδραίς ἐνθαδε ναίων.

Reliqui verſus, praeter ſecundum qui creticus eſt, et tertium qui choriambicus eſt, omnes ſunt Ionici maiores cum anacruſi. Eodem modo, quo in trochaico numero dochmiaci fiunt, in dactylico ſimiles verſus poëtae videntur condidiſſe. Sic verſus hi Ariſtoph. *d)*

(338.) μερος ἄγναν, ἱεραν,
(354.) ρον ελείον δαπεδον.

quos ſic malo metiri, quam vt Ionicos a minore dimetros catalecticos putem. Nam qui antecedunt et ſequuntur, Ionici maiores ſunt.“ In alia abiit *Hotibius* p. 29. ſ. „Haec (326 — 55.), inquiens, itidem ſibi reſpondere, nimis manifeſtum, neque id, credo, Brunkius addubitauit.

---

d) Sunt anacreontici catalectici. v. Hermann. Enchirid. metr., vernaculo ſermone ſcriptum p. 192.

Cur igitur lectores rei non admonuit, exemplo anteriorum edd. ſuoque ipſius in Tragicis? cur maculas quasdam non absterſit, leues eas quidem, ſed quibus tamen harum ſtropharum ratio obſcuraretur? Nimirum ſerioribus relinquere aliquid voluit, in quo exercerentur. Id igitur age faciamus, reponamusque primo ſtatim verſiculo ſtrophae, metri cauſa:

Ἰακχ', ὦ πολυτίμητος ἕδραις ἐνθάδε ναίων.

Vt hic *πολυτιμήτοις* pro *πολυτίμητος*, ita Lys. 1215. *αὐτοῖς* pro *αὐτὸς* dedere, prochui lapſu. Verſus choriamb. trim. hypercat. cum baſi *τρισήμῳ* vel *τετρασήμῳ*. Vltimo retinenda vulgg., in his Iuntt., lectio *μύχιος*. Verſus eſt anacreonteus formae antiſpaſticae, ſicut *ἀντίσοιχος*. Reſpondent autem ſibi inuicem in his ſtrophicis diuerſarum formarum verſus anacreontei, velut 330, 1, qui antiſpaſtici *ὁσίους* etc. *πολύκαρπον* etc. eorumque prior *ἰωνίζων*, opponuntur iambicis hisce: Φλογὶ φ. δ. λ. Γόνυ π. γ. rurſusque iambicus (332.) *περὶ κρατὶ σῷ βρύοντα* (nam ſic reponendus ex libro Rau.) antiſpaſtico *ἀποσείονται δὲ λύπας*, vt legitur in libris Rau. et Borg., quum in vulgg. imperita correctio obtineat *ἀποσείεται*. V. etiam ad Vesp. 278. Caet. vt primos duo ſtrophae verſiculos (ſi tamen verſus dicendi erant) in vnum coniunximus, ita et 335. 336. itidemque 337 et 338., qui vulgo feruntur, vnos exiſtimamus, alterum aſynartetum ex duobus anapaeſticis monometris hypercatalecticis, alterum ionicum tetram. catal.:

ποδὶ τὰν ἀπόλαυσον Φιλοπαίγμονα τιμάν,
χαρίτων πλεῖστον ἔχουσαν μέρος, ἁγνάν, ἱεράν,

idemque faciendum antiſtrophicis." ἐν ante ἕδραις e nullo libro enotatum inueni, praeter codd. Inu. qui inde recepit.

πολυτιμήτοις. Quod, vt monet hic Schol., in hac vita initiati ſummo in honore haberentur apud inferos, vti ea de re obiter ad v. 155. et pluribus ad 457. dicetur. De Cerere vero, in cuius honorem celebrata illa myſteria Thesm. 293. *Δέσποινα πολυτίμητε, Δάματερ Φίλα*. *Spanh.* De vocabb. *πολυτίμητος* et *πολύτιμος* cf. Lobeck. ad Soph. Ai. 175. p. 242.

330. *θιασώτας*. v. ad Nub. 508. *Bergl.*

331. Etiam Bacchantes caput quatiebant. Eurip. Bacch. 185. *τοῖ δεῖ χορεύειν — καὶ κρᾶτα σείσαι*; *Bergl.* *περὶ* pro vulg. *ἀμφὶ* recte e Rau. receptum eſt. Myrteas

coronas in Dionyſiis geſtatas eſſe obſeruat etiam Ste. Croix l. l. p. 279. *e)*.

334. Infra 377. *ἐγκρούων* itidem de ſaltatione. *Bergl.* Iungenda ſunt *ἐγκατακρούων χορείαν* (pulſans, ſaltans, audaci pede choream), reliqua in appoſitione accipienda, et *ὁσίοις μύσαις* ab *ἐν* in *ἐγκατακρ.* pendet (inter initiatos).

335. Perperam ex vtroque cod. Inu. (quibuscum Elb. et Bau. faciunt) editum *τὴν — τιμήν*, pro doricis formis, quae h. l. neceſſariae ſunt.

336. *Φιλοπαίγμονος* vocem, quae immerito a Graecorum Theſauris exulat, praeter Hom. Od. *φ.* 139. exſtare in Orphicis, ap. Anacr., Ariſtoph. h. l., Plat. in Crat. *f)*, Nonnum in Dionyſs., in Anthologia ſubinde, Iulianum Imp. in Caeſs. ad eosdem Caeſares monui, p. 339. *Spanh.* Eſt *ludicra*, *iocoſa* (ſaltatio). Dicitur autem ea *τιμή*, quia honori, decori, erat Baccho.

337. Haud mirum *Χαρίτων* in hymno in Bacchum mentionem fieri, qui *Χαριτοδότης* eſt olim dictus. Plutarchus in M. Antonio p. 926. *Διόνυσον αὐτὸν ἐπικαλούμενον χαριτοδότην g) καὶ μειλίχιον*, item duobus locis Sympos. [Quaeſt.] I. [c. 1. p. 423. T. VIII. Reisk.] et l. VII. [imo Conuiu. VII. Sap.] vbi priori loco male *χαριδότης h)*, etſi tueatur illud H. Stephanus pro *χαριτοδότης*, legitur, vt ſimiliter ad Iuliani Caes. olim notaui p. 339. vbi ſimul illud Anacreontis de Baccho adtuli Od. XLI. *δι' ὃν ἡ χάρις ἐτέχθη*. Add. Eurip. Bacch. 412. *Βρόμιε, Βρόμιε, προβακχήϊε δαῖμον, ἐνεῖ Χάριτες, ἐνεῖ δὲ Πόθος.* Vnde communis olim ara Bacchi et Gratiarum, nec ap. Pauſan.

---

e) De *myrtea* Cereris et Initiatorum ſ. in illis Eleuſiniis ſacris ex vtroque ſexu antiſtitum corona diximus ad 156., vbi inde *μυρτινώνων* ſ. myrtetorum in illis beatorum campis ſit mentio. *Spanh.*

f) add. Plut. Symposs. Qu. VII, 6. p. 919. T. III. P. II. Wytt.

g) Legitur ibi c. 14. p. 139. T. V. *ἀνακαλουμένων χαριδότην*. Neque Huttenus voc. *χαριδότην* correxit. *χαριτοδότης ὁ Διόνυσος* etiam Plut. Conu. Sept. Sap. T. VI. p. 603. legitur.

h) Retinuit tamen hanc formam Wyttenb. T. III. P. I. p. 477. ſuae ed.

ſolum, ſed ap. Herod. etiam, iuxta Pind. Schol. Ol. Od. V. [v. 8.]. Adde in vetere et inedito, quod ſciam, hactenus Stratonis epigrammate [epigr. 2. v. 5. f. T. II. Anal. Br. p. 359. Iacobs. Anth. III. p. 68.]

ἀλλ' ἱλαροῖς Χαρίτεσσι μεμιγμένον ἡδὺν Ἔρωτα
καὶ Βρόμιον.

Item:

τὸν καλὸν, ὦ Χάριτες, Διόνυσον εἰ μὲν ἔχοιτε.

Spanh.

338. ἀγνὴν etiam in vett. edd. legebatur; recte Br. repoſuit ἀγνάν. Tum μύσαις omnes aliae edd.

341. προσεπν. χ. πρ. Per ellipſin hic ſubintelligenda eſt vox ὀσμή *i*). *Kuſt.* Seruus famelicus cito ſentit nidorem porcinae. *Bergl.* χοιρείων πρεῶν. Quod nempe, vt hic in Scholl. tangitur, in Cereris et Bacchi myſteriis porcelli ſolerent mactari, vnde Acharn. 747. χοιρία μυστηρικὰ *porcelli myſtici* dicuntur, et Pac. 373. ἐς χοιρίδιόν μοι νῦν ἀνεισον τρεῖς δραχμάς. Nam, quod addit, δεῖ γὰρ μυηθῆναί με. *Spanh.* De χορδὴ v. ad Nubb. 455.

343. ſs. Hanc antiſtrophen ita Hermann. de Metr. p. 352. f. emendauit *k*):

ἐγείρε Φλογέας λάμπαδας ἐν χέρσι τινάσσων
Ἰακχ' ὦ Ἴακχε
νυκτερού τελετῆς φῶςφορος ἀστήρ.
Φλογὶ φέγγεται δὲ λειμών·
γόνυ πάλλεται γερόντων·
ἀποσείονται δὲ λύπας,
χρονιούς τ' ἐτῶν παλαιῶν ἐνιαύτους,
ἱερᾶς ὕπο τιμᾶς.

---

i) Vel αὔρα 318., πνοή, ſiue quod ſimpliciſſimum eſt, πν. cf. Schaef. ad Bos. de ell. p. 362.

k) Vulg. olim fuit:

ἔγειρε Φλογέας λαμπά-
δας· ἐν χερσὶ γὰρ ἔχεις
τινάσσων Ἴακχε
νυκτ. etc.

Pro Φλογέας legi Φλογερὰς maluit Reisk. Ad v. tertium: Kuſter.: „Mſ. Vatic. U. Ἴακχ' ὦ Ἴακχε." Ita et Borg. Elb. (in quo τινάσσων deeſt) Rau. Ἴακχε, ὦ Ἴακχε (ſine eliſione) male e Rau. recepit Inu.

σὺ δὲ λάμπαδί Φλεγων l)
προβαδὴν ἑξαγ' επ' ἀνθη-
ρον ελεῖον ὄαπεδον
χοροποιόν, μακαρ, ἦβαν.

„Quae in h. l. emendaui, inquit Herm., prope omnia Mſs. Rau. et Borg debentur. In primo verſu peſſimum additamentum γὰρ ἥκεις deleui."

Antiſtrophae primus verſus duplici menda affectus eſt: nam et ſcribendum ἐγείρου, vt ipſe Bacchus iubeatur ἐγείρεσθαι, i. e. prodire, et quod mox dicitur προβάδην ἑξάγειν χοροποιὸν ἦβην, quum vulgo ridicule fingatur ἐγείρειν λαμπάδας, quasi non accenſas ſcilicet; et delenda verba γὰρ ἥκεις, vt iuſſit Hermann, potius quam ſcribendum ſecundo verſu τινάσσων Ἴακχε, cum Brunkio, ſiquidem, vt merito placet repetitum Ἴακχ', ὦ Ἴακχε, ita iſta lacinia ſeruata aegre expedias loci conſtructionem. Depraua ta autem eenſeo verba ΓΑΡΗΚΕΙΣ, principioque adſcriptum fuiſſe ΠΑΡΗΚΟΙΣ tanquam interpretamentum τοῦ ἐγείρου. Sic Sophocles vſurpauit παρήκειν Aiac. 742. cuius loci fortaſſe meminerat interpolator. *Hotib.* Reliquos verſus vt coniunxerit et ſcripſerit, v. ad ſtroph. Vulgo poſt Λαμπάδας aut puncto (vt Kuſt.), aut colo (vt Bergl. Brunck.) interpungitur, tumque legitur ἥκεις (non ἥκει vt ex Rau. Inu.), ſed vel ἥκεις, quamquam paullo melius quam ἥκει eſt, ſatis conuenit τῷ ἔγειρε aut ἐγείρου. Poſt τινάσσων nulla olim fuit interpunctio.

ἔγ. Φλ. λαμπ. Eurip. Bacch. 145. ὁ Βακχεὺς ὃ' ἔχων πυρσώδη Φλόγα πεύκας ἐκ νάρθηκος αἴτσει. V. infra 1237. *Bergl.* Eleuſinia quippe ſacra cum facium luminibus peracta. Lactant. Diu. Inſt. I, c. 21. [p. 98. ed. le Brun, vbi cfrr. intpp.]: *rapta Proſerpina, quam quia facibus ex Aetnae vertice accenſis quaeſiſſe in Sicilia Ceres dicitur: idcirco ſacra eius ardentium taedarum iactatione celebrantur.* Adde, vt mox etiam hic dicitur, quod nocturna fuerint eadem ſacra. *Spanh.*

---

l) Si, ait Herm. in Enchir. metr., german. ſcripto p. 197. lectio huius verſus genuina eſt, verſus Anacreonticus catalecticus (coll. ſtroph. 538.) etiam hanc formam habebit:

⏑⏑ – ⏑⏑ – –
⏑⏑ – ⏑ – ⏑ –

346. *νυκτέρου* pro *νυκτέρης*, Attice. Sic Eurip. Hec. 150. *ὀρφανόν*, vt ibidem Schol., pro *ὀρφανήν*. Vt vero hic *νύκτερος τελετὴ* de myſteriis Eleuſiniis, quae noctu fierent, ſic *νύκτερον τέλος* Aeſch. S. C. Th. 312. de calamitatibus finem tandem habituris. De nocturnis Bacchi ſacris Orpheus ſ. Onomacritus Arg. 28. *χρησμούς τ' ἀῤῥήτους, νυκτὸς περὶ Βάκχου ἄνακτος*· ſed res eſt aliunde contrita. *Spanh.*

347. *Φλογί*. Malim *Φλόγα*, vt referatur participium praecedens *τινάσσων m)*. Deinde pro *Φέγγεται* Ms. Vat. U. habet *Φλέγεται*: prout etiam legit Schol. vetus, ſecundum edd. vetuſtiores. Nam editores Geneuenſes hic, vt et ſaepe alibi, verba Schol. textui hodierno, in quo legitur *Φέγγεται*, accommodarunt. Quare reuocaſſemus hic veterem lectionem Schol., niſi ſerius animaduertiſſemus, vetuſtiores edd. ab ed. Geneu. hic discrepare. *Kuſt.* *Φλογὶ Φέγγεται δ. λ.* Sic B. D. *n)*. In A. C. *φλογὶ Φλέγεται*, librarii errore. Gloſſa in E. ad alterum refertur *καταλάμπεται*. Miſeret me Kuſteri, ſe ipſum cruciantis, quod bonam lectionem imprudens in textu reliquerit. Scholiaſten modo in conſilium adhibuiſſet metra declarantem, intellexiſſet, illud *Φλέγεται*, praeterquam quod minus aptum ſententiae eſt, metricae rationi plane aduerſari. Bini ſunt verſus ſibi reſpondentes, ionici a minore dimetri, hic in antiſtr. et 327. (330. Lips.) in ſtrophe, quorum haec eſt dimenſio:

ὅσι᾽ οὖς ἔς | θἰᾶσῶτᾶς
φλὸγἰ Φεγγἔ | ταῖ δἔ λειμῶν.

Prior purus ionicus eſt; alter *ἀνακλώμενος o)*, in quo primus pes quinque temporum eſt tantum, ſed temporis vnius defectus in ſequente pede compenſatur, qui ſeptem

---

m) Nempe ex vulg. lectione et interpunctione. Sed ſi *τινάσσων* cum *λαμπάδας* iungitur, omiſſis verbis *γὰρ ἥκει*, nihil eſt mutandum.

n) Cod. (quart. Reg. ſ. E.) *φέγγεται*, cum gl. *καταλάμπεται*. Notata in marg. varia lectio, quam mendoſam eſſe oſtendimus, *γρ. φλέγεται*. *Brunck.* in Suppl.

o) Non cum, cum Grammaticis vett., Ionicis a minore adnumerandum, ſed Ionicum a maiore eſſe, cum anacruſi, oſtendit Hermann. Enchir. metr. p. 172. ſ. 192.

temporum eſt. Haec eſt ratio verſus ἀνακλωμένου, quam tradit Hephaeſtio p. 40. vbi in exemplum proferuntur iſti Anacr. et Sapphus verſus:

πρŏςĕδĕξᾰ | μῆν ŏνᾱρ Κῡ | πρŏγĕνεῖᾱ.
ᾰπŏ μοῑ θᾰ | νεῖν γĕνοῑτ᾽ οῡ | γᾰρ ᾰν ᾱλλῃ
λῠσῐς ἐκ πŏ | νῶν γĕνοῑτ᾽ οῡ | δᾱμᾱ τῶνδĕ
πᾰρᾰ δ᾽ ἠῡτε | Πῡθŏμᾱνδρōν | κᾰτĕδῡν ĕ | ρῶτᾰ Φεῡγῶν.

De vltimo verſu vid. Oruill. Crit. Vann. p. 450. *p)*. Iam ſcribas:

Φλŏγῐ Φλĕγĕ | ταῑ δĕ λεῑμῶν,

quatuor tantum habebis tempora in priori pede, et quiduis potius quam verſum ionicum, qui pari ſuo congruat. Si quis metrorum imperitus fabulam hanc poſt Kuſt. edidisſet, non dubitaſſet ad Vat. cod. vet. Schol. ſidem et ex Kuſt. ſententia Φλέγεται in textum recipere, vnde, me auctore, in perpetuum eiicietur. *Brunck.*

348. γόνυ παλλ. γερ. Apud Eurip. Bacch. 184. duo grandaeui ſenes, Cadmus et Tireſias, Bacchico furore correpti etiam volunt ſaltare, vbi prior Cadmus dicit: Ποῖ δεῖ χορεύειν, ποῖ καθιςάναι πόδα, καὶ κρᾶτα σεῖσαι πολιόν; ἐξηγοῦ σύ μοι γέρων γέροντι, Τειρεσία· σὺ γὰρ σοφός. ὡς οὐ κάμοιμ᾽ ἂν οὔτε νύκτ᾽ οὔθ᾽ ἡμέραν θύρσῳ κροτῶν γῆν. Deinde Tireſias: ταυτά μοι πάσχεις ἄρα· κἀγὼ γὰρ ἡβῶ κἀπιχειρήσω κακοῖς. *Bergl.*

349. ἀποσείονται. Sic bene A. C. *q)*. Vulgo ἀποσείεται. *Brunck.* Verſus 349. ſs. cod. E. exhibet, vt eos edidi, niſi, quod τιμῆς v. 351. habet pro τιμᾶς. *Idem* in Suppl. In Lyſiſtr. 673. ἀποσείεσθαι τὸ γῆρας. *Bergl.*

350. χρονίων τ᾽ ἐτῶν *r)*. Genitiui hi pendent vel a praeced. voce λύπας, vel a ſequenti ἐνιαυτούς: quod poſte-

---

p) Add. Hermann. de Metr. p. 326. vbi hunc ex Ionicis minoribus omnino remouendum cenſet.

q) Ms. Vat. U. rectius ἀποσείονται. Refertur enim ad γερόντων. *Kuſt.*

r) Ante Brunck. legebatur:

χρονίων τ᾽ ἐτῶν
παλαιοὺς ἐνιαυτούς.

Ad poſtrema voce. haec adnotauit *Bergl.*: „Ita edd. priſtinae, non παλαιούς τ᾽ ἐνιαυτούς, vt nuper [in Kuſt.]." τ᾽ ante ἐν. etiam in Elb. deeſt.

rius ſtatuit Euſtath. ad Il. A. p. 191. ed. Rom. vbi ait: ἐνιαυτὸς χρόνος ὁ διατριβὴν ἔχων, καὶ μὴ σύντομος. διὸ καὶ ἐπίθετον τοῦ ἔτους εἴληπται παρὰ τῷ Κωμικῷ εἰπόντι, ἐτῶν ἐνιαυτούς. Idem repetit ad Odyss. A. p. 1384, 63. Caeterum Ms. Vat. U. hic habet χρόνων τ' ἐτῶν, quod ſorte eſt ſphalma librarii pro χρόνους τ' ἐτῶν, vti in multis exemplaribus olim lectum fuiſſe Schol. teſtatur. Senſus autem totius huius loci hic eſt: *Senes ſtrenue* (quaſi reddita iuuenta) *mouent genua excutiuntque triſtitiam grandaeuae aetatis annosque ſeniles. Kuſt.* χρόνους τ', ἐτῶν παλαιοὺς ἐνιαυτούς. Sic [vt Br. edidit] membr. [etiam E.]. In vett. edd. χρονίων τ' ἐτῶν παλαιοὺς ἐνιαυτούς, quam lectionem praeferunt B. et D. In C. ἀποσείονται δὲ λύπας χρονίων ἐτῶν, παλαιούς τ' ἐνιαυτούς, *taedia longaevae aetatis ſenilesque annos.* Qua in lectione nihil eſt quod offendat, eamque praeferendam cenſeo et in textu reponendam, eo magis, quod ſic ſcriptus verſiculus antithetico reſpondeat, membranarum autem lectionem non admittat ratio metrica. Binorum verſuum haec eſt dimenſio:

ϛεφᾰνōν μῡρ | των (333.)
χρŏνĭῶν ĕ | τῶν.

Ionici ſunt, prior purus; poſterior ἀνακλώμενος; ita vt minime neceſſe ſit cum Daweſio nomini ἐτῶν ſubſtituere ἀτῶν s). *Brunck.* Legendum haud dubie cum Daw. ἀτῶν pro ἐτῶν· illo recepto etiam verſus reſtituitur. *Hotib.* E

---

s) Prioris τε collocatio (χρονίων τ' ἐτῶν) poſtulat ad conſtructionis integritatem alterum Genitiuum, qui tamen nullus hic habetur. Iſta λύπας χρονίων τ' ἐτῶν, ſiue, quod legi monet Schol., χρόνους τ' ἐτῶν et παλαιούς τ' ἐνιαυτούς, δὶς ταυτὸν ſonant. Tertio, verſus in ſtrophe, cui ſecundus reſpondere debet, ϛεφ. μυρτων, ex anapaeſto et ſpondeo conficitur, quum in hoc tamen anapaeſto ſubiungatur iambus. Omnibus hic incommodis leui manu ſic ſubueniendum cenſeo: χρονίων ἀτῶν *excutit autem dolores diuturnarum* noxarum *ſenilesque annos. Dawes.* M. Cr. p. 233. ſ. Recte in App. p. 462. contra Daw. monetur; importunum alterum τ' poſt παλ. tantum in Kuſt. ed. legi; alia emendari poſſunt ex iis quae ſupra de metro dicta ſunt. Χρονίων γυίων aut γούνων coniecit *Reisk.* Conzius reddidit, neſcio an verbis quibusdam aliter lectis: Abſchüttelnd die Sorgen Und Laſten der Zeit Vergeſſen ſie leicht die Bürde der Jahre, Die ergrauenden Haare, Froh deinem begeiſternden Dienſte geweiht.

Borg., partim etiam Rau., Inu. edidit: *χρονίους τ' ἐτῶν παλαιῶν ἐνιαυτούς.* Vellem etiam ſenſum indicaſſe.

351. *τιμᾶς* Brunk. recte dedit, etſi *τιμῆς* in plerisque libris eſt.

352. *λαμπάδι φλέγων.* Cod. E. haud deterius *λαμπάσι. Brunck.* Legendum *φέγγων* pro *φλέγων*, quod inconcinnum. *Hotib.* Francog. interpres haec ita reddidit (porte-flambeau), ac ſi non ad Iacchum, ſed alium quemdam, qui lampadem geſtauerit, referrentur.

353. Biſetus recte monuit ſcribendum eſſe, *ἔξαγ' ἐπ' ἀνθηρὸν t)*, prout etiam legitur in Ms. Vat. U. *Ἀνθηρὸν δάπεδον* autem hic idem ſignificat, quod infra 376. *εὐανθεῖς κόλποι λειμώνων*, et Au. 1093. *ἀνθηροὶ λειμῶνες florida prata. Kuſt.* *ἔξαγ' ἐπ' ἀνθ.* Sic codd. omnes [de E. nihil in Suppl. monitum], vt legendum eſſe monuerat Biſetus. Vulgo ineptiſſime *ἔξαγε πάνθηρον.* Gloſſa in codd. *ἀνθῶν πλῆρες. Brunck.*

355. (K. 346.) *χοροποιόν.* Ms. Vat. U. *χαροποιόν. Kuſt.* *χοροποιόν* editionum lectionem exhibent B. et D. Ceteri *χαροποιόν. Brunck.*

356. Locum hunc citat Plutarch. de glor. Athen. p. 348. [T. VII. p. 373. Reisk.] Priſcianus p. 1171. et 1183. Suid. V. *Ἐξίσασθαι. Kuſt.* Adducitur non ſolum hic verſus ac tres ſequentes a Plutarcho (ſed indicto auctore) de Glor. Ath. l. l., ſed ſimiliter tres ex iis priores a Gellio in praefatione, a Victorio primum in ea inferti, ſed Paris. Cod. auctoritate, quod monet ad eum locum Iac. Gronovius *v)*, confirmati. *Spanh.* Arcet profanos a ſuis ſacris, vt ſolebant in myſteriis ſacerdotes aut praecones *Bergl.*

357. *τοιῶνδε λόγων* pro *τῶν δὲ λόγων* ap. Plutarch. legitur, et inde, vt licet ſtatuere, a Kuſtero in edita iam hac fabula receptum *x)*. Ita etiam exſtare in cod. Paris. ad Gellium monuit Gronouius. *Spanh.*

---

t) Ita et *Reisk.* ſcribendum coniecit, et in *Bergl.* ed. legitur, vbi v. 576. confertur in not.

v) P. 13. T. I. ed. Conrad. Sunt autem ibi ſex verſus laudati.

x) Sed *τοιῶνδε λόγων* iam in Ald. ed. eſt, etiam Port. et al.

Plutarchus l. l. habet: *ἡ γλώσσῃ μὴ καθαρεύοι y)*. Sed lectio vulgata praeſtat. *Kuſt.* *καθαρεύοι* ſcribitur etiam ap. Gell. in praef. et Suid. V. Ἐξίσασθαι. Apud Plut. lib. vtrum Athenn. bellicis an ſapientiae ſtudiis maiorem gloriam ſint conſecuti T. II. p. 348. D. *καθαρεύει.* Et ſane non video cauſam, cum ſequentia omnia ponantur in Indicat., cur hic ſolum Optatiuus locum habere debeat: quamquam ibi etiam vitioſe quaedam leguntur z). *Duck.* *καθαρεύει* recte C. vt in poſteriore Veneta et exinde in nouiſſima Bataua excuſum. Vulgo *καθαρεύοι.* Ad alterum pertinet gloſſa codicis mei *καθαρός ἐστι.* Habent autem libri omnes *γνώμῃ*, et ſic bis citatum reperi ap. Priſcian. Plutarchus vero l. l. *γλώσσῃ καθαρεύει* legit, niſi librarii error eſt *a)*. Cod. E. [et Borg.] *ἢ γνώμην μὴ καθαρεύοι. Brunck.*

358. Quaedam edd. habent [pro vulg. *μήτ᾽ ἴδε πω μ.*] *μήτ᾽ οἶδέ πω*, repugnante metro. Ms. Vat. U. legit: *μήτ᾽ οἶδεν, μήτ᾽ ἐχόρευσε·* quae lectio reliquis praeſtat. *Kuſt.* Pro *μήτ᾽ οἶδέ πω*, vt habent priores edd.. *μήτ᾽ ἦσέ πω* habet Plutarchus, Gellius vero *μητ᾽ ἴδε πω*, quae lectio poſtea in textu recepta fuit. *Spanh.* Praua eſt haec lectio [*ἴδε πω*]. Iam plus ſemel obſeruaui, poëticam formam *ἴδον* comicum ſermonem auerſari. In membr. eſt *μήτ᾽ οἶδε μήτ᾽* — In C. *μήτ᾽ εἶδε μήτ᾽* — Recte ap. Gell. praef. p. 11. Cod. Ms. exhibet *μήτ᾽ εἶδεν μήτ᾽* quod hic reponi debuit *b)*. In Plut. l. c. legitur: *μήτ᾽ ἦσε μήτ᾽ c)* — *Brunck.*

359. Puto Comicum hic tangere velle ſtilum dithyrambicum Cratini *d)*. Vel ſimpliciter ſenſus eſt: *Qui*

---

y) aut linguam non habet puram, vertit *Spanh.* qui praeterea monet, lectionem editam confirmari codice Paris. Gell.

z) *καθαρεύει* etiam *Bergl.* edidit, hac addita nota: „Ita ed. Farrei. Aldina et quae inde expreſſae, *καθαρεύοι*."

a) Ita tamen etiam Wyttenb. edidit T. II. P. I. p. 428. et caute in talibus ad vulgata texta refingendis verſandum eſſe docuit.

b) Et e duobus codd. ſuis repoſuit Inu.

c) In ed. Wytt. legitur: *μήτε ἦσε μήτε ἐχόρευσε.*

d) Neque enim comicus, ſed dithyrambicus poëta intelligitur. *Conz.*

non initiatus eſt poëtarum ſacris. Kuſt. Bacchi epitheton eſt ταυροφάγος, vt teſtatur Heſych., Suid. et Schol., tribuit autem Bacchi epitheton Cratino tanquam vinoſo et quaſi alteri Baccho. Hinc etiam dicit βακχεῖα Κρατίνου pro βακχεῖα Διονύσου. De Cratini vinolentia v. ad Pac. 700. μηδὲ — βακχεῖ' ἐτελέσθη, vna voce ἀβάκχευτος. Eurip. Bacch. 472. ἄῤῥητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν *quae ſcire nefas illos homines, qui non ſunt initiati ſacris Bacchi. Bergl.* Voce βακχεῖα Bacchi feſta in genere deſignata, et quae pro vtroque Liberi illius Patris nomine Βακχεῖα et Διονύσια promiſcue ſunt a Graecis dicta. Vnde non debuerant illa, quod vel inde monendum hic fuit, ſub diuerſis titulis a Meurſio, quaſi diuerſa eadem fuerint, in Graecia Feriata conſignari *e)*, et ab aliis adhuc expreſſius, vt a I. Ionſtono de Fer. Gr. c. 3. hoc discrimen ſtatui, vt Βακχεῖα, *Bacchanalia*, fuerint ſine ritibus ſeu ceremoniis. Quae abunde redarguit vel Diodorus Sic. IV. p. 211. [c. 3. vbi cf. Weſſel. T. I. p. 248.] qui ſolemnia eaque vulgo trieterica apud Graecos Bacchi feſta vocat διὰ τριῶν ἐτῶν Βακχεῖα. Sic de ſcenis tragicis, quas Baccho initiati olim exſtruxerant, Dio Chrys. XXXVI. p. 447. Βακχείων τινὰς σκηνὰς πηξάμενοι. Ariſtides vero de Dionyſiis quae metropoleos Athenarum more Smyrnae primo vere (quod ad huius fabulae argumentum iam adtigimus) agebantur, Or. in Smyrn. p. 403. ait: ἐνόπλιον δὴ τότε ὀρχησαμένων τῷ Διονύσῳ καὶ τὰ βακχεῖα ἐν τοῖς ἐκείνων σώμασι τελεσαμένων. Vnde etiam illius dei templum Athenis Βακχεῖον vel Διονύσιον ex aequo dictum, vel ex primo huius Comici in Lyſiſtr. verſu liquere ſat poteſt: ἀλλ' εἴ τις ἐς Βακχεῖον αὐτὰς ἐκάλεσε. *Spanh.*

360. βωμόλοχα ἔπη ſunt *ſcurriliter dicta* (cf. Nub. 911.) et τοῦτο refertur ad τὸ βωμολοχεύεσθαι (v. ad Nub. 963.), ſ. βωμόλοχα ἔπη λέγειν, quod in praecedd. latet, quoad ſenſum, aut etiam χαίρειν ἔπ. β. quod Reisk. ſubintelligit. σάσις ἐχθρὰ non eſt, vt Br. vertit, *inimica ſeditio*, ſed, *hoſtilis* h. e. quae conſpiratione cum hoſtibus facta excitatur. ῥιπίζειν a voc. ῥιπὶς *flabellum*, cuius ope

e) Etiam a Pottero Arch. Gr. T. I. p. 815. vbi v. not. Rambach. Rectius Harwood. Enchir. Antiq. Gr. T. I. p. 510. vers. germ. non ſeparauit. Add. Herrmann in lib. Die Feſte Griechenl. T. I. p. 544. ſſ.

ignis fuscitatur, deriuatum, *inflammare* significat. v. Phot. Lex. p. 362. praeter alios Grammatt. vett.

363. χειμαζομένης. Verbum hoc Atticis scriptoribus quam in propria, pro, *tempestate infestari*, tam in metaph. significatione, pro, *vexari*, *perturbari*, vt h. l. familiare; adde insuper, pro, *hyemem experiri*, vt ap. Theophr. de C. Pl. II, 1. vbi id praecipue ad secundam seminum, arborum, plantarum germinationem requiri dicitur, χειμασθῆναι χειμῶσιν ὡρχίοις καὶ καλοῖς vt *hyemem commodam et mitem sentirent*. Metaphoricae vero, quae in hoc Comici loco obtinet, huius verbi significationis exempla apud poëtas Tragicos, eosque Atticos, vsitata, vt quum Aesch. Prom. 567. Prometheum in Caucaso adfixum dicit χειμαζόμενον, Schol. πάσχοντα· et Sophocles de Philoctete simili graui vlcerum morbo adflicto v. 1489. χειμαζομένῳ. Sic Menander de eo, qui vxorem ducit, ap. Stob. inquit *f*), χειμαζόμενος ζῇ *miser viuit*. Qui alibi eam in rem quum vsus fuerit voce ἐπιχειμάζειν, eamdem vt Alexandrinam cur in eodem scripiore Attico redarguat Phrynichus [p. 172.], haud equidem video. Glossae veteres: *Vexari*, ὀχλεῖν, χειμάζειν. Adde, quod etiam χειμὼν pro *calamitate* ap. Aesch. legitur Prom. 1014. οἷος τε χειμὼν etc. et Soph. Aiac. 207. de Aiace furente: κεῖται χειμῶνι νοσήσας *iacet graui morbo aegrotans* s. *calamitate oppressus*. Mitto quod χειμαζομένους de *daemoniacis* dictum obseruat Salmas. de modo Vsur. p. 788. *Spanh.*

364. (Br. 362.) προδίδωσιν. Male vulgo προδίδωσι. v. ad Thesm. 450. *Brunck.* Ante Br. iam correxerat *Dawes.* M. C. p. 309.

ἢ τἀπόῤῥ. *g*) ἄποπ. Loci huius meminit Schol. Eurip. ad Phoen. 1762. *Kust.* Ἀπόῤῥητα Athenienſibus dicta in genere, quaecunque lege erant prohibita, quod tradit Harpocr. [p. 57. Blanc.], et quidem nominatim, quae nec Athenas importare, nec inde, vt h. l. exportare licuit; aut de arcanis reipublicae hostibus non prodendis.

---

f) In Fragm. Men. ex Plocio n. 3. v. 7. add. Philem. fr. epheb. 11.

g) Perperam ante Br. scriptum est τὰ 'ποῤῥητ'. Nam ita τὰ breve est. v. Dawes. l. supra laud.

Prioris generis tanguntur hic a Comico *lora*, *lintea*, *pix*; quod nempe merces essent ad vsum nauium requisitae, qualia Athenis exportare vetabatur. Quomodo Eqq. 278. *h)* a Cleone dicitur: Τουτονὶ τὸν ἄνδρ' ἐγὼ δείκνυμι καὶ φήμ' ἐξάγειν Ταῖσι Πελοποννησίων τριήρεσι ζωμεύματα (*cibaria*); nempe, iuxta Schol., quae nauibus necessaria ligna, ceram, picem, quaeque quum proprie ὑποζώματα dicerentur, Comice hic tamquam facto ad coquum sermone ζωμεύματα s. *iuscula* dicuntur. Quamquam Hesych. vtramque vocem pro eadem sumit, ζωμεύματα, ὑποζώματα, σχοινία μέσην τὴν ναῦν δεσμευόμενα. Cleoni vero mox regerit ibidem ap. Comicum Demosthenes 282.: Νὴ Δί' ἐξηγαγών γε τἀπόῤῥητ', ἄμ' ἄρτον καὶ πρέας Καὶ τεμάχη — quae Comici loca, eumque, quem hic expendimus, erudite ad Mausacum in Harpocr. notas p. 238. adrigit Valesius. Posterioris vero generis ἀπόῤῥητα s. *arcana reipubl.* hostibus prodita tangit Comicus Thesm. 370. Τἀπόῤῥητά τε τοῖσιν ἐχθροῖς ἡμετέροις λέγουσιν. Qua de re in graecis Commentariis Sopatri ad Hermog. legitur p. 277. προδοσίαι δὲ καὶ ἐκφοραὶ τῶν ἀπορῥήτων κοινὸν μὲν καὶ καθ' ἑνὸς ἀδίκημα· ὅσον γὰρ ἐπί σοι, τὴν πόλιν ἀπολώλεκας προδοῦσα τὰ ἀπόῤῥητα. Dein: εἶλον γὰρ αὐτὴν οἱ πολέμιοι, μαθόντες τὰ ἀπόῤῥητα. Dicta etiam quandoque ab Atticis ἀπόῤῥητα de *arcanis*, non, quae hostibus prodita, sed, quae ad salutem et commoda vrbis senatui sunt declarata, vt ab Andoc Or. II. p. 250. εἰσαγγείλαντός μου ἀπόῤῥητα εἰς τὴν βουλὴν περὶ τῶν πραγμάτων. *Spanh.*

365. Αἰγίνης. In quod commune Graecorum emporium prohibitae fuerant illae Athenienſium merces exportari ab eo, qui hic Thorycion vocatur; vnde facilis erat eorum ad Peloponnesios, Athenienſium tum hostes, importatio. Ἐτιμιξίαν quidem s. commercium ab antiquo inter Athenienses et Aeginetas fuisse docet sub initium Ἑλλην. lib. V. Xenophon *i)*. Aegina vero dein ab initio belli Pelop., quod eiusdem contra Athenienses excitandi auctores fuissent Aeginetae, obsessa erat ab iis et capta, vt ea de re Thucyd. II, 27. et eiectis inde ciuibus, colonis ab

h) Loca ex Eqq. et Thesm. laudauit etiam *Bergl.*

i) Ad q. l. cfr. Schneider. p. 255. et Wessel. ad D. S. XII, 48.

Athenienſibus frequentata; quaeque ita Athenienſium iuris fuerit tempore acti huius dramatis. Vnde continuo lux huic loco accedit, quod non Athenis, ſed ex vrbe Aegina exportatae merces inter ἀπόῤῥητα, quae Athenis nefas erat exportare, recenſentur. *Spanh.*

Θωρυκίων ὧν eſt κακόφωνον. Reponam Θωρυκίων ὡς, quod inueniſſe videtur Friſchlinus, vertens: ſicut Thorycio: nam propriis libris Mſs. plerique vſi veterum huius ordinis interpretum latinorum. Facillime autem σ et ν finales inter ſe permutabantur. *Hotib.* Probabiliter Thorycio, qui in illa inſula viceſimam mercium, vectigalis ſ. portorii genus, recepit, opportunitate prohibitas merces et res ad nauium vſum neceſſarias inde Epidaurum et ad Peloponneſios deportandi vſus erat. *Conz.*

εἰκοſολόγος. Schol. τὰ εἰκοσὰ ἐν κρίσει συνάγων, quod Conſtantinus in Lex. vertit: *vigeſimam partem punctorum in iudicio referens.* Neutrum intelligo. Pollux VI, 31, 128. recenſet inter ὀνόματα ἐπονείδιστα, haud ſecus atque hic poëta. Apparet autem ex eodem IX, 5. 29. ita vocatos fuiſſe publicanorum quoddam genus, qui viceſimam quamdam colligerent *k*). *Duck.*

366. Loci huius meminit Etymol. V. Ἀσκώματα, et Suid. ead. v. itemque Tho. M. V. Θύλακος [p. 458. Bern.] *l*). *Kuſt.* Infra Acharn. 97. Ἄσκωμ' ἔχεις. Interpres: *lorum tenes, quo ſcalmus munitur;* nempe iuxta Schol.: ἄσκωμα δὲ ἱμὰς ὁ συνέχων τὴν κώπην πρὸς τῷ σκαλμῷ. Heſych. Ἄσκωμα (non, vt ibi, Ἄσκωμμα), δερμάτιον, ὃ ἐν ταῖς τριήρεσιν ἔχουσιν. *Spanh.* Gloſſa (codd.) δέρματα. v. Schefferum noſtrum de militia nau. p. 139. *Brunck.* πίτταν. Nempe ad naues illinendas. Acharn. 189. ὄζουσι πίττης καὶ νεῶν παρασκευῆς. Illos ergo iubet abeſſe ab iſtis ſacris, qui mittunt hoſtibus res neceſſarias ad inſtruendas naues, vt ſunt coria ad muniendos remos, vela, pix. *Bergl.*

367. τῶν ἀντιπάλων. Hanc vocem vt σκληρὰν damnat Pollux I, 150. vbi v. Iungerm. *Kuſt.* In Eqq. 278. του-

---

k) Moeris p. 165. εἰκοſολόγον· τὸν εἰκοστώνην, ὡς Ἀριſτοφάνης ἐν Βατράχοις. Eſt *conductor viceſimarum.* v. ibi Pierſon.

l) Etiam Zonar. Lex. I. p. 323.

τονὶ τὸν ἄνδρ' ἐγὼ δείκνυμι καὶ Φήμ' ἐξάγειν ταῖσι Πελοποννησίων τριήρεσι ζωμεύματα. *Bergl.* παρέχειν τινὰ πείθει. Ms. Vat. U. παρέχειν ἀναπείθει. *Kuſt.* m).

368. ἢ κατατ. τ. Ἑκαταίων. Vide, ſi lubet, quae de hisce *Hecataeis*, ſ. Hecates ſimulacris, et *Hecates coena* notauimus ad Plut. 594. *Spanh.* Schol. dicit Cineſiam hic intelligi, qui contumelia affecerit ſtatuas Hecatae: iſte in Auu. 1403. dicit ſe eſſe κυκλιοδιδάσκαλον, vbi Schol., ἀντὶ τοῦ διθυραμβοποιόν. De impietate eius erga deos videri poteſt Harpocr. V. Κινησίας [p. 215. f. Blanc.] n). Poteſt autem verbum κατατιλᾶν accipi pro, *contemnere*, vt καταπαρδεῖν non ſemel ap. Comicum. Sed videtur Cineſias re ipſa percacaſſe ſimulacrum aut potius ſacellum aliquod Hecatae, qualia vulgo ante aedes erant ſita: hinc etiam Schol. ad v. 153. de eo dicit: δοκεῖ δὲ κατησχημονηκέναι τοῦ τῆς Ἑκάτης ἀγάλματος· quo etiam alludere videtur Comicus Eccl. 330. τί τοῦτό σοι τὸ πυρρόν ἐστιν; οὔτι τις Κινησίας σοῦ κατατετίληκεν; *Bergl.* κυκλίοισι χοροῖσι, i. e. *choris dithyrambicis* o). *Kuſt.* Innuitur Cineſias, poëta dithyrambicus, cuius mentio v. 153. ὑπᾴδων. Sic ſolae membranae. In tribus reliquis ἐπᾴδων, perperam. V. ad 874. Bonam hanc lectionem (ὑπᾴδων) exhibet etiam cod. E. *Brunck.*

369. (371. Br.) Agyrrium intelligit, de quo Schol. ad Conc. 102. καὶ τὸν μισθὸν δὲ τῶν ποιητῶν συνέτεμε.

---

m) Alcibiades exiſtimabatur apud Cyrum effeciſſe, vt is Lyſandro pecuniam crederet, non diu poſt praelium ad Arginuſas commiſſum. *Conz.*

n) Add. fragm. Lyſiae n. 72. p. 21. f. Reisk.

o) Qui ſint κύκλιοι χοροί, v. ap. Schol. ad Nub. 311. et 332. et Spanh. ad Call. h. in Dian. 267. Quod autem hic cyclicos choros memorat poëta, id etiam conuenit Cineſiae, qui κυκλιοδιδάσκαλος dicitur Au. 1403. ab Ariſt., et κυκλίων χορῶν διδάσκαλος a Schol. Nub. 332. Quomodo autem κυκλίων χορῶν διδάσκαλος dicatur κυκλίοις χοροῖς ὑπᾴδειν, non ſatis aſſequor: niſi putemus, ipſos illos poëtas ᾄσματα ſua ceciniſſe et ad eorum cantus chorum cyclicum varios motus flexusque ediditſe: vnde etiam forte Nub. 332. poëta ἐσματοκάμπτας κυκλίων χορῶν vocat. Sane Lucian. de Salt. p. 798. ὑπᾴδειν dicit eum, qui hiſtrioni ſaltanti accinebat. Hoc ſi verum eſt, κυκλιοδιδάσκαλος eſt

Proinde in ſchol. ad hunc v. pro Ἀρχῖνον reponi debet Ἀγύρριον *p*). *Brunck.*

370. τελετὰς Διονύσου h. l. feſta dici Dionyſia, quibus comoediae edebantur, in promtu eſt.

371. Verſus huius metrum valde luxatum eſt [vt olim vulg.], quod ſic in integrum reſtitui poſſe puto:

Τοῖς δ' ἂν ἀπαυδῶ, κ' αὖθις ἀπαυδῶ, κ' αὖθις ἀπαυδῶ, γε τρίτον μάλ' ἀπαυδῶ.

Vocem τρίτον addidi ex Ms. Vat. U., qui eam nobis conſeruauit *q*). *Kuſt.* Peſſime luxatum eſt in omnibus libris tam ſcriptis quam impreſſis huius verſus metrum. Sic vulgo legitur:

τούτοισιν ἀπαυδῶ, καὖθις ἀπαυδῶ, καὖθις μάλ' ἀπαυδῶ,

duplici vitio: primo, quia poſt quartum pedem caeſura eſt, tum quia deeſt ſyllaba in poſteriore commate. Diuerſae ſunt codd. lectiones, ſed nihilo meliores: vnice vera eſt ea, quam repoſuimus e Gellii loco modo citato. *Brunck.*

375. παννυχίδας. Sic Bacchus paullo poſt ait, ſe cum eodem initiatorum e ſequiori ſexu in inferis choris iturum v. 450. οὗ παννυχίζουσι θεαί, *vbi noctem deae peruigilant* — prout ſimiliter Eurip. Hel. 1381. παννυχίδες θεᾶς *peruigilia deae*, Cereris nempe. *Spanh.*

374 — 383. Tolle gloſſemata εἰς τούς, τῶν κατ' Ἅιδου (haec quidem abſunt Rau.), κἀπισκώπτων, duasque ſequentes copulas, itidemque dele μολπάζων et τὴν χώ-

---

non ſolum, qui modum et rationem chori cyclici edocet, vt Spanh. l. d. cenſet, ſed etiam, qui choro accinit. *Duck.*

p) Poetis enim pro fabulis, quas componebant, honorarium publicum ſoluebatur. Sed oratores, ſi cui ſuccenſebant, dicendo efficiebant, vt illud praemium minueretur. *Conz.*

q) Leguntur hic et duo ſeqq. verſus in Gellii praef., tribus prioribus de quibus ad 356. additi, vnde emendari et ſuppleri continuo poſſunt:

Τούτοις αὖδῶ, κ' αὖθις ἀπαυδῶ, κ' αὖθις τὸ τρίτον μάλ' ἀπαυδῶ.

Bene proinde et fide Ms. Vatic., quod hic deerat, τρίτον reponendum monuit Kuſt., idque cod. Paris., nempe Gellii, apud quem legitur, auctoritate confirmatur. *Spanh.* μάλ' ἀπαυδᾷν hinc laudat Porſon. praef. ad Eurip. I. p. LXI. Lips.

ραν, quod inductum ex quo corrupte atque ineleganter ſcribi coepit φήσ' ἐς τὰς ὥρας, et habebis ſtropham et antiſtropham meris ſpondaicis ita decurrentes:

χώρει δὴ νῦν πᾶς ἀνδρείως ϛροφή.
εὐανθεῖς κολποὺς λειμώνων,
ἐγκρούων, παίζων, χλευάζων r)·
ἠρίϛηται δ' ἐξαρκούντως.
Ἀλλ' ἔμβα, χὤπως αἴρῃς τὴν ἀντιϛρ.
Σώτειραν φωνῇ γενναίως,
ἣ σώζειν φησίν σ' εἰς ὥρας,
κἂν Θωρυκίων μὴ βούληται.

Haec, ſi qui ſenſum habet, veriſimillima eſſe confitebitur; veſpertilionibus non ſcribo. *Hotib.* Videtur autem tum pro Semichoro hic et v. 386. ponenda Chori perſona (Francog. interpres *ſecundum Semichorum* dicit). Etenim v. 356 — 373 et 384. ſ. videntur a chori duce dicti eſſe.

375. εὐανθεῖς κόλπους. Supra 355. ἐπ' ἀνθηρὸν δάπεδον. Infra 445. ἀνθοφόρον ἀν' ἄλσος. v. 451. ἐς πολυῤῥόδους λειμῶνας ἀνθεμώδεις. Eurip. Bacch. 864. χλοεραῖς ἐμπαίζουσα λείμακος ἡδοναῖς. *Bergl.*

376. Brunck. non monito nec in Not. nec in Add. nec in Suppl. ad h. l. lectore dedit: τῶν καθ' Αἵδου λειμώνων, ἐγκρούων ſed verba τῶν κατ' Αἵδου quae etiam in pr. aliisque edd. deſunt, recte de gloſſemate ſuſpecta eſſe iudicauit *Inu.*

ἐγκρούων, i. e. *pedibus humum pulſans;* quo ſenſu ἐγκατακρούων accipitur ſupra 334. *Kuſt.* Quod v. ſequ. pro vulg. καὶ σκώπτων editum eſt κἀπισκώπτων, ex Rau., vtrumque ſuſpectum reddere poteſt.

378. ἠρίϛηται δ' ἐξαρκούντως. *Pranſum eſt enim ſatis.* Sic vertit Bergl. Inepta ſententia. Reponendum

---

r) Poterant et reliquis verbis ſeruatis ſic conſtitui:

εἰς τοὺς εὐανθεῖς λειμώνων
κολποὺς ἐγκρούων, καὶ σκώπτων,
καὶ παίζων καὶ χλευάζων.

et in antiſtr.

Σώτειραν γενναίως τῇ σῇ
φωνῇ μέλπων, ἣ τὴν χώραν
σώζειν φησ' εἰς τὰς ὥρας.

cenſeo *ἠρίσευται*, quod in verſione ſequutus ſum *s*). In C. ſcriptum a prima manu *ἠρήσεται* ſuperſcripta emendatione *ἠρίσηται*. *Brunck.* Sed quidni h. l. de ſacris epulis dictum putemus?

380. *αἴρεις. αἴρῃς* [vt Br. edidit] cod. B. et meus, in quo gloſſa *καὶ σκόπει, ὅπως ὑψώσῃς*. In membr. *χᾠπως αἴροις*. In C. *χᾠπως αἴρεις*. Gloſſa *σκόπει ὅπως μεγαλύνεις*. Princeps editio et aliae vett. [etiam Rau. cod.] *χᾠπως αἰρεῖς t*). Schol. *αἰρεῖς τὴν Σώτειραν. ὑψώσεις τοῖς ἐπαίνοις*. Vides fluctuare lectionem, cuius certiora veſtigia in Ald. apparent. Scripſerat poëta *ἀρεῖς* more ſuo. Nullibi enim, quod ſciam, verbum cum *ὅπως* ſignificante *quomodo*, a ſuppreſſo verbo *σκόπει* vel ſimili pendente, aliter conſtruit quam in Futuro Indicat. aut Aor. 2. Subiunct., quod obſeruaui ad Lys. 289. 1305. Thesm. 24. Locus claſſicus eſt Lys. 1182. vbi in duobus continuis verſibus *ὅπως* bis poſitum diuerſa conſtructione, pro diuerſa ſignificandi poteſtate: prius valet *quomodo*, alterum *ut* finale: *νῦν οὖν ὅπως ἀγνεύσετε, ὅπως ἂν αἱ γυναῖκες ἡμᾶς ἐν πόλει ξενίσωμεν*. Sed excidit h. l. vocula fulciendo metro neceſſaria. Verſus eſt enim anapaeſticus. Scribe itaque:

χᾠπως μὲν ἀρεῖς τὴν Σωτείραν γενναίως.

Brunck. Ita numeri non ſibi conſtabunt.

Σώτειραν. Quomodo haec Ceres Eleuſinia Athenis dicta eſt et culta, vt vel ex Ariſtotele liquere poteſt Rhet. III, 11. *οἷα Περικλῆς Λάμπωνα ἐπήρετο περὶ τῆς τελετῆς τῶν τῆς Σωτείρας ἱερῶν*. Vnde continuo de eadem dea hic addit Comicus *ἢ τὴν χώραν σώζειν φῄς* — et 389. *καὶ σῶζε τὸν σαυτῆς χορόν*. Immo prout alibi, vt in numo Mediceo, in quo Ceres cum accenſis pro more facibus

---

s) Vertit Br.: Satis enim in peragendis his ſacris emicuit ſtudium noſtrum.

t) *αἰρεῖς* praefert Porſon. ad Eur. Med. 848. vtpote in ſyſtemate, vbi longae ſyllabae tantum admittantur, praeterquam in proprio nomine Θερυκίων. Nam ex futuro *ἀερῶ* ſ. *ἀἰρῶ* (ab *ἀείρω*) fieri per craſin potuiſſe *αἰρῶ* vel *ἀρῶ* priore producta. (Vnde ne opus quidem erit part. *μὲν* quam Br. addi volebat); poſtquam ipſum verbum contraxiſſent in *αἴρω*, nouam formam effictam eſſe *ἀρῶ*, priore correpta.

et nomen ΣΩΤΕΙΡΑ, illinc ΑΠΑΜΕΩΝ *v*). Filia vero eius Proſerpina eodem quoque ΣΩΤΕΙΡΑΣ nomine quum alibi, tum in numis Cyzicenorum decorata conſpicitur, nempe ΚΟΡΗ ΣΩΤΕΙΡΑ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ, prout Κόρης Σωτείρας templum Spartae exſtitiſſe, docet Pauſanias III. p. 184. [c. 13, 2. p. 385. T. I. Fac.]. *Spanh. Mineruam* intelligi opinor. Heſych. Σώτειρα, ἡ Ἀθηνᾶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, et apparet ex epigr. ap. Suid. h. v. Itaque forte ap. Schol. legendum eſt: ἐσὶ γὰρ Ἀθηνᾶ ἡ σώτειρα λεγομένη. Nam ad Cererem hoc non pertinere docet v. 385. *Duck.* Nam h. l. iubentur Σωτείραν celebrare, infra aliud carmen in Cererem canere.

382. ἐς τὰς ὥρας. In Theſm. 959. ἐκ τῶν ὡρῶν ἐς τὰς ὥρας. *Bergl.* Caſaub. ad Athen. p. 112. interpretatur: *in ſingulos annos, quotannis. Reisk. in poſterum tempus*, quo ſenſu eadem phraſis accipitur Nub. 562. *Kuſt.*

383. Θωρυκίων. Nam iſte hoſtibus fauebat, 365. *Bergl.*

385. In Bergl. et al. praemittitur Χο. recte. — ἕτερ. ὕμν. ἰδέαν. Qui in Cererem hymni dicti vulgo, vt ad Callim. ex Athenaeo monui p. 3. et 649. [p. 28. 157. et 732. ſ. T. II. Ern.] ὅυλοι et Δημητριακοί, quod οὖλος et ὅουλος dicerentur colligati hordei manipuli. *Spanh.*

Καρποφόρον βασίλειαν. Prius epitheton, nempe deae *frugiferae* in numis et in lapidibus antiquis dictae familiare: βασίλειαν vero, non vt vulgo pro *regno*, ſed pro *regina* dixit Homeri exemplo Od. η, 241. et Eurip. Med. 445. βασίλεια κρείσσων *regina potior*, et iam ante Herodot. I, 11. ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι, *quoties regina*, Lydorum nempe regis vxor, deum *vocaret*. Immo quod Attice dictum notat Eumoeris Ms. [Moeris p. 96.] βασίλειαι Ἀττικῶς· βασίλισσαι, Ἑλληνικῶς *x*). Quamquam βασίλισσαν dixerint etiam Attici, vt Demoſth. adu. Neaer. *y*)

---

v) Add. Spanhem. ad Call. h. in Cer. 133. I. C. Schlaegeri Comm. de diis hominibusque ſeruatoribus ex numis atque marmoribus vetuſtis, Helmſt. 1757. 4. p. 22. Eckhel. Num. vet. Tab. XIV. 5. p. 242. ff.

x) Ap. Moer. editum: βασίλειαν - βασίλισσαν. add. intpp. Tho. M. h. v.

y) Quae tamen oratio Demoſthenem non habet auctorem.

p. 737. ſicut vulgo graeci auctores. Vnde prout *Auguſti* ſ. *Romani* Imperatores vulgo a Graecis Βασιλεῖς et Auguſtae Βασίλισσαι itidem ab iis nuncupantur, et quomodo Hadriani vxor Sabina dicitur in vet. inſcr. ap. Spon. Itin. p. 223. T. II. ΣΑΒΙΝΑΝ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝ. Mitto *βασιλίδα* etiam de *regina* dictum quum alibi, tum aliquoties ap. Ioſeph. Bell. Iud. I, 17. p. 754. et 758. Ap. Aeſch. vero Perſ. 591. *βασίλειχ ἰσχὺς regias vires* notat. *Spanh.*

386. Aldina et ſequaces non habent HM. praemiſſum. Farrei autem Ed. habet. *Bergl.* In membr. praefixa huic verſui perſona *ἡμίχορος*, quam omittunt tres alii. Eam iam adpoſuerat Zanettus. *Brunck.* Haec (386 — 95.) item ſatius eſt digeri in ſtropham et antiſtropham. Non diſtinguendum poſt *χορόν*, ſiquidem conſtructio verborum ſic procedit: *καὶ σῶζε (τοῦτο) καὶ τὸν σαυτῆς χορόν με παῖσαί τε καὶ χορ. ἀσφ. παν. Hotib.*

387. *συμπαρασάτει.* Supra Plut. 326. *συμπαρασάται ἔσεσθε praeſto adſitis.* et quae ibi noto. *Spanh.* Aeſch. Agam. 1088. *ἥ δ' αὖτε δυσφημοῦσα τὸν θεὸν καλεῖ, οὐδὲν προσῆκον' ἐν γόοις παρασατεῖν.* In Sept. c. Th. 675. *οὐτ' -- οἶμαί νιν (τὴν Δίκην) αὐτῷ συμπαρασατεῖν πέλας*, vbi Schol. *βοηθῆσαι auxiliari. Bergl.* [Idem in alia not. Pluti v. 326. laudat.]

390. (Kuſt. 391.) Dubium videtur, vtrum *τὸ παῖσαι* a *παίω*, an a *παίζω* hic deducendum ſit, quoniam vtraque vox de illis, qui choreas agunt, dici poteſt. Sed praeſtat tamen a *παίζω* (quod in Fut. non ſolum habet *παίξω*, ſed etiam *παίσω*) eam deducere, quoniam et paulo inferius 410. duo haec coniunguntur *παίζειν τε καὶ χορεύειν.* Vide etiam quae notauimus ad Theſm. 954. *Kuſt.*

391. Reſtituenda haec ſunt, vt ante Inu., cuius codex Rau. iambicos dimetros tollit et alios quoscunque numeros reponit, recte legebantur. *καὶ* ante *σπουδαῖα* in cod. Rau. interpolationi debetur. *γελοῖα* in edd. ante Br. eſt; ille mutauit accentum ex praecepto Atticiſtarum.

πολλὰ μὲν γελοῖα — πολλὰ δὲ σπουδαῖα. Quae nempe iocorum grauiumque ſermonum mixtura, quum in ſolemnibus conuiuiis, vt ap. Xen., Plat., Plut., Athen., Iulianum Caess., tum in feſtis gentilium, et quidem iuxta latas de iis leges, adhibita. Quod de Saturnalibus obſeruat

ab initio Deorum in Caefaribus conuiuii ὁ Πραξιτέλης [Iulianus] indeque fe excufat, quod quum ea die iocandi (παίζειν) facultatem daret deus, ipfe tamen γελοῖον οὐδὲν οὐδὲ τερπνὸν noffet; neque enim a natura aptus ad id foret; fabulam tamen dicturus fit, quae aliquid delectatione et adtentione fimul dignum habitura fit. Vnde Silenus poftea Socratis, quem vultu caeteroquin referebat, exemplo petit, vt fibi liceat, ficut hoc ap. Comicum loco, μὴ πάντα γελοῖα λέγειν, ἀλλὰ καὶ σπουδαῖα. Quomodo de Socrate dixerat quoque Galenus de Vfu Part. I, 9. Σωκράτους Μοῦσα μιγνύει ἀεὶ τὴν σπουδὴν ἐν μέρει παιδιᾶς. Vnde in Agathonis conuiuio, cui Socrates quoque intererat, et quod a Platone defcribitur, ab eodem Agathone de eo, quem modo habuerat, fermone dictum legitur p. 197. T. III. [c. 19. extr.] τὰ μὲν παιδιᾶς, τὰ δὲ σπουδῆς μετρίως, καθ' ὅσον δύναμαι, μετέχων. Quam iocis feria admifcendi rationem alibi tangit Plato de Legg. VII. p. 816. ἄνευ γὰρ γελοίων τὰ σπουδαῖα καὶ πάντων τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία μαθεῖν οὐ δυνατόν, εἰ μέλλει τις φρόνιμος ἔσεσθαι z). *Spanh.*

394. Per σκώψαντα hic intelligit Comicus, non qui fcurrilibus iocis plus nimio indulget, feu qui gaudet τῷ σκώπτειν μᾶλλον ἢ δεῖ, vt ait Philofophus Ethic. ad Nicom. IV, 14. vbi mox addit: πότερον οὖν τὸν εὖ σκώπτοντα ὁρισέον τῷ λέγειν ἃ πρέπει ἐλευθέρῳ, ἢ τῷ μὴ λυπεῖν τὸν ἀκούοντα, ἢ καὶ τέρπειν. Quales εὐτραπέλους feu *facetos* et *vrbanos*, alios vero βωμολόχους f. *fcurras* vocari ibidem obtineat. Quomodo a Porphyrio de Lacedaemoniis dicitur, de Abst. III. p. 356. [§. 5. p. 306. ed. de Rhoer. qui cf.] παίζειν καὶ σκώπτειν ἄνευ βωμολοχίας: ac prout fcommata Saturnalibus recepta tradit Lucianus in Crono-Solon. p. 618. T. II. [c. 18. T. III. p. 400. Reiz. vbi v. de varia interpunctione loci]: ἐξέσω, ἢν τις ἐθέλῃ σκώμματος, ita tamen, vt id iam ante promiferat, ne alii fermones in Saturnalibus adhiberentur p. 615. [c. 13. p. 396.] πλὴν εἴ τινες ἀξεῖοι καὶ φαιδροί, σκῶμμα καὶ παιδιὰν ἐμφαίνοντες. Sed quae pridem ad Iuliani Caess. adti-

z) σπουδὴν et παιδιὰν fibi ita opponi, vt *foria* et *lufum* ap. Latt. docuit Fifch. ad Plat. Phaed. 15, 6., inprimisque Ruhnken. ad Tim. gl. Plat. p. 2. f.

gimus p. 325. Ioci autem, quod obiter hic addendum eſt, recepti maxime in ſanctis illis caeteroquin et religioſis adeo Eleuſiniae deae ſacris, in memoriam obſcoenae de Baubone a Cerere viſa et vel e Clem. Alex. ſat notae narrationis *a)*. *Spanh.*

395. *νικήσαντα ταινιοῦσθαι.* Ex h. l. olim ad memoratos modo Iuliani Caess. p. 327. monui, in iisdem gentilium feſtis decertatum, quis potior in dicendis facetius euaderet, eumque vt victorem corona ſ. vitta redimitum. Ad quod illud Horatii retuli II. Od. 12. [18.] *Nec certare ioco b)* etc. *Spanh.*

396. Nulla perſona praefixa huic verſui in codd. In Aldina Semichorus. *Brunck.* Hic (396 — 99.) proodus, proprio metro conſcriptus, ſicut ſimiles verſus 384. ſ. *Hotib.* ὡραῖος dictus h. l. Bacchus *c)*, non vt ſenex ac maturus annis, ſicut Admeti parens ap. Eurip. Alc. 516. *πατὴρ γε μὲν ὡραῖος εἶπερ οἴχεται*, ſed vt annis florens et pulcher, qualis vulgo in antiquis numis et marmoribus conſpicitur: nempe prout apud Catull. dicitur Epith. Thet. 251. *At parte ex alia florens volitabat Iacchus.* Et Ouid. Met. IV, 8. *Tu puer aeternùs et formoſiſſimus*, et a Iuliano in Caess.: *τοῦ Διονύσου καλοῦ καὶ νέου* idem nempe qui *παῖς δ' ἦεν Ἴακχος* in Orphicis ap. Clem. Alex. dicitur Protrept. p. 13. non barbatus proinde, qualis eius effigies in priſcis Thebanorum, Naxiorum, Olympiorum, et Catinenſium numis adhuc cernitur. *Spanh.*

398. *ὁ ξυνέμπορος* (pr. *συνοδοίπορος* Phot. Lex.) ſimpl. h. l. *ſodalis*, ſocius, dicitur.

400 — 414. itidemque illa, quae continentur verſibus 419 — 462., ſtrophica ſunt, quorum ſtropha prima

---

a) De iocis et dicteriis, quae in illis feſtis vſitata erant, in memoriam iocorum quibus Iambe dicebatur Cererem lugentem exhilaraſſe, v. Weſſel. ad Diod. S. V, 4. Mitſcherlich. ad Hom. in Cer. 203. Lenz ad Sainte-Croix de Myſt. p. 196.

b) Ibi tamen, propter circumiecta verba, recte *iocum* de ſaltatione ludicra interpretantur.

c) Cui hoc anni tempore feſtum celebratur. *Bergl.* Hi in Bacchum hymni originem omnis comoediae produnt.

et ſecunda, quae quidem incipit verbis: *βούλεσθε δῆτα κοινῇ*, duplices antiſtrophas habent, more Pindarico. cf. 929,— 931. Strophen ſic conſtitues:

Ἴακχε — ἑορτῆς
ἥδιστον — συναπολούθει
πρὸς τὴν θεόν,
καὶ δεῖξον, ὡς ἄνευ πόνου d) π. ὁδ. περαίνεις,

ſeorſim poſitis verbis *πρὸς τὴν θεόν·* nam ita breuiores cuiuscumque generis verſus fines ſyſtematum praeparare adeoque clauſularum loco eſſe ſolent, velut paſſim anapaeſtici monometri, trochaici monometri infra 1029. Pac. 582. vbi ſeorſim ponenda verba *καὶ φυλάξεις* et *ὧν ποθοῦμεν*, monometer catal. Nub 457. dimetri ibid. 1187. anacreontei in longis iambicis, ib. 1306., penthemimeris dactylica poſt hexametros heroïcos Nub. 471. ex noſtra emendatione. Quin Eccles. 930. etiam iambicus monometer ſic venit inter trochaicos. *Hotib.*

402. *ἄνευ πόνου.* Eurip. Bacch. 194. de Baccho: *ὁ θεὸς ἀμοχθεὶ κεῖσε νῷν ἡγήσεται.* Etiam chorus mulierum bacchantium non defatigatur curſu et ſaltationibus, ib. 64. *Ἀσίας ἀπὸ γᾶς ἱερὸν Τμῶλον ἀμείψασα θοάζω Βρομίῳ πόνον ἡδὺν κάματόν τ' εὐκάματον.* Fertur autem ad Indos vsque peruenisſe Bacchus *e). Bergl.*

405. (Br. 402.) Perſona in membr. et in C. *μέρος χοροῦ.* In duobus reliquis *ἡμίχορος.* Vulgo haec alteri

---

d) Perperam Inu. iuſſit *πόνου* verſum ſingularem conſtituere. Debebat potius eſſe:

πρὸς τὴν θεὸν καὶ δεῖξον ὡς
ἄνευ πόνου
π. ὁ π.

Vulgo ſunt quatuor verſus, quorum tertius *πρ. τιθ.* — *ὡς* quartus *ἄνευ π.* — *περ.*

e) Immo alluditur eo, quod pompa Iacchica ſexto Eleuſiniorum die inde a Ceramico Eleuſinem ducebatur, vbi erat templum magnae deae. Praeferebatur Bacchi ſimulacrum, cum myrtea corona in capite, face in manu. Poſt illud geſtabatur myſtica vannus, ſymbolum ſeiunctionis initiatorum et profanorum, tum calathus et cetera inſignia. Poeta haud dubie a feſti illius et ſacri ritibus nonnulla petiit. Via longa, quae Eleuſinem ferebat, dicebatur *ſacra*. Paus. I, 36. Senſus verborum eſt: te duce, Iacche, facile longam viam conficiemus. *Conz.*

Semichoro continuantur. *Brunck.* Nimirum omnes verſus a 400—418. vnum vulgo *μέλος κώλων ιή*, cui praefixa perſona Ἡμ. efficiunt.

406. *Φιλογέλως* dictus idem Bacchus a Iuliano in Caess. et eius comites, et eorum exemplo Alexandrini *Φιλογέλωτες* ap. Dion. Chryſoſt. Or. XXXII. p. 379. appellati: immo prout Anacreon Od. XXIV. [8. f.]: *παίζω, γελάσω, χορεύσω Μετὰ τοῦ καλοῦ Λυαίου·* et *ἐγερσιγέλωτι Λυαίῳ riſum excitanti Lyaeo* ſ. *Baccho* Anth. I, 147. ep. 23. [Paul. Silent. XL, 1. T. III. p. 83. Br. Anal.]. Demetrius vero Poliorceta, vti et Sylla *Φιλογέλωτες* ap. Athen. dicti XIV. p. 614. f. De adnotatis vero Schol. ad hunc Comici locum, et quae caeteroquin ab eius explicatione ſunt aliena, praeter ea, quae opportune hic monuit Kuſterus, vide quae ad Argum. huius fabulae diximus. *Spanh.* *σὺ γὰρ κατεσχίσω.* Scholia *διὰ σὲ κατεσχίσθη, propter te laceratus eſt calceus.* Nempe quia in Bacchi feſto agebantur comoedíae, in quibus chorus ſaltabat. *Bergl.* At agitur de Eleuſiniis ſacris et pompa Iacchi. Verſus vulgo deſcripti aliter, vt Inu. iam monuit.

407. Strophae primae antiſtropha prima legendum, maxime metri cauſa: *κἀπ' εὐτελείᾳ τόν τε σανδαλίσκον. Hotib.* *τὸν σανδαλίσκον* omiſſum hic ab interprete, quod de vili calceamento, eoque muliebri, vulgo *ſandalio*, dici ſat liquet. *Spanh.* Nimirum videntur eorum qui pompae intererant, ſandalia et veſtimenta lacerata per luſum iocumque eſſe. Tribuitur autem Iaccho, quod per licentiam huius pompae cum Iaccho fiebat, vnde etiam effeciſſe (*ἐξευρεῖν*) dicitur, vt impune ludere et tripudiare poſſent. *ῥάκος* de vili et lacero pallio dicitur. *ἐπὶ γέλωτι κἀπ' εὐτ.* reddunt *ad riſum vsque et ad vilitatem f)*; immo: ita vt riſus exiſteret et viles videremur. *γε* ante *ῥάκος* in nullo

---

add. Sainte-Croix de Myſt. vett. p. 193. ſs. Meurs. Eleus. c. 27.

f) *ἐπ' εὐτελείᾳ.* Thucyd. VIII. ſub init. [c. 1. extr.] *τῶν τε κατὰ τὴν πόλιν τι ἐς εὐτέλειαν σωφρονίσαι et quaedam res in vrbe contrahere ad exilitatem* [immo *εὐτέλειαι* ibi de *ſumtibus minoribus impendendis* in publicas res dicitur]. Dicitur etiam *πρὸς εὐτέλειαν.* v. ad Au. 806. *Bergl.*

alio cod. et ed. praeter Inu. additum. Exſpectari potius poterat *καὶ τόδε ῥάκος*, aut *τὸ ῥάκος* ſimpliciter.

410. (408. Br.) Codices omnes rurſus praefixam habent Semichori perſonam. *Brunck.* Iungenda ſunt verba *παραβλέψας κατεῖδον μειρακίσκης τιτθίου προκύψαν. παραβλέπειν* eſt oblique intueri (auf die Seite ſchielen), *τι* autem non ad *τιτθ.* pertinet, ſed eſt, aliquo modo.

412. Idem dicit aliis verbis Euripides Or. 834. *Φαρέων μαζὸν ὑπερτίλλοντ' ἐσιδών, ex veſtibus videns mammam eminentem. Bergl.*

414. E nullo alio libro, praeter Rau., notatur *διαῤῥαγέντος* et omnes tuentur *παραῤῥαγέντος*, quod exquiſitius. Vt autem *διαῤῥαγῆναι* eſt diſcindi, ita *παραῤῥαγῆναι* ex altera parte ſcindi (auf der Seite aufgeſchlitzt werden). Ita potuit *προκύπτειν* (prominere) mamma.

415. Huic verſui vulgo non praemittitur Semichori perſona, ſed is ſuperioribus adnectitur.

416 — 18. Si me audis, contrahes in duos iambicos ſenarios, quo metro hic, vt ſupra 340 — 42. vti Bacchum et Xanthiam, eſt conſentaneum, dum chorum nondum adorti, quod fit demum 434., inter ſe colloquuntur. Inepte autem *τὸ χορεύειν* ex 409. huc translatum numeros turbat ſententiamque adulterat. Iocoſus iuuenum chorus formoſiſſimam conſpexerat *συμπαίσριαν*, quacum plus facere quam *χορεύειν*, idque adeo, quod v. 550. dicitur, eum cupiiſſe, ſatis indicat *τιτθίου προκύψαντος* commemoratio. Eodem ſenſu Bacchus geſtit *παίζειν* cum illa. Locus ſic ſcribendus:

Διόν. Ἴαχχε Φιλοχορευτά, συμπρόπεμπέ με·
ἐγὼ δ' ἀεί πως Φιλακόλουθός εἰμι, καὶ
παίζειν μετ' αὐτῆς βούλομαι. Ξανθ. κἄγωγε πρός.

Vt ridicule ſupra 340. Proſerpinam ſeruus inuocauerat, ita hic facetius etiam ſe ipſe compellat Bacchus. Verba *κἄγωγε πρὸς* non Baccho fuiſſe olim attributa, ex Schol. intelligitur. *Hotib.*

416. f. Vulgo vnum verſum efficiunt. Mihi verba *μετ' αὐτῆς* videntur e gloſſemate adſcripto partic. *παίζων* exſtitiſſe et delenda eſſe, vt iambicus ſenarius, ſimilis praecedenti et ſequenti legatur.

420. Et ex h. l. manifeſtum eſt Ranas adſcendiſſe in ſcenam a. 26. belli Peloponneſiaci, vt dictum eſt. Nam eo tempore Ἀρχέδημος προεχηκὼς ἐν Ἀθήναις καὶ τῆς Δεκελείας ἐπιμελούμενος, Ἐρασινίδῃ ἐπιβουλὴν ἐπιβαλὼν etc. quae narrat Xenophon I. [Hell. c. 7. §. 1. vbi v. Schneid.]. Ceterum ad h. l. Scholiaſtes bene notauit, iocum Ariſt. in eo potiſſimum eſſe, quod Archedemus vt extraneus traducitur; et pro ὀδόντας praeter exſpectationem dixiſſe; ſed non notauit alluſionem falſam nominis: nam Φράτορας alludit non ad voc. ὀδόντας (quod ait Schol.), ſed ad Φρασῆρας, qui Φρασῆρες ſunt οἱ γνώμονες τῶν ἡλικιῶν ὀδόντες, vt ait Suid. g); ſed a notatione nominis non eſt dubium, quin ſint dentes anteriores, qui ad loquendum ſunt vtiles, ἀπὸ τοῦ Φράζειν, quod non notauit ille Lexicographus. Illi autem dentes anno ſeptimo naſcuntur. Ideo dicit: ἑπτ. ὧν οὐπ ἔΦυσε (Φρασῆρας debebat dicere, ſed quaſi errans pronunciauit) Φράτορας, et in eo conſiſtit gratia alluſionis. *Palmer.* Exercc. p. 772.

421. Φράτορας vulgo *curiales h)* Athenis dictos conſtat, ſicut Au. 768. et 1668. hic vero adluditur ad voc. Φρασῆρας, qua, iuxta Suid., deſignantur οἱ γνώμονες τῶν ἡλικιῶν ὀδόντες, *indices aetatis dentes*, quaeque facta ſit a v. Φράζω, vt bene hic monuit Palmer. Addam ſolum legi Aeſch. Suppl. 501. Φράτορας ἐγχωρίων *interpretes ex indigenis*, quae propius adhuc accedit ad voc. Φρασῆρες et ad vtriusque originem a Φράζειν, vnde etiam Tragici illius Scholiaſtes explicat ibi Φράτορας, τοὺς Φράζοντας *i)*. *Spanh.*

---

g) Si pro Φράτορας dixiſſet Φρασῆρας, ſenſus eſſet: *qui ſeptennis nondum produxit dentes aetatis indices;* ſed quia vult tanquam peregrinum perſtringere Archedemum, ex inopinato Φράτορας dixit pro Φρασῆρας. v. Suid. V. Φρασῆρες. *Bergl.* Praeter exſpectationem pro Φρασῆρας. V. Suid. et Meurs. Gr. Fer. in Ἀπατούρια. Cf. not. ad Au. 1669. Archedemus, de quo hic agitur, Eraſinidis accuſator fuit. v. Xen. Hell. p. 41. ed. Lips. *Brunck.*

h) Alii Φράτορα curionem, Φρατρίας curiales dictos eſſe volunt. v. Ignarra de phratr. p. 55. qui p. 63. ſs. de phratoribus Athh. copioſius egit.

i) Alluditur hic ad morem initiatorum, qui, ſi ad pontem Cephiſſi venerant, ſpectatorum dicteriis acerbiora regerebant,

423. Νεκρούς vocat Athenienſes, propterea, quod rem tunc male geſſerant. V. Schol. ad h. l. Musgrau. ad Soph. Oed. R. 44. *Hotib.* Loquitur ex ſententia mortuorum, quaſi apud inferos demum ſint viui, apud ſuperos autem, ſiue in terris, mortui, et videtur mihi reſpexiſſe ad illud Eurip.: *τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν,* quod v. 1518. profert Comicus et v. 1114. *Bergl.*

424. *k)* *τὰ πρῶτα.* Lucian. in Timone [c. 55. T. I. p. 172. Hemſt.]: *ἀλλὰ καὶ κολάκων ἐσὶ τὰ πρῶτα* (primarius). Gorgias Encom. Hel. [p. 92. ed. Reisk. T. VIII. Orr. Grr.] *ὅτι μὲν οὖν Φύσει καὶ γένει τὰ πρῶτα τῶν πρώτων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἡ γυνὴ περὶ ἧς ὁ λόγος, οὐκ ἄδηλον οὐδ' ὀλίγοις.* Heliod. X. p. 472. [p. 356. ed. Mitſcherlich. Scrr. erott. Gr. T. II.] *οὐ γὰρ ἐγχωρίους μόνον ἀλλὰ καὶ γένους τοῦ βασιλείου τὰ πρῶτα καὶ ἐγγύτατα.* Eurip. Or. 1247. *Μυκηνίδες, ὦ φίλαι, τὰ πρῶτα κατὰ Πελασγικὸν ἔδος Ἀργείων.* Theocr. Id. XV, 142. paullo aliter idem dicit: *Οὐ Πελοπηϊάδαι τε καὶ Ἄργεος ἄρα Πελασγοί.* Lucret. I. [86. vbi v. intpp.] *ductores Danaum delecti, prima virorum. Bergl.* V. quae de hac formula notaui ad Eurip. Or. 1251. Verſum hunc laudauit nuper ad Soph. El. p. 28. Pariſinus Profeſſor (Vauvilliers), cuius e longa errorumque et taedii refertiſſima nota ridicula quaedam protuli ad Thesm. 56. Sed non animaduertit verſum eſſe trimetrum iambicum, cuius in prima ſede trochaeus ſtare non poteſt, et proinde mendoſum eſſe *κἄξει* [vt olim lectum]. Quod tironum infimus vltro repoſuiſſet *κἄξειν*, eſt in Reg. membr. Hoc primum. Deinde quum quid apud poëtas interſit inter *πρῶτα* et *τὰ πρῶτα*, non in-

---

ita, vt qui ceteris in hoc genere excelluiſſet, tanquam victor taenia redimiretur. De origine moris Diod. S. V, 4. vid. Archedemus autem, vtpote peregrinus, nulli phratriae erat adſcriptus, quibus phratriis legitimi filii Athenn., iam pueri, feſto Apaturiorum inſcribebantur. Idem Eraſinidem de peculatu et neglectis officiis accuſauit. v. Xen. Hell. I, 21. *Conz.*

k) Quod hic notat Schol., comice dici *μοχθηρίας* pro *δημαγωγίας ἢ πολιτείας*, tradit itidem ad ſuperiora Comici verba Suidas. *Spanh.*

telligat, eaque promiſcuae ſignificationis eſſe putet, ostendit ſe graeci ſermonis proprietatis tam peritum eſſe quam prosodiae et metrorum. At vero *γνωσθήσεται τάχα Παρισίνοις, οἷα διδάσπει τοὺς ἀνοήτους.* Quando ap. Aeſch. Prometheus ait, *μέμψιν οὔ τιν' ἀνθρώπων ἔχων,*

οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες ἔβλεπον μάτην,

in enumeratione miſeriarum humani generis, quas ſublevauit, iſtud *πρῶτα* valet *primum*, et ſic in plerisque aliis, quae nullo iudicio aduocat exemplis. Hac ſignificatione *πρῶτα, ταπρῶτα,* vt *πρῶτον, τοπρῶτον,* promiſcue adhibentur. Sed vbi memoratur quispiam *in aliqua re excellens, principatum tenens alicuius rei*, iam dici non poteſt *πρῶτα εἶναι, πρῶτα ἔχειν,* ſed articulum *τὰ* omnino requirit graecae linguae ingenium. Sic Medea [immo Iaſon] filiis ſuis dicit ap. Eurip. [Med. 912. f.] *οἶμαι γὰρ ὑμᾶς τῆσδε γῆς Κορινθίας τὰ πρῶτ' ἔσεσθαι* — Diphilus ap. Stob. Floril. Grot. p. 137.: *ὃς δ' οὔτ' ἐρυθριᾶν οἶδεν οὔτε δεδιέναι Τὰ πρῶτα πάσης τῆς ἀναιδείας ἔχει.* Quod non minus vere de aliquo dici poſſet, qui eruditis quibusuis obloqueretur, de rebus temere disputans, quas tam perſpectas haberet, quam coecus colores. Si quis poëta aliter ſcripſiſſe comperiatur, vim ſibi a metri neceſſitate illatam ipſe linguae fecerit, quod illi quidem ignoſcendum eſt, vt et noſtris multa condonamus; ſed rarius admiſſae culpae vim certiſſimae legis non labefactant. Praeterea diſtinguendae poëtarum aetates, vt et carminum genera; maxime autem mendae ſuſpicione vacare debent exempla. In Eurip. fragm. ex inc. Trag. XII. ap. Musgr. poëtae non agnoſco manum. Stobaei ed. Tigur. et cod. Reg. habent: *τὸ σκαιὸν εἶναι πρῶτ' ἀμουσίαν ἔχει.* In iis quae ap. Tragicum ſequebantur, ab excerptore omiſſis, alia proponebantur incommoda imperitiae, quorum in illis verſibus inſtitui coepta enumeratio, vbi *πρῶτα* eadem ſignificatione poſitum, qua in Aeſchyli verſu, *οἳ πρῶτα μὲν, βλέποντες ἔβλεπον μάτην.* Varia lectio e praua neſcio cuius emendatione falſae interpretationi locum dedit. Hemſterhuſium laudaui ad iſta Mercurii ad Timonem verba ap. Lucian. p. 147. *πλούτει πάλιν καὶ ἴσθι Ἀθηναίων τὰ πρῶτα.* V. virûm eumdem doctiſs. ad Xenoph. Eph. in Miſc. Obſs. T. V. p. 38. Valcken. ad Herod. p. 484, 47. Abreſch. ad Aeſch. p. 236. vbi exemplorum affatim. *Brunck.*

425. τὸν Κλεισθένη δ' ἀκούω *l)*. Ad h. l. respexit Schol. Theocr. ad Id. V, 43. sed qui male Cleonem pro Clisthene substituit. *Kust.* et *Brunck.* Schol. Theocr. l. l. hunc locum non recte exponit, quo nomine eum reprehendit Heins. Lect. Theocr. c. 9. *Duck.* In tribus codd. scriptum τὸν Κλεισθένους *m)*. In C. τὸν Κλεισθένην et superscripta glossa τὸν Καλλίαν, quae ad alteram lectionem referri videtur: sed mendosa illa est falsaque eius interpretatio. Sermo est de Clisthene illo cinaedo toties a Comicis exagitato, qui fingitur hic amico cuidam suo in monumentis parentare; sed alio sensu ista accipienda sunt, quod docent etiam veteres critici. *Brunck.*

428. Glossae: κόπτομαι *plango*. In Lysistr. 399. ἡ γυνὴ ἐπὶ τοῦ τέγους κόπτεσθ' Ἄδωνιν φησίν, vbi v. Not. *Bergl.*

429. (426.) κἄκλαε. Sic membr. et C. Vulgo κἀκλαιε, quod minus Atticum est. v. ad 654. *Brunck.*

430. Perperam in membr. Σεβῖνος. Pagus erat Atticae, Ἀναφλυσος dictus, de quo vid. Meursius. Sed vt fictum est viri nomen Σεβῖνος, a βινεῖν deductum, sic in gentili nomine allusio est ad obscoenum verbum ἀναφλᾶν. Idem iocus est in Conc. 979. *Brunck. n)*. Brunkius pro ἐστὶν (vt in edd. ante Br.) edidit ἔς', et pro senario lectoribus suis quinarium venditauit. Sed legendum — ἐστὶν Ἀναφλύσιος, et loca ita capienda, ac si scriptum esset τὸν ξένον, τὸν Ἀναφλύσιον. *Porson.* ad Eurip. Or. 1645.

---

l) Vt mulieres solebant in funere sibi crines vellere et genas lancinare et plangere, ita hic Clisthenes dicitur facere mortuo Sebino Anaphlystio, quod est nomen fictum viri, quasi qui solitus esset ipsum βινεῖν ἀναπεφλασμένος. *Bergl.*

m) Ita et Elb. Bau. et Rau. (quamquam ex hoc Κλεισθένους adfertur).

n) Nomen (Σεβῖνος) fictum, vt dicit Schol., vnde fit formatum, facile apparet: videtur autem alludere simul ad voc. Σαβάζιος, quod est cognomen Bacchi, qui et ipse est καταφιρής. Ἀναφλύσιος quasi ex pago Attico Anaphlysio oriundus. Sed simul fit allusio ad v. ἀναφλᾶν. Est autem ἀναφλᾶν τὸ αἰδοῖον *masturbare* et *arrigere*, vnde ἀναπεφλασμένοι *arrigentes*, Lys. 1101. Abutitur autem voce Ἀναφλύσιος similiter Eccl. 974. Ἀναφλύσιον ζητᾶν τιν' ἄνθρωπον — αὐτὴν τὴ βινοῦντ' — *Bergl.*

432. Sunt huius commatis verſus omnes iambici, inter quos trochaicus immiſceri non debuit. Vulgo legitur τουτονὶ τὸν o) — Recte in B. D. τοῦτον. Vim huius pronominis declarat gloſſa in C. ὃν πάντες ἴσασι δηλονότι. *Brunck.* qui recte τοῦτον recepit.

ἱπποβίνου pro ἱππονίκου. v. Anu. 284. Significat autem vox ἱπποβῖνος nimiam incontinentiam circa vſum Veneris; eam vim habet voc. ἵππος in compoſitione. Schol. τὸ δὲ ἵππος πολλαχοῦ ἐπὶ τοῦ μεγάλου λαμβάνουσιν, Ἱππόπορνε. v. Not. ad Nub. 1066. *Bergl.*

433. Codd. omnes habent κύσθου, vt recte emendatum fuit in nouiſſima Bataua. Antea legebatur κίσθου. *Brunck.* Veram (κύσθου) ſolus noſter codex (Elb.) exhibet lectionem. Ita autem legendum eſſe apparet ex Schol. ad 504. vbi locus hic laudatur, et Euſtath. ad Il. ι, 193. dum explicat voc. ταφών, vbi παρὰ τῷ Κωμικῷ κύσθου ἢ κύσου λεοντῆν dici aſſerit. Atque hic ſcribi iuſſit etiam Kuſt. p). *Trendelenb.* Vertit locum Brunkius: *Quin et Calliam aiunt, iſtum Hippobini filium, cunni leonina indutum decertare praelio nauali.* In quo ne mica quidem ſalis. Vide an haec proficiant: κύσθῳ λέοντα ναυμαχεῖν ἐνημμένον, ὡς intellecto in λέοντα, ellipſi Noſtro perquam vſitata. v. Schol. ad Plut. 295. 314. item infra 1017. 18. Lys. 928. Τὸ ναυμαχεῖν, qua tunc omnium in ore erat propter praelium ad Arginuſas, ad rem obſcoenam transtulit. Caue autem cogites de archonte Callia, cuius auſpiciis docta eſt haec fabula Ol. XCIII, 3. belli Pelop. a. 26. quamquam, recte eum tangi, haud negarim. Certe Hippobinus hic non magis, credo, in viuis fuit, quam Sebinus ille 430. *Hotib.*

434. ἔχοιτ' v. ad Plut. 960. *Bergl.* Alloquitur Dionyſus chorum. Non poſt νῷν debebat comma in ed. Lips.

---

o) Verſus mendoſus eſt. Nam ι paragogicum cum longum ſit, facit in prima ſede amphimacrum, qui verſum iambicum non ingreditur. Sunt autem omnes hi verſus trimetri ἐφθημιμερεῖς, vt notat Schol. ad principium huius ſtroph. 419. Puto legendum τοῦτον. Ap. Suid. V. Ἱππόπορνε ſolum legitur τὸν Ἱπποβίνου, nec monent editores, aliter apud poetam legi. *Duck.*

p) Scribe κίσθου λεοντῆν, prout recte hic legit Euſtath. ad Il. I. p. 716, 16. ed. Rom. v. etiam Schol. ad 504. vbi locus hic citatur. *Kuſt.*

relinqui, ſed poſt Πλούτων' poni. Olim recte poſt νῷν ſe habebat, quum Πλούτων ὅπου — ſequeretur.

435. In cod. (E.) ſcriptum Πλούτων', ſeruato eleganti Atticismo. Repone: ἔχοιτ' ἂν οὖν φράσαι νῶν Πλούτων', ὅπου 'νθ. ο. Nihil magis vſitatum graecis ſcriptoribus, quam verbis *dicendi, cogitandi, ſentiendi*, accuſatiuum ſubiungere perſonae vel rei, quae ſubiectum eſt ſequentis verbi. Atticismum id ſchema appello, quia Atticis fuit valde adamatum: nam Homero, Pindaro et optimis quibusque fuit frequentatum. Sic Il. β, 409. ἤδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο. Exempla quaeuis Comici pagina offert. Nub. 145. ἀνήρετο ψύλλαν ὁπόσους ἄλλοιτο τοὺς αὑτῆς πόδας. Conc. 1125. φράσατέ μοι τὸν δεσπότην, ὅπου 'ϛί. Lys. 769. λέγ' αὐτὸν ἡμῖν ὅ τι λέγει, pro, λέγ' ἡμῖν ὅ τι λέγει αὐτός. Latinis Comicis nihil eadem conſtructione frequentius. Sic Plaut. Rud. *eam veretur ne perierit*, pro, *veretur ne ea perierit*. *Brunck.* in Suppl. *q)*.

437. (434. Br.) Tribus verſiculis iambicis percontatur Bacchus, quorum duo primi dimetri ſunt [catalectici], tertius ſenarius. Totidem paribus verſiculis conſtat chori reſponſio. μακρὰν pes eſt iambus. Huius aduerbii, vt et alius eiusdem familiae, ἄγαν, vltima apud poëtas Atticos ſemper producta obſeruatur; qua de re alibi agam. Quippe noui aliquem, qui his in rebus nihil certi ſe videre profitetur, a quo grandem me ſolidamque initurum gratiam confido, ſi gramias, quas in oculis habet, purgauero. *Brunck.*

440. αἴροι' ἂν [vt Br. edidit] perſpicue tres codd. In C. forma etiam verbi media, ſed ſine eliſione αἴροιο ἄν. Vulgo αἴροις, quod mendoſum eſſe vere pronuntiauit, multisque exemplis ostendit Daweſius p. 237. *r)*. αἴροι' ἂν etiam cod. Reg. quartus (E.) cum gloſſa λάβοις ἄν *s)*.

---

q) Add. van Heusde Spec. in Plat. p. 51. ſ.

r) P. 235. ed. nou. vbi docet, Medium αἴρεσθαι tantum ita vſurpari.

s) Eodem modo et cum eadem gl. Ms. Barocc. 127. ap. Burgess. poſt praef. ad Daw.

Brunck. αἴροι in Elb. Peſſime corruptus eſt ſenarius in ed. Lips. aut ita reſtituendus: αἴροι' ἂν αὖθις αὖ γε, παῖ, τὰ ϛρώματα, (quamquam in hac Br. lectione displicet γε), aut cum *Hotib.* ſcribendus, vt reſpondeat v. 437. αἴροι ἂν αὖθις αὖ, παῖ, nam verba τὰ ϛρώματα ei videntur ex interpretamento acceſſiſſe. Alloquitur autem Dionyſus ſeruum, qui ſarcinas depoſuerat.

442. Διὸς Κόρινθος ἐ. τ. ϛρ. De illis, *qui eadem verba iterant et identidem repetunt*, prouerbio dicebatur ὁ Διὸς Κόρινθος, quod nunc vſurpat, quia quum ſemel ſupra 165. ad ipſum dixerit Bacchus: σὺ δὲ τὰ ϛρώματ' αὖθις λάμβανε, nunc iterum dicebat 440. αἴροι' ἄν etc. Vtitur hoc prouerbio Pindarus Nem. VII. in fine *t*): ταυτὰ δὲ τρὶς τετράκις τ' ἀμπολεῖν, ἀπορία τελέθει, τέκνοισιν ἅτε, μαψυλάκας Διὸς Κόρινθος, *eadem ter quaterue repetere et inculcare, velut parentes filiolis ſolent, inopia verborum eſt, et nugator Iouis Corinthus.* Originem prouerbii talem tradunt fuiſſe: Quum aliquando Corinthiorum legatus apud Megarenſes, colonos Corinthiorum, minaciter expoſtularet, quod a conditoribus ſuis defeciſſent, et aliquoties diceret: δικαίως ϛενάξοι ὁ Διὸς Κόρινθος, εἰ μὴ λάβοι δίκην, tunc Megarenſes iratos ei verbera intendiſſe et dixiſſe: παῖε, παῖε τὸν Διὸς Κόρινθον. Haec ex Schol. Pind. et Ariſt. In Pindari Scholiis alia etiam traditur origo: nempe mendicum aliquem olim conſuluiſſe oraculum Iouis Dodonaei de Corinthi regno inuadendo, et reſponſum tuliſſe, ipſum tunc potiturum regno, cum quis ei daret glebam terrae, deinde mendicantem eum in Corintho petiiſſe a ruſtico quodam panem, qui ei glebam dederit; quumque vſus eſſet felici ſucceſſu in occupando regno, eum vrbem vocaſſe *Iouis Corinthum*, propter oraculum illud Iouis. Sed haec non tam originem prouerbii docent, quam cur *Corinthus* dicatur *Iouis*. V. Erasmum [p. m. 198. et 678.]. Opportune autem de ſtragulis dixit hoc proverbium Comicus, quia Corinthiaca ſtragula celebrabantur; Antiphanes Comicus ap. Athen. I. p. 27. ἐξ' Ἡλιόδος μά-

---

t) Prouerbium ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ συνεχῶς λεγόντων. De eius origine diuerſa tradunt vett. Grammatici, quae apud paroemiographos collecta videas. Conc. 827. Eo Nemeon. VII. concludit Pindarus. *Brunck.*

γειρος, ἐξ Ἄργους λέβης, Φλιάσιος οἶνος, ἐκ Κορίνθου ῥώμματα. *Bergl.*

443. *v)* fs. Hisce vt ſua metra conſtent, facillimis mutationibus ita ſcribes:

χωρεῖτέ νυν, ἱερὸν κύκλον θεᾶς, ἀνθοφ. ἀν' ἄλ-
σος στροφή.
παίζοντες, οἷς μετουσία θεηφίλοῦς ἑορτῆς·
ἐγὼ δὲ σὺν ταῖσιν κόραισιν εἶμι καὶ γυναιξίν, ἀν-
τιστρ.
οὗ πανυχίζουσιν θεαί, τὸ φέγγος ἱερὸν οἷσων.

Verſus iambici tetram. catal., Comico vſitatiſſimi, quorum primo θεᾶς metri cauſa μονοσυλλάβως pronuntiandum eſt, vt paſſim. *Hotib.* Huic verſui praefixa in cod. (E. f. quart. Reg.) nota χορός. Verſui 448. (452. Lips.) praefixa nota ἡμίχορος, eique ſemichoro continuantur vsque ad finem omnia, vt in mea edit. *Brunck.* in Suppl.

444. ἱερὸν ἀνὰ κύκλον. Hoc pertinet ad choros cyclicos ſaltantium in ſacris. v. Spanhem. ad Call. h. in Dian. 267. *x*). *Duck.* Hunc Comici locum adduxi inter alia in Obſs. ad Call. p. 313. [365. ed. Ern.], quo choreas circa deorum aras, aut alibi *in orbem* agi ſolitas illuſtrarem, qualesque inde κύκλιοι et κυκλικοί, item εὔκυκλοι χοροί, eorumque magiſtri κυκλιοδιδάσκαλοι, de quibus ibid. ad Battiadem, et iam ante p. 292. [342.] pluribus agimus, indicatis etiam antiqui illius ritus in veteri foedere veſtigiis. Vnum addam, apud Comicum a choro mulierum huius etiam Cereris ſacris operantium ſimiliter dictum Thesm. 763. χώρει κοῦφα ποσίν, ἅγ' ἐς κύκλον· χειρὶ σύναπτε χεῖρα, ῥυθμὸν χορείας. *Spanh.* In Auu. 1379. τί δεῦρο πόδα σὺ κυλλὸν ἀνὰ κύκλον κυκλεῖς; *Bergl.*

445. ἀνθόφ. ἀν' ἄλσος. Supra ad 376. *Bergl.* 446. οἷς μετουσ. — Plut. 630. οἷς μέτεστι τοῦ χρηστοῦ τρόπου. *Bergl.*

448. (444. Br.) ἐγὼ δὲ — Hic et tres ſeqq. verſus Baccho vulgo tribuuntur, perquam abſurde. In tribus

---

v) V. 443. et 44. vulgo vnum conſtituunt verſum.

x) Intelligit *choream*, quae in orbem fieri ſolebat, vt pluribus docuimus ad Plut. 761. *Kuſt.*

codd. eidem ſemichoro continuantur, nec vlla diſtinctio in membr. fuerat; ſed poſtmodo inter lineas ſcripta perſona, quam minime exſpectes, *ἱερεύς*. Sacerdotis etiam, neſcio illiusne, qui ſupra cum Baccho colloquebatur, an cuiusuis alius, meminit idem librarius ad v. 382. (384.), cui praefixa in membr. perſona *ἡμίχορος ἢ ἱερεύς*. Poſitam hic ab Aldo Bacchi perſonam ſuſtulerunt Bern. Iunta et edd. Veneti. Quod autem v. 440. (443.) et 448. (452.) perſonam praeſcripſerim Semichori, in eo tres codd. conſentientes habeo. In B. nulla perſona eſt: impreſſi chorum habent. Vltimum Semichori comma ad commendationem myſteriorum Eleuſiniorum pertinet, quorum in ſuperioribus plurimi adumbrati ritus. Credebant veteres Graeci, ſolos initiatos poſt mortem in fortunatorum ſedes admitti, qua de re vid. Brodaeus ad Crinagorae Epigr. Anthol. p. 56. et Meurs. Eleuſin. c. 17. 18. *y*). *Brunck.*

450. *Θεᾷ*. Hanc ſcripturam vulgatae *Θεαὶ* praetulerunt etiam *Höpfn.* et *Conz.* qui vertit: zur Stätte der Nachtfeyer der Göttin. Francog. interpres vertit, ac ſi *Θεαῖς* legatur: dans le lieu, où elles ſe raſſemblent la nuit pour honorer les déeſſes.

451. *Φέγγος ἱεροῦ οἴσων*. Quomodo huius Bacchi cum face ſignum in templo Cereris Athenis conſpici obſeruat Pauſanias I. p. 4. *z*). *Spanh.*

452. *χωρῶμεν*. Supra ad 376. *Bergl.* Ms. Vatic. U. hic ponit Ἡμίχ. i. e. *ſemichorum* [pro olim vulg. ΧΟ.]. Sed nihil intereſt, vtrum chorus integer, an vero dimidia tantum eius pars haec loqui ſtatuatur. *Kuſt.* Vulgo haec ſtrophe dicitur et inde a 457. *μόνοις* etc. antiſtrophe incipit, quae vulgo et ipſa ſex eſt verſuum.

457. Brunk. reddit: quas (choreas) beatae Horae quotannis reducunt. Horas etiam praegreſſi interpp. induxerant. Rectius *Hoeras* ſeruauit *Conz.*, quae omnino diſpenſatrices fatorum celebrantur. Neque de quotannis inſtitutis myſteriis quidquam dicitur, ſed ſenſus eſt: quam

---

y) Add. Mart. Gfr. Herrmann Feſte von Hellas T. I. p. 510. ſs.

z) Iacchi ſignum cum face ibi memoratur I, 2, 4. vbi cf. Fac. p. 9.

(choream) felici fato inſtituimus. De ſaltationibus, die quarto Ieuſiniorum maiorum in prato florido inſtitutis cf. Ste. Croix p. 190.

458. *Coray* in Σημειωσ. ad Heliod. T. II. p. 290. *ἔστι γὰρ ἐνταῦθα τὸ Ἥλιος καὶ Φέγγος, οὐχ ὡς ἄν τις ὑπολάβοι τὸ τοῖς Γραμματικοῖς καλούμενον Ἓν διὰ δυοῖν σχῆμα, ἀντὶ τοῦ, Ἡλίου Φέγγος, ἀλλὰ, ἥλιος καὶ σελήνη, ἢ ὥσπερ ἡ συνήθεια λέγει, ἥλιος καὶ Φεγγάριον.*

Memorabilis omnino hic locus, quo ſolis in hac vita Initiatis, quique, dum ea fruerentur, pie et beneuole cum ciuibus exterisque vixerint, fato dein functis Sol iucunde ac perpetuo lucere in Inferis ſ. in Beatorum apud eos campis, dicitur. Quod iam ſupra de eadem Initiatorum ſede dictum ab Hercule vidimus v. 155. Quomodo, non iuxta Graecorum ſed veterum prophetarum et ipſam dein Chriſti ſeruatoris theologiam, de Beatis poſt hanc vitam dicitur ab Eſai. LX, 20. *Non occidit vltra Sol tuus, quia erit tibi dominus deus in lucem ſempiternam:* et Matth. XIII, 43. *Tunc iuſti fulgebunt, ſicut ſol in regno patris eorum.* Quam in rem caeteroquin ſeu de Initiatorum poſt hanc vitam et in inferis, iuxta Graecorum ſcita, felicitate illuſtria ſunt et hisce Ariſtoph. conſentanea Sophoclis ap. Plut. de aud. Iuu. poetis verba p. 21. [c. 4. p. 30. vbi cf. Krebs. p. 159.] *a*).

— *ὡς τριςόλβιοι*
Κεῖνοι *βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη*
Μολῶσ' ἐς ᾅδου· τοῖςδε γὰρ μόνοις ἐνεῖ
Ζῆν ἐσι· τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐνεῖ κακά.

Vnde ab hoc ipſo Comico dicitur Pac. 374. Δεῖ γὰρ μυη θῆναί με πρὶν ἢ τεθνάναι. Plato Phaedon. p. 82. T. I. [c. 29. extr. p. 338. ed. Fiſch. qui cfr.] *ὥσπερ δὲ λέγεται κατὰ τῶν μεμυημένων, ὡς ἀληθῶς τὸν λοιπὸν χρόνον μετὰ θεῶν διάγουσα*, nempe *ψυχή*. Adde Anthol. I, 28. ep. 3. [T. I. p. 116. Anth. gr. ed. de Boſch. ſ. Crinag. ep. 30. T. II. p. 148. Brunk.]

Τῶν ἄπο καὶν ζωοῖσιν ἀκηδέα, κ' εὖτ' ἂν ἵκηαι
ἐς πλεόνων, ἕξεις θυμὸν ἐλαφρότερον. *Spanh.*

459. *Φέγγος ἱλαρὸν* [vt ante Inu. lectum]. Paulo ante [451.] dixit *φέγγος ἱερόν*· quamuis et ibi a quibus-

a) Cf. Brunk. ad Soph. Fragmm. inc. n. 58.

dam *Φέγγος ἱλαρὸν* iam olim lectum esse, Schol. testetur *b*). *Kust.*

460 — 62. Haec vulgo in quatuor versus descripta sunt.

461. *εὐσεβῆ τε διάγομεν* [sic] *τρόπον*. Notabilia quoque sunt haec verba, quibus ea Solis et iucunda quidem post hanc vitam luce soli fruituri dicuntur, qui initiati pie seu benigne et iuste cum ciuibus iuxta et exteris vixerint. Nempe quod potiori vtique iure a Seruatore dictum Matth. V, 7. *Beati misericordes. quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Quomodo vox *εὐσεβὴς* eodem sensu vsurpatur ab Argiuorum rege ad Danaidas ad se ex Aegypto profugas ap. Aesch. Suppl. 644. *πῶς οὖν πρὸς ὑμᾶς εὐσεβὴς ἐγὼ πέλω*; ac v. 423. *γενοῦ πανδίκως εὐσεβὴς πρόξενος ἔστο iuste pius* s. *misericors, peregrinorum curam gerens*, non *hospes*, vt postremam vocem vertit interpres: at de qua voce *προξένου* mox. Quod *c*) proinde hic additur de pietate seu beneficentia, quam initiati in hac vita non cum ciuibus solum suis, seu conterraneis, sed cum exteris quoque s. peregrinis egerint, inde potest illustrari, quod Athenienses, diuerso a Lacedaemoniis instituto, patriis sedibus seditione aut bello pulsis, et quidem auctore Solone, iuxta Plutarch. in eius vita p. 95. [cap. 24.] stabilem in vrbe sua sedem et etiam ius ciuium concessisse dicuntur a Thucyd. I, 2. et Strab IX. p. 393. [§. 7. p. 342. T. III. ed. Tzschuck.], atque ita se erga eosdem benefícos et misericordes praestiterint. Vnde etiam id inter eosdem Athenn. ac Lacedaemonios discrimen, quorum postremi *ξενηλασίαις, peregrinorum expulsionibus*, locum darent, non vero Athenienses, qui vrbem omnibus communem exhiberent, tangit alibi idem Thucyd. II, 39. Adde quod constituti inde fuerint Athenis, qui hospitum seu peregrinorum aliunde in vrbem aduenientium curam continuo gererent, et qui *πρόξενοι* inde, vt in Aesch. l. laud., dicebantur. Infra Auu. 1022. *ποῦ πρόξενοι, vbi*

---

b) Male ita Kust. immo Schol. ad 445. docet, h. l. pro *ἱλαρὸν* scribi *ἱερόν*, vt recte vidit *Duck*. Et *ἱερὸν* e suis reposuit *Inu.*

c) Praemissa sunt huic animaduersioni Spanh. in ed. Kust. verba: *παρά τε ξένων καὶ ἰδιωτῶν.*

hoſpitum patroni? vt bene ibi a Kuſtero emendatum video pro altero, quod ibi legebatur, *vbi hoſpites?* Πρόξενοι enim non *hoſpites*, ſed *hoſpitum patroni*, et qui aduenarum curam ſusciperent *d)*, vt docet ibidem Schol.: προξένους ἐκάλουν τοὺς τεταγμένους εἰς τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς ξένους τοὺς ἐξ ἄλλων πόλεων ἥκοντας. Ita Demoſthenes ſe omnium Heracleotarum πρόξενον eſſe dicit adu. Callim. p. 679. [p. 1237. T. II. Reisk.] ἐγὼ δὲ προξενῶν πάντων τῶν Ἡρακλεωτῶν· mox: ἐξ ἀνάγκης γὰρ ἐμοί ἐσιν ἁπάντων τῶν Ἡρακλεωτῶν ἐπιμελεῖσθαι. Quomodo ab Andocide Or. III. p. 267. [p. 91. T. IV. Orr. Gr. Reisk.] Miltiades dicitur exſtitiſſe Athenis Lacedaemoniorum πρόξενος. Etſi ad Demoſth. Midian. notat Vlpianus, quaſi eligerentur demum apud Athenn. προξενοι, qui exciperent ab aliis vrbibus Athenas miſſos; quod firmare inſuper videtur Demoſth. de Cor. [c. 25. vbi cf. Harl.] vbi legatos a Philiſtide miſſos apud Aeſchinem diuertiſſe tradit, καὶ, vt addit, οὐ προξενεῖς αὐτῶν; quod tamen προξένων ap. Athenn. officium latius patuiſſe, docent adducta iam, quibus alia adhuc ſuperaddi poſſent Atticorum auctorum loca. Verum quam in rem, veteris nempe ac celebrati Athenienſium de admittendis et in ciues etiam adſciſcendis peregrinis inſtituti, memorabilia ſunt inprimis regis Seruii Tullii *e)* ap. Dion. Halic. verba Arch. III. p. 147. [c. 11. T. I. p. 436. Reisk.] vbi id Athenienſium exemplo factum a ſe docet, quod ciuitatem Romanam cum quibusuis aduenis communicaret; nempe: ἡμεῖς γὰρ τοσοῦτον δέομεν αἰσχύνεσθαι κοινὴν ἀναδείξαντες τὴν πόλιν τοῖς βουλομένοις, ὥσε καὶ σεμνυνόμεθα ἐπὶ τούτῳ μάλιστα τῷ ἔργῳ, οὐκ αὐτοὶ τοῦ ζήλου τοῦδε ἄρξαντες, παρὰ δὲ τῆς Ἀθηναίων πόλεως τὸ παράδειγμα λαβόντες, ἧς μέγιστον κλέος ἐν Ἕλλησιν ἐστὶ καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ἥκιστα, εἰ μὴ μάλιστα, τὸ πολίτευμα. Sed audiendus adhuc ipſe orator adu. Ariſtocr. p. 485. [p. 661. f. T. I. Reisk.] ἐγὼ νομίζω, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅσοι μὲν τῶν ἡμετέρων ἠθῶν τε καὶ νόμων ἐπιθυμηταὶ γενόμενοι, πολῖται γενέσθαι ἐσπούδασαν, ἅμα τ' αὐτοὺς ἂν τυγχάνειν τούτων καὶ παρ' ἡμῖν οἰκεῖν καὶ μετέχειν, ὧν ἐπεθύμησαν. Vt vel inde ſat liqueat, quo iure

d) Cf. Valcken. Anim. ad Ammon. p. 201. f.

e) Imo, Tulli Hoſtilii.

alibi dictus modo Dionyſius II. p. 89. [c. 17. p. 270. T. I. Reisk.] Athenienſes inter alios redarguat, quod ad retinendam generis nobilitatem nullos illi aut raro ciues admittant. Vt mittam poſtremo *ἰδιώτας* hic opponi *ξένοις*, ac proinde de ciuibus dici, vnde ap. Heſych. *ἰδιῶται, πολῖται.* Infra vero 918. *ἰδιώταις θεοῖς* de *diis* dicitur, quos velut *proprios* ſibique *peculiares* colebat Euripides. Ἰδιώτης alioquin de *priuato* ab Atticis vulgo dictum, et ap. Demoſth. adu. Ariſtocr. p. 412. *ὃς ἂν ἄρχων ᾖ ἰδιώτης. Spanh.*

462. Cod. E. (quart. Reg.) habet, vt eſt etiam in membr. [et in Borg.] *περί τε τοὺς ξένους*, quae ſincera lectio eſt *f)*. Legendi ſunt iſti verſiculi, vt eos exhibui in not. ad Pac. 375. *g)* Graeculo, qui metra declarauit, quum libuiſſet canticum hoc in ſtrophen et antiſtrophen diuidere, is articulum, qui obſtabat, deturbauit, licet hic ſalua linguae indole non magis abeſſe poſſit, quam Eqq. 1074. *Brunck.* in Suppl.

463. Incipit hinc Act. II. ſcena 1. e vulgari deſcriptione. Scena eſt in orco, ante ſores eius. Dionyſus Xanthiam alloquitur, aut fortaſſis etiam chorum, qui ſolus morem domeſticum poterat noſſe.

464. (461. Br.) In membr. *ὑπιχώριοι*, vt infra 967. *h)* *ὑμοί*, pro *οἱ ἐπιχώριοι, οἱ ἐμοί*. Per *θλίψιν* melius, quam per *πρᾶσιν* iſta efferuntur et ſcribuntur. V. not. ad Eurip. Med. 818. Hec. 334. et ad Thesm. 158. *Brunck.*

---

f) Recepta etiam ab Höpfn.

g) Ibi ita ſcripſit:

μόνοις γὰρ ἡμῖν ἥλιος
καὶ φέγγος ἱλαρόν ἐστιν,
ὅσοι μεμυήμεθ', εὐ-
σεβῆ τε διήγομεν τρόπον
περί τε τοὺς ξένους
καὶ τ. λ.

Vulgo fuit:

ὅσοι μεμ. εὐ-
σεβῆ τ. διήγ.
τρόπον περί τε ξένους
κ. τ. λ.

h) 994. Lips. vbi e Rau. editum *ὑμέας*.

465. Soloece vulgo *διατρίψῃς*. Hoc quidem facile editoribus condonari poteſt. Sed quis riſum teneat, quum viderit, quemnam ex his verbis ſenſum elicuerint interpretes. Berglerus poſt Friſchlinum vertit: *ne conteras, ſed guſta ianuam, quippe qui Herculis ornatum et animum habes.* Nec aliter *οὐ μὴ διατρίψῃς* auctor Doctrinae Particularum [Hoogeveenus, p. 945., vbi ellipſin in *οὐ μή*, quae nulla eſt, ſic ſupplet: *οὐ κοπτέον οὕτω, μὴ διατρίψῃς, non ita pulſandum, ne confringas.* Scilicet iuxta facetos illos interpretes verebatur Xanthias, ne pultando herus Plutonis foribus aſſulatim exitium afferret. Sed nondum pultauerat Bacchus, immo neſcius, quinam apud inferos pultandi mos eſſet, ſeruum ridicule percontatus eſt, quomodo pultare deberet: cui nugarum et morae impatiens Xanthias reſpondet: *οὐ μὴ διατρίψεις — ne tempus teras, ſed aggredere ianuam.* Nusquam vidi *διατρίβειν* abſolute, nec magis *διατρίβειν θύραν* poſitum pro, *ianuam confringere.* Sed *διατρίβειν* abſolute ſignificat *morari, cunctari*, i. q. *σραγγεύεσθαι, κυπτάζειν*, quorum verborum alterutro bene hic poëta vſus fuiſſet, ſi per metrum licuiſſet. Nub. 131. *τί ταῦτ' ἔχων σραγγεύομαι*; ib. 509. *χώρει· τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν·* vbi Schol. *τὸ δὲ κυπτάζεις, σραγγεύῃ, διατρίβεις.* An etiam Strepſiades Socratis *ianuam* confringere cogitabat? Sed putidum eſſet, huius verbi explicationi diutius immorari. Elegans eſt locutio *γεῦσαι τῆς θύρας*, quam docte illuſtrauit Kuſt. Sic etiam Latini *guſtare* adhibent pro *experiri. periculum facere.* Plaut. Moſtell. V, 1, 15. Herus meus hic quidem eſt; guſtare eius ſermonem volo. Sequentis verſus ſenſum male etiam reddiderat Berglerus. *Brunck.*

Verbum *γέυεσθαι* ap. Graecos eleganter interdum ponitur pro *experiri, periculum facere, aggredi, tentare* etc. Vti h. l. *γεῦσαι τῆς θύρας* ſignificat, *tenta ianuam*, i. e. *pulſa* eam, prout etiam phraſin hanc interpretatur Tho. M. V. *Κόπτει τὴν θύραν* p. 547. vbi vid. Oudend.]. Pari metaphora dixit Soph. Antig. [1018. f. 993. ed. Erf. vbi cfrr. Musgr. et Erfurdt. *ἐμπύρων ἐγευόμην*, i. e. vt Schol. ibi exponit, *ἀπεπειρώμην τῆς διὰ πυρὸς μαντείας.* Pindarus etiam aliquoties hac metaphora vſus eſt: vt docebit Schmid. ad Pyth. IX. p. 337. *i). Kuſt.* Per

---

i) Addi poteſt illud Matth. XVI, 28. *γεύσονται θανάτου* [quod ta-

ſynecdochen ſpeciei pro genere *guſtare* ponitur pro *tangere, experiri.* Heſych. γεύσασθαι, πειράσαι, ἅψασθαι. Soph. Trachin. 1099: μόχθων μυρίων ἐγευσάμην, vbi Schol. ἐπειράθην, πεῖραν ἔσχον. Pind. Nem. VI, 40. οἵτε πόνων ἐγεύσαντο *labores attigerunt,* et Nem. III, 67. μυριᾶν δ' ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόῳ γεύεται· vbi Schol. πολλῶν ἀρετῶν ἀτελῶς ἅπτεται. *Bergl.*

466. Infra 503. κατὰ σὲ τὸ λῆμ' ἔχων. *Bergl.* Senſus: et habitu et animo (fortitudine) Herculi ſimilis. *Reisk.* legi maluit: κοὐ τὸ λῆμ' ἔχων.

467. Haec dicens pultare tandem incipit Bacchus. *Brunck.* Dionyſus fores pulſans ianitorem vocat, Aeacus intus reſpondet.

468. Aeacus eſt ianitor Plutonis et ſeruus. Apud Lucianum in dial. Menippi, Aeaci, Pythagorae etc. *k).* Menippus ad Aeacum dicit: οἶδα ταῦτα καὶ σὲ ὅτι πυλωρεῖς. Hic in Ran. 749. introducitur tanquam ſeruus et ſeruili ingenio praeditus. Iſte h. l. aperuit oſtium, Baccho pulſante: cumque audiret et ex habitu coniiceret, eum eſſe Herculem, qui Cerberum olim rapuerat, vehementer ipſum increpat et vult poenas ſumere. Non magis humaniter excipit deorum famulus Trygaeum, cui oſtium pulſanti aperuerat, Pac. 182. ὦ μιαρὲ καὶ τολμηρὲ κἀναίσχυντέ συ, καὶ μιαρὲ καὶ παμμιαρὲ καὶ μιαρώτατε, πῶς δεῦρ' ἀνῆλθες, ὦ μιαρῶν μιαρώτατε. *Bergl.*

470. ἐξελάσας. f. ἐξελών. *Reisk.* Cauſam non video. Neque enim in ἐξελάσας — ἀπῆξας eſt tautologia.

472. ἔχει μέσος. Schol. ἀντὶ τοῦ, μέσος ἐλήφθης. Comicus Eccl. 260. μέση γὰρ οὐδέποτε ληφθήσομαι. Eſt metaphora ab athletis, vt Schol. ait. v. ad Nub. 1043. (1037. Lips.). *Bergl.* vbi μέσον ἔχω. *Spanh.*

---

men ab Hebraici ſermonis vſu potius repetendum eſt. v. Vorſt. Phil. Sacr. p. 718. ſs. Fiſch. ad Leuſden. de dial. N. T. p. 149.] Heſych. γεύσει· ἀποπειράσει. Natiuo vero ſenſu Eurip. Cycl. 149. βούλει σε γεύσω πρῶτον ἄκρατον μέθυ; *(tibi guſtandum praebeam?) Spanh.*

k) Dial. Mort. XX, 1. p. 413. T. I. vbi v. Hemſterh. add. Heyn. ad Apollod. Bibl. myth. III, 12, 6. p. 308.

473. ſs. Sine dubio imitatus eſt Sophoclis in Trachin. locum, quem adducam: *εἶτα Φοινίκης* [f. *Φοίνιος*, vt Brunck.] *ἐχθρᾶς ἐχίδνης ἰὸς ὡς ἐδαίνυτο, ἐνταῦθα δὴ βόησε — καὶ διώδυνος σπαραγμὸς αὐτοῦ πνευμόνων ἀνήψατο· μάρψας ποδός νιν — ῥίπτει πρὸς ἀμφίπλυτον ἐπὶ πόντου πέτραν.* Habentur ibi haec verba v. 780. 789. ſs. [773. 780. ſs. Erf.]. *Bergl.* In prioribus verſibus alius Tragici, fortaſſis Aeſchyli, locus expreſſus eſt. Admodum tragica eſt deſcriptio monſtrorum illorum et fluuiorum, quibus aditus Baccho praecludi dicitur. De fluuiis cf. Plat. Phaed. 61. c. intpp. et Heyn. Exc. IX. ad Virg. Aen. VI. Ad noua figmenta pertinent Cocyti canes circa eum errantes (*περίδρομοι*).

Τοία Στ. Verſum hunc et octo ſeqq. citat Suidas V. Τοία Στυγός. *Kuſt.*

474. Ἀχερ. τε σκοπ. Citat Steph. Byz. V. Ἀχέρων. *Kuſt.*

476. Ἔχιδνα etc. *Hydra* nempe, prout moneri vno verbo a Schol. ac verti ab interprete debuit; ac prout de illa depicta in Adraſti, vnius e ſeptem Graecorum aduerſus Thebanos ducibus, clypeo ab Eurip. dicitur, Phoen. 1142. [1151. Pors.] *ἑπτὰν ἐχίδναις ἀσπίδ' ἐπιπλῳῶν γραφῇ* [γραφὴν em. Valck.] Τόρας ἔχων — nempe iuxta Schol.: *ἐχιδνώδεις γὰρ ἦσαν αἱ ταύτης κεφαλαί.* Vnde de ea idem Tragicus Herc. Fur. 1188. [1181. Herm.] *ἑκατογκεφάλου βαφῆς ὕδρας*, et quae loca haud ita pridem alibi adtuli, vbi caeteroquin eadem hydra *ἑπτακέφαλος* ſ. *ſepticeps* in priſcis numis a me ibi adductis depingitur diss. de Pr. et V. N. p. 268. f. ed. vlt. *Spanh.* *ἑκατογκέφαλος*. Sic IV. codd. recte. Verſum trucidat vulgatum *ἑκατονταπέφαλος*. Labem non ſenſerunt editores, qui mediam in ἔχιδνα corripiebant contra prosodiae legem. Nub. 336. *πλουτοῦσιν δ' ἑκατογκεφάλα Τυφῶ, πραμαινούσας τε θυέλλας.* Eurip. Herc. F. 1190. [l. antea laud.]. *Brunck.*

477. πλευμόνων. Sic bene Aldus, e dialecti *l)* et Comici vſu. Vide ad Lys. 367. Atticismum vna conſtantem litera ſaepe obliterarunt librarii, quorum inconſtantia

l) v. Tho. M. et Moer. p. 309. cum intpp. et infra ad 853. ed. Kuſt.

ſcrupulum iniicere non debet, quum aliunde conſtet de idiotismo. V. intpp. ad Moer. h. v. πλεύμων vbique apud Comicum ſcribendum. Hic IV. codd. in vulgari forma πνευμόνων conſpirant *m)*. V. Euſtath. laudatum infra ad 712. *Brunck.*

478. Ταρτησία μύραινα. Pro *vipera myraenam* hic dici, notat Schol. Sic Aeſch. Choëph. 991. μύραινά γ' ἢ ἔχιδν' ἔφυ, idque ob traditum a veteribus viperarum cum muraenis coitum, et inde muraenae interitum *n)*: ad quod adludit ibid. Aeſchylus et alii Tragici, Soph. Antig. 537. Eurip. Ion. 1262. Ariſtot. Probl. 137. Nicand. Ther. 129. Lycophr. 1014. Athen. VII. p. 312. Galenus de Ther. I, 9. aliique. *Spanh.* Tarteſiam muraenam accipio *magnam*, ſicut Tarteſia felis dicitur: v. Eraſm. Adag. I, 2, 70. Euripidem hic expreſſit, monente Schol.; ſed Euripides itidem Aeſchylum Choeph. 954. *Hotib.*

480. Γοργόνες Τιθράσιαι. Schol. h. l. Τιθράσιος, τόπος τῆς Λιβύης. Aeſchylus vero Prom. 792. πρὸς Γοργόνια πεδία Κισθήνης, vbi priora Scholia habent: Κισθήνη, πόλις Λιβύης ἢ Αἰθιοπίας, ſequentia vero, Κισθήνη, πόλις Αἰθιοπίας. *Spanh.* Τίθρας eſt pagus Atticus, vnde Τιθράσιος teſte Steph. Byz. Sed mihi videtur hic etiam alludere ad v. θράσσειν, quod exponitur a Suida ταράσσειν, ἐνοχλεῖν, νύσσειν, κινεῖν, vt dicantur Τιθράσιαι, quaſi θράσσουσαι. *Bergl.* A pago Atticae habere nomen putant Meurs. de pop. Att. et intpp. Steph. Byz. Quum veteres Gorgonas in inſula Oceani collocauerint, poſtea in continente Libyae quaeſitae ſunt. v. Heyn. ad Apollod. II. p. 124. ſ. Hinc exiſtimatum eſt, in Libya etiam Tithraſiam regionem eſſe quaerendam, cuius tamen nulla, quantum ſcimus, apud alios eſt mentio. Probabilius igitur eſt ad Atticum pagum alludi.

---

m) Etiam Ms. Vat. U. ap. Kuſt. et Elb. πνευμόνων.

n) Propterea videtur mihi mentionem hic facere muraenae, quia haec cum echidna i. e. vipera creditur coire, de qua paulo ante loquebatur; v. Athen. VII. p. 312. [vbi v. Caſaub. T. IV. p. 331. ſ. Anim. Schweighäus.] Vocat autem eam *Tarteſiam*, quia illae in pretio erant; Pollux VI, 10. [63.] παρὰ τοῖς παλαιοῖς εὐδοκίμουν μύραιναι ἐκ πορθμοῦ καὶ μύραινα Ταρτησία· alludens ſimul, vt puto, ad vocem *Tartarus*. *Bergl.* Add. Camus ad Ariſt. H. A. T. II. p. 538.

481. Etiam formula *δρομαῖον ὁρμᾷν πόδα*, pro, *currere* ad eas arceſſendas, tragica eſt. Discedit nunc Aeacus, et a v. ſequ. inchoatur ſecunda ſcena apud nonnullos. Dionyſus prae anxietate, corpore incuruato, aut calcibus pedum inſidens, aluum exonerauit *o)*.

482. *κάλει θεόν.* Eſt aliqua notatione dignum, quod hic tradit Schol., in Lenaeis nempe, ſ. Dionyſiacis *κατ' ἀγροὺς* agonibus, a *daducho* ſ. *Lampadifero p)*, facem praeferri, dicendo, *κάλει θεόν*, et ab audientibus clamari, *Σεμελήϊ' Ἴακχε, πλουτοδότα.* Quibus additur in Schol., aut vero id ad eum ritum reſpicere, iuxta quem in ſacrificiis, vbi libatum eſſet, acclamatum continuo illud: *κάλει θεόν. Spanh.* Variae huius formulae proſtant in ſcholl. interpretationes. Probabilior mihi videtur ea, quae ſtatuit alludi ad ſacrificiorum ritum, in quibus poſtquam libatum fuerat, acclamari ſolebat: *κάλει θεόν q)*. Comice his verbis ſignificat Bacchus, ſe ventris omnem proluuiem effudiſſe. *Brunck.* Etiam *Conz.* exiſtimat, ita vocem magis etiam impiam eſſe.

483. *ἀναζήσει.* Quia ſcilicet ſubſederat. *ἀλλότριος* eſt noſtrum, ein Fremder.

484. *ὠρακιῶ.* Sic infra de Cratino, veteris comoediae ſcriptore, Pac. 703. *ὠρακιάσας deliquium animi paſſus;* vbi Schol. *οἷα ὠχριάσας ἢ ἐκλυθείς r)* (non, vt ibi *ἐλκυσθείς*, quod aliud notat) *ἢ λειποψυχήσας ἢ ἀθυμήσας*, adductis ibi Lycophr. et Eratoſth. de eadem voce te-

---

o) Zonar. T. I. p. 608. *Ἐγκέχοδα· διὰ φόβον τινὰ ἔχεσα* [*ἀπεπάτησα*]. Eadem praeter. (ab *ἐγχίζω*) forma Veſp. 626.

p) De hoc Daducho, proximo poſt Hierophanten ſacrorum Eleuſiniorum ſacerdote, v. Ste. Croix p. 157. ſ.

q) Suſpectum θεόν. Forte ſerui nomen latet, cuius erat ſordes heri detergere. [At ſeruus aderat.] cf. v. 551. Aut ſpongiam aut linteum aut ſimile quid imperat. Num? *ἐγκέχοδ'· οὐ κάλει θεόν, ne me deum appelles quaeſo.* Sed tum potius *μὴ κάλει* dixiſſet. An eſt ſerui oratio: *κἂν' εἰ θεὸς et tamen deum te fers! Reisk.* Ad inuocationem Bacchi, Sabazii, refert *Coray* in not. ad Theophr. Char. c. 16. p. 253.

r) Apud Zonar. T. II. p. 1892. abiit illud in *ἐκκαυθείς*. V. ibi Tittmann.

ſtimoniis, a quo poſtremo explicatur, τὸ ὑπὸ ἐκλύσεως ἐσκοτῶσθαι, ac ſimiliter in Schol. ad h. l.; vnde ſat firmatur adducta voc. ἐκλυθείς pro ἐλκυσθείς in iis ad Pac. emendatio. *Spanh.* Moeris [p. 415.] ὠρακιᾶν, Ἀττικῶς· λειποψυχεῖν, Ἑλληνικῶς. Confer duas Heſychii gloſſas. In Pac. 702. Cratinus ἀπέθανεν ὠρακιάσας. *Brunck.*

485. σπογγιάν. Nempe aquoſam ſpongiam. In Veſp. 989. vbi etiam aliquis animae deliquium patitur: οἴμοι, ποῦ 'σθ' ὕδωρ. *Bergl.* Laudat Suidas, addens eſſe ex Ranis h. v. Locum non notant editores. Spongiis autem, certa quadam ratione coactis, vſos eſſe antiquos loco παρδιοφύλακος, notat ex h. l. Lindebrog. ad Ter. Eun. IV, 7. [v. 9. vbi etiam cf. Weſterhou.]. *Duck.* Scripſerat forte Comicus σφογγιὰν ex idiotismo Atticae dialecti, quem hic in nullo meorum codd. obſeruatum reperi. Sed Acharn. 463. vbi vulgo legitur: δός μοι χυτρίδιον σπογγίῳ βεβυσμένον, edidi ad trium codd. fidem σφογγίῳ. *Brunck.*

486. Xanthias, dum porrigit ſpongiam, dicit ἰδοὺ λαβέ.

πρόσθου. Hoc verbum codd. omnes Baccho tribuunt; recte. Iſtud dicens famuli manum ſpongiam tenentem arripit, ſibique ad culum adducit. Sed neſcio an in forma verbi peccatum a librariis non ſit. Xanthias hoc ſi diceret, bonum eſſet πρόσθου, *admoue tibi.* Quum autem ſit Bacchi, dicere debuiſſe videtur forma actiua πρόσθες. Sequentia famuli verba, ἐνταῦθ' ἔχεις τὴν παρδίαν declarant veteres magiſtri, ἔνθα τὴν χεῖρά μου προσήγαγες, ἤγουν περὶ τὸν πρωκτόν. *Brunck.* in Suppl.

ποῦ 'σιν. Haec verba perperam vulgo Baccho continuantur *s)*. Manifeſtum eſt, ea Xanthiae adſcribi debere, cui tribuuntur in IV. codd. *Brunck.*

490. *t)* σπογγιὰν ἤτησά σε. Attice hic verbum αἰτῶ cum duobus Accuſatiuis iungitur. Aeſch. Pers. 320.

---

s) In Ms. Vat. U. perſona Xanthiae collocatur ante verba illa ποῦ 'σιν; quod magis placet. *Kuſt.* Verbis π. 'σ. praefixa eſt perſona *Xanthiae* [in Elb.], vt erat in Ms. (Bau. et) Vat. U. quod quidem praeſtare, ego etiam ſentio cum Küſt. Intelligitur nempe ἡ καρδία σου. *Trendelenb.* et *Harl.*

t) ὅς τις ed. Kuſt. habet.

αἰτοῦ τάδε σὸν πόσιν, et Agam. 1. θεοὺς μὲν αἰτῶ τῶνδ' ἀπαλλαγὴν κακῶν. Ita Aeſchines quoque adu. Cteſiph. [p. 522. T. III. Reisk.] ὁ γῆν καὶ ὕδωρ τοὺς Ἕλληνας αἰτῶν. *Spanh.*

491. οὐκ ἂν ἕτερος ταῦτ' [vt Br. edidit] εἰργάσατ' ἀνήρ. Bene vertit Berglerus: *nemo ſane alius hoc fecisſet.* Sed non erat hoc in Graecis, vbi legebatur οὔκουν ἕτερος. Particulam ἂν omnino requirit ſententia et norma loquendi: eam ſaepe iam a librariis omiſſam vidimus, vt ſupra 81. Lys. 301. Thesm. 593. A vero longius abeſt lectio in C. οὐ δειλότερος ταῦτ' εἰργάσατ' ἀνήρ. *Brunck.* In ed. Inu. aut οὐκοῦν ſcribendum eſt, aut ſi οὔκουν retinetur, punctum in interrog. notam eſt mutandum. Videtur autem, quod ſequitur, κατέκειτ' ἂν etiam hic ἂν poſtulare.

493. Ante haec verba perſona Bacchi perperam, vt apparet, collocatur [in cod. Elb.]. *Trendelenb.* Non intelligo. Si Xanthiae continuentur, in fine interrogandi nota ponenda fuerit. Senſus eſt: iacuiſſet odore ſe oblectans, ſi timidus fuiſſet; ego autem ſurrexi et abſterſi ſpongia (podicem).

494. ἀνδρεῖα pro ἀνδρείως poni hic videtur.

496. οὐ μὰ Δί' οὐδ' ἐφρ. Ita et in Plut. 704. *Bergl.*

497. λημματιῶν et ἀφοβόσπλαγχνος ad imitationem tragicae orationis ficta ſunt.

500. ἐν τῷ μέρει i. e. *viciſſim.* Male Friſchlinus: *in hac re. Kuſt.* Supra 32. ἐν τῷ μέρει σὺ φέρε. *Bergl.*

501. οὐ γὰρ ἀλλὰ π. Etiam h. l. aliquid ſubintelligi voluit Deuar. de partt. l. gr. p. 287. οὐ γὰρ ἀπειθητέον ἀλλὰ πειστέον (add. Hoogeveen. p. 924.), quo nihil ineptius eſt.

502. Nomen Ἡρακλειοξανθίας comice compoſitum ſignificat Herculeum Xanthiam (Herculem-Xanthiam).

503. κατὰ σὲ τὸ λῆμ' ἔχων. Supra 466. καθ' Ἡρακλέα τὸ σχῆμα καὶ τὸ λῆμ' ἔχων. *Bergl.*

504. ὀὐκ Μελίτης μασιγίας. Locum hunc citat et exponit Heſych. V. Ἐκ Μελίτης μασιγίας, quem proinde

cum Schol. confer *v*). *Kuſt.* Melite eſt pagus Atticus *x*), vbi fertur fuiſſe Herculis ſacellum. Dixit autem μασιγίας pro Ἡρακλῆς, quia ſeruus maſtigia gerebat habitum Herculis. Quidam putarunt hic rideri Calliam, Hipponici f. in Melite habitantem, vt qui leonina ſit vſus in bello vt Hercules; de quo et ſupra 426.: καὶ Καλλίαν γέ φασι τοῦτον τὸν Ἱπποβίνου νύσθου λεοντῆν ναυμαχεῖν ἐνημμένον. Ex Schol. *Bergl.*

505. αἴρωμαι *y*). Sic tres codd. vt edd. primariae, vnde in nouiſſimam Batauam (Bergl.) reuocatum fuit. Perperam in reliquis, quibuscum conſentit C. αἴρομαι, quod mendoſum eſſe iam declarauit Daweſius *z*). *Brunck.*

506. Prodit ancilla (θεράπαινα), quae Herculem iſtum inuitat ad omnis generis lautitias, quas ei parauerit Ditis domina audito illius aduentu. *Bergl.* Vulgo hic ſcenae ſecundae initium. Notatur ſimul Herculis voracitas.

508. ἦψε κατεριπτῶν χύτρας. Locum hunc citat et explicat Etymol. V. Ἔτνος. *Kuſt.* Epicharmus ap. Athen. IV. p 158. χύτραν δὲ φανέας ἦψε *ollam lentis coxit.* Ita enim ibi legendum videtur pro χύτρα — ἥψετο *a*). Noſter Eccl. 840. χύτρας ἔτνους ἕψουσι. Vid. Veſp. 239. κατεριπτῶν a κατερείκω, quod de mola dicitur frangente fruges *b*). Veſp. 647. μύλην ἀγαθὴν ὥρα ζητεῖν σοι καὶ

---

v) μασιγίας pr. eſt ὁ δι' ἐμέρτημα μασιζόμενος δοῦλος, hinc omnino ſeruus nequam. v. Phot. Lex. p. 183. Zonar. II. 1529. *Maſtigia* dicitur Plauto et Terentio. Caeterum ab hoc verſu incipit ap. Hoepfn. tertia ſcena. Nam accedit Proſerpinae ancilla; Xanthias leonina pelle indutus clauam ſumſit, Bacchus ſarcinas ſuſtulit.

x) De quo videndus Meurſius. *Brunck.* Plat. Parm. 1. Meurs. Ath. Att. 3, 12. Pagi iſtius incolae rudiores aliis fuiſſe et Herculem inprimis coluiſſe videntur. *Conz.*

y) Ita edd. priſtinae, non αἴρεμαι. *Bergl.* Etiam cod. E. ap. Brunck. αἴρωμαι.

z) Miſc. Crit. p. 235. Add. Append. p. 462.

a) Vulgatum tamen hoc retinuit et bene explicuit Schweighäus. v. eius Anim. T. II. p. 536. Perperam reddiderat Erasmus in Adag.

b) κατεριπτὰ interpretatur Photius p. 109. Lex. τὰ ἐρειπόμενα ὅσπρια καὶ σχιζόμενα.

νεόκοπτον — ἥτις δυνατὴ τὸν ἐμὸν θυμὸν κατερεῖξαι, vbi Schol. καταθρῦσαι. Verbo κατερείκειν respondet Lat. *frendeo* f. *frendo*, et nomini κατερικτὰ *freſſa*. Gloſſae: *frendeo*, θλάω. *Bergl.*

509. Lentem coquit Proſerpina in aduentum Herculis, quia ſcit, eum valde delectari lente. Supra v. 62. Bacchus ad eum dicebat: ἦδη ποτ' ἐπεθύμησας ἐξαίφνης ἔτνους; cui reſpondet: ἔτνους; βαβαιάξ, μυριάκις ἐν τῷ βίῳ. — βοῦν — ὅλον. In Acharn 85. παρετίθει δ' ἡμῖν ὅλους ἐκ πριβάνου βοῦς. *Bergl.* ἀπανθρακίζειν eſt prunis ſubiectis aſſare (auf Kohlen braten); ὀπτᾶν autem (πλακοῦντας) igni coquere aut torrere (am Feuer backen)· κόλλαβοι autem ſunt οἱ μικροὶ ἄρτοι, παρὰ τὸ ἐκ τῶν μεγάλων κολοβοῦσθαι. v. Zonar. Lex. II. p. 1229. ibique Tittmann. Nam alia notione ap. Timaeum gl. Plat. p. 161. legitur. Scriptura vulg. ἀλλ' εἶςιθι confirmatur vſu part. ἀλλὰ in cohortationibus. δεῦρ' εἶςιθι tamen, quod e Rau. recepit Inu., etiam in Bau. eſt.

511. κάλλιϛ', ἐπαινῶ. Eſt formula, qua vtimur, quum beneficium oblatum vrbane recuſare volumus, vti paulo poſt 515. πάνυ καλῶς. Sic Latini eodem ſenſu dicunt *benigne*, vt Hor. Epiſt. I, 7, 16. 62. item *gratia eſt*, vel, *gratiam facio*, qua formula vſus eſt Plautus [Moſt. V, 2, 9. etc.] et alii. *Kuſt.* Hoc dici ab iis, qui quid oblatum recuſant, vt ap. Latt. *recte*, *benigne*, docet Caſaub. ad Theocr. c. 16. et Diog. Laërt. II, 76. Ceterum hic verſus vitio ſyllabae ſuperfluae laborat: καλλι | ϛ' επαι | νω. Θ. μα τον | Απολ | λω ου μη | σ' εγω |. Neque enim tres illae ſyllabae conſiſtere in quinta ſede poſſunt *c*). Si in voce apocopen paſſa locus eſſet apoſtropho, quod non ſcio, poſſet legi Ἄπολλ' [vt in Bau.]. Alioqui extrudenda erit altera particularum negantium. *Duck.* κάλλιϛ', ἐπαινῶ, πάνυ καλῶς, ſunt blande recuſandi formulae, *quibus oblato beneficio non vtentes*, *gratias agunt*, ſunt verba Caſaub. Lect. Theocr. c. 16. init. Simile eſt illud Plauti in Men. II, 3, 36. vbi ancillae dicenti: *Eamus intro*, *vt prandeamus;* reſpondet Soſias: *bene vocas; tam gratia eſt.* Ad q. l. vide interpretes. *Brunck.*

---

c) ω ευ in vnam ſyllabam coaleſcunt, vt ſaepe. v. Brunk. ad 515.

512. Particc. *ἐπεί τοι καὶ* vſum illuſtrauit, hoc loco non praetermiſſo, Porſon. ad Eur. Mede. 675. p. 449. T. I. ed. Lips.

513. *Ἀνέβραττεν ὀρνίθεια. ὀρνίθεια* de gallinarum pullis aut gallinis. Sic *ὄρνιν ἕψων* et *ὀρνίθειον ζωμὸν gallinam elixans* et *gallinarum iusculum* ap. Athen. VIII. p. 341. Priorem vero vocem quod attinet, occurrit eadem Acharn. 1004. *ἀναβράττετ', ἐξοπτᾶτε, elixate, aſſate*, ac Pac. 1201. iuxta Florentem: *verſo turdos ad coquendum*, ſeu *elixo*, ac Therecrates ſimiliter ap. Athen. VI. p. 269. *πίχλαις τ' ἀναβράσοις ſeruentibus turdis;* in hac autem fabula v. 561. *πρέα ἀνάβρασα elixas carnes*, ſicut ap. Athen. IX. p. 884. *ἀναβράσων δὲ πρεῶν μνημονεύει Ἀριστομένης. Spanh.*

514. *κῷνον* pro *καὶ οἶνον*. v. Suid. V. Κῷνον et Etym. ead. v. vbi loci huius mentio fit. *Kuſt.*

515. *πάνυ καλῶς*. Scholia: *παραιτούμενοι οἱ παλαιοὶ ἔλεγον*, vt 511. *κάλλιε, ἐπαινῶ*. Deeſt autem verbum *ἔχει*. Clearchus Comicus ap. Athen. XIV. p. 642. *λάβ' ὕδωρ κατὰ χειρός. μηδαμῶς· καλῶς ἔχει. λάβ' ὦ 'γαθέ·* vbi duo colloquuntur, qui iam A. et B. ſunto: A. *Sume aquam lauandis manibus.* B. *Nequaquam: benigne.* A. *Sume, o bone. Bergl.*

ληρεῖς ἔχων d). οὐ γάρ σ' ἀφήσω e). Abſurde haec verba Baccho tribuuntur, quae ab ancilla proferri, in ſenſum mihi nunc incurrit. Inuitatus primo Xanthias lepide recuſat his verbis: *κάλλιε, ἐπαινῶ.* Inſtat ancilla: *ita me Apollo amet, vt ego te nunquam finam abire, quandoquidem* etc. Abnuit iterum Xanthias alia formula: *πάνυ καλῶς.* Poteſtne Bacchus ſeruo nolenti ingredi et vsque recuſanti dicere? *Fatuus es. non enim te amittam.* Hoc dicit ancilla, quod fecundae recuſationi Xanthiae congruit, vt ſuperiora illa primae: *οὐ μή σ' ἐγὼ περιόψομ' ἀπελθόντ'· ἐπείτοι καὶ* — et: *οὐ γάρ σ' ἀφήσω· καὶ γὰρ αὐλητρὶς* — Dele itaque perſonam Bacchi, omniaque haec

---

d) Itidem Au. 348. Attice, nempe pro *ληρεῖς*, vt ſupra *φλοιαρήσεις ἔχων* v. 289. et mox adhuc v. 527. *Spanh.*

e) In Eccl. 995. *μὰ τὴν Ἀφροδίτην μὴ 'γώ σ' ἀφήσω. Bergl.*

ancillae adſcribe, ſic: Θεράπαινα. λῆρεῖς ἔχων. οὐ γάρ σ' ἀφήσω. καὶ γὰρ αὐλητρὶς etc. In A. et B. eadem eſt quae vulgo perſonarum diſtinctio. In meo ante λῆρεῖς ἔχ. perſona eſt Bacchi, ante καὶ γὰρ Xanthiae. In C. ante λῆρ. ἔχ. perſona eſt Bacchi, cui omnia continuantur vsque ad ὀρχήσῃ. ἠβυλλ. quibus verbis praefixa eſt perſona Ancillae. Quis de his diuerſitatibus certior factus animum non inducat, editorem, qui ſciat, quid quamque perſonam deceat, ad fabulae oeconomiam et ſcenae actionem loquendi vices ſaepe melius diuidere poſſe, quam a librariis harum rerum prorſus imperitis factum eſt? Haec iam ſcripſeram, quum aliud indagans in Excerptis Scaligeri, ſcilicet an lectionem edd. Aldi et Ph. Iuntae in v. 522. (525.) ibi enotatam Kuſterus reperire potuiſſet, forte deprehendi eandem *f)*, quam vnice veram eſſe perſonarum diſtinctionem ſerius quam oportuerat, intellexi, ibi indicatam eſſe, quam, quia mihi conſtans inſederat ſuſpicio, aliquid hic turbatum fuiſſe, vtique reſtituiſſem, ſi mihi prius in mentem veniſſet, Excerpta illa conſulere. Stulte, quod nunc agnoſco et vltro fateor, ea neglexi, quia eis vſum fuiſſe Kuſterum noueram, nec opinabar, quidquam boni in eis eſſe, cuius ille non meminiſſet. Sed mihi nondum comperta erat hominis βλακεία, quam, quum has notas ſcribo, ſingulis fere paginis demonſtratam video. *Brunck.* In Dukeri notis Burmanno editis, quas nunc primum poſt impreſſas meas inſpicio, video virum illum doctiſſimum cenſuiſſe *g)* etiam verba λῆρεῖς ἔχων. οὐ γάρ σ' ἀφ. non Baccho ſed Ancillae tribuenda. At falli eum credo, quum ait ſic in aliis eſſe edd. Quod ex ipſa ſententia elicuit Scaliger, credidit ille ex alia quapiam edit. eſſe petitum. In errore, quem corrigimus, conſentiunt, quas inſpexi-

f) Legitur ibi: „ΘΕ. λῆρεῖς ἔχων. (ante καὶ γὰρ αὐλ.) ΘΕ. dele. Alii habent τοι pro σοι."

g) Haec non Dionyſo, ſed ancillae tribuunt aliae edd., rectius opinor: recuſabat enim Xanthias. Scholiaſtes a ſententia aberrat, quum ait, haec eſſe verba Bacchi Xanthiam retinentis et non permittentis intrare cum ancilla. Etenim Xanthias iam recuſauerat intrare. v. not. Scalig. *Duck.* Quantumuis defendere vulgatam diſtinctionem ſubtiliter ſtudeat Inu., tamen non video, quomodo Bacchus ad ancillam dicere potuerit: οὐ σὲ ἀφήσω.

mus, omnes. In praecedente nota v. 511. putabat metrum laborare, quia non meminerat ω ου poëtas Atticos in vnam ſyllabam contrahere ſolere, quod obſeruaui ad Lys. 273. v. Thesm. 717. Soph. Antig. 458. Oed. T. 332. Oed. Col. 939. ἐγὼ οὔτ' ἄνανδρον etc. Exempla paſſim obuia. *Idem* in Add.

517. μί' ἔνδον ἐσθ'. Codd., vt impreſſi, ἥδ' ἔνδον ἔσθ', quod abſurdum eſt, adeo vt iſtud ἥδ', *haecce*, omiſerint in verſione interpretes. Certiſſima, ni fallor, coniectura veram poëtae manum reſtitui: αὐλητρὶς μία καὶ ὀρχηστρίδες δύο ἢ τρεῖς. *Brunck.* Addixit vterque Inu. codex.

518. In Ms. Vatic. U. verba haec et ſequentia perſonis rectius, vt puto, ſic aſſignantur: Ξανθ. πῶς λέγεις; Θε. ὀρχηστρ. Ἡβυλλ. etc. *Kuſt.* Ita Inu. auctoritate Rau. libri edidit. Vulgo ὀρχηστρίδες tribuitur, interrog. nota adiecta, Xanthiae, et verbis Ἡβυλλ. etc. Ancillae perſona praefigitur.

519. ἠβυλλ. etc. Locum hunc citat Etym. V. Δορίαλλος et Suid. V. Ἡβυλλιῶσαι *h*). *Kuſt.* Pherecrates ap. Athen. VI. p. 269. κόραι δ' ἀρτίως ἠβυλλιῶσαι καὶ τὰ ῥόδα πεπαρμέναι (puellae iam primum pubeſcentes, quibus attonſae ſunt roſae). Noſter Eccl. 722. τὸν χοῖρον ἀποτετιλμέναι. *Bergl.* αἱ γὰρ μελλόνυμφοι ἔτιλλον τὰς τρίχας vt Suid., Zonar. et Schol. cod. Rau.

521. ἀφαιρεῖν interpretantur, *foco detrahere*, aliter quam Schol., et εἰσήρετο *intro ferebatur.*

522. ταῖς αὐλητρίσι. Virum egregium! qui pluris facit tibicinas, quam dominam ipſam, a qua illae conductae ſunt. *Bergl.* Vnam tibicinam memorauerat famula, ſaltatrices vero complures, quarum ad mentionem geſtire occoepit Xanthias: πῶς λέγεις; ὀρχηστρίδες; Cur modo audita tam cito conturbat? Longe melior et procul dubio vera eſt codicis, quem nunc verſamus, (quarti Reg. f. E.) lectio: φράσον πρώτιστα ταῖς ὀρχηστρίσι. *Brunck.* Suppl. E Rau. recepit Inu., etiam Höpfn. Inu. tamen ὀρχηστρίσιν ſcripſit.

---

h) Add. Zonar. Lex. I. p. 972.

523. *αὐτὸς ὡς εἰσέρχ.* v. Suid. V. *Αὐτός*, vbi loci huius meminit, et Nos ad Nub. 219. *Kuſt.* Scilicet de ſe, tanquam *hero*, loquitur.

524. Melius forte interpungitur in noſtro cod. (Elb.) quam vulgo: *ὁ παῖς ἀκολούθει, δεῦρο τὰ σκ. φ. Trendelenb.* Placuit et Hopfnero. Debebat tum etiam poſt *δεῦρο* comma poni. De form. *ὁ παῖς ἀκολούθει* Lennepius ad Phalar. p. 96. dixit. Xanthias abitum parans ad Dionyſum ſe conuertit, eumque tanquam ſeruum ſequi ſe iubet. Sed hic eum verbis *ἐπίσχες οὗτος* retinet.

525. (522. Br.) *οὔ τι που.* Vulgo *οὔτοι που* peſſumdato metro, quod nemo non emendare potuiſſet. Tamen iuxta vulgatam ſcripturam hunc verſum profert auctor Doctrinae Particc. loco ad v. 462. (465.) laudato: ſed non longe infra p. 998. vbi de *οὔ τι που* agit, a Deuario monitus vitium agnoſcit. *οὔ τοι που* ne quidem graecum eſt. In interrogatione adhibentur plerumque iſtae particulae, quae valent *num*. Lyſiſtr. 354. *οὔ τι που πολλαὶ δοκοῦμεν εἶναι*; Conc. 329. *οὔ τι που Κινησίας σου κατατετίληκέν ποθεν*; ib. 372. *οὔ τι που χέζεις*; v. ad Nub. 1260. Hic in tribus codd. ſcriptum perſpicue *οὔ τι που*, quod reperiſſet etiam Kuſterus in edd. Ald. et Bern. Iuntae, ſi eas conſuluiſſet. Typothetae, vt videtur, errore excuſum in ed. Phil. Iuntae *οὔ τοι που*, vnde in ceteras transiit menda, cuius immunis non eſt meus codex, ex frequenti permutatione vocalium *τι*, *τοι*, *τε* quae obſeruata fuit ad Thesm. 21. In Excerptis Scaligeri: *οὗτος, οὗτις που* — operarum errore manifeſto, pro *οὔ τι που*. *Brunck.* *οὔ τι που* etiam Reisk. coniecit. *σπουδὴν ποιεῖν* dicitur, qui aliquid pro ſerio habet, ſerio tractat.

527. *οὐ μὴ i) φλυαρήσεις.* Sic bene vulgo legitur in impreſſis omnibus. Sic etiam ſcriptum in B. C. Perperam in A. D. [Elb. Bau.] *φλυαρήσῃς. Brunck.*

528. In C. D. *ἀράμενος οἴσεις*, omiſſa particula, quae ad ſenſum minime neceſſaria eſt, quaque tanquam fulcro metrum non indiget. Nam in *ἀράμενος* prima longa eſt. Eam ſane abeſſe mallem *k*). *Brunck.*

---

i) *οὐ μὴ* vt ſupra 204. *Bergl.*

k) Iam farcinas deponit Dionyſus.

529. *οὐ δήπου μ᾽ ἀφελέσθαι διανοεῖ l).* Scholiaſtes putat, *τὸ οὐ δήπου* hic poſitum eſſe pro *ὄντως* et affirmandi vim habere: quod ſecus eſt. Nam *τὸ οὐ δήπου* hic reuera negat, dicitque Xanthias: *non cogitas, vt credo, mihi rurſus adimere, quae ipſemet dediſti.* Hinc patet, delendum etiam eſſe in textu graeco ſignum interrogandi poſt *ἔδωκας αὐτός*, eiusque loco ponendam *τελείαν στιγμήν. Kuſt.*

530. *ποῶ* [vt edd. Kuſt. Beigl.]. Ellipſi literae *ι* ob metrum; hic *πόει* pro *ποίει* Thesm. 758. et *ποοῦσι* 389. ab *ποεῖν* ibid. 1184. *Spanh.* Reſtituit Brunk. *ποιῶ*, quod et in Elb. Bau. eſt.

531. *κατάθου τὸ δέρμα.* Iam detrahit ei pellem leoninam.

532. *ταῦτ᾽ ἐγὼ μαρτύρομαι.* Formula ab iis vſurpata, qui ſibi iniuriam factam eſſe, alios anteſtantur. v. Nub. 1287. Xanthias eam iniuriam diis vindicandam permittit.

533. *ἀνόητον καὶ κενόν.* Cratinus: *οἶομαι μηδὲν οὕτως μωρὸν εἶναι καὶ κενόν. Bergl.*

534. *ὡς δοῦλος.* Obiicit hoc infra Xanthias Baccho, v. 590. *Bergl.* *Ἀλκμήνης ἔσει.* Hic, vt modo ſupra partic. *γε* inſertam exhibent membranae, *Ἀλκμήνης γ᾽ ἔσει*; tam bene vno in loco, quam in altero. *Brunck.*

535. *ἀμέλει, καλῶς, ſane recte.* Βεβαιωτικῶς dicitur *ἀμέλει*, vt bene Zonar. I. p. 163. Dum dicit *ἔχ᾽ αὐτὰ* permittit ei pellem leoninam et clauam, Herculis habitum (*αὐτά*), et ipſe ſarcinas tollit.

ἴσως γάρ τοι — Aeſch. Prom. 167. *ἦ μὴν ἔτ᾽ ἐμοῦ* — *χρείαν ἕξει μακάρων πρύτανις. Bergl.*

536. Male in C. *θέλει.* v. not. ad Plut. 1037. *Brunck.*

537 — 546. Qui ſequuntur ſeptem verſus *m)*, perperam vulgo in decem digeſti ſunt. Sunt in hac ſtropha,

---

l) Contra ap. Soph. in Philoct. quum Neoptolemus arcum Philoctetae iniuſte ademtum redderet, Vlyſſes, qui id nolebat fieri, dicit v. 1227. *τί λέξεις; οὔ τι που δοῦναι νοεῖς; Bergl.*

m) Tot enim ſunt ap. Br., quorum ſcripturam iam attulit Inu.

vti in antiſtropha, quae v. 590. (597. Lips.) incipit, omnes trochaici, excepto ſecundo qui iambicus eſt *n)*. *Brunck.* Ex cod. Rau. auctoritate omnes erunt trochaici dimetri vel acatal. vel catalectici modo *καὶ* 539. ad praecedentis v. finem ponatur vt olim, v. 544. reſtituatur priſtinum *μεταστρέφεσθαι* aut *μεταστρέφειν*, cum Br. et 546. diuidatur in duos: *δεξιοῦ — ἐσι, Καὶ — Θηρ.* vt 11. verſus exiſtant. Vulgo ſcena 3. act. II. hinc incipit.

Ταῦτα μὲν πρ. ἀνδρ. Verſum hunc et ſeptem ſequentes citat Suidas V. *Ταῦτα πρὸς ἀνδρὸς ἐσι o)*. *Kuſt.* Chorus haec ad Dionyſum dicit, cuius itinera per magnam terrarum orbis partem notiſſima ſunt.

539. *πολλὰ περιπεπλευκ.* Suidas V. *Ταῦτα, ἀντὶ τοῦ, εἰς πάντα τετριμμένου, in omnibus exercitati, verſati.* Ab eadem re Vlyſſem laudat Homerus princip. Odyſs. vbi Euſt. *πολύτροπον παραφράζει, οὐκ ἐφ' ἑνὸς ἐσῶτα οἷα γεγραμμένην εἰκόνα*, reſpiciens, opinor, ad verba Comici v. 542. *Duck.*

540. In membr. *μετακυλινδεῖν γ' αὐτόν.* Inutilem particulam non agnoſcunt ceteri. *Brunck.*

541. Scholiaſtes dicit hunc locum ſimilem eſſe Euripidis cuidam loco, quem etiam citat ex Alcmena, ſed is nonnihil corruptus eſt: itaque eum deſcribam, vt eſt editus in fragmentis a Barneſio [et Musgr. fr. 1. Alcm.]:

οὐ γάρ ποτ' εἴων Σθενελὸν εἰς τὸν εὐτυχῆ
χωροῦντα τοῖχον, τῆς ὁίμης σ' ἀποσερεῖν.

Numquam tuliſſem Sthenelon ego partes ſequi: Feliciores et tibi eſſe iniurium. Verſio metrica eſt. Idem Schol. monet prouerbium eſſe *πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον ῥέπειν'* ſumtum a nauigantibus, qui, quum nauis forte ex

---

in nota. Perperam autem is dixit, vulgo longe aliter editos eſſe. Nam deſcribuntur certe vt ap. Inu. niſi quod *καὶ* verſui 538. adhaeret et *μεταστρέφεσθαι* legitur.

n) Ea immixtio iambici verſus in trochaicum ſyſtema non magis placet, quam v. 432. trochaici in iambicum.

o) Veſp. 368. *ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρὸς ἐσιν ἅπαντος ἐς σωτηρίαν.* Eurip. Bacch. 641. *πρὸς σοφοῦ γὰρ ἀνδρὸς, ἀσκεῖν σώφρον' εὐορχησίαν.* v. ad Plut. 355. *Bergl.*

vna parte incipit inundari, in alteram se conferunt. Ex contrario dicitur: *in parietem caducum inclinare;* de quo videantur notae Barn. ad praedictum locum. *Bergl.* τὸν εὖ πρ. μᾶλλον τοῖχον. Hoc ordine [quo Br. edidit] collocatae voces in membr. Vulgo: τοῖχον μᾶλλον. Adumbratum hoc, teste Schol., ex Eurip. Alcmena. Proverbium est πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον ῥέπειν a nauigantibus translatum, qui, si quando nauis alterum latus fluctu deprimatur, in alterum transcurrunt, quod altius eminet. *Brunck.*

544. (538. Br.) τὸ δὲ μεταῤῥέφειν πρὸς τ. μ. Sic bene A. C. [pro vulg. μεταῤῥέφεσθαι]. In hoc gloſſa μεταῤῥέφεσθαι, quae ab aliis librariis in textum inuecta, occasionem dedit verſuum diuiſioni, quae vulgo recepta eſt, eademque peſſima, vt ex antiſtr. apparebit. μεταῤῥέφειν neutraliter poſitum pro μεταῤῥέφειν ἑαυτόν, elegans eſt. *Brunck.* Male nouauit Italus, ex ſuo libro, extra quem nulla ipſi ſalus, reponens μεταῤῥέφεσθ' ἀεὶ pro μεταῤῥέφεσθαι, quod requirit verſus ἀντίσοιχος 553. vbi itidem ille lapſus eſt. Nempe ἀεὶ quoque in iſtis voculis eſt, quas addere amant librarii et correctores. cf. Nub. 468. *Hotib.* Immo 604. eſt ἀντίσοιχος, vbi ſi ἁλῷς, non ἁλώσει legatur, patet hic nec μεταῤῥέφεσθαι, nec μεταῤῥέφεσθ' ἀεὶ ferri poſſe.

546. Ioco hic laudatur Theramenes *p)*, quia tali ſit ingenio; apud Xenoph. autem ſerio propterea vituperatur, l. II. Hell. [c. 3. §. 31. Schneid.] vbi itidem adhibetur ſimilitudo a nauigantibus, ſed alio quodam modo: δεῖ δὲ, ὦ Θηράμενες, ἄνδρα τὸν ἄξιον ζῆν οὐ προάγειν μὲν δεινὸν

p) Notiſſimus in illius temporis hiſtoria Theramenes; vnus e XXX tyrannis, qui Cothurnus appellatus fuit. De eo vid. Xenophon. *Brunck.* Propter leuitatem et mobilitatem ingenii, auram popularem captantis et ſecuritatem ſuam ſpectantis notatur. v. Xen. Hell. I, 20. 22. 23. *Conz.* Ad Theramenem cothurnum. Puricellus in Monumentis Baſilicae Mediolanenſis, vbi de ſepulcro Bernardi, regis Italiae, nepotis Caroli M loquitur, „repertos ait *calceos*, tam apte preſſeque ad ſuum quemque pedem congruentes, iuxta ordinem digitorum in acutum verſus primorem digitum deſinentes, vt calceus dexter non niſi dextro pedi, ſiniſterque ſiniſtro adaptari potuiſſet.“ *Reisk.*

εἶναί τοὺς ξυνόντας ἐς πράγματα, ἢν δέ τι ἀντικόπτῃ, (si quid non ex animi ſententia ceſſerit) εὐθὺς μεταβάλλεσθαι· ἀλλ' ὥςπερ ἐν νηῒ διαπονεῖσθαι, ἕως ἂν ἐς οὖρον καταςῶσιν· εἰ δὲ μή, πῶς ἀφίκοιντο ποτέ, ἔνθα δεῖ, εἰ, ἐπειδάν τι ἀντικόπτῃ, εὐθὺς ἐς τἀναντία πλέοιεν; *Bergl.*

547. Aliud ſyſtema octo verſuum [apud Brunk.], qui perperam vulgo in decem distributi ſunt *q)*: tertii ςρώμασι [vt vulgo erat] Μιλησίοις non conſtant numeri: nam etiamſi verſus eſſet trochaicus, ςρώμασιν tamen oporteret ſcribere. *Brunck.*

οὐ γὰρ δὴ [olim vulg.] γελοῖον. Ms. Vat. U. οὐ γὰρ ἂν γελ. quod metro magis [immo vnice] conuenit. Sunt enim verſus trochaici, qui verſibus praecedentis periodi et metro et numero ſyllabarum reſpondent *r)*. *Kuſt.* Attice ſcribendum videtur γέλοιον, vt v. 6. *Spanh.* Intra hos tres verſus 541 — 43. (47 — 50.) duae remanſerunt foediſſima mendae. Intactas eas dimiſerat Kuſterus *s)*, et ipſe, quum textum conſtituerem quumque deinde ſuperiores notas ſcriberem, neſcio qua mihi ob oculos obiecta glaucoma, eas non deprehendi. Forte his diebus quum in hunc locum incidiſſem, quae prius abstruſa fuerant, in ſuperficie poſita reperi. Ne diutius lectorem morer, ſic ſcribendi hi verſus:

οὐ γὰρ ἂν γέλοιον ἦν, εἰ Ξανθίας μὲν δοῦλος ὢν
ἐν ςρώμασιν Μιλησίοις
ἀνατετραμμένος, φιλῶν ὀρ-
χηςρίδ', εἶτ' ἤτησεν —

---

q) Verſus 11. ita ſcribendi partim e Rau. ſunt:

οὐ γὰρ ἂν γέλοιον ἦν, εἰ
Ξανθ. μ. δ. ὤν, ἐν
ςρώμασιν Μιλησίοις
ἀνατετραμμένος, κυνῶν ὀρ-
χηςρίδ', εἶτ' ἤτησεν ἀμίδ'; ἐ-
γὼ δὲ πρ. τ. βλέπων
τοῦ 'ρεβίνθου 'δραττόμην· οὗ-
τος δ', ἅτ' ὢν αὐτὸς πανοῦργος
εἶδε, κἄτ' ἐκ τῆς γνάθου,
πῦξ πατάξας μου 'ξέκοψε
τοὺς — προσθίους;

r) Reſpondent potius his noſtris 607. ſs. inde emendandi.

s) Oſtenderat tamen ἂν pro δὴ reponendum eſſe. ἂν etiam in Rau. fuit.

Primus verſus tetrameter eſt trochaicus, aut eſſe debet, vt pari ſuo congruat, verſui ſcilicet 597. (607. Lips., nempe ex Brunk. deſcriptione verſuum) ſed primo pede turpiter claudicat. Praeterea manifeſtum loci ſenſum non reddunt verba: *annon ridiculum erat* — immo: *annon ridiculum eſſet*, vt ex vi ſententiae vertimus. Deeſt itaque hic partic. ἄν, quam linguae indoles abeſſe non patitur. Iam videamus, quid ſit in optimis vetuſtiſſimisque codd., quos rurſus adii, poſtquam mihi in oculos incurrerunt iſtae mendae. In membr. et in C. ſcriptum οὐ γὰρ γέλοιον ἦν *t*), omiſſo illo δή, quod habent duo alii, ſed ab imperito correctore inſertum, qui verſus ſyllabarum numero, non poteſtate metiebatur. A poëta eſt ἄν, quod iam ſaepius a librariis omiſſum obſeruauimus. Tertius verſus dimeter eſt, aut ſaltem eſſe debet, trochaicus: ſed tertio pede claudicat, qui pro trochaeo ſpondeus eſt. Quod vulgo legitur κινῶν *v*), id affirmo gloſſema eſſe olim ſuperſcriptum ad declarandam vim et notionem genuinae vocis φιλῶν. Quum enim ſciret Grammaticus φιλεῖν tria ſignificare, *amare*, *oſculari* et *futuere*, poſtrema ſignificatione hic poſitum eſſe indicare voluit. Deinde, quod cum bona venia eorum dictum ſit, qui, quomodo id fieri potuerit, non intelligunt (v. not. ad 874.), gloſſa in genuinae vocis locum ſe intruſit. Hoc, ſi quid eſt certi, certiſſimum eſt. Ne quis autem arbitretur aliquid me noui huc adferre,

---

t) οὐ γὰρ ἂν γέλοιον ἦν liquido cod. (quart. Reg. f. E.) vt emendandum eſſe oſtendi. *Brunck.* in Suppl.

v) Etiam cod. E. mendoſum exhibet κινῶν, ſuperſcripta cum gloſſa συνουσιάζων. Certum eſt, a poëta hoc non eſſe. Vid. not. ad Pac. 1138. *Brunck.* in Suppl. qui ad Pac. l. l. haec habet: „Eadem hunc verſum (Pac.) inuaſit corruptela, quam primus obſeruaui in Ran. 543. vbi pro κινῶν δρχ. ſtatui reponendum eſſe φιλῶν δρχ. Nec me illius emendationis admodum poenitet. Certum eſt enim, φιλεῖν eo, quo dixi, ſenſu a Graecis vſurpatum fuiſſe. Sic Latini etiam *amare* adhibent. In Plaut. Rud. II, 6, 7. percontanti Sceparnionem lenoni, quanam facie eſſent mulierculae, quas in fano Veneris ſedere dixerat, reſpondet ille: *Scitula*. Vel ego *amare* vtramuis posſim, ſi appotus ſiem. — Non reluctabor, ſi quis in Ran. pro κινῶν vel φιλῶν reponendum cenſeat κυνῶν [*oſculans*, quod in Pac. l. l. codex quidam exhibet], e quo probabilius eſt, vulgatum ortum fuiſſe, quam e gloſſa, vt alioquin haud inepte conieceram." κυνῶν recepit etiam *Höpfn.*

Kuſteri obſeruationem ſubiungam iisdem quibus legitur verbis in copioſo et vtili indice verborum, quo editionem ſuam locupletauit: *φιλεῖν honeſte dicitur pro concumbere, pari ratione ac Gallis, baiſer une fille.* Cuius rei in exemplum citat Conc. 910. Stupendae, vt mihi videtur, fuiſſet induſtriae opus, ſi quis tam breui temporis ſpatio aliisque praeterea diſtrictus negotiis, Augiae hoc ſtabulum ita perpurgaſſet, vt nihil antiquarum ſordium remaneret. Mendae haud paucae, ad quas editor nullus vel interpres frontem contraxerat, acumen etiam meum fugerunt. Sed quo maiorem mihi cum Comico familiaritatem affert quotidiana conſuetudo, eo facilius citiusque in oculos mihi nunc incurrunt quicumque pulcherrimo in corpore ſuperſunt naeui. *Brunck.* in Add.

549. *ῥώμασιν* Μιλησίοις *x). Mileſiae* nempe *lanae* olim in pretio, e quibus delicata non ſolum, quod in Scholl. dicitur, ſed pretioſa inſuper et variegata ſeu purpura infecta parabantur *ſtragula*, quod vel ex Virg. Georg. III, 306. f. obuium: quamuis Mileſia magno Vellera mutantur, Tyrios incocta rubores. Vbi Seruius: *lanae pretioſiſſimae. Nam Miletus ciuitas Aſiae, vbi tinguntur lanae optimae.* Prout infra Lys. 732. ἔρια Μιλήσια, et Cic. in Verr. I, 34. Numquid a Mileſiis lanam abstulerit? E quibus praeſtantiſſimis Mileſiorum lanis paratı apud eos pretioſi olim tapetes, lecti, ſtragula. Vnde Critias duobus ap. Athen. locis, priori I. p. 28. [p. 105. T. I. Schw.] Εὐναίου δὲ λέχους ἔξοχα κάλλος ἔχει Μίλητός τε — Idem Critias ap. eund. XI. p. 486. [T. IV. p. 303.] *κλίνη* Μιλησιουργὴς *lectus Mileti factus*, praeter adductum hic a Schol. Theocriti locum XV, 128. Hinc ap. Demoſth. adu. Mid. [c. 37. ed. Spald. T. I. p. 558. Reisk.] voc. χλανίδας interpretatur Vlpianus: χλανίδας μὲν τὰς Μιλησίας. Corinthia caeteroquin *ſtragula* in laude olim habita, vnde commendantur ab Ariſtophonte ap. Athen. I. p. 27. Φλιάσιος οἶνος, ἐκ Κορίνθου ῥώματα. *Spanh.*

ἀνατετραμμένος i. e. *ſupinus iacens.* Male Friſchlinus: *inuolutus. Kuſt.*

---

x) Nempe ex lana Mileſia factis, quae erat in pretio. In Lyſiſtr. 732. οἶκοι γάρ ἐσιν ἔριά μοι Μιλήσια. De tapetibus Mileſiis Theocritus, citante Schol., Id. XV, 125. πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω μαλακώτεροι ὕπνω Ἃ Μίλατος ἐρεῖ — *Bergl.*

550. De κινῶν v. antea nott. ἀμὶς est τὸ οὐρόδοχον ἀγγεῖον, Etym. M. p. 83. Zonar. I. p. 149. Sensus: matulam a me posceret, adferri sibi a me iuberet.

552. f. πρὸς τοῦτον nempe, rem habentem cum saltatrice; vnde facile libido Dionysum incessere potuit. ἐρέβινθος est τὸ τοῦ ἀνδρὸς αἰδοῖον (Zon. I. 858.) vt Acharn. 801. δράττεσθαι est prehendere, capere; *fricare* reddidit Brunk.

555. πὺξ παταξας. Demosth. adu. Euerg. p. 643. [p. 1150. T. II. Orr. Reisk.] εἰσιόντος δέ μου παλαι πὺξ τὸ σῶμα. Hesych. πύξ, πυγμή, γρόνθος. Eumoeris vero Ms. [Moeris p. 323.] πὺξ Ἀττικῶς· γρόνθος Ἑλληνικῶς. Ac similiter veteres Glossae: Γρόνθος y), *pugnus:* item, *Pugnus*, Γρόνθος, γρόνθος, pro qua postrema voce, quae ibi bis reperitur, Γρόθθος legendum liquet ex Cangii Gloss graeco-barbaro: Γρόνθος, γροθιά, γρόθθος. *Spanh.*

μου ξένοψε. Sic in cod. meo scriptum per θλίψιν. In aliis, vt in impressis, crasis est μοὐξένοψε, quod accipi etiam potuit pro μοι ἐξένοψε. V. ad Thesm. 158. In C. μ' ἐξένοψε, alia constructione, nempe, παταξας με, ἐξένοψε. *Brunck.*

χορούς τ. πρ. Quid hoc sibi vult? dentesne dici χορούς? Caue credas. Corruptum est hoc verbi, reponendumque fortasse τοὺς κόρους, siquidem saepe κ et χ literae inter se permutantur. Videri voluit Comicus deriuari κόρους a κείρω, sicut fere Lys. 1027. culex dicitur δακτύλιος. Neque aegrius equidem hos pueros ferrem quam Inducias puellas Equitibus extremis et ἄνθρωπον Ἀχραδούσιον Eccl. 385. *Hotib.* Mirum est, alios interpretes omnes hoc voc. praeteriisse. Nam quod Schol. affert, nullius est pretii. Fortassis, quoniam χοροὶ etiam πλῆθος ταγμάτων dicebatur (Zonar. II. 1856.), ordinem anteriorum dentium indicauit.

556. Vulgo act. II. scena quarta hic constituitur. Cauponae accedunt, quarum alteri Plathanae nomen est.

---

y) De hoc voc. γρόνθος v. Hemsterh. ad Lucian. I. p. 491. et Sallier. ad Moer. p. 323. f. Vtitur eo et Photius Lex. p. 351. ad πὺξ explicandum.

Locus hic ita distinguendus est: Πλαθάνη, Πλαθάνη, δεῦρ' ἔλθ'. ὁ πανοῦργος οὑτοσὶ etc. i. e. *Plathane, Plathane, huc ades: hic est improbus ille* etc. *Kust.* Verissime monuit; neque tamen recentt. edd. ei paruerunt. Reisk. coniecit: δεῦρ'. ἦλθ' ὁ παν. De scriptura Attica πανδοκεῖον (pro πανδοχεῖον) v. Stoeber. et Oudend. ad Tho. M. p. 676.

558. Ne dactylo anapaestus subiungatur, corrigit Hermann. de Metr. p. 152. f. κατέφαγ' ἡμῶν. Recte.

νὴ Δία. Persona vulgo est Πλαθάνη. In meo cod. ἑτέρα πανδοκεύτρια. Sic etiam B. C. in membr. hic Πλαθάνη. At v. 558. (565. Lips.) praefixum ἄλλη πανδοκεύτρια et v. 556. (563.) ante οὐμενοῦν praefixum πανδοκεύτρια. *Brunck.*

559. κακὸν ἥκει τινὶ non est, *alicui* malum imminet (vt *Conz.* da zieht ein Wetter *Einem* auf!) sed, *nobis*, aut *mihi* (vt et paullo post). Ita enim articulus ille saepe ponitur. v. Fischer. ad Weller. II. p. 230. Brunk. ad Soph. Ai. 245. Colligere autem id Xanthias e voce et vultu cauponarum potuit, et pro se haec dicit.

560. κρέα ἀναβρ. ε. i. e. *viginti frusta carnis elixae.* V. quae de hac signif. voc. κρέας notauimus ad Plut. 1138. Ceterum locum hunc citat Pollux IX, 64. et Suidas V. Ἀνάβρασκα. *Kust.* ἀνάβρασ' v. not. ad 513. *Spanh.* Pendent haec a verbo κατέφαγεν.

561. (562. Kust.) Putant vulgo esse vnam vocem ἀνημιωβολιαῖα, quae composita sit ex ἀνὰ et ἡμιωβόλιον z).

---

z) Pro ἀνὰ ἡμιωβολιαῖα. Schol. ἕκαστον αὐτῶν ἥμισυ ὀβολοῦ ὄν, ἄξιον ἡμιωβολίου. Eupolis ap. Athen. VII. p. 328. ἡμιωβολίου κρέα. Aut potius ἀνημιωβολιαῖα sunt, *non - semiobolaria*, i. e. quae pluris constiterint, quam semiobolo; vult enim rem exaggerare. *Bergl.* ἡμιωβόλιον *semiobolus*, vt ipsa vox continuo indicat, vt ap. Theophr. περὶ μικροπ. p. 32. [Char. 10, 1. cf. Fisch. Ind. Theophr. h. v.] ἡμιωβόλιον ἀπαιτεῖν, et ap. Aristot. Rhet. I, 14. ὅτι παρελογίσατο τρία ἡμιωβόλια, *quod defraudaret tribus semiobolis*, templi nempe fabricatores. Ap. Hesych. h. ἡμιβόλιον, τὸ ἥμισυ τοῦ ὀβολοῦ, sed vbi ἡμιωβόλιον legendum esse, quod vel ferias litterarum docet, vidit iam Salmasius, et quomodo paullo ante in Ἡμίεκτον legitur ἡμιωβόλιον pro ἡμιωβόλιον. Citatur vero hic Comici locus a Pollvce IX, 5, 64. vbi adducitur dicti modo Salmasii nota, iuxta quam nihil in hac voce

Sed praestat diuisim scribere ἀν' ἡμιωβολιαῖα, quod si plene scribatur, erit ἀνὰ ἡμιωβολιαῖα, i. e. *quorum singula semiobolo constant.* ἀνὰ enim interdum esse particulam *distributiuam* (vt Grammatici loquuntur) et sensu aequipollere latinae voci *singuli*, vel ex lexicis vulgatis lector discere poterit. Sententiam hanc confirmat auctoritas Pollucis IX, 64. qui locum hunc Arist. vocis ἡμιωβολιαῖα gratia citat: vnde Ms. quidam codex recte ibi vocem hanc diuidit, scribendo ἀν' ἡμιωβολιαῖα, teste Iungermanno ad illum locum; qui tamen cur alteram lectionem, quam hodierni codices Arist. exhibent, potius sequendam statuat, causam nullam video. Nam Scholiastae nostro non semper credendum puto; cuius tamen solius auctoritate Iungermannus ibi nititur. *Kust.* Scholiastes: ἀνημιωβολιαῖα, ἀντὶ τοῦ, ἕκαστον αὐτῶν ἥμισυ ὀβολοῦ ἦν· ἄξιον ἡμιωβολιαίου. Suidas h. v. ἡμίσεος ὀβολοῦ ἄξιον, ἤτοι ἡμιωβολίου, quod praefero. Nam ἡμιωβολ. per se est quod valet dimidio obolo, neque debet dici ἄξιον ἡμιωβολιαίου, sed ἡμιωβολιαῖον simpliciter, vel ἄξιον ἡμιωβολίου, vt Suidas. Sequentia autem Schol verba Salmas. in not. Iungerm. ad Poll. l. l. ita emendat, vt pro ἐπὶ τοῦ ἀνημιωβολίου πωλούμενα legat ἐπὶ τοῦ ἡμιωβολίου, pro θεοεχθρία, quod tamen etiam Suid. habet, θεοςεχθρία, (sic etiam Aristoph. alibi, at Lucian. Lexiph. [c. 11. T. II. p. 338. Reiz.] θεοεχθία), pro ἀνημιωβόλιον, ἀνὰ ἡμιωβόλιον: poëtam enim licentia comica ex ἀνὰ et ἡμιωβόλιον (i. e. *fere, circiter, dimidius obolus*) composuisse ἀνημιωβολιαῖος. In Mss. autem ap. Poll. in ipsis poëtae verbis legitur ἀν ἡμιωβολιαῖα, quod praeferret Iungermannus, nisi obstaret auctoritas Schol. Si legas ἀν' ἡμιωβολιαῖα, pro ἀνὰ, esset, *quarum singulae valent dimidio obolo*, idque conueniret expositioni Schol. ἀντὶ τοῦ ἕκαστον αὐτῶν κ. τ. λ. eam enim vim habet praep. ἀνά. Sed relinquenda est ob auctoritatem Schol. et Suidae vulgata. Salmasii au-

---

ἀνημιωβολιαῖα mutandum foret apud Aristoph.; vt nempe iuxta veteris ad illam Scholiastae glossam, vna voce dixerit Comicus, quod duobus dicendum fuit, ἀν' ἡμιωβολιαῖα, nempe κρέα, quae prior illa vox ibi refertur, *carnes* nempe *semiobolares*, seu quae semiobolo scilicet constarent. Qua ratione etiam motus fuit Iungermannus, vt a priori illa sententia, vocem hanc apud Comicum diuidente, recesserit. In optimo tamen Pollucis codice Vossiano legitur ἀν' ἡμιωβολιαῖα. *Spanh.*

tem coniectura videtur vera, pro ἀνημιωβόλιον in Schol. legentis ἀνὰ ἡμιωβόλιον: nec tamen neceſſe eſt, ibi ἀνὰ verti, *circiter, fere:* ſed recte vertas *ſingulae*, vt modo dictum, quod conueniet cum expoſitione Schol. Quod autem Lexica laudant ἀνημιωβόλιον, pro *dimidio obolo*, ex h. l. hauſerunt: quod facere non debuerant. Ceterum nota Salm. etiam pertinet ad locum Suidae, qui ſua hauſit e Schol. *Duck.* ἀν' ἡμιωβολιαῖα diſtincte in meo codice ſcriptum. Alii perperam coniunctim ἀνημιωβολιαῖα, librariorum imperitia. Gloſſa illis antiquior ad ſinceram ſcripturam refertur in C.: ἄξιον ἡμίσεος ὀβολοῦ ἓν ἕκαστον. Verum viderat Kuſterus. *Brunck.*

566. Alteri cauponae verſus hic tributus in cod. meo et in B. In membr. et in C. eidem continuatur, cui ſuperior adſcriptus. *Brunck.* Recte. Nam pergit altera haec caupona enarrare, quae deuorauerit Hercules, falſamenta, caſeum etc.

τυρόν γε τὸν χλωρόν. Sic Attici vocabant *caſeum recentem*, vt conſtat ex Polluce, Athen. et aliis, quorum loca collegit Meurſius Lect. Att. L. III. c. vlt. *Kuſt.*

567. (560. Br.) In Ms. Vat. U. verſus hic ita legitur: Ὃν οὗτος αὐτοῖς τοῖς ταλάροις κατήσθιε *a*). *Kuſt.* ὃν αὐτὸς αὐτοῖς τοῖς ταλάροις κατήσθιε. Elegans lectio, quam e membr. reſtitui, in quibus ſcriptum ὃν αὐτὸς αὐτοῖς ταλάροις — omiſſo articulo, quem ad metri et ſermonis normam inſerui. Correctionem iſtam tam certam quam facilem confirmauit poſtmodum Regius C., in quo perſpicue ſcriptum: ὃν οὗτος αὐτοῖς τοῖς ταλάροις κατήσθιεν *b*). Inter voces οὗτος et αὐτοῖς ſuperſcripta gloſſa σύν· voci ταλάροις ſuperſcripta gloſſa παλαθίσκοις. λέγει δὲ τὰ λεγόμενα ἰδιωτικῶς τυροβόλια. Haec ſcribens primum animaduerto, eamdem lectionem e Vat. cod. a Kuſt. enotatam fuiſſe, quam non indicare tantum, ſed recipere debuerat. Fuit etiam ea olim in codice, e quo meus deriuatus. In hoc ſcriptum peſſumdato metro: ὃν οὗτος σὺν τοῖς ταλάροις κατήσθιε. Vides praepos. σὺν e gloſſa in textum

a) Vt e Rau. eum edidit Inu.

b) Cod. E. ἓν οὗτος αὐτοῖς ταλ. κατ., abſorpto a praecedente ſyllaba articulo. *Brunck.* in Suppl.

transiisse et genuinam vocem αὐτοῖς sede sua eiecisse. In B. ὕπερ σὺν αὐτοῖς τοῖς ταλάροις κ., quae lectio in nouissimis editt. [Kust. Bergl.] emendate repraesentata; nam in prioribus variis mendarum accessionibus deprauata est. Mirare vero cum librariorum stuporem, tum glossatorum ineptam diligentiam. His quid opus erat obseruare suppressionem part. σύν, tanquam si rarius quid esset? Nihil apud quosuis scriptores hac ellipsi frequentius, cuius exempla congerere putidum esset. *Brunck.*

568. (Kust. 569.) τἀργύριον c) ἐπραττόμην. Frischlinus: *argentum exegissem symboli loco.* Sed illud, *symboli loco*, est additamentum ineptum, quod neque sensum vllum habet, neque in Graeco reperitur. *Kust.* Xen. Mem. I. [2, 7.] ἐθαυμάζετο δ' εἴ τις ἀρετὴν ἐπαγγελλόμενος ἀργύριον πράττοιτο. V. ad Thesm. 868. *Bergl.*

569. Cod. E. κἀπεμυκᾶτό γε. Gl. vt in meo ἐπεβριμᾶτο. Compositum illud an alibi occurrat, nescio: hic per metri legem locum non habet, quum prima in μυκῶμαι producatur d). *Brunck.*

570. οὗτος ὁ τρόπος πανταχοῦ. In Vesp. 1431. ὅμοιά σου καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις τρόποις. *Bergl.* Vt a se malum auertat, seruus haec dicit, et quae 535. s. minatus erat, rata facit.

572. νὴ Δία, τάλαινα. Verba haec, quae cauponae vulgo continuantur, tres codd. e quibus textum constitui, Xanthiae tribuunt, A. B. D. In iisdem quae sequuntur νὼ δὲ cauponae adscripta sunt e). In C. ante νὴ Δία persona est Xanthiae: sed eidem sequentia continuantur vsque ad 568. (575.), cui praefixa persona Bacchi. Manifesta huius distinctionis absurditas, quae ostendit, aliquid iam olim hic turbatum fuisse. Verba νὴ Δία τάλ. non

---

c) Male olim editum: τ' ἀργύριον.

d) Ita antea compositum ἐκβλέψειν habet cod. Elb.

e) Haec, νὴ Δ. τ. etiam in cod. E. Xanthiae tribuuntur: quae sequuntur in eodem versu, cauponae. *Brunck.* in Suppl. Ms. Vat. U. recte verbis ν. Δ. τ. praefigit personam Xanthiae. *K fi.* Etiam in Elb. persona Xanthiae recte hic praefixa est. *Trendelenb.*

eiusdem perſonae ſunt, cuius praecedens verſus. Cf. ſupra 552. (559. L.). Sed in Xanthiae partes minime transferri debuerunt: ſunt alterius cauponae, cui ea reddi velim. Reponat itaque lector perſonam Πανδοκευτρια A. *Brunck.* Huius igitur perſonam praefixit etiam *Höpfn.* Sequuti etiam Brunkium recte ſunt Francog. interpres et Conz.

573. *κατήλιφα.* Scholiaſtae de hac voce notationem *κατήλιφα, μεσόδομον. ἢ τὴν κλίμακα,* illuſtrat Heſychius: *κατηλιψ, μεσόδμη, μεσοτοιχον, δοκός, ἡ ὑπό τινος βασάζουσα τὸν ὄροφον. οἱ δὲ ἱστρίωμα τὸ ἐν τῷ οἴκῳ, ὃ καὶ βέλτιον.* Idem iam ante *κατήλιψ, μεσόδμη f),* et ſimiliter Pollux VII, 113. Inde hic ap. Schol. *μεσόδμην* pro *μεσόδομον* e Poll. ac Suida legendum ad Pollucem monuit, qui poſtremos libros eruditiſſimis notis illuſtrauit, Hemſterhuſius. Bene vero hanc vocem in Polluce pro *κατειλῆφθαι,* quae nullo ſenſu ibi legebatur, e Mſs. emendarunt viri docti; quod e lectionibus laudati codicis Voſs. ad oram mei Pollucis pridem adſcripſeram. *Spanh.* Vulgo vertitur *ſcala,* rectius Brunk. *ſuperiorem contignationem.*

574. *ἐξάξας* [vt olim edd.]. Ab *ἐξάγω,* quod aliquando ſignificat *exeo,* vt Hom. Il. *η.* 435. Poteſt tamen etiam deduci ab *ἐξαΐσσω,* ſed tunc ſcribendum eſt cum ι ſubſcripto, *ἐξάξας. Kuſt.* Atque ita dedit, non monito lectore, Brunk. eumque recentt. edd. ſequuti ſunt.

ψιάθους. Infra Lys. 920. *καί τοι τὸ δεῖνα ψίαθος ἔξ' ἐξοισέα.* K. *ποία ψίαθος; ψίαθος* g) nempe proprie, *ſtoreae.* Gloſſae: *ψίαθος, teges, matta.* Sic Theophr. H. Pl. IX, 4. *ψιάθους δὲ ἐκ τῶν Φοινίκων πεπλεγμένας.* Idem nempe *ψίαθος,* quod *Φορμός,* de quo ad Plut. 542. et Scholia ibid. Vnde etiam Thucydidis Schol. ad illud II, 75. *Φορμηδόν* notat: *Φορμηδόν, ψιαθηδόν. Φορμὸς γὰρ ψίαθος, ὅσις ἐναλλὰξ ἔχων τὸ πλέγμα ἐστί.* Vile proinde *ſtraguli* genus *ψίαθος*: vnde de Menedemo ap. Athen. dicitur X. p. 920. quod aeſtate quidem *ἡτοιμασμένῃ ψίαθος ἐφ' ἑκάσης πλίνης,* hyeme vero villoſa pellis. *Spanh.*

---

f) Ita et Photius Lex. p. 111. bis.

g) Cf. Intpp. Moer. p. 408. 418.

Notat Schol. in Calliſtrato ſcriptum eſſe τοὺς ψιάθους, idque ibi notari tanquam animaduerſione dignum, quod poëta eam vocem maſculino genere vſurpauerit. Etiam Suidas V. ψιάθου tradit, Ariſtophanem hanc vocem dixiſſe genere maſculino, quum ſit feminini. Reſpexit procul dubio ad hunc locum poëtae, etſi interpretes de eo nihil notent. Calliſtratum autem inter antiquos Scholl. fuiſſe, e multis locis horum commentariorum conſtat. *Duck.*

575. (568. Br.) Integrum hunc verſum Xanthiae tribuunt IV. codd. cum vett. editt. recte. In recentioribus ἀλλ' ἐχρῆν τι δρᾶν *Plathanae*, ſeu alteri cauponae adſcripta ſunt *h*). Superſcripta in codd. gloſſa ſic phraſin ſupplet: ἐχρῆν ὑμᾶς τι δρᾶν περὶ αὐτόν. Senſus eſt: *quid vero in pedes vos coniiciebatis? immo oportebat vos aliquid facere, quo poenas ab eo ſumeretis. Brunck.* Vt magis appareat, quomodo Comicus imitetur Sophoclis quemdam locum, ex v. 557. prima Pandoceutriae verba repetam, et cum illis coniungam, quae hic habentur et ſequenti verſu: ὁ πανοῦργος οὑτοσὶ — τούτου τοὔργον — κάλεσον Κλέωνά μοι. Sophoclis verba in Antig. 390. (380. Erfurdt.) haec ſunt: ἦ δ' ἔς' ἐκείνη, τοὔργον ἡ 'ξειργασμένη· τήνδ' εἴλομεν θάπτουσαν. ἀλλὰ ποῦ Κρέων; Feſtiua eſt alluſio inter voc. Κρέων et Κλέων, vt ſubinde indicet Cleonis tyrannicum ingenium, quale erat Creontis. Cleonem Thucydides III. [c. 36.] dicit fuiſſe βιαιότατον τῶν πολιτῶν, quod etiam ex Comico ſatis apparet paſſim, maxime in Equitt. Hunc etiam apud inferos facit προσάτην τοῦ δήμου, qualis erat viuus. In Veſp. ſimiliter, ſed viuus, arceſſitur Cleo ad puniendum aliquem v. 406. ἀλλ' — ὡς τάχιστα, παιδία, θεῖτε, καὶ βοᾶτε, καὶ Κλέωνι ταῦτ' ἀγγέλλετε, καὶ κελεύετ' αὐτὸν ἥκειν, ὡς ἐπ' ἄνδρα μισόπολιν ὄντα καὶ πολούμενον. *Bergl.*

576. Cleon et Hyperbolus e viuis exceſſerant, quando acta haec fabula. Hos facete Comicus cauponarum patronos apud Inferos facit. *Brunck.* τὸν προσάτην Κλέωνα. Interpres: *vrbis praeſidem.* Ita forte verti poteſt, quod moderabatur pleraque pro ſuo arbitrio. Sed proprie

---

h) Huc credo ſpectat obſeruatio Reiskii ad v. ſequ. „Pandoxeutriae perſona promouenda eſt ad ſequentem verſum."

προστάται Athenis erant patroni τῶν μετοίκων, v. Suid. et Harpocr. Aelianus V. H. XII, 43. turbulentos quosdam demagogos et oratores, cuiusmodi et Cleon erat, vocat προστατας τοῦ δήμου: quae significatio hic quoque locum habere potest. Cleonem autem iam tum obiisse, notat Schol., quum scena sit apud inferos, quod ad tempus, quo acta est haec fabula, pertinet, vt et quod mox de Hyperbolo dicit. *Duck.*

577. (570. Br.) Manifestum est ex ipsis verbis, hunc versum ab eadem persona proferri non debuisse, cuius est praecedens *i)*. Licet in tribus codd., A. B. D. priori personae continuatus sit, vt in impressis, tamen alterius cauponae personam praepossui, ipsamque postmodum hanc distinctionem in C. obseruatam reperi. Prodierant in scenam cauponae, comitem vnaquaeque ancillam habens: vtraque ancillam suam iubet patronum arcessere *k)*. *Brunck.*

Ὑπέρβολον. Cfr. Suid. V. Ὑπέρβολον et Arist. Eqq. 1359. *Kust.* Hic etiam viuus non melior fuerat Cleone, et saepe notatur a Comico; in Eqq. 1298. ἄνδρα μοχθηρὸν πολίτην ὀξίνην Ὑπέρβολον, vbi v. Not. *Bergl.* Add. Thuc. VIII, 73. et Plutarch. in Alcib. *Conz.*

579. τοὺς γομφίους κόπτοιμι. Phrynichus Comicus ap. Athen. II. p. 52. τοὺς γομφίους ἅπαντας ἐξέκοψεν (dentes molares excussit omnes) ὥς' οὐκ ἂν δυναίμην Ναξίαν ἀμυγδάλην κατάξαι. *Bergl.*

580. Φορτία h. l. dicuntur *edulia*, vti saepe omnino *merces*.

581. *l)* (574. Br.) ἐς τὸ β. Vulgo εἰς. In B. D. ἐγὼ δ' ἐς τό, claudicante versu. In C. ἐγὼ δ' εἰς τὸ — Bene

---

i) Nam vulgo cum anteced. tribuitur primae cauponae, quae a Plathana distinguitur.

k) Non video, cur retracto accentu debeat dici ἔμειγ', pro ἐμοί γ'· deinde nec hoc intelligo, ad quem ἡ πανδοκεύτρια dicat σὸ δέ, quum vna tantum sit ancilla Πλαθάνη, quacum loquitur; nisi putemus aliam etiam intelligi, tanquam mutam personam, quam alloquatur, quod mihi non verosimile videtur. Forte pro σὺ δ' ἐμειγ' legendum est σὺν δ' ἔτι γ' atque vna, atque insuper vna: nam σὺν sine casu positum hoc notat. *Duck.*

l) Nullo modo hic versus Dionyso potest tribui, quod a nonnullis factum esse, in Rau. notatur.

membr. ἐγὼ δέ γ' εἰς τὸ β. Sed Atticum ἐς praeferri debebat. Βάραθρον dictus Athenis erat locus alte effossus, in quem facinorosos morti damnatos praecipitabant, qui et ὄρυγμα nuncupabatur. v. Meurs. Att. Lect. I, 25. *Brunck.*

582. λάρυγξ est ἡ τῶν σιτίων εἴσοδος (gula f. fauces), φάρυγξ ἡ τῆς φωνῆς διέξοδος (guttur), Tho. M. p. 570. vbi hic locus laudatur. Add. Foës. Oecon. Hipp. p. 376. 651.

583. Pronomen relatiuum ᾧ non ad δρέπανον respicit, quasi falce detraxisset panes, sed ad λάρυγγα *guttur*, quo κατεβρόχθισε, vt Schol. loquitur, i. e. *deglutiuit*. Ita enim vsurpatur hoc verbum; in Eqq. 714. αὐτὸς δ' ἐκείνου τριπλάσιον κατέσπακας. Vbi vid. Not. *Bergl.* De voc. κόλικες, quo panes minores designantur, vidd. quos laudat Tittmann. ad Zon. II. p. 1229. *Panes succineritios* Brunk. interpretatur.

584. ἐπὶ τὸν Κλέων' est *ad Cleonem arcessendum*; de qua vi praepositi. ἐπὶ consilium indicantis cf. Kuinoel. in Fisch. Anim. ad Well. IV. p. 243.

585. ἐκπηνιεῖται. Duplex h. l. ferebatur olim lectio. Hanc solam exhibent codd., alterius meminere veteres critici *m)*. Cod. E. perspicue ἐκποινιεῖται *n)*. Diphthongo οι superscriptum η, alterius lectionis index. Glossa μετὰ τιμωρίας λάβοι. *Brunck.* Hesychius, vbi ad h. l. respexit: Ἐκπηνιεῖται· ἐκμηρύσεται *o)*. Quod fit similiter ab Eustathio, vbi a Comico vsurpatam tradit hanc vocem, ad Hom. p. 1347. *Spanh.* Fut. Atticum pro ἐκπηνίσεται, a πηνίον. Hesych.: πηνίον, πανούκλιον, ἢ ἄτρακτος, εἰς ὃν εἱλεῖται ἡ κρόκη· *panicula siue fusus, cui filum inuoluitur*. Glossae: πηνίον, *panicola*. Eaedem: πανοῦκλα, *panicula*. *Bergl.* Redditur: *extricabit haec*.

---

m) Scholion quod hanc in rem e cod. C. prodidit Br., cum gl cod. eius, inter Scholia referetur. Scholion idem est in cod. E.

n) Eo etiam alludit ἐκποινιεῖται (si recte notatum) in cod. Elb.

o) Item Suid. et Zon. I. p. 647. vbi exponitur ἐξελκύσει, vt in gl. cod. Brunck.

Cauponae nunc discedunt cum ancillis. Hinc a v. seq. quinta scena actus II. inchoatur.

586. Secum haec Dionysus dicit, dum accedit ad Xanthiam, ita tamen, vt hic audire possit.

589. πῶς ἂν Ἀλκμήνης — Nam Bacchus ipse dicebat, absurdum esse, si Xanthias velit fieri Hercules v. 528. *Bergl.*

591. θυμοῖ. Sic ad linguae normam scribi debuit, siquidem secunda persona est verbi θυμόομαι. Barbarum est vulgatum θυμεῖ, quod tamen, vel obliterata forma Attica θυμῇ, obtulerant mihi tres codd. Demum in C. recte scriptum reperi θυμοῖ *p*). Quibus alterum debetur, librarii ne coniugationum quidem canones sciebant. Ex eadem grammaticae legis ignoratione legitur in Schol. ad Plut. δηλῇ pro δηλοῖ. v. Hemsterh. p. 43. et Valck. diatr. Eur. p. 231. *Brunck.*

592. κᾆν εἴ γε τύπτοις — Sic B. Vulgo [etiam in vtroque cod. Inu.] κᾆν εἴ με τύπτοις — Perperam in C. D. τύπτεις, eodem errore, qui supra notatus v. 533. (536.). *Brunck.*

593. τοῦ λοιποῦ ποτε. In Pac. 1085. οὔ ποτε δειπνήσεις τοῦ λοιποῦ γ' ἐν πρυτανείῳ. *Bergl.*

594. πρόῤῥιζον Atticis *radicitus*, *funditus*. vt Soph. [Electr.] 763. [758. Erf.] πρόῤῥιζον, ὡς ἔοικεν, ἔφθαρται γένος *q*), veterum nempe, de quibus ibi agitur, dominorum. Sic Andocid. Or. I. p. 246. [p. 72. T. IV. Reisk. Orr. Gr.] οὐκ ἔστιν ὑμῖν ἔτι λοιπὸν τοῦ γένους τοῦ ἡμετέρου οὐδείς. ἀλλ' οἴχεται πᾶν πρόῤῥιζον. Qua voce vtitur etiam ap. Eurip. Phaedra, nutrici, ob praua eius consilia, diras imprecata (vti hic quoque vsurpatur) Hipp. 684. Ζεὺς ὁ γεννήτωρ ἐμὸς πρόῤῥιζον ἐκτρίψειέν σε. Respicit nempe h. l. Aristophanes, quod meretur omnino hic ad-

---

p) Scriptum in textu cod. E. θυμᾷ. Superne vero a recentiori manu θυμοῖ. *Brunck.* in Suppl. θυμᾷ etiam Elb., sed θυμοῖ Rau.

q) Loca Soph. et Eurip. etiam laudauit *Bergl.* et praeterea ex Nost. Pac. 1218. οἴμ' ὡς προὐέλυμόν μ' ἀπώλεσας.

verti, ad ſolemnem Athenienſium ritum, ſeu ad iuramenta, vulgo apud eos recepta, et quidem, vt non ipſi ſolum, qui iurarent, ſed vna cum vxore, liberis, familia totoque inſuper genere funditus perirent, ſi peieraſſent. Cuius imprecationis ſeu vſitatae in iuramentis formulae exempla ſunt apud oratores Atticos obuia *r)*. Demoſth. adu. Ariſtocr. p. 413. cogi eum tradit, qui apud Areopagitas quempiam caedis accuſat, *πρῶτον μὲν διεξομεῖται s) κατ' ἐξωλείας αὐτοῦ καὶ γένους καὶ οἰκίας, ὅ τινὰ αἰτιώμενος εἰργάσθαι τὶ τοιοῦτον·* mox: *ἀλλ' ἐὰν ἐξελεγχθῇ μὴ λέγων ἀληθῆ, τὴν ἐπιορκίαν ἐπενεγκάμενος τοῖς ἑαυτοῦ παισὶ καὶ τῷ γένει.* Sic Antiphon Or. XIV. p. 293. [p. 709. T. VII. Reisk.] *ἐξώλειαν αὑτῷ καὶ γένει καὶ οἰκίᾳ τῇ σῇ ἐπαρώμενον.* Quibus vtique eadem hic iuramenti, qua Bacchus ſcilicet vtitur, formula abunde illuſtratur: *πρόῤῥιζος αὐτός, ἡ γυνή, τὰ παιδία t), κάκιστ' ἀπ. tum ego funditus, cum vxore liberis, peſſime peream.* Immo qua ratione etiam Athenis factum, vt illa iuramenta in capita carilſimorum, vxoris, liberorum etc. iis etiam in iudicio praeſentibus, quo manifeſtior imprecatio fieret, conciperentur, quod docebit Demoſth. adu. Conon. p. 693. [T. II. p. 1268. Reisk.] *Φασὶ γὰρ παρακεκλημένον τοὺς παῖδας αὐτὸν κατὰ τούτων ὀμεῖσθαι, καὶ ἀρὰς δεινὰς καὶ χαλεπὰς ἐπαράσεσθαι.* Idem quoque adu. Aphobum III. p. 517. [p. 854. T. II. R.] *ἔτι τοίνυν ἡ μήτηρ ἠθέλησε πίστιν ἐπιθεῖναι κατ' ἐμοῦ καὶ τῆς ἀδελφῆς.* Vt hoc addam, quod in eadem quoque iuramenti formula ſubinde adderetur, vt ſicut peierans cum liberis, familia totoque genere inde vel funditus periret, quod hic quoque apud Comicum ſequitur: *κάκιστ' ἀπολοίμην*, ſic viciſſim ei, qui iuramentum rite obſeruarat, omnia prospera euenirent. Andocides Or. I. p. 221. [p. 49. T. IV. Orr. Gr. Reisk.] *καὶ ἐπεύχεσθε, εὐορκοῦντί μοι εἶναι πολλὰ κἀγαθά, ἐπιορκοῦντι δέ, ἐξώλη αὐτὸν εἶναι καὶ γένος.* Sic in Foedere Smyr-

---

r) Exemplum etiam eſt ap. Petit. de Leg. Att. p. 397.

s) διομεῖται ap. Reisk. T. I. p. 642.

t) Liberos denouet etiam Silenus Bacchi famulus, ap. Eurip. in Cycl. peierans v. 268.: *ἀπώμοσα, μὴ τὰδ' ἐξοδᾶν ἐγὼ ξένοισι μήποτ'· ἢ κακῶς οὕτοι κακοὶ οἱ παῖδες ἀπόλοιντ', ὡς μάλιστ' ἐγὼ φιλῶ. Bergl.*

naeorum et Magnetum Marm. Oxon. p. 12. [n. XXVI. §. 78.] *εὐορκοῦντι μέν μοι εὖ εἴη· ἐπιορκοῦντι δὲ ἐξώλειαν, καὶ αὐτῷ καὶ γένει τῷ ἐξ ἐμοῦ.* *Spanh.*

595. (588. Br.) Archedemi illius, cui cognomen fuit Γλάμων, sive ob oculorum vitium, sive alia de causa meminit Lysias in or. contra iun. Alcib. p. 536. [p. 406. T. I. ed. Auger.] *Brunck.* in Suppl. Citat h. l. Suidas V. Γλάμων et V. Κ' Ἀρχέδημος ν). *Kust.*

596. *ἐπὶ τούτοις λαμβάνω.* Eurip. Alcest. 375. *ἐπὶ τοῖσδε παῖδας χειρὸς ἐξ ἐμῆς δέχου (hac conditione).* *Bergl.* Iam rursus Xanthias sumit Herculis habitum.

597. (590. Br.) *x)* Respondent hi versus strophae, quae incipit v. 534. (537. Lips.). In membr. scriptum ἦν εἶχες· vulgo ἥπερ εἶχες, e scioli interpolatione, qui metra perperam digessit. Excidit quidem syllaba, quam suo loco repositi, *σὺ γ' — ἦν εἶχες σὺ γ' ἐξαρχῆς.* *Brunck.* Facilius vero in vno illo codice excidere *περ*, quam in omnibus *σύ γ'* potuit. Quomodo Br. hanc antistrophen in septem versus, accommodate ad strophen, redegerit, Inu. iam ostendit, sed hic quoque vndecim versus dimetros troch. vel acatal. vel catalectt. puto, quorum primi tres, ita vt vulgo et ap. Inu., legantur, tum:

ἀναγεάζειν [σαυτὸν αἰεί]
καὶ βλέπειν αὖθις τὸ δεινὸν
τοῦ θεοῦ μεμνημένον,
ὥπερ εἰκάζεις ἑαυτόν.
εἰ δὲ παραληρῶν ἅλώσει
καὶ βαλεῖς τι μαλθακόν,
αὖθις αἴρεσθαί σ' ἀνάγκη
τὰς πάλιν τὰ ῥώματα.

Si *σαυτὸν αἰεί*, quae in Rau. et Borg. desunt, pro glossematis habentur; neque vero ea defendam; tum etiam v. 540. *μεταπυλινδεῖν* legendum, omissis vocc. *αὐτὸν αἰεί*, quae et ibi ex interpretamento accessisse videntur, vt sit monometer troch., idque praefero. Male autem v. 601. *αὖτις* reposuit Inu., sive significationem (v. Ammon. p. 27. Valck.)

---

v) Ita, κ' Ἀρχέδ. hic olim editum est.

x) Scena quinta act. II. vulgo hinc incipit.

ſiue dialectum (v. Sturz. ad Maitt. d. dial. p. 173.) ex Grammaticorum praeceptis ſpectemus.

603. (594. Br.) Scriptum in cod. E. ὥπερ εἰκάζει σεαυτόν. Male diuiſit voces librarius: ob oculos habebat εἰκάζεις ἑαυτόν, quod optimum eſt et elegans. Pronomen ἑαυτοῦ ſecundae etiam perſonae ſeruit, vt nobis ſaepius fuit obſeruatum. *Brunck.* in Suppl.

604. (594. Br.) ἦν δὲ παραλ. ἁλῶς καὶ βάλῃς. Sic (vt Br. edidit) optime membr., obſeruata ſermonis et metri ratione. Soloece vulgo: εἰ δὲ παραληρῶν ἁλώσει καὶ βαλῇς — Peius in meo ἁλώσῃ *y*). — In C. ſalua ſaltem conſtructionis lege: ἁλώσει καὶ βαλεῖς. Numquam εἰ cum ſubiunctiuo conſtruitur. Sed longe praeſtat membr. lectio, quae alteri genuinae plane congruit, quam ſuppeditant illae etiam in v. 538. (544. μεταστρέφειν). *Brunck.* Si igitur v. 544. μεταστρέφειν legitur, recte etiam ἁλῶς hic reponi et βάλῃς ſeruari poteſt. Tum autem verſus duo dimetri trochh. catalect. ſe excipient, et exquiſitius certe tum μεταστρέφειν tum ἁλῶς dictum eſt.

605. In Plut. 588. μαλακὸν δ' ἐνδώσετε μηδέν. *Bergl.*

606. αὖθις αἴρεσθαί σ' ἀνάγκη τις, πάλ. τ. σρ. Sic codd. B. D. *z*) cum vett. edd. In recentioribus verſu ruente ἀνάγκη 'σὶ πάλιν. Metri vitium, quod nec Kuſtero nec Berglero ſuboluit, ſenſit Dawelius, emendauitque *a*), ἀνάγκη 'σαι πάλιν. Nos veterem lectionem reuocamus, quae bona eſt. Verbum ſubſtantiuum eleganter ſupprimitur: αὖθις ἀνάγκη τις ἔσαι αἴρεσθαί σε πάλιν τὰ σρ. In C. τις omiſſum: maior lacuna in membr. αὖθις αἴρεσθαί σε πάλιν τὰ σρώματα.

607. Etiam haec, a Brunk. in octo verſus deſcripta *b*), vt 547. ſs. ita in 11. redigi poſſunt, vti vulgo etiam

---

y) Vti etiam in Elb. et Bau.

z) Etiam Bau. cod. et Inu. libri.

a) Miſc. crit. p. 235. Poterat vero facilius addi ν, ἶσὶν πάλιν.

b) Hoc modo (nam Inu. non indicauit):
οὐ κακῶς, ὦ ἄνδρες, παραινεῖτ'· ἀλλὰ καὐτὸς τυγχάνω

ſcribuntur, modo poſtremus in duos dimetros trochh., alterum acatal., alterum catal. diſſoluatur. Vulgo *παραινεῖτ'* in vno verſu.

610. *ἢν χρηστὸν ἤ τ.* valet: ſi quid commodi inde redundet, quod rurſus Herculis perſonam ſuſcipio.

613. (602. Br.) In A. B. D. [etiam Bau.] recte cum eliſione ſcriptum *παρέξω 'μαυτόν*, quod metri ratio flagitat. *Brunck.* Nam vulgo *ἐμαυτόν* fuit.

615. (616. Kuſt.) *βλέποντ' ὀρίγανον.* Idem nempe (vt ea mittam, quae de ſimilibus apud Comicum locutionibus notaui ad Nub. 1178.), quod ſupra 570. *ἔβλεψεν εἰς ἐμὲ δριμύ*, et Eqq. 628. *κἀβλέψας νάπυ*, vbi Schol. *καὶ ἀνέβλεψε δριμύ.* Nempe quod tam *ὀριγάνου*, quam *νάπυος*, *origani* et *ſinapis* ſucci *δριμεῖς*, acres, fuerint, vt haec duo ſimul inter alia tangit Theophr. H. Pl. I, 19. c) vbi de ſuccorum varietate agens, quorum alii vinoſi, alii pingues, alii dulces, alii, vt continuo addit, *οἱ δὲ δριμεῖς, οἷον ὀριγάνου, θύμβρου, καρδάμου, νάπυος. Spanh.* Solet ita obtutum acrem et toruum deſcribere. Eqq. 627. Veſp. 453. *βλεπόντων κάρδαμα.* Et alibi ſaepe ſimiliter. v. ad Plut. 328. *Bergl.*

617. Redit iam Aeacus cum infernalibus lorariis, qui ſe paullo ante dicebat currere ad arceſſendam Echidnam et Muraenam; quae monſtra forte etiam in theatro iam apparent: forte etiam Cleon et Hyperbolus apparent, quos vocari iubebat Pandoceutria. *Bergl.* Scena 6. act. II. hic conſtituitur. Alloquitur Aeacus ſeruos et monſtrat iis Xanthiam, tamquam Herculem, qui Cerberum, canem, fuerat furatus.

ταῦτ' ἄρτι συννοεύμενος.
ὅτι μὲν οὖν, ἢν χρηστὸν ἤ τι,
600. *ταῦτ' ἀφικρεῖσθαι πάλιν πειράσεται μ' εὖ οἶδ' ὅτι·*
ἀλλ' ὅμως ἐγὼ παρέξω
'μαυτὸν ἀνδρεῖον τὸ λῆμα,
καὶ βλέποντ' ὀρίγανον
δεῖν δ' ἔοικεν, ὡς ἀκούω τῆς Θάρυκος καὶ δὴ ψίφον.

c) Add. de origano Dioſcor. II, 35. III, 52. Plin. H. N. XX, 67. intpp. Aelian. II. A. VI, 12. Reddunt *Bitterkraut, Wohlgemuth, Majoran.*

618. ἥκει τῷ κακόν. Supra 560. κακὸν ἥκει τινί *d*). Idem est τῷ et τινί, nisi quod illud communi dialecto dicitur, illud Attica. Ita autem edd. priscinae, non ἥκει τῷ, vt nupera. *Bergl.*

619. οὐκ ἐς κορ. μ. πρ. Alloquitur lorarios, qui ipsum aggredi volunt, et simul iis minatur Xanthias - Hercules.

εἶεν καὶ μάχει; Sine interrogatione vett. Grammatici haec legerunt. Glossa in codd. εἶεν ταῦτα ἃ λέγεις καὶ μάχῃ ἡμῖν. Quibus in verbis nullum sensum video. εἶεν valet ἄγε δή. Quocirca praestat forte legere εἶεν, καὶ μάχου *e*). Vel εἶεν accipiendo pro *esto*, quae alia est huius interiectionis significatio: εἶέν γ' εἰ μάχει, ὁ Διτ. Postremum hoc magis mihi probatur. In Pac. 663. εἶέν γ' ἀκούω. *Brunck.* Nihil mutandum puto. Sensus: Atqui tu etiam pugnare vis?

620. Nonnulli existimant, poëtam risus causa Thracica haec rudiora nomina elegisse. Sed quidni ea ipse finxerit? *Conz.* Nimirum mancipia Graecorum saepe erant Thracicae stirpis. v. Reitemeier. Gesch. u. Zust. d. Sclav. in Griech. p. 78. Vocat autem eos Aeacus, vt iam aggrediantur Xanthiam et cum eo pugnent.

622. οὐχὶ δεινὰ — In Vesp. 1359. οὐ δεινὰ τωθάζειν σε, τὴν αὐλητρίδα τῶν ξυμποτῶν κλέψαντα; *Bergl.* Ironice haec dicit Dionysus. Neque enim vere dicere ita potuit.

623. (611. Br.) πρὸς hic valet προσέτι, καὶ ταῦτα. Ordo est: τύπτειν τουτονί, καὶ ταῦτα κλέπτοντα τἀλλότρια. *Brunck.* Claudicat hic versus in quarto pede, qui pyrrhichio constat. Legi possit: κλέπτοντα προσέτι τἀλλότρια; μάλ' ὑπερφυᾶ. Sed quia videmus nihil tam frequens esse apud Comicum quam καὶ μάλα, illudque καὶ saepe a librariis omissum fuisse, quod deprehendimus in

---

d) Illud Xanthiae dictum imitatur Dionysus; secum haec loquitur.

e) Hoc mihi statim in mentem venit, nisi sensus requireret μὴ μάχου vel tale quid, *mitte haec, noli resistere*; iterum sese opponit X. iamque Aeacus seruos vocat. *Höpfn.*

v. 745. et 751., hic etiam a poëta scriptum fuisse opinor: *κλέπτοντα πρὸς τἀλλότρια; καὶ μάλ' ὑπερφυᾶ.* Minus est probabile librarium notissimum *προσέτι* in reconditius *πρὸς* mutasse. Futilia sunt meritoque a nobis omissa, quae Kusterus de emendatione huius versus indici suo inseruit in v. *μάλα f).* *Idem* in Suppl.

624. (612. Br.) *σχέτλια* — Ironice hoc dicit Aeacus, cui verba haec tribuunt iuxta impressos duo codd. At Baccho adscripta sunt in B. D. [et Elb.]. *Brunck.* Rectius; ita enim respondent magis v. 622.

625. (626. Kust.) *ἐθέλω τεθνηκέναι.* Festiuum omnino hoc Xanthiae in Inferis iuramentum, quod alioquin nimis in hac adhuc vita agentibus familiare. *Spanh.*

626. *ἄξιον καὶ τριχὸς* de re minimi, vel potius nullius, pretii dicitur.

627. (615. Br.) Potestatem pronominis *σοι* recte explicat glossa in C. *χάριν σου.* v. not. ad Lys. 1277. *Brunck.*

628. (629. Kust.) Versum hunc et sex sequentes citat Suidas V. *Βασανίζειν. Kust.* Nempe iuxta receptum legibus Athenienssium morem, vt heri seruos ad quaestiones de iis sumendas offerrent; immo vt tradi iidem ab eorum heris debuerint. Demosth. adu. Stephan. 1. p. 629. [1120. T. II. Reisk.] *προύκαλεῖτο Στέφανον παραδοῦναι τὸν παῖδα σὸν ἀπόλουθον εἰς βάσανον.* Idem adu. Euerg. p. 639. [1143. f. Reisk.] et alibi *g).* *Βάσανος* alias et *βασανίζειν* quandoque apud eosdem scriptores Atticos de solo examine citra *tormenta* dictum, vt infra Acharn. 647. *ὅτε καὶ βασιλεὺς Λακεδαιμονίων πρεσβείαν βασανίζων* vt rex Persarum, quando *Lacedaemoniorum legationem examina-*

---

f) Verba eius haec sunt: „Scholiastes (pro *μάλα*) legendum censet, *μᾶλλα* pro *μὴ ἄλλα*, vti et Ran. 737. Vide etiam Au. 109. et Thesm. 295. vbi *μὴ ἄλλα* propter metrum coalescit, vti et *μὴ ἄλλην* in eadem fab. v. 485." Sed in not. ad h. l. idem: „Non est necesse, vt cum Schol. scribamus *μᾶλλ' ἑτερφ.* per synaloephen, pro *μὴ ἄλλα*, quoniam lectio vulgata satis commodum habet sensum." At de metro quaeritur.

g) Cf. Petit. Leg. Att. p. 440. f. Reitemeier Gesch. u. Zustand d. Sclav. in Griech. p. 96. f.

bat: non, vt ibi interpres, *quando torquebat Lacedaemone miſſos*, ſed prout Schol. *βασανίζων, ἀκριβῶς ἐξετάζων·* immo prout *βασανιῶ* et *βασανιεῖς* de examine tragoediarum dicitur infra 814. et 1152. *Spanh.*

629. *ἄγων* pro *ἀπάγων*, abductum ad ſupplicium.

630. (618. Br.) *βασανίζω*; In C. *βασανίσω*. Si futurum tempus adhibuiſſet, ſcripſiſſet *βασανιῶ*, quod perinde admittit metrum *h*). *Brunck.*

πάντα τρόπον. Varia hic enarrantur quaeſtionum ſ. tormentorum genera, quibus ad ferenda teſtimonia adigebantur olim Athenis ſerui: quum caeteroquin teſtimonii dictio apud eos haud eſſet. Vt mirum proinde videri poſſit, quod, quum actiones iniuriarum eſſent apud Athenn. contra eos, qui ſeruos verberarant, vt e Xenoph. et aliunde monuerunt iam viri docti, quibus addi poteſt Plato de Legg. IX. p. 872., vt, qui ſeruum innocentem occidit, eo modo, quo quis, qui ciuem interfecit, puniatur: ad quaeſtiones tamen de iis habendas, et quibus, quod vel ex hoc et ſequentibus tribus verſibus liquet, torqueri variis modis *i*) ad ferenda teſtimonia poſſent, dari a dominis deberent. Sic, vt hoc vnum adducam, Demoſthenes adu. Timoth. p. 664. [p. 1200. T. II. Reisk.], quod iam occupaſſe video Petitum de Legg. Att. p. 351. [440. Weſſel.] *ἠρόμην αὐτὸν πρὸς τῷ διαιτητῇ, εἰ ἔτι δοῦλος εἴη ὁ Αἰσχρίων αὐτοῦ καὶ ἠξίουν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτοῦ δέρματι τὸν ἔλεγχον διδόναι. Spanh. ἐν κλίμακι δήσας.* Thesm. 956. *δῆσον αὐτὸν εἰςάγων, ὦ τοξότ', ἐν τῇ σανίδι.* In Eqq. 366. *οἷον σε δήσω ἐν τῷ ξύλῳ*, vbi v. Not. *Bergl.* Serui caſtigandi alligabantur columnae ad ſcalam, etiam apud Rom. v. Hor. Epp. II, 2, 15. ſ. *Conz.*

631. *ὑσριχίδι μας.* In Pac. 746. *μῶν ὑσριχὶς εἰςέβαλεν εἰς τὰς πλευρὰς πολλῇ σρατιᾷ κἀδενδροτόμησε τὰ νῶτα. Bergl.* Heſych. *ὑσριχίς, μάσιξ πεπλεγμένη ἐξ ὑσίων τριχῶν.* Etiam Polluci II, 3, 24. *ὑσριχὶς* dicitur et III, 8, 79. *αἱ μάσιγες, ὑσριχίδες*, et inter *σκεύη ὑσριχὶς* recenſe-

---

h) *βασανίσω* praefert Porſon. ad Eurip. Phoen. 740.

i) De his cf. *Reitemeier* Comm. de origine et ratione quaeſtionis per tormenta apud Graec. et Rom.

tur ab eodem X, 40, 168. Suidas: *ὑσριχίς, ἡ ἐξ ὑείων τριχῶν μάσιξ.* Idem tamen: *ὕσριξ, ἐκ δέρματος μετ' αὐτῶν τῶν τριχῶν μάσιξ*, laudans h. l. Ariſtoph. *k)* Etym. M. *ὕσριξ, ὕσριχος, ἡ ἐκ τῶν τριχῶν τῶν ὑῶν μάσιξ.* Vt adeo videatur et *ὕσριξ* et *ὑσριχίς* dici pro flagello, quod etiam Conſtantinus docet auctoritate Suidae. Sed quum nullum vel ab Etym. vel a Suida exemplum adferatur, atque Suidas inſuper *τῷ ὕσριξ* ex h. l. ſubiiciat *ὑσριχίδι μασιγῶν*, ego adhuc *ἐπέχω*, an pro flagello *ὕσριξ* dicatur nominandi caſu. *Duck.*

632. *σρεβλῶν.* In Eqq. 771. *τοὺς μὲν σρεβλῶν, τοὺς δ' ἀγχων.* Plut. 876. *ἐπὶ τροχοῦ γὰρ δεῖ σ' ἐκεῖ σρεβλούμενον εἰπεῖν, ἃ πεπανούργηκας. Bergl.* Intelligitur rota publice propoſita, cui illigabantur ſerui. *Conz. ἔτι δ' εἰς* [Inu. e Rau. *ἐς*] *τ. ῥ. ὄξ. ἐγχ.* Sic recte Suidas in *βασανίζειν* [cum Rau.]. Codd. cum impreſſis: *ἐπί τε τὰς ῥῖνας* — quam lectionem prauam eſſe oſtendit Daweſius *l)*. *Brunck.*

633. *πλίνθους* Francog. int. reddit *briques brulantes*, et ſimiliter Conz. *heiſſe Ziegel.* Sed quidni omnino laterum magnam multitudinem humeris impoſitam intelligamus?

634. (622. Br.) *γητείῳ.* Sic codd. [etiam Elb. et Inu. codd.] et edd. vett. Perperam in recentioribus *γηθείῳ m)*. Sinceram ſcripturam exhibent Eqq. 677. Veſp. 496. 498. *Brunck.* Porris (Knoblauch) et alliis (Zwiebeln) pueri ſe luſus cauſa feriebant. Vult igitur hoc: ſeuere eum caedendum et torquendum eſſe. cf. Petit. de Leg. Att. p. 442.

---

k) Apud Zonar. II. p. 1788. (vbi cf. Tittmann.) auctoris vitio perperam ſcribitur *ὑσριχὶς* et *ὕσριξ* et diſtinguitur a v. *ὑσριχίς*, quo animal (Porcus-ſpinus, Stachelſchwein) indicetur. Sed Photius p. 464. *ὑσριχὶς καὶ ὕσριξ* (nam ita pro *ὕσηξ* ſcribendum) *ἡ ἐκ τῶν ὑείων τριχῶν μάτιξ.*

l) Miſc. Cr. p. 255. ſ. vbi *ἐγχέλεων* cum *εἰς* conſtrui docet, et in Append. p. 465. additur: „cum Atticum ſit *ἐς*, non liquet, cur vulgatum in *εἰς* mutauerit D. neque cauſae quidquam fuiſſe conſet Valck. ad Eurip. Hipp. cur *τῇ ἐγχέλεϊ* ſubſtitueretur *ἐγχέλεων.*"

m) Cf. Etym. M. h. v. et Zonar. II. p. 455.

635. *δίκαιος ὁ λόγος.* Ita et infra 649. et Alexis ap. Athen. III. p. 117. *Bergl.* *κἄν τι πηρώσω.* Ideo ſcilicet quaerit Aeacus *n)*, an, dum torqueretur ad ferendum teſtimonium is, quem putabat, ſeruus, pretium pro eo verberibus mutilato deberet refundere: quod lege Athenis receptum fuerit, datis etiam fideiuſſoribus, vt, ſi is cauſſa caderet, qui ſeruum ad quaeſtionem depopoſcerat, is damnum illud ſerui domino perſoluere teneretur *o)*. Quod iam adductis eam in rem aliquot ap. Demoſth. locis monuit Petitus de Leg. Att. p. 355. [441. Weſs.] *p)*. Expreſſa vtique ſunt eam in rem eiusdem oratoris adu. Pantaenetum verba p. 569. [p. 978. T. II. Reisk.] *ἀξιῶν ὃν Φησιν οἰκέτην ταῦτα συνειδέναι, βασανίζεσθαι· κἂν μὲν ᾖ ταῦτ' ἀληθῆ, τὴν δίκην ἀτίμητον ὄφλειν αὐτόν· ἐὰν δὲ ψευδῆ, τὸν βασανιστὴν Μνησικλέα ἐπιγνώμονα τῆς τιμῆς εἶναι τοῦ παιδός. λαβὼν δὲ ἐγγυητὰς παρ' ἐμοῦ* etc. *Spanh.*

637. *βασάνιζ' ἀπαγαγών.* Qua ratione *βασανιστὴν* illum conſtituit laruatus Hercules illius de ſeruo velut ſuo habendae quaeſtionis: quum in foro Attico coram arbitro, vt vel ex adducto ad 631. Demoſth. loco patet, illa quaeſtio de ſeruis, et quidem multis ſeruis praeſentibus, habenda fuerit. *Spanh.* Quae pro hoc verſu latina dedi *q)*, obſcura ſunt et paene inepta: nec meliora dederat Bergleruus *r)*. Verti debuit: *ne, quaeſo, eum mihi mutilaueris, ſed proinde vt dixi abductum torque.* Hic eſt Graecorum ſenſus, quem optime declarat vetus gloſſa: *μὴ δῇτ'*

n) Videtur igitur interrogatiue haec accepiſſe Spanh., ſed rectius plene poſt *κείσεται* interpungitur, et affirmatiue haec capiuntur.

o) Solebant qui ſeruos aut ſeruas alterius ad torturam poſcebant, damnum praeſtare, ſi illi ex tortura mutilarentur; Demoſth. c. Neaer. [p. 1387. T. II. Reisk.] *Ἕτοιμος ὢν τὰς θεραπαίνας παραλαμβάνειν — ἐφ' ᾧ τε βασανίσαι αὐτάς· — καὶ εἴ τι ἐκ τῶν βασάνων βλαφθείησαν αἱ ἄνθρωποι, ἀποτίνειν ὅ τι βλαβείησαν. Bergl.*

p) Eum etiam Brunk. laudauit.

q) Non vtique ego: ſed ita hunc abductum torque.

r) Non vtique mihi: ſed ita abduc hinc et eum quaeſtioni accipe.

ἔμοιγε πηρώσῃς αὐτόν, ἀλλ' ἀπαγαγὼν αὐτὸν οὕτως ὡς ἔφην βασάνιζε. *Brunck.* in Suppl. In Ms. Vat. U. verſus hic rectius Baccho tribuitur, et ſic legitur: Διον. Μὴ δῆτ' ἐμέ γε· τοῦτον δὲ βασάνιζ' ἀπαγαγών. Et ſic in quibusdam codd. iam olim iectum fuiſſe Schol. ad h. l. teſtatur. *Kuſt.* Sed ita quae ſequuntur non conueniunt, ex quibus patet haec a Xanthia dicta eſſe et ei reſponderi. Nam v. 639. demum Aeacus alloquitur Dionyſum, eumque non mentiri iubet.

640. ἀγορεύω τινὶ etc. Eurip. Bacch. 504.: αὐδῶ, μὲ μὴ δεῖν (edico ne me ligetis), σωφρονῶν οὐ σώφρασιν. Indefinitum τὶς h. l. ad certam perſonam refertur, vt ſupra 553. κακὸν ἥκει τινι. V. ad Plut. 382. *Bergl.*

641. ἀθάνατον ὄντ' [vt olim lectum]· εἰ δὲ μὴ ſ) — Metri gratia ſcribendum eſt: ἀθ. ὄντα γ' εἰ δὲ μὴ — *Kuſt.* Claudicat hic verſus, quem tamen ſic ſcriptum exhibent libri omnes. Dispudet vitium non prius animadverſiſſe. Repone ocius: ἐμὲ μὴ βασ. ὄντ' ἀθάνατον· εἰ δὲ μή. Primam in ἀθάνατος producunt ob metri neceſſitatem epici poëtae, quae licentia vt in ſenariis inutilis eſt, ita ſcenicis numquam conceſſa fuit. Kuſteri notam ſi inſpexiſſem, de metri labe admonitus fuiſſem, ſed minus probaſſem, quod ille ſuadet, ἀθ. ὄντα γ' — *Brunck.*

642. Pro αὐτὸς σὺ σαυτὸν αἴτ. Ms. Vat. U. αὐτὸς σεαυτὸν αἴτ. *Kuſt.* Recepit e Rau. Inu., ſed videtur σὺ cum vi quadam poſitum eſſe.

648. τύπτει. Secunda perſona, pro τύπτῃ, Attice. *Bergl.*

649. ἴδοις [vt olim vulg.]. Scribe ἴδῃς, quod e membr. recipere debebam. Sic etiam eſt in cod. [E.], quem nunc verſo. *Brunck.* in Suppl. Recepit ex vtroque ſuo libro

---

ſ) Sic libri, recte quidem: nam quod volunt Kuſt. et Brunck., verbum ἀθάνατος prima producta non reperiri apud iambographos, exemplis adſtruendum erat. Equidem eos hac in parte epicorum vſos arbitror licentia, nec magis cum Kuſt. reſcripſerim ὄντα γ' εἰ, quam cum Brunk. ὄντ' ἀθάνατον, qua transpoſitione admiſſa extra ictum collocaretur vox grauiſſima. Similiter Gallus impegit Au. 1224. V. etiam Porſon. ad Eurip. Med. 159. I. [p. 402. ed. Lips.]. *Hotib.*

Inu. γ᾽ quod poſt χρῆτέρον ex vtroque ſuo libro addidit Inu., non ſua vi caret. Anapaeſtum in quarta ſenarii ſede, non Tragici quidem, ſed Comici admiſiſſe videntur.

650. προτιμήσαντα. Gl. Φροντίσαντα, ἢ αἴσθησιν λαβόντα. *Rationem habentem verberum, aut dolentem quum caedetur, ita ſe mouentem, vt ſentire verberum dolorem videatur.* Sic enim Attici vtuntur verbo προτιμῶ pro κήδομαι, ἐπιτρέφομαι, ἐντρέπομαι, ὑπόλογον ποιοῦμαι, ἐπιμελοῦμαι. Infra 665. (667.) *t)* quaerenti Aeaco: ἔπειτα προτιμᾷς οὐδέν; reſpondet Bacchus: οὐδέν μοι μέλει. Plut. 883. οὐδὲν προτιμῶ σου. Eodem modo cum Genit. ap. Demoſth. occurrit p. 80. ed. Reisk. βούλεται καὶ δαπάνας οὐ μικρὰς δαπανᾶν εἰς τοὺς κατὰ θάλατταν κινδύνους, ὧν οὐδὲν προτιμᾷ. V. Badaei Commentar. p. 677. et 714. Acharn. 27. εἰρήνη δ᾽ ὅπως ἔσαι προτιμῶσ᾽ οὐδέν. *Brunck.*

653. (641. Br.) χωρεῖς γὰρ ἐς τὸ — Sic duo codd. Vulgo χωρεῖς γὰρ εἰς — quod ingratum quid ſonat. *Brunck.* Tamen εἰς retinuit Inu.

655. (656. Kuſt.) πληγὴν παρὰ πληγὴν eſt, alternis ictibus; einen Hieb um den andern ſoll jeder haben.

656. (657. Kuſt. 644. Br.) ἰδού, σκόπει γ᾽, ἢν με παρακινήσαντ᾽ *v)* ἴδῃς (vt olim vulg.). In Ms. Vat. U. verſus hic ita legitur: ἰδού, σκόπει νῦν, ἢν μ᾽ ὑποκινήσαντ᾽ ἴδῃς. Et ſic habet Suidas V. Ὑποκινήσαντα, vbi locus hic citatur. *Kuſt.* σκόπει νῦν, ἢν μ᾽ ὑποκινήσαντ᾽ ἴδῃς. Sic membr. optime, vt Suid. et cod. Vat. *x)*, Kuſtero teſte. In B., vt vulgo, σκόπει γ᾽ ἢν με παρακινήσαντ᾽ ἴδῃς. Sic etiam meus, niſi quod particulam γε poſt σκόπει omittit. In C. Aeaco tributum ἰδού *y)*, Xanthiae σκόπει νῦν ἢν με

---

t) Eum l. etiam Bergl. laudat.

v) παρακινήσαντα. Quod nempe feruorum terga ad plagas obduruiſſent, vt de iis a Syriano dicitur in graecis ad Hermogenem commentariis p. 151.: καὶ τίς οὐκ οἶδεν, ὡς ἐπίσαρκός ἐστι καὶ ἄπιτος ἡ τῶν ἀνδραπόδων φύσις· καὶ τῶν αἰκισμῶν ἐνθάδε [ἠθάδες] ὑπάρχοντες διακαρτεροῦσι πρὸς τὰς πληγάς. *Spanh.*

x) Etiam Rau. teſte Inu.

y) Ita edidit *Höpfn.* recte, opinor.

παρακινήσαντ' ἰδοῦ. Eadem distinctio fuisse videtur in vetustissimo codice, e quo descriptae fuerunt membranae Regiae. Nam in iis post ἰδοὺ vacuum relictum spatium, quantum satis est personae nomini, et ante ἰδοὺ est ξ, initium nominis Ξανθίας, quod non absoluit librarius, postquam scripta iam prima litera errorem suum deprehendit: Αἰακὸς scribere debuit. Profecto vnice vera est illa distinctio, quam iuuat actio scenae, multo sic lepidior. ἰδοὺ dicit Aeacus elato brachio et in plagam inflicturi statu. Ad veram lectionem proxime accedit cod. E., a nobis in eo tantum discrepans, quod ἀποκινήσαντ' habet: glossa ἐκτραπέντα τοῦ καθεσμότος. *Brunck.* Xanthias dorsum verberibus praebet. Aeacus verberat. X. immotus stat. *Höpfn.*

658. Ad οὐ μὰ Δί' repetendum ex antecedd. ὑπεκίνησα et ad δοκεῖς, ὑποκινῆσαι. Interpretes latt. (etiam Br.) ad οὐ μὰ Δί' supplerunt ἐπάταξας (sed quomodo id dicere potuit?) et seq. reddunt: nec mihi videris sensisse. *Reiskius* pro δοκεῖς coniecit δοκῶ vel δοκεῖν.

659. πηνίκα; anxietatem haec quaestio de tempore, quo verberaturus sit, prodit.

660. ἔπταρον. Sternutatio in ominibus bonis malisue habebatur, vnde etiam deus πταρμὸς Aristot. Probl. 33, 7. cf. Xen. Exp. Cyr. I, 3. Hinc iocus potest intelligi: qui factum est, vt non sternutarem. *Conz.*

661. Xanth. οὔκ. ἀν. ἰαττατταί. Aeac. τί δ' ἰαττατταί; Sic optime cod. meus. Perperam vulgo: — τί δὴ τατταί; Exclamauerat Xanthias ἰαττατταί. Eumdem σχετλιασμὸν repetere debet Aeacus. In C. ἰατατταί. — τί ἰατατταί. Sic etiam in membr. sed sine personae interpositione, correcto ad marginem errore per diuersam lectionem sic: Αἰακός. τί ἀττατταί. *Brunck.* Quod pro his edidit Inu., οὐ. α. ἰαττατταττατταττάττατταί, id, si vel productior haec vox ferri possit, metrum tamen respuit. Igitur, quod Br. e suo cod. recepit, quodque e glossemate natum esse, non persuasit Inu., restituendum videtur.

663. Ἡράκλεια τὰ 'ν Διομείοις. Hinc Athenaeus VI. p. 260. [p. 495. T. II. Schweigh.] τοῖς Ἀθήνησιν εἰς τὸ Διομέων Ἡράκλειον ἠθροισμένοις. Male vero Casaubonus

Anim. p. 464. *z)* de *Diomeorum* feſto hic agi exiſtimat, quum Ἡράκλεια, vt vel ex hoc Comici loco et ad eumdem Scholiis liquet, in Atticorum *Diomeorum* pago *a)*, vbi erat Herculis templum, celebrarentur. Hinc idem Athen. XIV. p. 614. ἐν γοῦν τῷ Διομείῳ ἢ Ἡρακλείῳ συνελέγοντο, vbi legendum forte, ſicut in ſuperiori eiusdem auctoris loco, τῷ Διομέων Ἡρακλείῳ *b)*. Adde, quod, etſi in ſingulis Atticae pagis vigeret cultus Herculis, ac duodecim in iis viri eſſent electi, qui eius ſacra procurarent, vt a Diodoro Sinopenſi ap. Athen. traditur VI. p. 239. is tamen eximie in Diomeorum pago ac templo ibi Ἡρακλείῳ coleretur. Neque vero in Atticae ſolum pagis, ſed intra vrbem etiam poſtea celebrata Ἡράκλεια docet Demoſth. de f. leg. p. 211. 216. [p. 368. et 379. T. I. Reisk.]. *Spanh.*

665. ἱππέας ὁρῶ. Sic recte in membr. et in C., omiſſa inutili, quae vulgo inſerta eſt, particula [γ']. Moeris: ἱππέας, μαιρῶς, Ἀττικῶς· βραχέως, Ἑλληνικῶς· ad q. l. vid. omnino Pierſon. [p. 204. vbi hunc ipſum locum eam in rem laudat, add. p. 192.]. Etiam cod. E. ἱππέας ὁρῶ. *Brunck.* Vtrum ita temere excuſet exclamationem ἰού, an ad ἱππεῖς eorumque nocturnas vigilias alludat, incertum eſt. *Conz.*

666. (654. Br.) κλάεις. Sic recte membr. et B., non vt vulgo, κλαίεις. Moeris: κλάειν καὶ κάειν μετὰ τοῦ α, Ἀττικῶς, μετὰ τοῦ ι Ἑλληνικῶς, vbi v. Pierſon. [p. 231.] *c)*. Scripturam Atticam vbique apud Comicum re-

---

z) Cuius errorem iam correxit Schweighäus. Anim. ad Athen. III. p. 535.

a) v. Meurſium de Pop. Att. in Διόμεια. *Brunck.* Pagus Atticus, in neutro genere pluraliter dictus Διόμεια, vbi fuit ſacellum Herculi dedicatum, quod Diomus, a quo pagus nomen habebat, Herculis deliciae fuiſſet. Ex Schol. et Steph. Byz. Caeterum vterque et Xanthias et Bacchus, quum partim voce partim lacrymis manifeſta ſigna edant doloris, tamen quaslibet potius cauſas miſere comminiſcuntur, quam vt rem fateantur. *Bergl.* Add. Meurs. Ath. Att. II, 11. ἰκτταταὶ exclamabant Diomenſes in feſto Herculis. *Conz.*

b) Sic Schweighäus. T. V. p. 225. edidit.

c) Hinc intelligitur, ap. Zonar. II. p. 1221. non eſſe cum Tittmann. ſcribendum κλάειν.

posui: quod semel monuisse satis sit. *Brunck.* Eurip. in Alc. 527. τὶ δῆτα κλαίεις; τίς φίλων ὁ κατθανών; Ibid. 761. ὁ μὲν γὰρ ᾖδε, τῶν Ἀδμήτου κακῶν οὐδὲν προτιμῶν (miserias Admeti nihil curans)· οἰκέται δ' ἐκλαίομεν δέσποιναν. *Bergl.* Se olfacere cepas dicit, quoniam earum acris odor lacrymas elicit.

667. προτιμᾷς οὐδέν (vt Br. edidit), recte B. D. [et Bau.]. In A. C. προτιμᾷς τοὐδέν. Vulgo προτιμᾶς γ' οὐδέν. *Brunck.* Seruauit Inu. γ' suorum codd. auctoritate.

668. (656. Br.) βαδιστέον γ' ἄρ' impressi [ante Br.]. In B. D. βαδιστέον γάρ ἐστιν. In A. βαδιστέον ἆρ' ἐστίν· in C. et E. βαδιστέον ἄρ' ἐστὶν — Male omnes. Scribendum erat: βαδιστέον τ' ἄρ' ἐστὶν d) — τ' ἄρ' valet τοι ἄρα. v. Not. ad Lys. 798. et ad Eur. Phoen. 724. In Conc. 711. edidi, vbi mendosa est impressorum lectio: βαδιστέον τ' ἄρ' ἐστὶν εἰς ἀγορὰν ἐμοί. *Brunck.*

669. Xanthias οἴμοι exclamat, dum verberatur, et dum dicit τὴν ἄκανθαν ἔξελε, pedem protendit, vt Aeacus ex eo spinam extrahat.

670. (Kust. 671.) Simulat Aeacus se non animaduertere, illos dolorem celare non posse, et ineptas causas suspirii et fletus praetexere; nempe propterea id simulat, vt amplius eos verberet. *Bergl.* δεῦρο est, ad Dionysum.

671. Prae dolore Apollinem inuocat, vsus versu poëtae antiqui.

673. (661. Br.) Non Hipponactis, sed Ananiae, iambographi antiqui, de quo vid. Fabricius Bibl. Gr. I. p. 547. [570. s. T. II. p. 104. Harl.] senarium illum esse ait Scholiastes, quem Bacchus se contorquens et dolorem dissimulans, exclamauit e). Animi perturbato conuenit memoriae lapsus, quo eum de industria errare facit Comicus. Duos Ananiae iambos profert Scholiastes priori illi subiectos, quorum postremus mutilus et mendosus est. *Brunck.*

---

d) Id receperunt Inu. et Höpfn.

e) Schol. dicit, Bacchum perturbatum dolore nescire quid dicat; nam iambum illum, quem pronunciauerat, non esse Hipponactis, sed Ananiae. *Bergl.*

674. (Kuſt. 675.) Notant hic Scholia σποδεῖν proprie dici, τὸ τοὺς βωμοὺς καθαίρειν *aras purgare*. Vnde illuſtratur Soph. Oed. Tyr. 21. ἐπ' Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ σποδῷ, vbi σποδὸς pro *ara* dicitur, *cineribus* nempe *aras* accenſae, quibus vaticinia ibi celebrabantur *f*). *Spanh.* Senſus eſt: nihil efficies dorſum eius verberando, ilia ſ. ventrem caede. Iam iubetur Dionyſus ventrem protendere.

675. μὰ τὸν Δί'. Subaudiendum οὐδὲν ποιῶ ex praeced. verſu. μὰ enim ſemper eſt negantis ap. Ariſt. et plerosque veterum. *Bergl.*

676 — 79. Haec in verſus redacta eſſe a poëta, non eſt quod dubites. Effictis duobus dochmaïcis, vnoque dochmio, qui pro clauſula vſurpatur, ex more, ita legi poteſt:

Δ. Ποσειδᾶον . . . . Ξ. ἤλγησέ τις. Δ. Αἰγαίου
πρωνᾶν ὃς μέδεις, ἢ γλαυκᾶς μέδεις
ἁλὸς ἐν βένθεσιν.

μέδεις bis habet Schol. ἔχεις ex v. 671. ſubintelligi in πρῶνας duriſſimum. Ceterum πρωνὸς legit Schol. Locus ex Laocoonte Soph. *Hotib.* Ποσειδον ad verſus, quos recitat Dionyſus, pertinet, (cf. Brunk. Soph. Fragm. Laoc. n. 2.) interpellatur a Xanthia, in cuius verbis τις ſponte patet de Baccho dici (vt ap. nos *jemand*).

677. πρῶνας. Scribo πρῶνος, vt reſpondeat genitiuo ſequenti, γλαυκᾶς ἁλός. Pendet enim a verbo ſequ. μέδεις, quod Genitiuum ap. Graecos adſciſcit. Per Αἰγαίου πρῶνος autem (quod Friſchlin. male reddidit *colli Aegaeo*) intelligit Sunium, quod erat promontorium maris Aegaei, in Attica ſitum: vnde Neptunus (de quo Comicus hic loquitur) appellatur Σουνιάρατος infra Eqq. 557. *Kuſt.* Ad πρῶνας repetendum ἔχεις ex Hipponactis iambo, vt recte locum hunc exponit Bergl. *g*). At Kuſterus male et

---

f) Immemores huius animadverſionis fuerunt interpretes Soph. l. l.

g) Paullo ante Apollinem inuocans dicebat: ὃς που Δῆλον ἢ Πυθῶν' ἔχεις· quae verba quia in Bacchi et in auditorum memoria haerere adhuc poterant, nunc quum inuocat Neptunum, dicit tantum: ὃς Αἰγαίου πρῶνας, et verbum ἔχεις ſubaudiendum relinquit. Monet autem Schol., hunc verſum eſſe ex Soph.

contra vett. librorum fidem πρωνὸς legendum cenſet, vt reſpondeat genitiuo ſequenti γλαυκᾶς ἁλός, qui tamen genitiuus non pendet a v. μέδω. Quis enim non videt, ordinem verborum ſic inſtitui debere? ἦ μέδεις (i. e. βασιλεύεις) ἐν βένθεσι ἁλός; Sunt autem, Schol. teſte, deſumti hi verſiculi e Soph. Laoc. *Brunck.*

677. f. Haec olim in vnum verſum erant contracta, ſed in Elb. quoque diſtincta ſunt in duos.

680. Non poteſt cognoſcere, vter ſit deus, quia ambo dolorem diſſimulare non poterant. *Bergl.* ὁ δεσπότης paullo poſt *Pluto* dicitur, et γνώσεται eſt: *dignoſcet.*

683. Φερσέφαττα *h)*. Quomodo eadem ab Epicrate, et, quod contritum eſt, dicitur, ſed, quod magis ſingulare, vbi illa a Κόρῃ diſtinguitur: quod eſt tamen peruulgatum huius deae apud vett. auctores et in numis etiam antiquis nomen, in quibus eadem ΚΟΡΗ CΩΤΕΙΡΑ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ inſcribitur. Locus eſt ap. Aelian. de Anim. XII, 10. ἐπομνύουσα τὰν κόραν, τὰν Ἄρτεμιν, τὰν Φερσέφαττταν *iurans per Liberam*, quod omiſit hic interpres, *per Dianam et Proſerpinam:* vbi Κόρη de *Libera* proprie dicitur, ſicut ibi vertit quoque Grotius in Excerpt. Trag. p. 669. Ita Κόρην et Περσεφόνην, quod poſtremum eſt itidem Proſerpinae nomen, diſtinguit Artemidorus Oniroer. II, 35. [c. 34. p. 201. T. I. ed. Reiff.] χθόνιοι δὲ Πλούτων καὶ Περσεφόνη καὶ Δημήτηρ καὶ Κόρη καὶ Ἴακχος etc. Φερσέφαττα vero, vt h. l., vulgo ab Atticis dicta Proſerpina, vnde Φερσεφάττιον Athenis de fano huius deae dictum ap. Demoſth. adu. Conon. p. 689. *i)*. Heſych. Φερσεφάττιον, τόπος ἐν ἀγορᾷ. Eadem vero Περσέφασσα Aeſch. Choeph. 488. et Eurip. Or. 914., apud alios Φερσεφόνη, Περσεφόνη, in antiquis vero, vt hoc ad-

---

Laoc. cuius locum adducit plenius: Πόσειδον, ὃς Αἰγαίου μέδεις πρῶνας, ἢ γλαυκᾶς μέδεις εὐανέμου λίμνας, ἐφ' ὑψηλαῖς σπιλάδεσσι τομάτων. Vbi pro priori μέδεις legendum puto ἔχεις, quia μέδεις non poteſt conſtrui cum Accus. πρῶνας, et quia eiusdem verbi repetitio h. l. ingrata foret. *Bergl.*

h) Legebatur olim Φερσέφατ9'. Brunk. dedit Περσέφατ9'.

i) Vbi p. 1259. T. II. Reisk. Φεββεφάττιον legitur.

dam, Apollinis Iſmenii apud Thebanos templi verſibus, ap. Ariſtot. Mirab. Auſcult. [c. 145. p. 295. ed. Beckmann.] Φερσεφάεσσα et Πασσιφάεσσα. Quibus autem Φερσεφάττας et Φερσεφαέσσας nominibus, a facibus, quas eadem dea ferre conſueuit in numis antiquis, dictam eamdem licet ſtatuere; qua ratione eadem Δάειρα, quod notat ibi Tzetzes, ap. Lycophr. vocatur v. 710. *Spanh.*

684. πρὶν ἐμὲ ex vtroque libro ſuo recepit Inu. quum in aliis eſſet πρίν με. Nec ſine vi ἐμὲ dicitur.

686. Verſus ſtrophae duo primi vltimique ita digerendi:

Μοῦσα — τέρψιν
ἀοιδᾶς ἐμᾶς.
Νόμον ὡς ἀπολεῖ-
ται, κἂν ἴσαι γένωνται.

In vulgatis verſum ſecundum vix et ne vix quidem expedias, neque poſt anapaeſticos dimetros inferri ſolet eius generis monometer hypercatalectus. Media ſtropha, vſurpatis anapaeſtico dimetro hypercat. et pentametro elegiaco, lubens ita repoſuerim:

Φιλοτιμότεραι Κλεοφῶντος, ἐφ' οὗ δὴ
χείλεσιν ἀμφιλάλοις δεινὸν ἐπιβρέμεται —

et in antiſtropha (722. f.):

ὁ πονηρότατος βασιλεύς, ὁπόσοι κρα-
τοῦσι κυκησιτέφρου, ψευδολίτρου, κονίας —

Hotib.

688. Verba οὗ *k)* σοφίαι vulgo verſui ſequ. adiunguntur.

690. Φιλοτιμότεραι Κλεοφῶντος. Locum hunc citat Schol. Eurip. ad Or. 901. Ad eumdem locum Palmerius in Exercc. [p. 773.] ſequentia notauit: „Haec verba euincunt Cleophontem nondum mortuum fuiſſe, quum hoc drama prodiit; ſed videtur innuere, accuſationem illi imminere, vel iam inſtitutam eſſe. Mortuus autem eſt Cleophon teſte Xenoph. lib. I. [Hell. c. 7. extr.] in quadam ſe-

k) οὗ eſt *vbi*, et σοφίαι dictum pro σοφοί, *periti rerum ciuilium*, aut etiam, *diſerti* homines (ſages perſonages reddidit Francog., ſed Conz. *Kenner*), φιλοτιμ. ſunt honoris cupidiores, ambitioſiores. Notatur igitur hic quoque Athenn. ambitio.

ditione, quae facta eſt Athenis, poſt condemnationem Eraſinidis et aliorum ducum, in qua euaſit Callixenus et alii, quos populus, poenitentia ductus et aegre ferens mortem tot illuſtrium virorum, carceri mandauerat, et ſine dubio Cleophon erat e numero eorum, qui hanc accuſationem reformidabant. Sed plures fuerunt eo nomine Athenis. Et de hoc quidem videtur loqui Lyſias in or. c. Nicomach. [T. II. p. 212. Auger.] quſ periit condemnatus accuſante Satyro. At de alio Cleophonte, qui fuit vnus de XXX. tyrannis, vid. Lyſiam p. 172. [c. Agorat. T. I. p. 318. f. Aug.] Schol. ait, de hoc Ariſtoph. Cleophonte exſtitiſſe drama Platonis Comici, *Cleophon*, in quo vt Thracem eum traducit, et ait Schol., matrem eius fuiſſe Threſſam; et de hoc etiam Schol. Eurip. in Oreſt. [901.] loquitur, ſed vbi inſigni mendo Delphi Thraces dicuntur. Sic enim legitur: Θρᾷξ ἦν ἐκ Δελφῶν ὁ Κλεοφῶν, et citat hunc Ariſt. locum Sed legendum eſt ἐκ Δεουέλτου, vt ego ſuſpicor. Nulla enim vrbs Thraciae propius accedit ad ſonum vocis Δελφῶν.“ *Kuſt.* Hunc tamquam peregrinum et barbarum perſtringit; et Aeſchines de f. leg. [p. 254. T. III. Reisk.] Κλεοφῶν δὲ ὁ λυροποιός, ὃν πολλοὶ ὀδεμένον ἐν πέδαις ἐμνημόνευον, παρεγγραφεὶς αἰσχρῶς πολίτης. Euripides etiam in Oreſte hunc occulte tangit, vt ibi Schol. putat, tamquam ciuem non germanum et oratorem turbulentum v. 900. κἀπὶ τῷδ' ἀνίσταται Ἀνήρ τις ἀθυρόγλωσσος (loquax), ἰσχύων θράσει, Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος, ἠναγκασμένος, θορύβῳ τε πίσυνος κἀμαθεῖ παῤῥησίᾳ. Argiuum propterea dixit, quia ſcena eſt Argis: intelligitur autem facile, de Athenienſi eſſe ſermonem, quum agatur Athenis fabula et homo ſit ſat notus. *Bergl.*

692. ἐπιβρέμεται. Schol. ad v. 93. hunc locum reſpiciens ſcribit περιβρέμεται. *Bergl.*

693. (681. Br.) Θρηκία. Perperam vulgo Θρηϊκία. *Brunck.* Garrulitatem et ſimul barbariem hominis notat, quia hirundo eſt *garrula*, et Cleophontis mater eſt oriunda ex Thracia, vt dicit Schol., vbi etiam Philomela, ſiue, vt alii volunt, Procne, in hirundinem eſt mutata. Barbarorum lingua comparatur cum hirundinum voce. Aeſch. Agam. 1059. χελιδόνος δίκην, ἀγνῶτα φωνὴν βάρβαρον πεκτημένη· vbi Scholia: ὅτι βάρβαρον τὸ ὄρνεον, διὰ τοῦτο παραβάλλει τοῦτο αὐτῇ· ἐν Θράκῃ γὰρ ἡ μεταμόρφωσις. αὐτῆς ἱστόρηται. Schol. Comici ad Aun. 1080. Αἰσχύλος

τὸ βαρβαρίζειν, χελιδονίζειν φησί· καὶ Ἴων ἐν Ὀμφάλῃ τοὺς βαρβάρους χελιδόνας ἀρτενικῶς φησί. Comicus supra 93. ineptos et loquaces poëtas vocat χελιδόνων μουσεῖα, vbi v. Not. *Bergl.* Sententia allegoriae eſt: qui barbaram originem oratione prodit.

695. Citat Suidas V. Ἐπίκλαυτον. *Kuſt.* ἀηδόνιον νόμον. Quomodo ἀηδονίοισι νόμοις pro Ἰαονίοισι, Aeſch. Suppl. 72. legi in codd. aliquot eius antiquis, et obuia ap. vett. poëtas loca de lugubri ἀηδόνων ſ. *luſciniarum* cantu, et Sirenibus etiam inde illa ἀηδόνων voce, iuxta Cyrillum Alex. appellatis, haud ita pridem vidimus, Diss. de Num. Ant. p. 255. ed. vlt. [T. I.] ac inde etiam ἀηδόνιον citra aliud, quale hic additur, epitheton de *lugubri* cantu intelligi. Tribuit hirundini carmen luſciniae, non quia hirundo aeque ſuauiter canat atque luſcinia, ſed quia erant ſorores et vtraeque materiam carminis habebant lugubrem. De luſciniae cantu Ityn filium lugentis Comicus Auu. 211. χῦτον δὲ νόμους ἱερῶν ὕμνων οὓς διὰ θείου στόματος θρηνεῖς, τὸν ἐμὸν καὶ σὸν πολύδακρυν Ἴτυν ἐλελιζομένη διεροῖς μέλεσι, vbi v. Not. *Bergl.* Senſus: lamentatur autem, quum periturus ſit, etiamſi aequalia ferantur ſuffragia. κελαρύζει, quod in vtroque libro Inu., Homericum potius eſt, quam Ariſtoph., etſi ſignificatu non differt a κελαδεῖ (v. Zonar. II. 1196. 1199.), et metro aduerſatur. Legit tamen etiam Suid. T. I. p. 812. Kuſt. κελαρύξει, et Zonar. I. p. 811. κελαρίζει.

696. ὡς ἀπολεῖται. Lugubre dicit eum canere, quia inſtet ei iudicium, in quo vereatur, ne propter multa facinora, quorum ſibi conſcius ſit, condemnetur. vid. ad 1552. *Bergl.* Meminit huius loci Suidas V. Ὡς ἀπόλοιτο. *Kuſt.*

697. κἂν ἴσαι γένωνται l). Praeter notum ac receptum Athenn. morem, vt in capitis iudicio qui parem li-

---

l) Contra ap. Aeſch. Eumen. 744. νικᾷ δ' Ὀρέστης, κἂν ἰσόψηφος κριθῇ. Reus ſemper abſoluitur, ſi plura habeat ſuffragia quam accuſator: immo tam fauorabilis erat conditio eius, vt etiam abſolueretur, ſi aequalem haberet numerum ſuffragiorum cum aduerſariis. De quo videri poteſt Ariſt. Probl. 29, 13. quem locum indicauit Stanl. ad Aeſch. Ceterum Comicus, dum di-

berantium et condemnantium calculorum numerum ferrent, abſoluerentur continuo: prout in cauſſa Oreſtis ab Aeſch. dicitur Eum. 756. *ἴσον γάρ ἐσι τἀρίθμημα τῶν πάλων·* quique de eodem Oreſtis iudicio, quo in pari calculorum numero eſt a parricidii crimine abſolutus, agit haud vno loco Euripides, cuius ea de re loca iam huc adtulit Biſetus et ad Aeſchylum Stanleius *m)*. Adeo vt, ſi vel vno calculo inferior foret reus, is continuo plecteretur, vt e Demoſth. Midiana [c. 22. p. 40. ed. Spalding.] *ἀκούω γὰρ αὐτὸν ἔγωγε μιᾷ μόνον ἁλῶναι ψήφῳ.* Sic Aeſchines adu. Cteſiph. p. 468. [T. I. p. 643. Reisk. vbi v. Tayl.] de quodam Athenis accuſato, quod Rhodum per metum fugerit ex vrbe: *πρώην ποτὲ εἰςηγγέλθη καὶ ἴσαι αἱ ψῆφοι αὐτῷ ἐγένοντο· εἰ δὲ μία μόνον μετέπεσεν, ὑπερώρις ἂν ἦ ἀπέφυγεν.* Atticis vero *ἀγχώμαλοι ψῆφοι* dicti, vbi par fere ſuffragiorum numerus. Thucyd. III, 49. *ἐγένοντο ἐν τῇ χειροτονίᾳ ἀγχώμαλοι*, vbi Schol.: *ἀγχώμαλοι, ἐγγὺς ἴσαι, παραπλήσιοι, ἰσοσθενεῖς.* Quomodo idem hiſtoricus alibi VII, 71. *ἕως ἀγχώμαλα ἐναυμάχουν*, vbi Scholia itidem, *ἀγχώμαλα, ἴσα.* Conſuli vero poteſt Ariſtot. Sect. 29. probl. 13. vbi quaerit ac docet, cur abſoluendus ſit reus, *ὅταν ψῆφοι ἴσαι. Spanh.*

699. (687. Br.) Scribe Attica cum litera *ξυμπαραινεῖν*, vt et codd. omnes habent et impreſſi, praeter editionem a Burm. curatam, quae mihi fraudi fuit. *Brunck.* in Suppl. Tamen et in ed. Inu. manſit *συμπ.*

701. Locum hunc a Friſchlino non eſſe intellectum ex verſione eius ſatis patet. Quare ne lector ab illo in errorem inducatur, verum eius ſenſum hic tradam, qui talis eſt: *Et ſi quis peccauerit aliquid, ſupplantatus Phrynichi artibus; facultatem eſſe dico oportere illis, qui tunc lapſi ſunt, cauſa dicta, diluendi* (vel *corrigendi*) *priora peccata.* De quo autem Phrynicho haec intelligenda ſint, non conſentiunt Scholiaſtae, aliis Phrynichum

---

cit Cleophontem periturum licet aequalibus ſuffragiis, vult ſignificare illum omnino dignum eſſe morte. *Bergl.*

m) Cf. Ian. van der Wolff diss. de calculo Mineruae, L. B. 1754. 4. et multo vberiores Aug. Corn. Stockmanni Commentatt. II. de calculo Mineruae, L. 1796. 4.

belli ducem *n*), aliis Tragicum, aliis denique Comicum a poeta noſtro tangi cenſentibus. Schol. vetus ad Lys. 313. locum hunc de Phrynicho, belli duce, accipit, auctore Didymo et Cratero. V. etiam Suid. V. Παλαίσμασι et V. Φρυνίχου πάλαισμα, vbi loci huius mentionem facit. *Kuſt.* πάλαίσμασι. Metaphora a luctatoribus; dicit autem in plurali, vt ſubindicet, non illis tantum paratam eſſe debere veniam, qui ſemel peccaſſent, ſed etiam illis, qui iterum iterumque, ad maiorem clementiam adhortans Athenienſes. In luctationibus qui ter eſſet lapſus, omnino erat victus: Aeſchylus Eumen. 592. eadem vtitur metaphora, apud quem Oreſtes cum Eumenidibus coram iudicibus, qui quum faſſus eſſet, ſe matrem occidiſſe, Eumenidum, chorus dicit: ἓν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων. Vbi Scholia ἐπέπτωκας, *cecidiſti*, et addunt: μεταφορὰ δέ ἐσιν ἀπὸ τῶν παλαιόντων, οἳ ἐπὶ τοῖς τρισὶ πτώμασιν ὁρίζουσι τὴν ἥτταν. *Bergl.*

702. ὀλισθοῦσι. Manet in metaphora. Eſt enim ὀλισθάνειν proprie ἐμπίπτειν. v. Zonar. II. p. 1445. Senſus: illis, qui tum (quum oligarchicum imperium conſtitueretur) peccarunt, ſi cauſam expoſuerint, purgare ſe ab olim commiſſis peccatis.

703. λῦσαι τὰς πρότ. ἁμαρτίας. Nempe quod iure Attico dicebatur, τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ποιεῖν, *vt qui infamia notati erant, ab eadem* liberarentur; vt Patroclidis decreto Athenis. factum poſt reſtitutam concordiam tradit Andocides Or. I. p. 207. et 211. [p. 35. et 38. T. IV. Orr. Gr. Reisk.] ac prout continuo hic ſequetur: εἶτ' ἄτιμον φημὶ χρῆναι μηδένα εἶναι ἐν τῇ πόλει. Sic Lyſias Or. XIX. p. 295. [Δημ. παταλύσ. T. II. p. 132. Aug. ἐξαιτούμεθα μὴ ἡμᾶς ἀντὶ μὲν ἐπιτίμων ἀτίμους ποιήσετε.

n) Phrynichus dux, Alcibiadis aduerſarius, eius reditui ex exilio inprimis ſe oppoſuerat, cum Aſtyocho duce Spartanorum clam egerat, et quum eius proditio Alcibiadi et ab hoc Athenienſibus eſſet denunciata, effugere variis artibus conabatur (v. Thuc. VIII, 50. ff.), denique inprimis effecerat, vt quadringentis respublica committeretur. Quorum imperio abrogato fieri non potuit, quin multos, qui partes ipſius ſequuti erant, in perniciem ſecum traheret. Eo referuntur, quae ſequuntur. *Conz.* De quatuor Phrynichis inprimisque acri Alcibiadis aduerſario cf. Sluiter. Lect. Andoc. p. 117. ſs.

Haud vnum vero fuiſſe Athenis ἀτίμων, ſeu qui infames declarati erant genus, quum aliunde praeterea, tum maxime e dicta Andocidis Orat. I. p. 208. f. [p. 35. f. Reisk.] liquere poteſt o); vbi ἄτιμοι τὰ σώματα, *corpore infames*, tam ipſi quam eorum poſteri dicuntur, quibusque ex cauſis, ibidem traditur; alii nempe, qui, quum publico deberent, duplum ſoluere tenebantur, et quorum inde facultates vaenirent; alii rurſus, qui bona retinerent, quique οὐ παντάπασιν ἄτιμοι ἦσαν, *non per omnia infames erant*. Andocidis vero interpres minus accurate alio loco oratoris illius verba de dicto Patroclidis decreto κατὰ μὲν ψήφισμα τοῦτο τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ἐποιήσατε vertit: *hoc decreto inglorios glorioſos reddidiſtis*, pro, *iis qui infamia notati erant, integram famam reddidiſtis*. Quale nempe eſt illud hic apud Comicum, vt paullo ante diximus, λῦσαι τὰς πρότερον ἁμαρτίας *priora peccata remittere*, prout id etiam hic tangit Schol. ad v. 700. ipſe eadem occaſione emendandus, τουτέστιν ἐπιτίμους (quod vel ſuperiora arguunt, non ἐντίμους) ποιῆσαι τοὺς ἀτιμωθέντας, et vbi nempe dixerat Comicus v. 700. ἐξισῶσαι τοὺς πολίτας, *exaequare ciues* oportere, demto iis, quod addit, ob priorem lapſum metu. Immo, quod infra adhuc ab eo dicitur, remittendam omnibus, qui praelio (nempe ad Arginuſas) nauali interfuerant, noxam, quo ita ſe omnes (714.) καὶ τιμίους καὶ πολίτας *et famae reſtitutos et ciues* eſſe intelligant. *Spanh.*

704. (692. Br.) μηδέν' εἶν' ἐν τῇ πόλει. Sic tres codd. In membr. verbum εἶν' omiſſum. V. ad Theſm. 916. *Brunck.* Praua ſcriptura eſt εἶν' ἐν. Plene in cod. E. εἶναι ἐν. Scribe εἶναι 'ν τῇ πόλει. Male etiam infra 794. (807. Lips.) excudi paſſus ſum διαγωνιεῖσθ' ἔφασκε pro διαγωνιεῖσθαι 'Φασκε. Diphthongi ante vocalem breuem rariſſime eliduntur. *Idem* in Suppl. Id ſolum iis, quae

o) Vt cauſae ἀτιμίας variae fuerunt, perfidia in bello, abiectio clypei, ignauia, corruptio, periurium, adulterium, furtum etc. ita gradus diuerſi; capitis deminutio ſ. amiſſio omnium ciuilium iurium et publicatio bonorum omnis familiae; inctura iurium ciuilium cum multa aut publicatione bonorum ciuis; amiſſio quorumdam iurium, translatio e nobiliori in inferiorem ciuium claſſem. *Conz.* Add. Petit. Leg. Att. p. 469. ſ. Köpke über die Gerichtsverf. d. Griech. p. 416. ſq.

modo de ἀτίμοις apud Athenn. adrigi, hic addam; quod, ſicut haud vnum dixi exſtitiſſe eorum genus, ita haud vna etiam eſſent illi conditione: dum aliis ex eorum numero cetera quidem omnia, quae reliquis ciuibus, concederentur, niſi quod in concione populi verba facere vel conſulere iis non liceret; alii vero accuſare neminem poſſent; alii non deferre; aliis vero in Hellespontum, aliis in Ioniam nauigare, quibusdam forum ingredi eſſet interdictum, quae ſingula in dicta Andocid. or. p. 209. [36. Reisk.] enarrantur. Adde, quod inter inteſtabiles fuerint, vt iſtud e Demoſth. adu. Neaer. obſeruauit Petitus de Leg. Att. p. 351. [440. Weſſ.]. Omnes vero promiſcue, qui ἄτιμοι adhuc erant, nempe tales ſenatus populique Athenn. iudicio declarati, neque priori famae reſtituti, nullo ciuium loco habiti, omnique reip. adminiſtratione indigni habebantur. Quomodo etiam ab Vlpiano ad Midianam *p)* dicitur: *ἄτιμοι τῆς τῶν κοινῶν ἀπολαύσεως οὐ μετεῖχον.*

706. Πλαταιᾶς pro Πλαταιέας, a Πλαταιεύς. Schol. *τοὺς συνναυμαχήσαντας δούλους Ἑλλάνικός φησιν ἐλευθερωθῆναι, καὶ ἐγγραφέντας ὡς Πλαταιεῖς συμπολιτεύεσθαι q).* Intelligit autem praelium ad Arginuſas: Plataeenſibus ius ciuitatis fuiſſe Athenis conſtat. *Bergl.*

707. (695. Br.) *κοὐδὲ ταῦτ'* (vt Br. edidit) membr. bene; quum ſequatur *μόνα γὰρ αὐτά.* Vulgo *τοῦτ'. μὴ οὐ* in vnam ſyllabam coaleſcunt, quod non Atticis ſolum, ſed quibusuis poëtis vſitatum. v. Clark. ad Hom. Il. *έ*, 349. Meleager epigr. XLIII. in pentametro: *καὶ χαρίεις, ἵν' ἔχω μὴ οὐχὶ φιλεῖν πρόφασιν. Brunck.* Friſchlinus: *ego certe non poſſum dicere, hoc ſe habere ſat probe;* ſenſu prorſus contrario. Ait enim Ariſtoph.: *neque dicere poſſim, hoc factum minus recte ſe habere.* Probat nimi-

---

p) P. 195. ed. 1607. f. vbi et alia de *ἀτίμοις* leguntur.

q) Hic locus eſt ſupplementum hiſtoriae Xenoph. qui I. Hell. [6, 24. Schneid.] de hoc negotio ita ſcribit de Athenn.: *ἐψηφίσαντο βοηθεῖν ναυσὶν ἑκατὸν καὶ δέκα, ἐκβιβάζοντες τοὺς ἐν ἡλικίᾳ ὄντας ἅπαντας, δούλους καὶ ἐλευθέρους.* Ex h. l. igitur adde, praemium propoſitum fuiſſe ſeruis, qui bonam operam in ea expeditione nauaſſent, ſi reuerterentur victores, liberos fore, et Athenis eodem iure vſuros, quo Plataeenſes, qui in ciuitatem pridem recepti fuerant. Palmer. p. 774.

rum et laudat factum Athenn., qui ſeruos ob rem in pugna nauali ſtrenue geſtam libertate donauerant *Kuſt.*

709. *πρὸς δὲ, τούτοις* — Ita diſtinguo aliter, quam omnes edd., quae comma ibi non habent, quum ſit neceſſarium *r)*. Illos ciues, qui ſaepe pugnaſſent pro patria et tamen honoribus eſſent exuti, opponit illis, qui quum ſemel tantum pugnaſſent et inſuper fuiſſent ſerui, tamen et libertatem eſſent conſequuti et ius ciuitatis, vultque dicere, minus decorum eſſe, quod ciues et viros de repub. bene meritos ob leuia peccata inclementer tractent, quum interea ſeruos, (quamuis non plane immerito. propter vtilem eorum ſemel nauatam operam) tantis beneficiis ornent. Haec autem ſubobſcure dicuntur, quum oratio aliter coepta aliter definat; nam v. 705. dicebat: *αἰσχρόν ἐστι τοὺς μὲν ναυμαχήσαντας μίαν* etc.; itaque hic v. 709. debebat dicere: *τοῖς δὲ πολλὰ δὴ — ναυμαχήσασι — μὴ παρεῖναι μίαν ξυμφορὰν* [*non remittere vnam noxam* ſcil. *αἰσχρόν*]. Nempe in orationis curſu conuertit ſeſe ad adhortationem *s)*. *Bergl.*

712. Egregie Athenienſes *σοφωτάτους* dicit *φύσει* Nam a demagogis inducebantur, vt ſaepe contra ingenium facerent inſipide. Non minus praeclara eſt, quae ſequitur, ſententia, operam eſſe dandam, vt omnes homines ſibi cognatos reddant.

714. *ἀπὰ τιμους*, per *praetores* vtique male hic verti, quiuis vel e modo dictis intelligit, pro, *famae reſtitutos*, aut, *ab infamia liberos*, remiſſa nempe iis *ἀτιμίας* poena, ſi in eam incurriſſent; vt vbique in his Comici fabulis verba et loquendi genera occurrant ex vſu fori Attici deſumta et ex eo proinde illuſtranda. *Spanh.*

715. *εἰ δὲ τοῦτ' ὀγκ.* Sic meus [et Bau.]. In B. *τοῦϑ'* in C. *ταῦϑ'*, vulgo *ταῦτ' t)*. *Brunck.* Verbo *ὀγκοῦσϑαι*

---

r) Id Brunkius, toties in Bergl. inuectus, praetermittere non debebat. Veriſſimum enim eſt. Reisk. coniecit: *πρὸς δὲ τούτους.*

s) Nimirum ab *εἰκὸς* pendet Infin. *παρεῖναι.*

t) Debebat Inu., ſi conſtare ſibi volebat, et hic ex vtroque ſuo libro reponere vulg. *ταῦτ'.*

eodem ſenſu pro, *faſtu tumeſcere, ſuperbire*, vtitur aliquoties Euripides, vt, Hecub. 623. *εἶτα δὴ ὀγκούμεθα*, Androm. 320. *βιοτὸν ὀγκώσας μέγαν*. In Ione vero pro *ſepeliri*, v. 388. *ὀγκωθῇ τάφῳ condatur ſepulcro*: nempe prout *ὄγκωτοῦ τάφου editi tumuli* vel *ſepulcri* mentio fit in vet. epigr. Anth. I. c. 32. *ἤνυσεν ὀγκωτοῦ Πύῤῥος ὕπερθε τάφου. Spanh.*

716. *τὴν πόλιν, καὶ ταῦτ' ἔχοντες* v) — Sic bene diſtinctum in meo cod. *πόλιν* pendet a praeced. verbo *ἀποσεμνυνούμεθα*, et *ἔχοντες* neutraliter adhibetur, vt 703. (806.) *ἔξειν κατὰ χώραν. Brunck. πυμάτων ἐν ἁγκάλαις.* Aeſch. Choëph. 585. *ποντίαι ἀγκάλαι*, vbi interpres nullo ſenſu, *marinaeque, vlnae*, pro, *maritimi ſinus*, vt ap. eumdem Tragicam Prom. 1018. *πετραίᾳ δ' ἀγκάλῃ (petroſus ſinus) σε βασάζει. Spanh.* Rempublicam comparat cum naui, in mari fluctuante, aut naufragis inter fluctus natantibus. Sic Eurip. Rhes. 246. *ὅταν ᾖ δυςάλιος ἐν πελάγει καὶ σαλεύῃ πόλις.* Soph. Oed. T. 22. *πόλις γάρ, ὥςπερ καὶ σὺ κἀγὼ εἰςορᾷς, ἄγαν ἤδη σαλεύει, κἀνακουφίσαι παρ' ὐθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε Φοινίου σάλου.* Schol. dicit, ex quodam Aeſch. loco id eſſe, quem adducit: *ψυχὰς ἔχοντες πυμάτων ἐν ἁγκάλαις. Bergl.*

717. *ὑσέρῳ χρόνῳ*. Eurip. *χρόνῳ γὰρ οὗτος ὑσέρῳ δώσει δίκην*, ex fragm. in Phryxo [V, 10.]. Aeſch. Agam. 1675. *ἀλλ' ἐγώ σ' ἐν ὑσέραισιν ἡμέραις μέτειμ' ἔτι.* Etiam *ἐν ὑσέρῳ χρόνῳ*. Soph. Oed. Col. 607. *τοῖς μὲν γὰρ ἤδη, τοῖς δ' ἐν ὑσέρῳ χρόνῳ τὰ τερπνὰ πικρὰ γίνεται. Bergl. τότ'* [vt olim lectum] *αὖθις*. Ms. Vat. U. rectius: *ποτ' αὖθις. Kuſt.* Sic meus *x*). In B. *ποθ' αὖθις*. Vulgo *πότ'* — *Brunck.*

718. Vt v. 698. vulgo praefixum erat *Ἡμίχορος*, ita hic *Χορὸς* et infra 730. *Ἡμίχορος*.

---

v) Vulgo comma poſt *ἀποσεμν.* non poſt *πόλιν* eſt, et *Kuſt.* haec adnotauit: „Conſtructio eſt: *καὶ ταῦτα, τὴν πόλιν ἔχοντες* etc. i. e. *et praeſertim quum ciuitas noſtra in vlnis fluctuum* (i. e. in *ſummo discrimine*) *conſtituta ſit.* Friſchlinus locum hunc male vertit.“

x) Etiam Elb. et Ban. *ποτ'*.

720. Verba *νῦν ἐνοχλῶν* vulgo ſequenti verſui adtribuuntur. *πολὺν* cohaeret cum voc. *χρόνον*, quod inferius ſequitur. Senſus: non diu inter nos verſabitur, viuet.

ὁ πίθηκος γ' οὗτος ὁ — Vulgo in alienum locum translata cum metri labe particula *ὁ πιθ. οὑτός γ' ὁ* — Male illa in A. C. omiſſa eſt. *Brunck.* [quem recentt. edd. ſequuti ſint]. Schol. dicit, videri hunc etiam circa remp. verſatum fuiſſe; erit itaque populi adulator, ſiue vno verbo, *δημοπίθηκος*, vt Comicus loquitur infra 1117. *Bergl.* De balneatore hoc Cligene, et cur a poëta fuerit notatus, parum conſtat.

722. *ὁπόσοι* pendet ab omiſſo *πάντων*, quod ad *πονηρότατος* ſubintelligitur. *κυκησίτεφρος* eſt, cinere permixtus ideoque adulteratus. *κρατεῖν κονίας* (puluerem tenere, obtinere) dicuntur, qui eum tractant, qui eo vtuntur.

723. *ψευδονίτρου τε κονίας.* Locum hunc citat Pollux VII, 39. Suidas V. Κλειγένης et Euſtath. ad Hom. p. 483. et 1714, 62. ed. Rom. Et Suidas quidem agnoſcit vulg. lectionem *ψευδονίτρου.* At Pollux et Euſtath. dictis locis habent *ψευδολίτρου* per λ, quod idem ſignificat, vt *πνεύμων* et *πλεύμων* et ſimilia alia. *Kuſt.* Vulgo inſerta copula *τε*, reclamante metro: eam non agnoſcunt codd. B. D. Praeterea ſcribi debuit *ψευδολίτρου.* Sic enim olim fuiſſe in Comici codd., Grammaticorum teſtimonio conſtat *y*). Euſtath. p. 483, 8. Ἀθηναῖοι γὰρ ἀντὶ τοῦ ν ἔσιν ὅτε λ τιθέασιν· ὁποῖον καὶ τὸ νίτρον καὶ ὁ πνεύμων, ἃ ἐκεῖνοι λίτρον φασὶ καὶ πλεύμονα, ὡς δηλοῖ ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ, ψευδολίτρου κονίας, καὶ ἐν τῷ, [supra 477.] πλευμόνων ἀνθάψεται. Pollux VII, 39 Ἀριστοφάνης δὲ τῶν πλυντικῶν καὶ τὴν κονίαν καὶ τὴν Κιμωλίαν εἶναί φησιν ἐν Βατράχοις, εἰπών, ψευδολίτρου τε κονίας καὶ Κιμωλίας γῆς. Moeris [p. 246.] λίτρον, Ἀττικῶς· νίτρον, Ἑλληνικῶς. In Thesm. II. fragm. VIII. v. 1. pro *νίτρον* reponendum etiam *λίτρον* e Ms. cod. in quo perperam *λίτραν*. *Brunck.*

725. Κιμωλίας γῆς. v. Bochart. Canaan I, 14. p. 454. et Euſtath. ad Dion. Perieg. 530. *Duck.* add. Hill. ad

y) Libri tamen adhuc collati omnes tenent *ψευδονίτρου*. *Hörſn.* *ψευδολ.* edidit.

Theophr. de Lap. §. 106. p. 304. ſs. vers. vernac. et Schmieder. ad eumdem Theophr. p. 73. Fuit argillae ſ. cretae pinguioris genus in litore inſulae, Cimolos, (Kimoli) lectae.

728. f. ἄνευ ξύλου βαδίζων. Locum hunc citat Suid. V. Ἄνευ ξύλου. *Kuſt.* In B. D. κἄνευ ξύλου. Melius abeſt copula *z)*. In exemplari, quod habeo editionis Bern. Iuntae emendauit olim neſcio quis ἀπολυθῇ pro ἀποδυθῇ. Sed fefellit eum ratio. *Brunck.*

730. (718. Br.) πολλάκις γ' ἡμῖν. Neſcio qua typothetae aut mea oſcitantia particula γε loco ſuo mota fuit *a)*. Corrige πολλάκις γ' ἡμῖν — In C. particula prorſus omiſſa, vt vltima producatur ob ſequentem aſpirationem eadem ratione qua infra in προξέλοῦμεν. *Brunck.* Praepos. ἐς poſtea valet, *ad, quod attinet ad.*

731. Comparatio eſt inter ciues καλοὺς κἀγαθοὺς et τὸ ἀρχαῖον νόμισμα. Quae debebat referri ad τὸ καινὸν χρυσίον, non apparet. Ciues enim boni ac probi conferuntur cum veteribus numis, non cum recentibus. Vt omnia congruant et plena ſit oppoſitio, puto legendum: καλούς τε κοὐ 'γαθούς· *mihi videtur ciuitas eamdem ſequi rationem in ciuibus bonis ac malis, quam ſequitur in numis veteribus et recens cuſis aureis. Duck.* At ea emendatio aduerſatur conſtanti loquendi vſui, neque plena oppoſitione eſt opus.

732. (720. Br.) ἐς τε τἀρχαῖον — Sic tres codd. cum primariis edd. Aliae cum cod. C. εἰς τε τἀρχαῖον. Kuſter. εἰς τε τἀρχεῖον, quam mendam ſeruauit nouiſſima Batana (Bergl.). *Brunck.* Notabilia ſunt haec et ſeqq. Comici verba vsque ad 739. τῶν πολιτῶν: quibus nempe magnum veteris ac recentis monetae Atticae diſcrimen, ac prioris prae altera praeſtantia et integritas tangitur: qua de re vix aliud, certe ſingulare adeo et expreſſum in Atticis, qui ſuperſunt, ſcriptoribus vel monumentis teſtimonium exſtare videas. Veterem quidem ac recentem

---

z) Nimirum pertinent et haec aeque ac εἰρωνικὸς ad οὐκ ἐσθ'. Geſtabat ſemper baculum ſecuritatis ſuae cauſa.

a) Scilicet in Br. ed. legitur: πολλάκις ἡμῖν γ' —

Athenn. numum cum bonis ac malis inter eos ciuibus comparat, ita vt, quod in proximis mox verbis legitur, id redarguat Comicus, quod veterum numorum loco, qui omnes probi essent, sinceri, affabre cusi, immo *omnium*, quod ait, *pulcherrimi*, ac summo inde apud Graecos barbarosque in pretio, iis tamen reiectis recenter demum percussi, adulterini licet ac pessimi commatis, tum Athenis obtinerent. Ἀρχαῖον νόμισμα proinde de *prisco aureo Attico* hic dicitur; qualis vulgo, vt aliunde liquet, ac monuerunt iam veteris monetae tractatores, Διδράχμου s. stateris etiam nomine vocabatur *b)*. Vnde, quod hic ei opponitur, καινὸν χρυσίον omnino de *recenti* id genus *aureo* explicandum liquet, qualis nempe superiori anno sub archonte Antigene, quod hic in Scholl. dicitur, cudi Athenis coeperat; neque proinde ea verba in καινὸν χαλκίον, quod coniiciebat vir eruditissimus, hic mutandum: vt ea de re mox ad 737. adhuc dicetur. *Spanh.* Notandum est, τὸ καινὸν χρυσίον paulo post ἐν ἀποδόσει respondere πονηροῖς χαλκίοις: vnde alterutrum dicendum est, vel, per καινὸν χρυσίον Comico hic intelligi numos aureos recentiores aere mixtos, vel pro κ. χρυσ. scribendum esse, καινὸν χαλκίον. Considera rem, lector, et videbis, nodum huius loci aliter solui non posse. *Kust.*

733. Obseruandum bis positum τούτοισιν, priori loco pro ἐκείνοις esse dictum, et post hoc τούτοισιν comma ponendum, post κεκιβδηλ. autem delendum esse.

οὐ κεκιβδηλευμένοις minus opportune interpres vertit per *numos, qui plumbei non sunt*, pro, *qui non sint adulterini*: quum de priscis Athenn. numis aureis iisque, quod hic dicitur, sinceris nec adulterinis agi, e superiori versu sat liqueat. *Plumbei* alioquin numi pro *vilissimis* subinde appellati, vt Plaut. Casin. II, 3, 40. *cui hodie homini peculi numus non sit plumbeus.* κεκιβδηλευμένοι vero haud minus ac κίβδηλοι dicti Atticis *numi adulterini*, quibus vilius aliquod metallum erat admixtum, quo sensu etiam vox illa legitur Polluc. III, 10, 56. vbi id non e Platone solum, de Legg. l. III. sed ex hoc Comici nostri

b) Nimirum *aureus* stater duarum drachmarum pondere fuit, sed *argenteus* tetradrachmo Attico par. v. Eckhel. Prolegg. ad doctr. num. vett. p. XL. s.

loco illustrari insuper poterat. Ei vero opponitur ἀργύριον ἀκίβδηλον *argentum sincerum* s. *non adulterinum*, apud eumdem Poll. *Spanh.*

735. μόνοις ὀρθῶς κοπεῖσι. Quales nempe exstiterint, vt hic traditur, superioribus, paullo ante quam fabulam Aristophanes docuit, temporibus veteres Athenarum numi. Prout vero χρυσὸν vel ἄργυρον κόπτειν apud Graecos, ita apud Latt. *aurum, argentum, cudere, percutere, ferire c)*, vnde Romae IIIVIRI s. *Triumuiri*, iique tories in numis aeui Augustei signati A. A. A. F. F. *auro, aere, argento, flando, feriundo;* et in linguis vernaculis *battre la monnoye.* Quod vero hic dicuntur veteres illi Athenarum numi *soli probe percussi*, ac superiori etiam versu ἁπάντων κάλλιστοι *omnium pulcherrimi*, idque, vt continuo hic additur, constanti apud Graecos ac barbaros fama, adferenti id Comico in publico illo Athenienſium theatro fides omnis haud videtur deneganda. Quamquam id de numis illius aeui, qui supersunt adhuc magno numero, iique in omni metalli genere, aurei *d)*, argentei, aerei, et cuiusmodi plures in tot praeclaris cimeliarchiis vel musеis versare mihi saepenumero licuit, statui hodie haud possit: immo vt mirari haud semel mihi contigerit inconcinnam vulgo eorum fabricam, ac minime ad aliarum inter Graecos vrbium, Siculorum maxime et Magnae Graeciae, numorum venustatem, nullatenus ad reliquam vrbis illius Graecorum principis famam ciuiumque elegantiam comparatam *e)*. Adeo vt pristinos illos tam pulchros et probe ac scite cusos omnibusque aliis praestantiores Athenn. numos nobis sequior aetas inuiderit, et pro iis, quales mox depingit Comicus, recentes tum, aureos forte

---

c) Cf. Eckhel. in Prolegg. laudd. p. LII. s. et LXI. s.

d) Pauciſſimos tamen adhuc innotuiſſe aureos Athenn. numos, eosque incertos, contra Spanh. obſeruat Eckhel. Doctr. num. vet. II. 206. idemque cenſet, Comicum h. l. καινῷ χρυσίῳ ironice dixiſſe, neque Athenienſes vulgo aureis numis ſed argenteis vſos eſſe, (v. Eccles. 817.) et impugnat Grammaticorum fidem, qui de aureis loquuntur.

e) De artis defectu in numis Athenn. agens Eckhel. D. N. V. II. p. 211. monet, καλλίστους non propter artem ſed propter internam probitatem appellari a poeta.

haud ita multos, ſed argenteos aereosque plurimos, de quibus mox ait v. 738. *κοπεῖσι τῷ κακίῳ νόμματι* nobis reliquerit *f)*. *Spanh.*

736. (Br. 724.) *τοῖς βαρβάροις ἁπανταχοῦ* (vt Br. edidit). Sic meus *g)*. In C. *βαρβάροις πανταχοῦ*, claudicante metro: alii [etiam Inu.], vt vulgo: *βαρβάροισι πανταχοῦ*. *Brunck.*

737. Citat Pollux IX, 91. *Kuſt.* *χαλκίοις h)*. Cur *ferreos*, pro, *aereos*, numos hic vertat interpres, quum *ferrei* caeteroquin non Athenienſium fuerint, ſed Lacedaemoniorum, ex Lycurgi inſtituto, quod praeter Plutarch. in eius vit. [c. 9.] obſeruat Porphyr. de abstin. III. p. 359. *i)* immo quales Byzantiorum etiam fuiſſe tangit Comicus Nub. 637. Niſi forte inde ſe tueatur interpres, quod eodem ſenſu *σιδηροῦς τ' ἀνῆρ* de homine *impudente* vel *improbo* dicatur Acharn. 490. ac paullo poſt 742. *τοῖς δὲ χαλκοῖς* de *hominibus* itidem *proteruis* dicitur, vbi *ferreis* ſimiliter vertit Friſchlinus. Vt vero de vilitate Athenienſis tum monetae prae veteri, tam ex materiae quam ex formae inter vtramque discrimine, plenius conſtaret, poſt aureos, ſuperiore demum anno ſub archonte Antigene, eosque inconcinnos admodum nec ſinceros cudi coeptos, *aereos* etiam *numos*, eosque *peſſimi commatis* primum Athenis cuſos hic memorat itidem Comicus. Inductam vero illam monetae Atticae minus florentibus Athenn. rebus, et recenter quidem, quod hic legimus, *χθὲς καὶ πρώην*, ac modo dicta arguunt, mutationem mox

---

f) Rariſſimam apud vett. participii ſubſtantiui cum alio participio coniunctionem illuſtrauit, hoc loco non praetermiſſo, Porſon. ad Eurip. Hec. 562.

g) Idem eſt in Bau. et recte, opinor. Nam auget ſententiae vim.

h) Hemſterh. ad Poll. 9, 6, 92. putat, ex h. l. patere, *χαλκία* peculiariter dicta numos aureos, quibus plurimum aeris erat admixtum. Sane, quae hic *χαλκία*, paulo antè dixerat *χρυσίον*. Iungerm. ib. n. 91. putat Pollucem, qui ibi h. l. laudat, dixiſſe, *χαλκίον* ſingulari numero dici vt *ἀργυρίον*, apud Ariſtoph. tamen et Eubulum dici etiam *χαλκία*. *Duck.*

i) De eo tamen recte dubitatum eſt. v. Manſo in lib. Sparta I. p. 162. fs.

emendatam ſtatuit in praeclaro opere de Pecun. vet. p. III. I. F. Gronouius. Quod tamen haud breui adeo contigiſſe, ex ipſo huius Comici loco, quo mox factam mutationem adſtrui putat vir doctiſſimus, firmari poteſt: nempe [illegible]onc 816. Ἀνέκραγ' ὁ κήρυξ, μὴ δέχεσθαι μηδένα χαλκοῦν τὸ λοιπόν· ἀργύρῳ γὰρ χρώμεθα. Actum vero ho[illegible] Ἐκκλησιαζουσῶν drama IV. Ol. XCVI. vt ſtatuit Sam. Petitus Miſc. I, 15. nec improbante Palmerio Exerc. ad Gr. auct. p. 784. archonte Athenis Demoſtrato, ac proinde duodecim circiter annis poſt editas Ranas, a. III. Ol. XCIII., archonte, vt diximus, Callia: intra quod annorum [XIII.] ſpatium cuſos Athenis et communi vſu receptos eosque prauos et adulterinos aeneos numos, ex iisdem illis Comici verbis liquet *k)*. Vnde etiam paullo ante quaerit Athenienſis Pheidolus v. 810. τοὺς χαλκοῦς δ' ἐκείνους ἡνίκα ἐψηφισάμεσθ'; Neque vero inde colligitur, argenteos vel aureos, qui ſoli, vt adducti modo duo priores Comici verſus videntur arguere, deinceps recepti ſint, Athenienſium numos cum priſcis illis ἁπάντων καλλίστοις καὶ μόνοις ὀρθῶς κοπεῖσι, potuiſſe de praeſtantia et integritate contendere. Quod vtique haud comprobat, vti ſupra diximus, ea, quae proſtant etiamnum, veterum Atticorum numismatum, argenteorum inprimis et aereorum, penus. E quibus hactenus adnotatis, illud certe ſat liquet, quod ad illud magnum, quod poſtea contigit, veteris ac recentis tum Athenn. monetae discrimen plenius declarandum, viles etiam et peſſimi commatis numos aereos, quum ſoli aurei et argentei antea Athenis iique pulchri et boni cuderentur, tum primum inuectos tangat. Adde inſuper, vt inde cum aereis illis ac prauis vrbis Athenarum numis, viros itidem χαλκοῦς, vti eos paullo poſt vocat v. 742., ſeu *nauci* vel *improbos*, exactis probis et frugi ciuibus, in vrbem adſcitos, manifeſtius compararet. Vt proinde nihil mutandum eſſe in ſuperioribus Comici verbis, nempe vt καινὸν χαλκίον pro καινὸν χρυσίον reponatur, haud negaturus ſit, vt opinor, vir eruditiſſimus.

---

k) Videntur etiam ſequentibus temporibus plures aerei numi Athenis cuſi eſſe. H[illegible] tanta aereorum ſuper[illegible] copia. V. Mionnet deſcription de Med. ant. II. p. 111. ſs. Vtrum autem ex ea, de qua poeta loquitur, aetate aereus numus ſeruatus ſit, dubitari poteſt. v. Eckhel. l. l. p. 218.

Et hoc forte, ac praeter inſtitutum, aliquanto fuſius, quo huic Comici, de magno priſcae ac recentis tum Athenn. monetae discrimine, et ſingulari quidem eam in rem loco, lux aliquantum plenior adferretur. *Spanh.*

738. *χθές τε καὶ πρώην l).* De hac formula loquendi multa cumulauit loca Gataker. ad Marc. Antonin. X, 7. ad verba illa: *πᾶν γὰρ τοῦτο ἐχθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν* etc. *Kuſt.* Prouerbiale de rebus nuperis et recentibus; dicitur autem fere cum contemtu. Demoſth. c. Leochar. de ciue nouitio [p. 1093. T. II. Reisk.] *τὸν πρώην καὶ χθὲς ἐγγραφέντα.* Idem de Corona [p. 270. T. I.] *οὐδὲ γάρ ποτε, οὐδὲ λέγω, χθὲς μὲν οὖν καὶ πρώην ἅμα Ἀθηναῖος καὶ ῥήτωρ γέγονεν·* quem locum citauit Camerarius, cum aliis tribus, in Soph. Antig. ad haec verba 462. *οὐ γάρ τι νῦν γε κἀχθὲς, ἀλλ' ἀεί ποτε ζῇ ταῦτα.* Iuncus ap. Stob. [Serm. CXI. p. 596. ed. Gesn.] *σὺ δὲ ἄπουε λόγου οὐκ ἐμοῦ οὐδὲ νεωτέρου, ἐχθές που καὶ πρώην εὑρεθέντα καὶ μόλις εὐδοκιμήσαντα, παλαιῶν δὲ ἀνδρῶν σοφῶν τε, τεθαυμασμένου. Bergl.*

τῷ καινίσῳ κόμματι. Plut. 863. *τοῦ πονηροῦ κόμματος.* Acharn. 516. *ἀνδράρια παρακεκομμένα - παράσημα. Bergl.*

739. *τῶν πολιτῶν* — Verſum hunc et decem ſequentes citat Stobaeus Ecl. XLI. p. 241. *Kuſt.* Exſtat alius, neque hic praetereundus, Comici locus, vbi inſuper improbi homines adulterinorum ac peſſimi commatis numorum nominibus appellantur, nempe Ach. 516. vbi veniam praefatus Dicaeopolis, ſe de Athenarum vrbe, hoc eſt, genuinis eius ac praeſtantibus ciuibus non loqui, addit: *ἀλλ' ἀνδράρια μοχθηρά, παρακεκομμένα, Ἄτιμα καὶ παράσημα καὶ παράξενα homunciones peſſimi, notae improbae, infames, perperam ſignati et ignobiles. Spanh.*

741. Complectitur *μουσικὴ* omnium liberalium artium et diſciplinarum orbem v. ad Plut. 190. De muſica proprie dicta, quae cum ſaltatione et gymnaſtica exercitatione ex Solonis inſtituto ad educationem puerorum ingenuorum pertinebat, accepit *Conz.*

---

l) Perperam olim ſcriptum eſt *πρῴην.* Locus Syneſii, vbi *χθὲς καὶ πρώην* ita, legitur ap. Tho. M. p. 914.

742. (730. Br.) *προσελοῦμεν m)*. Lectionem hanc exhibet etiam Stobaeus l. l. itemque Suidas qui ad h. l. Comici procul dubio reſpexit, dum ait: *προσελοῦμεν, ἀντὶ τοῦ προπηλακίζομεν.* Eſt autem *τὸ προσελοῦμεν* a *προσελεῖν*, quod ſecundum magiſtros Graecos ſignificat, *iniuria et contumelia aliquem afficere.* Heſych. *προσέλει* (lege *προσελεῖ*), *προπηλακίζει.* Etymol. V. *Προσέλγηοι· προσουλλεῖν* (lege *προσελεῖν*) *τὸ ὑβρίζειν.* His adde Schol. noſtrum. Ceterum quamuis vox *προσελοῦμεν* auctoritatibus ſuis non deſtituatur, aduerſus metrum tamen contumax eſt, neque video, quomodo cum eo conciliari poſſit. Quare amplius de loco hoc cogitandum cenſeo. *Kuſt. προσέλοῦμεν n)*. Prima producitur vi aſpirationis. V. not. ad Aeſch. Prom. 438. et ad Lys. 551. Mendoſe in nouiſſima Bataua *προσηλοῦμεν o)*. V. 727. (739. Lips.) et decem ſequentes excerpſit Stob. tit. *περὶ πολιτείας*, apud quem *προσέλοῦμεν* etiam legitur, perperam a Grotio Flor. p. 169. mutatum in *προὐξελῶμεν. Brunck.*

πυῤῥίαις ſeruis, vt dicit Schol. Imponebant autem ſeruis nomina a colore quandoque, vt *Pyrrhias*, *Xanthias:* aut a gente, vt *Cario*, *Syrus*, *Syra*, *Thratta:* aut ab officio, vt *Dromo*, *Soſias:* et aliunde; vt patet ex Terent., Plauto et Ariſtoph., apud quos omnia, quae dixi, occurrunt. Lucianus in Tim. [c. 22. vbi omnino vid. Hemſterh. I. p. 132. ſs.] *ἢ καταπύγων οἰκέτης — ἀντὶ τοῦ τέως Πυῤῥίου ἢ Δρόμωνος ἢ Τιβίου, Μεγαπλῆς, Μεγάβυζος ἢ Πρώταρχος μετονομασθείς. Bergl.*

---

m) *προτελοῦμεν procul ablegabimus*, ſcribi iuſſit *Reisk.*

n) Ita Brunk. ſcripſit, quem Inu. ſequutus eſt.

o) *προσηλοῦμεν.* Ita ſcribendum puto propter metrum et ſenſum. Demoſth. c. Mid. [p. 549. T. I. Reisk. ſ. c. 29. extr. Spald.] *λειποταξίου γραφὴν ἐκλοκέναι καὶ ἐφ' αἵματι φεύγειν καὶ μονονοὺ προσηλῶσθαι*, vbi Scholia: *τῷ δημοκοίνῳ παραδίδοσθαι, τῷ ταυρῷ τοὺς ἥλους περιπήγνυσθαι*, quae poſterior ſignificatio eſt propria, prior ſynecdochica, ſpeciei pro genere. Proprie vſurpauit Plutarch. de aud. poët. [T. VI. p. 68. ed. Reisk.] *τῷ τροχῷ προσηλῶσαι.* Accipitur etiam latius pro, *exponere aliquem iniuriae aliorum, contumeliae afficere.* Aelianus epiſt. 5. *εἰ Εὐπειθὴς ὁ Κορυδαλλεὺς ἐμαυτὸν περιόψομαι προσηλούμενον.* Vid. et Stanleius ad Aeſch. Prom. 437. Omnes autem edd. et citationes, *προσελοῦμεν. Bergl.*

744. p) κἀκ (καὶ ἐκ) πονηρῶν. Subintelligitur participium γεγονόσιν aut οὖσιν aut ſimile; in Eqq. 185. μῶν ἐκ καλῶν εἶ κἀγαθῶν; Deinde alter: μὰ τοὺς θεοὺς εἰμ' ἐκ πονηρῶν γε. *Bergl.* Hac forma loquendi Graeci ſaepe notant homines improbos. De probis e contrario: οὐ κακὸς οὐδ' ἐκ κακῶν. v. Theocr. Id. 25, 38. *Duck.*

746. (745. K. 733. Br.) Φαρμακοῖσιν q) Friſchlinus peſſime reddidit, *unguentariis;* quum vox ea dicatur de hominibus illis, qui tamquam victimae piaculares pro ſalute populi publice occidebantur: de quo ritu et more ſat multa a viris doctis obſeruata ſunt, quae hic repetere non attinet. Vide ſaltem Vales. ad Harpocr. V. Φαρμακός, Meurs. Lect. Att. IV, 22. itemque Schol. noſtrum ad Eqq. 1133. *Kuſt.* V. Meurſium Gr. Fer. V. Θαργήλια. Imitatus eſt Comicus noſter Eupolidem, cuius fragmenta duo opportune aduocauit Berglerus r). Prius eſt ap. Athen. p. 425. [p. 54. T. IV. Schweigh.] e fabula, cui titulus Πόλεις.

οὓς δ' ἂν οὐκ εἴλεσθ' οὐδ' ἂν οἰνόπτας πρὸ τοῦ,
νυνὶ στρατηγοὺς λεύσσομεν. ὦ πόλις, πόλις,
ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς.

Alterum eſt ap. Stob. Floril. Grot. p. 163.

καὶ μὴν ἐγὼ, πολλῶν παρόντων, οὐκ ἔχω τί λέξω·

---

p) Error in numeris verſuum notandis commiſſus eſt in ed. Lips. Hic verſus eſt 743.

q) Reſpexit huc Ariſtides Orr. T. II. p. 312, 9. ed. Iebb. οἷς οὐδὲ φαρμάκοις (ſcrib. φαρμακοῖς) τὸ τοῦ κωμῳδιοποιεῖν χρήσαιτ' ἂν τις ῥᾳδίως.

r) Imitatus eſt Eupolidem, vt ſolet ſaepe, cuius locus exſtat ap. Athen. X. p. 425. οὓς δ' οὐκ ἂν εἴλεσθ' etc. Eſt et ap. Stob. Serm. 41. eiusdem Eupolidis locus, qui adſcribi et conferri meretur cum iſtis praecedd. Ariſtoph. verbis: ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω τέως ἐκοῦμεν — Notandum Ariſtophanem Φαρμακοὺς dixiſſe eos, quos Eupolis καθάρματα, et ita exponit Schol. Ariſt. Φαρμακοῖσι, τοῖς λεγομένοις καθάρμασι. Reprehendit et Iſocrates illam imprudentiam Athenn. circa eligendos magiſtratus, de Pace [p. 204. T. II. Auger.]: τοιούτοις συμβούλοις χρώμεθα, ὧν οὐκ ἔστιν, ὅστις οὐκ ἂν καταφρονήσειε, καὶ τοὺς αὐτοὺς τούτους κυρίους τῶν κοινῶν ἁπάντων καθίσαμεν, οἷς οὐδεὶς ἂν τῶν ἰδίων οὐδὲν ἐπιτρέψειε. τὸ δὲ πάντων σχετλιώτατον· οὓς γὰρ ὁμολογήσαιμεν ἂν πονηροτάτους εἶναι τῶν πολιτῶν, τούτους πιστοτάτους φύλακας ἡγούμεθα τῆς πολιτείας εἶναι. *Bergl.*

οὕτω σφόδρ' ἀλγῶ, τὴν πολιτείαν ὁρῶν παρ' ἡμῖν.
ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω τέως ᾠκοῦμεν οἱ γέροντες,
ἀλλ' ἦσαν ἡμῖν τῇ πόλει πρῶτον μὲν οἱ στρατηγοὶ
ἐκ τῶν μεγίστων οἰκιῶν, πλούτῳ γένει τε πρῶτοι,
οἷς ὥσπερεὶ θεοῖσιν ηὐχόμεσθα· καὶ γὰρ ἦσαν.
ὥστ' ἀσφαλῶς ἐπράττομεν. νυνὶ δ' ὅποι τύχοιμεν
στρατευόμεσθ', αἱρούμενοι καθάρματα στρατηγούς.

καθάρματα Eupolidi idem eſt, quod Comico noſtro *φαρμακοί*. Eſt autem illud Eupolidis fragmentum pars parabaſis, in qua loquebatur ad ſpectatores conuerſus chorus e ſenibus conſtans, vnde v. 3. pro vulgato *ὦ γέροντες* lego: *ἡμεῖς — οἱ γέροντες*. Grotii verſionem ſubiiciam:

Ex multis quae dicenda ſunt non video vnde incipiſſam.
Adeo hanc videre ciuitatem nequeo ſine dolore.
Nos, o ſenes, rempublicam non talem habuimus olim,
ſed imperatores erant ducesque ciuitati
de gentibus primoribus deque eminente cenſu,
quos venerabamur vt deos: et erant dei profecto.
Ita res ſecura tum ſtetit. Nunc ſicubi militandum eſt,
praeficimus bello et copiis homines piaculares.

Brunck.

747. *ἀλλὰ καὶ νῦν* — Similiter Eupolis et eodem carminis genere ap. Stob. Serm. IV. *ἀλλ' ἐμοὶ πείθεσθε πάντως, μεταβαλόντες τοὺς τρόπους· μὴ φθονεῖτε* etc. *Bergl.*

748. Locus hic male ab interprete latino acceptus eſt; quem ſic ſcribendum et interpretandum eſſe ratio ſuadet *s*):

χρῆσθε τοῖς χρηστοῖσιν αὖθις, καὶ κατορθώσασι πρίν.
Εὔλογον γὰρ κἂν σφαλῆτ'. ἐξ ἀξίου γοῦν etc.

Vtimini rurſus viris bonis et qui antea rem bene geſſerunt. Laudabile enim id eſt, etiamſi (ducibus illis) offendatis. Namque a digno ſaltem ligno (i. e. a dignis et laudandis viris), *ſi quid patiamini, pati ſapientibus*

s) Nulla mutatione opus, ſi ea, qua nunc verba poſita ſunt, interpunctio tenetur: vti probis viris dicit et laudabile eſſe, ſi bene res ceſſerint, et ſin male, ſaltem non a malis hominibus damnum ipſos accepiſſe videri. Alliterationem ſ. luſum in verbis *χρῆσθε — χρηστοῖσιν* animaduertit *Conz.*

videbimini. Nimirum malum aliquando auctoris gloria reddit leuius, licetque interdum dicere cum Acheloo, qui ap. Ouid. init. l. IX. Metam. [5. fs.] pugnam ſuam cum Hercule, a quo victus erat, commemorans, ait: — *nec tam Turpe fuit vinci, quam contendiſſe decorum: Magnaque dat nobis tantus ſolatia victor. Kuſt.*

749. (736. Br.) *του ξύλου.* Perperam vulgo *τοῦ.* Hic poſita illa vocula pro indefinito *τινος.* Alluſio eſt ad proverbium: *ἀπὸ καλοῦ ξύλου καλὸν ἀπάγξασθαι,* i. e. *ſi pereundum eſt, ſaltem decore perire oportet t).* Hoc eſt, quod ait Nicias Eqq. initio: *πράττειν οὖν χρὴν ἀποθανεῖν· ἀλλὰ σκόπει ὅπως ἂν ἀποθάνοιμεν ἀνδρικώτατα. Brunck.*

751. (750.) *v)* Aeacus in ſcenam redit cum Xanthia, quorum e colloquio percipiunt ſpectatores, quid in aedibus Plutonis actum fuerit, et praeparatur noua dramatis conſtitutio. Codd. aliquot pro perſona *Aeaci* habent *Famulum.* Inde eſt, quod in recenſione fabulae perſonarum conſpicitur vulgo *Οἰκέτης,* qui cum Aeaco vnus et idem eſt. In B. D. recte vbique adſcripta eſt perſona *Αἰακός*: in C. primo loco *Οἰκέτης Αἰακοῦ,* poſtea ſemper *Οἰκέτης,* in membr. modo *Αἰακός,* modo *οἰκέτης,* et perturbatae admodum perſonae. *Brunck.*

753. Attici poſt ὃς et ὅστις particulum *γε* emphaſeos gratia addere ſolent. *Porſon.* praef. ad Eurip. I. p. LIV. ed. Lips.

754. *τὸ δὲ μὴ πατάξαι* — Ellipſis: ſubintelligitur *πῶς οὐ θαυμαστὸν* aut ſimile. In Auu. 5. *τὸ δ' ἐμὲ πορύνῃ πειθόμενον — περιελθεῖν.* v. ad Plut. 593. *Bergl. ἐξελεγχθέντ'.* Sic membr. [et vterque cod. Inu.]. Vulgo *ἐξελέγξαντ'. Brunck.*

756. (743. Br.) *ᾤμωξε* [vt Br. edidit]. Perperam vulgo *οἴμωξε x),* omiſſo augmento nec obſeruata temporum

---

t) Eamdem alluſionem ad prouerbium illud, quod propr. ſignificat: *digno ex ligno vel ſuſpendat ſe quis,* notauit *Bergl.*

v) Actus tertii ſcena prima.

x) οἴμωξε. Ita Edd. Opportebat *ᾤμωξε. Bergl.* Inu. dedit *ὤ-*

ratione. ὤμωζε ἄν valet, *ploraret: ὤμωξε ἄν ploraſſet*, quod ſententia hic flagitat. *Brunck.* Quod pro imperfecto aoriſtum dederim, id non ſine auctoritate factum. In meo cod. perſpicue ſcriptum οἴμωξε, quod monitum oportebat. *Idem* in Suppl.

758. (757.) ἐποπτεύειν δοκῶ. Iuxta interpretem, *practor aliquis mihi videor;* quum ad litteram fere vertere potuiſſet: *ſummum myſteriorum finem adſequutus mihi videor.* Pro nota nempe verbi ἐποπτεύειν ac vocis ἐποπτείας et ἐπόπτου in Eleuſiniis apud Athenn. myſteriis ſignificatione, iuxta quam ap. Plut. dicitur Symp. l. VIII. [probl. 2. T. VIII. p. 867. Reisk.] τέλος ἐποπτεία τελετῆς. Quo loco non repetam, quae de variis in myſteriis Eleuſiniis gradibus, καθάρσει ſ. *purificatione*, *initiatione*, primo in minoribus myſteriis, et in maioribus dein, poſtremo in *ſacrorum arcanorum inſpectione* ſ. ἐποπτείᾳ, vt ſummi tum boni fruitione, a Scaligero de emend. temp. V. p. 419. Caſaubono ad Athen. p. 446. ac plenius adhuc et accuratius a Petauio, de quo monuit iam Kuſterus [not. ad Schol.], ad Themiſt. p. 411. ac Ism. Bullialdo ad Theon. p. 215. ſunt obſeruata *y*). Vnde varii etiam illi ſacrorum Eleuſiniorum miniſtri vel antiſtites ap. Plut. in Alcib. p. 202. [c. 22.] enumerati, ἱεροφάντης, δᾳδοῦχοι, κήρυκες, μύσαι καὶ ἐπόπται. Neque enim quiuis myſtae ſeu qui maioribus illis myſteriis erant initiati, quod vel a Symmacho in his Scholiis dicitur, continuo erant vel dicebantur ἐπόπται, ſed qui altero, a quo erant initiati anno, ad eadem arcana myſteria inſpicienda erant admiſſi, ac verbum ἐποπτεύειν, vt h. l. eam in rem vſurpatum. Quo ſenſu idem etiam eſt a Iuliano imp. adhibitum, Or. VII. p. 237. ed. vlt. de Pythagora, qui in Aegyptum ſit profectus et

---

ξε, neque recte obloquutus eſt Brunkio, quod ad augmentum attinet.

y) Adde qui poſt Meurſium (Eleuſinia T. II. Opp. ed. Flor.) et Meinerſium (Scripta philoſophh. T. III. p. 164. ſq.) de myſteriis vett. inprimisque Eleuſiniis egerunt, Santacruceum (de Sainte-Croix Verſuch über die alten Myſterien, übers. u. mit Anmerk. von C. G. Lenz, 1790. Gothae) p. 84. ſq. inprimisque 174. ſq. et I. A. L. Wegſcheider in Comm. de Graecorum myſteriis religioni non obtrudendis. 1805. Gött. Parte II. quae de his myſteriis agit.

Perſas viderit *καὶ πανταχοῦ πάντα τὰ μυστήρια τῶν θεῶν ἐποπτεῦσαι καὶ τελεσθῆναι παντοίας πανταχοῦ τελετάς z).* Eodem ceteroquin verbo *ἐποπτεύειν* quum pro *inſpicere* vſus eſt in genere Aeſchylus, vt de Caſſandra Agam. 1249. ac de ſole *ὁ πάντα ἐποπτεύων* Choëph. 985. tum etiam pro, *reſpicere* quid, et *attentius obſeruare*, ciusd. dram. v. 1. *Ἑρμῆ χθόνιε, τὰ πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη.* Sic ap. eumdem Tragicum Prom. 299. *ἥκεις ἐπόπτης veniſti inſpector* huius atrocis meae calamitatis: alibi vero *ἐποπτῆρες* de diis, qui exaudiunt preces mortalium, Sept. C. Th. 647. *ἐποπτῆρες λιτῶν*, vbi Schol. *ἐποπτῆρες, ἐξακουστάι, πλήρωται,* et quo ſenſu *θεοὶ ἐπόψιοι* a Soph. dicuntur Philoct. 1014. et Iupiter *ἐπόψιος* ſimiliter a Callim. h. in Iou. 82. et Apoll. Rh. II, 1124. *Spanh.* Plus erat epoptam eſſe in ſacris initiationum quam myſtam; quum ergo myſtae ſint beati, epoptae multo magis. *Bergl. μάλα γ' ἐποπτ. δοκῶ.* Sic quidem in duobus codd. ſcriptum eſſe video, ſed perperam et e librarii coniectura. In membr. et in cod. cui nunc conferendo operam do (E.), ſcriptum eſt: *μάλ' ἐποπτεύειν δοκῶ.* Omiſſum hic fuit *καὶ*, vt mox 751. (764.), vbi repoſitum fuit e membr. Quomodo haec exhibeat cod. C., non recordor: penes me iamdudum deſiit eſſe. *Brunck.* in Suppl.

760. *τονθορύζων.* Sic Veſp. 608. *τονθορύστας murmurans a).* Exſtant Pherecratis Athen. Comici verſus apud Poll. VI, 58. et Athen. VI. p. 268. in quibus *τονθορυγοῦντες*, nulla facta a viris eruditis ad Pollucem huius verbi *τονθορύζειν* gemino ap. Comicum noſtrum loco mentione. Cui accedit Oppian. de elephantis Cyneg. II, 541. *Φθογγὴν δ' ἐκ στομάτων μεροπηΐδα τονθορύζοντες*, quae eſt genuina lectio huius verbi, quam hic etiam adſerit Comici Scholiaſtes. *Spanh.*

---

z) Caſaubonus in Athen. VI, 151. p. 447. „Vltima meta *τῆς μυήσεως* erat fieri *epoptam* et *ephorum*: quare *ἐποπτεύειν* prouerbii inſtar de *fruitione ſummi boni* dicitur. Ariſt. Ran. cet. Quae de tempore, quod inter *μύησιν* et *ἐποπτείαν* intercerat, ibidem disputat Caſaubonus, refelluntur a Salmas. ad Hiſt. Aug. I. p. 119. ſs. Add. Petit. ad Leg. Att. p. 30. [99. ſs. ed. Weſs.] *Duck.* Diuerſis temporibus varia obſeruabantur annorum ſpatia inter *μύησιν* et *ἐποπτείαν*, v. St. Croix p. 183. f. et 211. f. Incidit *ἐποπτεία* in diem 20. f. 21. Boëdromionis.

a) Eum locum etiam laudauit *Bergl.*

761. (760.) ἀπῆς (vt olim lectum). Scribe ἀπίης θύραζε, ab ἄπειμι abeo. *Kuſt.* Sic bene Kuſterus in not. V. ad Thesm. 944. *Brunck.*

762. πολλὰ πράττων. Male gloſſa in cod. meo πάσχων. πόλλ' πράττειν, πολυπραγμονεῖν, *male curioſum eſſe*, de eo dicitur, qui ſe negotiis immiſcet, quae ad eum non ſpectant. Pac. 1058. πολλὰ πράττεις, ὅσις εἶ *magnus es ardelio, quisquis es.* *Brunck.* Ad ὡς μὰ Δί' etc. repetendum χαίρω: *ita laetor, vt nulla alia re me laetari* ſcio. Ad poſtrema *Reisk.*: f. οὐδὲν ἄλλ' (i. e. ἄλλο) ἐγὼ ſc. ἥδομαι.

763. Fratrum eſt, inuocare Iouem ὁμόγνιον. Schol. Eurip. Hec. 346. *Bergl.*

764. (751. Br.) Ms. Vatic. U. rectius ἅττ' ἂν (pro ὅταν) λαλῶσι. *Kuſt.* Sic recte A. C. [et Inu. codd.]. Vulgo ὅταν λαλῶσι. Membr. καὶ μάλα πλεῖν. Vulgo μάλα γε πλεῖν. In C. vtraque particula omiſſa et καί et γε. *Brunck.* Perperam cod. E. hunc verſum exhibet: ὅταν λαλῶσι; — μάλα πλεῖν ἢ μαίνομαι. Vides καὶ hic etiam male omiſſum fuiſſe, vt in C. Sinceram optimamque lectionem dederunt membranae, ad quem modum ſimiles aliis in locis librariorum errores corrigendi ſunt. *Idem* in Suppl. μάλα πλεῖν ἢ μαίνομαι i. e. *inſanum in modum.* Phraſis haec legitur etiam ſupra v. 103. Ceterum Ms. Vatic. hic habet *b)*: καὶ μάλα πλεῖν ἢ μαίνομαι, prout legitur etiam ſupra loco laudato. *Kuſt.* Qui vehementer gaudent, illi quaſi inſaniunt. Eurip. Cycl. 463. ἰοὺ ἰού· γέγηθα, μαινόμεσθα τοῖς εὐρήμασι. Comicus paulo poſt (788.): ὑπερεμάνησαν. *Bergl.*

765. (752. Br.) τοῖς θύραζε. Gl. τοῖς ἐκτός. Subauditur οὖσι. Vides θύραζε hic *foris* ſignificare, nec verbo iungi motum ad locum ſignificanti. Cfr. not. ad Thesm. 69. *Brunck.* ἐγώ, μὰ Δί', ἀλλ' — praue iſta ſunt diſtincta *c)*, praue etiam latine conuerſa. Excudi debuit: ἐγώ; μὰ Δί', ἀλλ' — *d)* Refertur μὰ Δία ad id, quod tacite negatur. Elliptica eſt phraſis, ad hunc mo-

---

b) Ita etiam codd. Inuern.

c) Sic vulgo diſtinguuntur: ἐγὼ μὰ Δί', ἀλλ' ὅταν etc.

d) A Bergl. redduntur: *ego? immo profecto cum hoc facio,*

dum ſupplenda: *οὐ μὰ Δία χαίρω μόνον, ἀλλὰ καὶ, ὅταν ὁρῶ τοῦτο, ἐκμαίνομαι.* Verterim: *egone? non gaudeo modo, quando hoc facio, ſed mehercle ſemen etiam emittere mihi videor.* *Brunck.* in Suppl. Poſtrema ſic Reisk. correxit: *τουτοὶ κἀκμαίνομαι.*

767. *ἔμβαλέ μοι τὴν δεξιὰν* — Soph. Trach. 1179. *ἔμβαλλε χεῖρα δεξιὰν πρώτιστά μοι.* Noſter Veſp. 550. *ἐμβάλλει μοι τὴν χεῖρα.* Diphilus ap. Athen. p. 292. *τὴν δεξιὰν ἐνέβαλον.* Sophocles Oed. Col. 1126. aliter: *καί μοι χέρ' ὦ ναξ δεξιὰν ὄρεξον, ὡς ψαύσω φιλήσω τ', εἰ θέμις, τὸ σὸν κάρα.* *Bergl.*

768. (755. Br.) *κἄμοί.* Vulgo *καί μοι.* Illud magis ex vſu Atticorum poëtarum. *Brunck.* Confirmauit cod. Borg.

769. (768.) *ὁμομαστιγίας.* Verbero verberonem obſecrat per Iouem conuerberonem, vt frater fratrem oraret per Iouem *ὁμόγνιον*, ſodalis ſodalem per *ἑταιρεῖον.* *Bergl.*

770. *ὕνδον e).* Sic cum primariis edd. B. D. In C. *οὔνδον.* Perperam Kuſterus *ὁ ἔνδον.* In membr. *ὁ 'νδον.* *Brunck.*

771. *λοιδορισμός.* Vocem hanc a puriore Atticismo abhorrere notat Tho. M. [p. 581. vbi v. Intpp.], eiusque loco *λοιδορίαν* dicendum eſſe pronunciat. Sed poſſumus ipſi obſeruatiunculae huius facile gratiam facere, quum neminem fore putem, qui iudicium magiſtelli huius auctoritati Ariſt. praeferendum cenſeat. *Kuſt.* *λοιδορησμός.* Ita edd. Ald. Iuntae, Farrei et Brub., non *λοιδορισμός.* Tale eſt *ὀρχησμὸς* et *μελλησμός.* v. ad Alciphr. p. 87. ſ. [121. ed. Wagn. ad I, 22.]. *Bergl.* Sic tres codd. cum primariis edd. Perperam Kuſt. *λοιδορισμός*, quae praua eſt etiam cod. mei ſcriptura et Thomae Mag., cuius obſervationem hic ipſe locus refellit. In huius formae verbalibus ſaepe peccarunt librarii pro *η* ſcribendo *ι*. V. quae notaui ad Aeſch. S. C. Th. 563. *Brunck.*

772. (759. Br.) In Kuſteri editione ſic legitur hic verſus: *Ξα. ἄ. Αἰαι. πρᾶγμα γὰρ κεκίνηται μέγα,* vno de-

---

ſemine mihi pollui videor; ſed a Brunkio: *pol ego, quando hoc facio, ſemen emittere mihi videor.*

e) Reſtituit iam Bergl.

ficiente pede. Quod librariis saepe contigisse iam plus semel obseruaui, vt vocem bis ab auctore positam semel tantum scriberent, eamdem hic admiserunt culpam operae in officina Wecheli, vbi primum sic excusus hic versus. Inde in Froben. editionem et aliquot deinceps alias transiit menda. In minoribus tamen Batauis, vt in quinque primariis, recte excusum fuit: ἅ. — πρᾶγμα, πρᾶγμα γὰρ κεκίνηται μέγα. Sunt igitur editiones ad minimum septem, e quibus Kusterus hunc versum restituere poterat: nec coniecturis opus erat, nec Vat. codice *f*). Consentit codex meus vett. editionibus. Alii varias contraxerunt labes. In membr. αἵ. — πρᾶγμα, πρᾶγμα μέγα κεκίνηται πάνυ. In C. totus versus Xanthiae tributus sic legitur: ὦ πρᾶγμα πρᾶγμα σφόδρα κεκίνηται μέγα. In B. male distinctis personis et mutilo versu: ὦ πρᾶγμα πρᾶγμα. — κεκίνηται μέγα. *Brunck.* Ex hac varietate, a qua etiam Borg. discrepat, intelligitur iam olim haec non vno modo interpolata esse. Interim placet duorum vocabb. repetitio, quam ex Rau. recepit Inu. ἅ. — πρᾶγμα, πρᾶγμα μέγα κεκίν., μέγα, ἐ. τ. ν., vtpote animo vehementer commoto congrua.

775. (762. Br.) ὁπόσαι μεγάλαι membr. Vulgo ὅσαι μ. *Brunck.* [qui recepit. Sed non placent duo anapaesti, deinceps positi.].

776. ξυντέχνων, quod nulla auctoritate repositum fuerat (pro σύντ.), exhibet cod. E. Attica litera. *Brunck.*

777. ἐν Πρυτανείῳ. Nempe vt apud superos Athenis. *Bergl.* Lex erat Athenis: τὸν ἄριστον ὄντα τῶν ἑαυτοῦ συντέχνων σίτησιν ἐν πρυτανείῳ λαμβάνειν καὶ προεδρίαν. *Conz.*

---

f) Est versus mutilus, quem Ms. Vatic. sic exhibet: Ξα. Ἁ πρᾶγμα, πρᾶγμα. Αι. μέγα κεκίνηται πάνυ. Recte, si numeros spectes. At quod ad personas adtinet, malo cum edd. vulgg. solam tantum exclamationem Ἁ Xanthiae tribuere, reliqua vero Aeaco, ad hunc modum: Ξα. Ἁ. Αἰ. πρᾶγμα, πρᾶγμα μέγα κεκίνηται πάνυ. *Kust.* Etiam in Elb. πρᾶγμα bis ponitur. Idem bis legi in ed. Farr., in cett. edd. semel, mutilo versu, animaduertit etiam *Bergl.* Numeros versus corrumpit *Reiskii* coniectura: πρᾶγμα γὰρ καινὸν κεκίνηται μέγα.

778. *Θρόνον — λαμβάνειν* i. e. *iuxta*, vel *proxime, Plutonem ſedem capere;* non, vt Friſchlinus: *ſolio Plutonis deinceps inſideat. Kuſt.*

782. *τὸν τραγῳδικὸν Θρόνον.* E quibus verbis licet colligere, ea iam Comici noſtri aetate conſtitutum Tragicorum poëtarum *Θρόνον*, ſedem nempe ſublimiorem, quam obtinebat ille, qui Athenienſium iudicio primum inter Tragicos locum promereri et inde praeeſſe velut Tragicorum choro cenſebatur. Qua ratione vtique exſtitiſſe eadem in vrbe Sophiſtarum, ſeu qui declamando prae aliis, auſcultantium ſuffragiis, tum excellerent, *Θρόνον* e variis apud Philoſtr. locis diſcimus *g*), et quem honorem Lolliano Epheſio primum Athenis delatum tradit ille de Vit Soph. I. p. 526. *προῦϛη μὲν τοῦ Ἀθήνηϛι Θρόνου πρῶτος, primus Athenis in ſublimi ſede*, non, vt ibi interpres, *in ſubſellio*, *praeſedit. Subſellia* enim erant inferiores in theatris locisue, ad declamandum recitandaue poëmata deſtinatis, ſpectatorum vel auſcultantium ſedes. Id vero de id genus apud Athenn. *Θρόνοις* peculiare tradit in Hadriano, Sophiſta Phoenicio, Philoſtratus de Soph. p. 284., quod non ſolum is *ad thronum* Athenis peruenerit, ſed praeterea quod *μεγαλοπρεπέϛατα τοῦ Ἀθήνηϛι Θρόνου ἐπεμελήθη, ἐσθῆτα μὲν πλείϛου ἀξίαν ἀμπεχόμενος, ἐξηρτημένος δὲ τὰϛ Θαυμαϛιωτέραϛ τῶν λίθων.* Addit inſuper, eumdem, vt vel inde dignitatem huic Sophiſtarum ſolio inſidentis aeſtimare liceat, ad Eleuſinia ſacra equo freno inſigni argenteo vectum iuiſſe, factaque re diuina, cum comitatu ex vniuerſa Graecia collecto in vrbem rediiſſe. Id autem ſimilis *throni*, ceu ſingularis honoris decus, modo perpetuum, modo ad tempus aliquod deferri apud Athenn. conſueuerat. Poſtremum vtique liquet ex eodem Philoſtr. de Vit. Soph. p. 617. vbi de Philiſco Theſſalo ait: *τοῦ δὲ Ἀθήνηϛι Θρόνου προῦϛη ἐτῶν ἑπτά.* Adde quod ſimilis etiam Sophiſtarum ſ. Oratorum in vrbe Roma *Θρόνου* meminit alibi idem Philoſtratus, nempe de Euodiano Smyrnaeo p. 593. *τὰ δὲ τῆϛ φωνῆϛ ἄϑλα ἐϛ τὴν Ῥώμην καὶ τὸν ἐπεῖϑεν Θρόνον.* Quomodo alioquin Romae ſublimiores ſedes ſ. *Θρόνους* ex-

g) De hoc Sophiſtarum throno copioſe egit Creſollius Theatr. Rhet. III, 13. p. m. 224. ſs. ſed quid ille ad tragicos poëtas? Fingitur h. l. in inferis talis thronus iuxta Plutonis thronum.

ſtitiſſe eorum, qui poëmata in ſtato ad eam rem auditorio et conſeſſu recitarent, aliunde conſtat, vt Pers. Sat. I, 15. vnde ſuperiora Philoſtrati verba de ſingulari Hadriani Sophiſtae throno Athenis praeſidentis ornatu illuſtrantur:

Scilicet haec populo pexusque togaque recenti
Et natalitia tandem cum ſardonyche albus
Sede leges *celſa*.

Vbi *ſede celſa* hic, θρόνῳ ſeu cathedra ſublimiori, legiſſe poëma quodpiam noua ac ſplendida veſte amictus, et cum pretioſa inſuper gemma ſardonyche, dicitur. *Spanh.*

784. (771. Br.) ὅτε δὴ κατῆλθ' Εὐρ. *h*). Sic bene membr. et C. etiam cod. E. Vulgo κατῆλθεν, redundante ſyllaba, quod editores non animaduerterunt: ſcilicet quia verſum metiebantur ſyllabarum numero, non poteſtate ὅτε δὴ | κατῆλ | θεν Εὐ | ριπ.δης | ἐπεδειν | νυτο. ſed in Εὐριπίδης ſecunda ſemper et vbique producitur *i*). *Brunck.*

ἐπεδείκνυτο peſſime Friſchlin. hic vertit, *oſtenſus eſt*; quum ſignificet: *artis ſuae ſpecimen edidit.* Hinc δείξεις et ἐπιδείξεις dicuntur *commiſſiones*, ſiue ſpecimina artis cuiuscumque, quae in theatris vel ludis publicis eduntur: vt a viris doctis iamdudum expoſitum eſt. *Kuſt.* Subaudiri poteſt τὴν τέχνην. Machon ap. Athen. VIII. p. 348. ψάλτης κακὸς Στρατόνικον ἐσιῶν ποτε ἐπεδείκνυτ' αὐτῷ τὴν τέχνην παρὰ τὸν πότον (oſtentabat ei artem inter potandum). *Bergl.*

785. τοῖσι βαλαντ. Sic membr. Vulgo τοῖς, minus numeroſo verſu. *Brunck.*

---

h) Ita etiam legi iuſſit *Reisk.*

i) Iniquiorem eſſe Euripidi Ariſtophanem, non ex hac ſolum ſed ex omnibus ferme, quae ſuperſunt, huius Comici fabulis ſat liquet: in quibus Tragicus ille paſſim in ſcenam adducitur et omni ſcommatum ac probrorum genere praeter meritum proſcinditur. Vnde etiam h. l. ſceleratorum omnis generis, vt parricidarum aliorumque in inferis, in ſublimem tragoediae thronum, expulſo inde Aeſchylo, ſuffragiis prouectus dicitur. Vt omnino praeteream quae inter Tragicos et Comicos intercedere potuit apud Athenn. aemulationem ac ſimultatem, peculiares illius odii et infectationis perpetuae, quibus Euripidem viuum mortuumque proſequutus ſit Ariſtophanes, quasque hodie ignoramus, cauſſas oporteat exſtitiſſe. *Spanh.*

788. λυγισμῶν. Quam vocem haud adſequutus eſt interpres, quae deſumta eſt e media palaeſtra, vbi λυγίζειν dicebatur, qui ictus aduerſarii celeri capitis, laterum vel femoris inflexione eluderet. Sic Veſp. 1478. πλευρὰν λυγίσαντος ὑπὸ ῥώμης *latera torquentis prae robore:* vbi eruditus Schol. συστρέψαντος, περιαγαγόντος· ἢ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν παλαιόντων, adducto ibidem Theocr. Id. 1, 97. vbi λυγίζειν et ἐλυγίχθης pro, *flectere, flecti,* ſeu *ſuperare* ac *ſuperari* legitur. In Luciani Gymnas. de athletis, ab init., dicitur: οἱ δὲ ἄγχουσι καὶ λυγίζουσι *alii alios praefocant et intorquent*, non, *verberant*, vt ibi interpres *k)*. Hinc λυγισμὸς alibi in eodem dialogo p. 286. T. II. [c. 24. p. 905. T. II.] de luctatoribus: καὶ ὠθισμούς καὶ περιπλοκὰς καὶ λυγισμούς. Quo ſenſu eadem voce vſus eſt Philoſtratus de Arrichionis lucta agens Icon. II. p. 789. τῇ δὲ ἐπιτάσει τῶν σκελῶν ἀνειμένῃ χρησάμενος, οὐκ ἔφθη τὸν λυγισμὸν τοῦ Ἀρρίχιονος ἐκλαπτίσας. Adde Chryſoſtom. in Barlaam Martyr. T. V. p. 497. ed. Sauil. καὶ ποδῶν κύπλους καὶ πάντων τῶν ἐν τῇ διαστροφῇ τοῦ λυγισθέντος σώματος φαινέντων εἰδώλων τοὺς τύπους ἐναποθέμενοι. Qua ratione etiam factum eſt, vt λυγισμὸς de molli flexione ſaltantium, quod et athleticarum olim ſeu gymnaſticarum exercitationum pars erat, diceretur, vt alibi apud eumdem Philoſtr. Vit. Apoll. IV, 7. ἐπεὶ δὲ ἤκουσεν ὅτι αὐτοῦ ὑποσημήναντος λυγισμοὺς ὀρχοῦνται *poſtquam audiuit ad ſonum tibiae illos molliter ſe inflecteudo ſaltare.* Vnde Porphyrius περὶ ἀποχ. l. 1. p. 66. [§. 33. p. 56. ed. de Rhoer. qui cfr.] vbi equorum et athletarum tangit certamina, addit: ἢ τῶν ἐκλελυγισμένων ὀρχήσεων *vel ſaltationum quae cum variis fiunt inflexionibus.* Illud vero de vtroque harum vocum λυγίσαι et λυγισμοῦ in *lucta* et in *ſaltatione* vſu *l)* obiter ex vno Comici noſtri adducto ad Veſpas loco adtigerat Salmaſius

---

k) Cf. Phot. Lex. p. 170. f. Zonar. Lex. II. p. 1522. f.

l) Add. Hemſterh. in Lennep. Etym. L. Gr. p. 585. Accedit tertius vſus de iis, qui in rotis torquentur, v. Lennep. ad Phalar. Epp. p. 73. et quartus de flexionibus et verſutiis eorum qui in iudiciis effugere poenas ſtudent ap. Plat. de rep. III. p. 405. c. Steph. (vbi in ed. Bipont. VI. p. 300. perperam λογιζόμενος legitur pro λυγ.) ad q. l. cf. Scholia a Ruhnk. edita p. 156. Ibi σφᾶς σφίσι σθαι et λυγίζεσθαι etiam iunguntur.

ad Achill. Tat. p. 730., quod praeterea e Polluce III. 155. ac IV, 97. poteſt inſuper illuſtrari. *Spanh.*

789. *ὑπερεμάνησαν.* Supra 763. *πλεῖν ἢ μαίνομαι. Bergl.* Scilicet de ſummo in eum ſtudio et fauore dicitur.

σοφώτατον. σοφὸν vtique apud Athenn. dictum Euripidem docebit Aeſchines adu. Timarch. p 283. [153. T. III. Orr. Grr. Reisk.] *ὁ τοίνυν οὐδενὸς ἧττον σοφὸς τῶν ποιητῶν Εὐριπίδης·* item Athenaeus VI. p. 270. *ὁ σοφὸς Εὐριπίδης.* Immo etiam Sophocle *σοφώτερος* dictus oraculo delphico, quod praeter Suid. legitur in Schol. ad Nub. 145. qui *πάνσοφος* inſuper alibi ab Athen. appellatur XV, p. 665. *πάγχρυσος* vero a Diphilo ap. eumdem X. p. 422. Hinc illud Plutarchi de tribus Tragicorum coryphaeis, de Glor. Ath. p. 948. *ἡ Εὐριπίδου σοφία καὶ ἡ Σοφοκλέους λογιότης καὶ τὸ Αἰσχύλου φρόμα.* Adde quod idem Euripides *ſcenicus philoſophus*, vt ap. Sext. Empir. adu. Math. p. 57. [279. Fabric. qui ibi cfr.] Athen. IV. p. 158. et XIII. p. 581. Clem. Alex. Strom. V. p. 581. dici meruit. Mitto vero hic, quod Euripidem reprehenſum ob frequentem vſum vocis *σοφὸς* notant veteres Critici ad Mede. 665. *σοφοῦ Πανδίονος,* quam itidem adhibet eiusdem dramatis haud diſtitis inuicem locis 285. 295. 298. 299. 309. et repetitum Androm. 244. *σοφὴ σοφὴ σύ. Spanh.*

791. (790.) *κοὐκ* [olim *κ' οὐκ*] *ἐβάλλετο*; Friſchlinus: *annon inde deturbatus eſt?* At ſenſus eſt: *annon ſpectatores ſaxa in eum iaciebant?* Solebant enim mali poëtae, quum dramata in theatris ederent, lapidibus interdum a populo peti: qua de re v. Caſaub. ad Athen. VI, 11. [p. 431. Lugd. ſ. T. III. p. 459. Anim. Schweigh.]. *Kuſt.*

792. *ἀνεβόα* eſt, *clamando iuſſit, poſtulauit.*

794. *ὁ τῶν πανούργων.* Subintellige ex praecedentibus *δῆμος,* i. e. *multitudo hominum improborum et callidorum.* Quare nemo non videt, Friſchlinum male haec intellexiſſe, qui vertit: *hominem verſutum. Kuſt. νὴ Δί' οὐράνιόν γ' ὅσον.* Repete ex antecedentibus *ἀνεβόα.* Eurip. Troad. 519. *ἵππον οὐράνια βρέμοντα equum cuius fremitus coelum ferit.* Comicus Veſp. 413. *ἀλλὰ μὴ κεκράγατε,* deinde alter: *νὴ Δί' ἐς οὐρανόν γε.* In Nubb. 355. *οὐρανομήκη ῥῆξατε καμοὶ φωνήν.* Vid. Ran. 1160. *Bergl.*

796. (783. Br.) ὥςτερ ἐνθάδε. Quaſi oblitus ſe eſſe apud inferos loquitur, tanquam eſſet apud ſuperos. Vult autem ſeculi mores perſtringere. *Bergl.* Ad theatrum ſe conuertit haec dicens Aeacus, geſtuque ſpectatorum turbam ostendit. V. ſupra ad 276. *Brunck.*

798. (797.) ἀγῶνα ποιεῖν — Erant nempe, quod aliunde notum, conſtituti iudices Athenis, qui de editis Comicorum Tragicorumque agonibus iudicium ferrent, quis primus nempe, vt e reſiduis vett. Grammaticorum didaſcaliis conſtat, iis viciſſet; quis vero ſecundas demum vel tertias partes ferret. Quales proinde iudices ab Aeſchine de f. legat. p. 307. *m)* κριταὶ οἱ τῶν Διονυσίων, et a Demoſthene in Midiana p. 324. [p. 520. T. I. Reisk.] κριταὶ ἐν τῷ θεάτρῳ dicuntur, et mox in ead. orat. [c. 8. ed. Spald.] προεδιαφθείρας τοίνυν τοὺς κριτὰς τῷ ἀγῶνι τῶν ἀνδρῶν. Ad quos etiam theatrales iudices reſpicit Comicus Au. 445. ὄμνυμ' ἐπὶ τούτοις πᾶσι νικᾶν τοῖς κριταῖς. Vbi Schol. ἔκρινον οἱ κριταὶ τοὺς Κωμικούς· οἱ δὲ λαμβάνοντες τοὺς ἑ ψήφους εὐδαιμόνουν· vbi notandum, quod victores Comici acceptis quinque calculis felices fierent. Factum vero notat Plutarchus Symp. V. qu. 2. p. 674. [T. VIII. p. 683. Reisk.], vt inuectis in Pythia tragicis agonibus, maius negotium ſit inde iudicibus illis datum, multasque dein eorum, qui victi erant, inimicitias ſubierint. In Iſthmiis vero nullos ſcenicos Tragicorum aut Comicorum agones, et quidem ex lege receptos, e Luciano diſcimus in Nerone p. 802. T. II. [c. 9. T. III. p. 641. Reiz.]. *Spanh.*

800. (799.) ἀντελάβετο τοῦ θρόνου i. e. *ſedem affectauit*, vel, *ſedem ſibi deberi contendit:* non, vt Friſchlinus, *ſedem occupauit. Kuſt.* Cum Accuſat. iungit hoc verbum Alexis ap. Athen. XI. p. 463. *n).* καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἀντιλάβηται τὸν χρόνον. *Spanh.*

---

m) Apud Aeſch. c. Cteſiph. p. 625. T. III. Reisk. κριταὶ οἱ ἐκ Διονυσίων.

n) At ibi (T. IV. p. 190. Schweigh. v. 14.) τὸν χρόνον τοῦτον non ad verbum ἀντιλ. pertinet, ſed ab omiſſa praepos. κατὰ pendet, verbum autem illud adiunctum Genit. Ἀφροδίτης habet.

803. *παρεῖνος ὑπεχώρησεν αὐτῷ τοῦ θρόνου.* Caue haec cum Frischl. ita capias, ac si Aeschylus Sophocli primam sedem cessisset, cum contra Aristophanes dicere velit, Sophoclem Aeschylo hunc honorem exhibuisse, vt ex antecedentibus et sequentibus patet. *Kust.*

804. Κλειδημίδης. Hunc alii Sophoclis filium, alii probabilius histrionem esse putant, quo in agendis fabulis Sophocles vtebatur. *Conz.*

805. ἔφεδρος παθεδεῖσθαι. Non *spectator* solum, vt hic vertit interpres, *adsessurus* Sophocles, sed vt *subsidiarius*, qui nempe, vt hic continuo additur, si Aeschylum vicerit in certamine, quod ibi agendum erat, scenico Euripides, mox cum eo de tragoediae palma sit certaturus. Ἔφεδρος vtique, obuia, vt ad Callim. diximus Obseru. p. 419. [Del. 125. p. 481. Ern.], in palaestra s. athleticis agonibus significatione, de *tertiario* dicitur, qui nempe duobus iam victis nouus subibat athleta, ἀθλητὴς ἔφεδρος, vt cum victore congrederetur: vnde in antiquis Gloss. Ἔφεδρος, *tertiarius*. Quod tangunt etiam Scholia ad h. l. et, qui in iis indicatur Soph. Aiac. 618. *o)* vt ad Battiadem itidem monui, vbi eadem quoque a Schol. verba, vti et ap. Suid. V. Ἔφεδρος, quae in Schol. ad hunc Comici locum, adducuntur: ἔφεδρος ὁ μὴ πλανώμενος εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι τοῖς νικῶσιν· adeo, vt priora illa verba, ὁ μὴ πλανώμενος, quae et mihi *p)* suspecta continuo videbantur, nunc iuxta trium illorum vett. Grammaticorum consensum stare posse videantur: nempe ἔφεδρον dici, non qui promiscue cum victoribus athletis certaturus hinc inde vagatur, sed qui stans, aut *sedens*, vt hic dicitur, et vt in Schol. ap. Soph. additur, *vbi duo luctantur, paratus manet cum victore luctari* ἀλλ' ὅταν δύο παλαίουσι, παλαίειν τῷ νικήσαντι παρεσκευασμένος. Vnum addam hic eam in rem insignem Aeschyli in Choëph. 866. locum *q)*: Τοιάνδε πάλην μόνος ὢν ἔφεδρος Δισσοῖς μέλλει θεῖος Ὀρέστης

---

o) Triclinius ad Soph. Ai. 611. ἔφεδρος κυρίως ὁ παρεσκευασμένος, ὅταν δύο τινες παλαίωσιν, παλαῖσαι τῷ νικήσαντι. *Bergl.*

p) Vt Kustero in not. ad Scholia.

q) Eumdem laudauit *Brunck.*, sed quae e Gl. et Schol. ms. adfert, v. inter Scholia.

Ἄψειν — luctam talem ſolus exiſtens tertiarius *cum duobus diuis Oreſtes debet ſubire;* prout verti locus ille debuit. Philo inſuper Legat. ad Caium p. 996. [c. 3. p. 135. ed. Dahl. in Chreſtom. Philon. T. II.] *τοῦτον μὲν δὴ καθάπερ ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἔφεδρον ὑπολαβὼν εἶναι καταπαλαίει.* Plura vero de his vocibus *ἔφεδρος, ἐφεδρεία* et *ἐφεδρεύειν* ad Callim. d. l. notauimus. *Spanh.* De form. *κατὰ χώραν ἔχειν loco ſe non mouere, quietum eſſe,* v. ad Plut. 367.

809. *κἀνταῦθα δὴ* eſt, *et quidem illo ipſo in loco* (in regia Plutonis), *τὰ δεινὰ* autem, *graue certamen,* quod *excitatum* iri (*κινηθήσεσθαι*) dicitur.

810. (809.) Locum hunc citat Pollux IX, 52. et Etymol. V. Τάλαντον, qui pro *σκαθμήσεται* legit *κριθήσεται r)*: prout etiam quidam codices Pollucis loco laud. habent. At vulg. lectio *σκαθμήσεται* reperitur etiam ap. Suid. V. Τάλαντον. *Kuſt.* Senſus eſt: poëſis trutina expendetur.

811. *μειαγωγήσουσι s) τὴν τραγῳδίαν.* Praeter longam hic Schol. *ῥῆσιν* de voce *μεῖον* et verbo *μειαγωγήσουσι* videri de iis poteſt Harpocr. in Μεῖον et Μειαγωγός, qui ex Eratoſth., Apollodoro, Eupolide et Lyſia eadem de iis docet. Syneſius vero in Dione p. 55. de adpenſa cauſas acturis clepſydrae menſura: *ὅ τις ἂν ὑπηρέτης μειαγωγήσῃ δημόσιος quam publicus aliquis actor adpendat. Spanh.*

812. *κανόνας — ἐπῶν.* In Auu. 1000. *κανόνες ἀέρος.* Eurip. Hec. 601. *οἶδεν τό γ' αἰσχρόν, κανόνι τοῦ καλοῦ μαθών. Bergl.*

---

r) Auctor Etym. M. p. 744, 20. hunc verſum ſic profert: *ἀλλ' ἢ ταλάντῳ μουσικὴ κριθήσεται. Brunck.*

s) Gl. *ζυγοστατήσουσι.* De poteſtate et vſu huius verbi apud Atticos v. Meurs. Gr. Fer. in Ἀπατούρια. *Brunck.* Photius Lex. p. 186. *μειαγωγῆσαι, θῦσαι. μεῖον γάρ ἐστι τὸ ἱερὸν τὸ θυόμενον, ἐπειδὰν εἰς τοὺς φράτορας τοὺς παῖδας εἰσάγωσιν.* Idem paulo poſt p. 187. *μειαγωγῆσαι τὸ ἐπιδοῦναι τοῖς φράτορσι τὸ μεῖον.* Scilicet verbum hoc proprie ſignificauit, *μεῖον* (victimam leuiorem definito pondere, tum omnino victimam ad ſacrificium, vbi quis inter *φράτορας* recipiebatur) adducere, offerre; inde quoniam eius pompas explorabatur, ponderare inſtar victimae talis (ouis aut caprae), ponderare omnino. v. Petit. Leg. Att. p. 224. et Ignarra de phratr. p. 46. ſ.

813. (800. Br.) Citat Pollux X, 148. vbi Iungermannus pro *σύμπηκτα* ex cod. Ms. reſtituit *ξύμπτυκτα*, me non probante. *Kuſt.* *σύμπτυκτα* habet omnino optimus Pollucis codex Voſſianus, quod ad eum ex aliis Mſs. monuit Iungerm. Lubens tamen eam, quae in Ariſtoph. codd. legitur, vocem *σύμπηκτα* cum Kuſt. hic retinendam crederem. *Spanh.* C. D. *ξύμπυκτα*. Gl. *ἡνωμένα*. In Poll. X, 148 *ξύμπτυκτα* quae vera lectio eſt et reponenda. Atque ſic *πλαίσια ξύμπτυκτα* liquido ſcriptum in cod. E. *Brunck.* *πλαίσια ξύμπηκτα πλινθεύσουσι* vertitur: *quadrata compactilia* (ſ. coagmentata) *formabunt inſtar laterum.* *σύμπτυκτα* erit, conuoluta, compoſita.

814. *σφῆνες* ſunt *cunei*, v. ad Plut. 301. *κατ' ἔπος* autem ponitur pro *καθ' ἕκαστον ἔπος*, ſingulis verſibus aut verbis.

817. (804. Br.) *ἔβλεψε γοῦν* (vt Br. edidit). Sic IV. codd. Vulgo *ἔβλεψεν οὖν*. *Brunck.* *γοῦν* melius videtur, quam *δ' οὖν*, quod e Rau. repoſuit Inu. *γ' οὖν* etiam cod. Elb.

ταυρηδόν. Sic de Socrate, accepto cicutae poculo, Plato Phaed. p. 117. T. I. [c. 66, 10. Fiſch.] *ὥςπερ εἰώθει ταυρηδὸν ὑποβλέψας πρὸς τὸν ἄνθρωπον*. Vide, ſi lubet, quae de hoc Atticis et Comico noſtro in primis familiari loquendi genere, *βλέπειν ὀρίγανον, ὁριμύ, νάπυ* etc. ſupra notauimus ad 616. ac pluribus ad Nub. 1178. quodque ibi omiſeram, infra Pac. 1184. *κακὸν βλέπων ὀπόν*, iuxta Florentem, *peſſimum virus videns*. *Spanh.* Eurip. Mede. 92. *ἤδη γὰρ εἶδον ὄμμα νιν ταυρουμένην*, *iam enim vidi eam* (matrem) *oculis efferari*, ib. 187. *δέργμα ἀποταυροῦται adſpectus ei efferatur.* *ἐγκύψας* i. q. *κάτω κύψας* Veſp. 279. *πολὺ ὁριμύτατός γ' ἦν — ὁπότ' ἀντίβολοίη τις, κάτω κύπτων*, vbi v. Not. *Bergl.*

820. (819.) Metri gratia ſcribendum eſt, vel *Ἀθηναίοις συνέβαινεν Αἰσχ.*, vel, vt Ms. Vat. U. habet: *Ἀθηναίοισι συνέβαιν' Αἰσχ.* Friſchlinus autem *τὸ συνέβαινε* male hic vertit, *obtingebat*, quum ſignificet, *conueniebat*. *Kuſt.* — *Ἀθηναίοις ξυνέβαινεν Αἰσχ.* Sic optime B. [etiam Borg. et Elb.]. Ita etiam in meo, niſi quod *συνεβ.* habet neglecta littera Attica. Vulgo redundante ſyllaba *Ἀθηναίοισι συνέβαινεν*. In A. C. [et Rau.] *Ἀθηναίοισι συνέβαιν'*

Αἰσχ. Muſicas aures non haberet qui hanc praeferret lectionem. Gloſſa ad ξυνέβαινεν, ἔχαιρεν, ἀπεδέχετο αὐτούς. Cod. E. Ἀθηναίοιστι ξυνέβαινεν Αἰσχύλος. *Brunck.*

822. (809. Br.) λῆρόν τε τἄλλ' ἡγεῖτο, τοῦ γνῶναι πέρι Φύσεις ποιητῶν. Adverbii vice hic eſt τὰ ἄλλα et valet *praeterea*. λῆρον ἡγεῖτο αὐτούς, nempe τοὺς Ἀθηναίους, περὶ τοῦ γνῶναι -- Non ſatis accurata eſt verſio *t)*, quae ſic corrigenda: *praeterea nihil niſi meras nugas eos cenſebat in dignoſcendis poëtarum ingeniis.* Salſe Athenienſibus exprobrat praua iudicia, quibus ſaepe optimae exigebantur fabulae, conceſſa deterioribus palma, quod et ipſe quum alias expertus eſt, tum maxime quando Nubes docuit. *Brunck.*

825. f. οἱ δεσπόται ſunt Pluto et Dionyſus, alter Aeaci alter Xanthiae herus. Senſus: quando maiori cum ſtudio graues res agere coeperint domini, facile nobis, niſi adſimus, verbera (effectus, πλαύθματα pro cauſa) parata ſunt.

827. (826.) *v)* Totus hic locus verbis ſonoris et cothurnatis turget, ad imitationem nempe Aeſchyli, cuius ſtilum et characterem Ariſtoph. hic exprimere voluit. *Kuſt.*

---

t) Verterat Br. ita: *ceterosque nugaces eſſe exiſtimabat in dignoſcendis ingeniis poëtarum.*

v) V. 827 — 854. Hos verſus Inu. ita, vt vulgo deſcripti erant, auctoritate cod. Rau. edidit, ſed Brunck. ſequutus recentiorem Schol. ita:

ὦπου δεινὸν — ἐνδ. ἕξει hexam.
ἡνίκ' ἂν — θήγοντος ὀδόντας
ἀντιστέχνου· — ὑπὸ δεινῆς pentam. dactyl.
ὄμματα τροιβ. troch. dimeter catal.
ἔσται δ' ὑψ. — κείκη
σχινδαλμῶν — ἔργων,
φωτὸς — ἀνδρὸς
ῥήματ' ἱπποβάμονα.
φρίξας — χαίταν
δεινὸν — ἦχει
ῥήματα — ἀποσπῶν
κηγενεῖ φυτ.
ἔνθεν δὴ — λίσπη
γλῶσσ' — χαλινούς,
ῥήματα δαι. καταλ.
πνευμόνων π. πόνου.

ἐριβρεμέτας. Aeſchylum ita vocat, propter illius magniloquentiam. *Bergl.*

828. Pro ἕξει *Reiskius* legendum coniecit ἕλξει.

829. Reiskius ad h. v. adſcripſit coniecturam τέρας. Num igitur pro περ ita legi voluit?

830. (815. Br.) θήγοντος ὀδόντας ἀντιτ. Sic bene recentiores edd., quibus adſtipulantur praeter Scholiaſtam codd. B. D. Ingratus eſt hiatus in ὀδόντα ἀντιτέχνου, quam lectionem e prioribus edd. ſtulte reuocauit Berglerus *x*). In membr. ὀδόντ' ἀντιτέχνου, cum eliſione, quam metrum auerſatur. Verſus digeſſi, vti in membr. diſtincti ſunt, quam rationem agnoſcit etiam Scholiaſtes. In propoſita lectione ὀξυλάλου ſubſtantiue accipiendum eſt pro τὸ ὀξυλάλον, *garrulitas:* tametſi hac in formula vereor, vt ſine offenſione articulus omitti poſſit. Verbum ἰδεῖν ad alium ſenſum translatum, more poëtis familiari, qui ſenſuum verba commutant. Sic Aeſch. S. C. Th. 103. κτύπον δέδορκα. In C. perſpicue ſcriptum eſt ὀξυλάλου, quod adiectiue acciperetur, ſicque vitaretur incommodum omiſſi articuli: ἡνίκ' ἂν περ ἴδῃ ὀξυλάλου ἀντιτέχνου θήγοντος ὀδόντας. Hac in phraſi neminem morari debet verbum ἰδεῖν cum patrio caſu conſtructum. Verba ſenſuum duplicem adſciſcunt caſum, ſecundum et quartum. ἴδῃ poſitum hic pro αἴσθηται et eamdem ſequitur conſtructionem. Meliorem hanc lectionem puto. *Brunck.*

833. ὄμματα τροβήσεται eſt, *oculos ſuos distorquebit.*

834. (818. Br.) ὑψιλόφων. Infra v. 950. Euripides dicit Aeſchylum proloqui ῥήματα βόεια ὀφρῦς ἔχοντα καὶ λόφους. *Bergl.* A. C. D. ἱπολόφων. *Brunck.* Ita et Elb. Bau. eſtque exquiſitius, quum ἵππος in nonnullis verbis compoſitis *magnum* indicet, vt in ἱππόπορνος. Poſſunt et *verba* eſſe, quae veluti equinas (ex equinis pilis) criſtas habent, vt ad ἱπποκόμους τρυφαλειὰς Hom. Il. XII, 339. alludatur. Certe quod ſequitur κορυθαίολος (ὁ τὴν κόρυθα

---

x) θήγ. ὀδόντα. Metaphora ab apris. In Lyſiſtr. 1257. αἴπερ τὰς κάπρως θάγοντας οἷῶ τὸν ὀδόντα, vbi v. Not. Ita autem edd. priſtinae, non ὀδόντας. *Bergl.* Etiam Inu. ὀδόντα dedit.

εὐπίνητον ἔχων Apoll. Soph. Lex. Hom. p. 412.) Homericum eſt vocabulum. Cf. Heyn. ad Il. II, 816. Fortaſſis tamen ἱππολόφων e ſeq. ἱππoβάμονα exſtitit. ὑψίλοφος idem eſt quod ἐπίλοφος *criſtatus*. v. Wakefield. ad Eurip. Herc. Fur. 1005. in Tragoedd. delectu T. I. vbi, pro voc. νείκη v. ſequ. legi iubet μήκη *longitudines verborum*, Horatii nempe — ampullas et *ſesquipedalia* verba. Vulgatum indicat *celerrimas contentiones verborum criſtatorum* (ſublimium), quales vere in ſeqq. occurrunt.

836. (819. Br.) σχινδαλμῶν [vt Br. ed.]. Gl. λεπτολογιῶν. Moeris [p. 360.] σχινδαλμός, ἐν τῷ χ, Ἀττικῶς· σκινδαλμός, Ἕλληνες, vbi v. Pierſon. In A. C. ſcriptum, vt vulgo [etiam ap. Inu.] σκινδαλμῶν, in B. D. σκινδαλάμων. Forma quadriſyllaba occurrit Nub. 130. λόγων ἀκριβῶν σχινδαλάμους. *Brunck.* παραξόνια σχινδαλμῶν dicuntur rotationes (agitationes) audaces ſcindularum tenuium (argumentationum ſubtilium).

837. (836. Kuſt.) σμιλεύματά τ' ἔργων. *Minutias* ſeu *quisquilias*, quas ſectatus ſit in tragoedia Euripides, vitio hic ei vertit Comicus. Iulianus Or. IV. p. 77. ἐργάτης γάρ ἐϛι καὶ τούτων ἀγαθὸς, οὐκ ἀποσμιλεύων οὐδὲ ἀπονυχίζων ῥήματα *eſt enim et dicendi peritus artifex: non ita tamen vt verba ſua minute velut ſcalpro concidat et ad vnguem exigat* y). *Spanh.* Salmaſius ad Solin. p. 735. B. C. „Aeſchylum in componendis tragoediis maieſtatem et pondus verborum conſectatum eſſe potius, quam elegantiam et nitorem veteres Critici obſeruant. Contra ea Euripidi vitio datum eſt nimis accuratum et ornatum dicendi genus et nimius nitor in tragico argumento. Ariſtoph. in Ran. de Euripide σκινδαλμῶν παραξόνια σμιλεύματά τ' ἔργων dicit, quibus in comparationem opponit Aeſchyli ἱππoβάμονα ῥήματα cet. Schol. σμιλεύματα interpretatur διαγλύμματα, quod ad calamos ſcriptorios ſcalpello temperatos referendum eſt. κάλαμοι διάγλυπτοι Crinagor. in Epigr.“ Idem Salmaſius paulo ante σμίλην inter inſtrumenta librarii referri notat, i. e. ſcalpellum. Vnde in veteri Epigramm. σμίλα δονακόγλυφος. Pollux

y) Antiphanes ap. Athen. IV. p. 161. λόγοι λεπτοὶ διεσμιλευμένοι τε φροντίδες. *Bergl.*

VII, 21, 83. ait, *σμιλεύματα* h. l. dici a *σμίλη* coriariorum, vt ſint *reiicula*, *reſegmina*. Sed poſſunt in vniuerſum dici, vt videtur, *σμιλεύματα* omnia quae reſecantur *τῇ σμίλῃ*, etiam ea, quae praeciduntur in temperandis calamis. Suidas h. v. laudat l. l. et deſcribit Scholion. Interpres ibi vertit: *et quisquiliae facinorum viri vim illatam fortiter propulſantis*. Quod eſt ap. Schol. *ἐρεθίσματα*, idem Interpres vertit, metaphorice, *quaenis quisquiliae*. Vox mihi ſuſpecta eſt, neque enim alibi *ἐρέθισμα* hac ſignificatione inueni. Tan. Faber ad Anacr. od. 22. putat legendum: *ἢ ξέσματα*. *Duck*.

838. *Φωτός*. Euripidem intelligit. *Bergl*.

839. (838.) *Φρενοτέκτονος ἀνδρός*. Aeſchyli nempe, qui non aliunde, ſed ex ſemet voces illas grandiloquas in tragoediis formarit; adde, qui haud ſemel compoſitis ex *Φρενὸς* voc. ſit vocibus vſus, vt *Φρενοπληγεῖς* Prom. 877. *Φρενώλεις* Sept. c. Th. 763. et *Φρενοδαλὶς* Eum. 327. ad quod adluſit forte inſuper Comicus. Adde hic paulo poſt Aeſchyli de ſemet verſum 913. *Δήμητερ, ἣ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα*. *Spanh*.

840. Voce *ἱπποβάμων* vſus itidem Aeſchylus Prom. 804. *στρατὸν Ἀριμασπὸν ἱπποβάμον'* et Suppl. 262. *ἱπποβάμοσιν εἶναι καμήλοις·* et Aeſchyli exemplo de Centauris Sophocles Trach. 1111. *z) ἱπποβάμονα στρατόν*. *Spanh*.

841. (840. K.) *Φρίξας — λοφιᾶς a)*. Locus hic ita vertendus:

> Erigens vero natura ſua comatae ceruicis
> Horrendam iubam
> Et terribile ſupercilium contrahens,
> Rugiens emittet
> Verba compaginata,
> Tabularum inſtar ea auellens
> Terreſtri (i. e. valido et vehementi) venti flamine *b)*.

---

z) Ad q. l. cf. Erfurdt. v. 1097. ſuae edit.

a) Empedocles [immo Homerus Od. XIX, 446.] ap. Plutarch. in Quaeſt. phys. [T. IX. p. 630. Reisk.]: *φρίξας εὖ λοφιήν, πῦρ ὀφθαλμοῖσι δεδορκώς*. Soping. ad Heſych. V. *λοφίη*. *Bergl*.

b) Conzius ita expreſſit (Brunkii verſus ſequutus):

Kuſt. Forma χαίτην quam v. 842. Inu. recepit pro vulg. χαῖταν ferri poſſet, niſi λοφιᾶς praeceſſiſſet.

843. (823. Br.) ἐπισκύνιον ξυνάγων. Gl. in C. συνέλλων. In B. D. textus exhibet ἐπισκύνιον ξυνέχων c). Gloſſa in D. συνάγων, ὥσπερ οἱ θυμούμενοι θῆρες. Genuina lectio ſaepe in gloſſa latet, quod alibi obſeruaui. In codicis B. contextus ſerie ſcriptum: βρυχώμενος ἥσει πέμψει. Sic etiam in C. niſi quod πέμπει habet. Gloſſam pro voce textus acceperunt boni librarii, quod non raro contigit. Hic manifeſtus eſt error. Sed aliae ſunt interpolationes, quae facile fallant, niſi quis callidiori ſenſu praeditus ſit. Exemplo ſit verſus in Lys. 1299. *Brunck.*

844. βρυχώμενος. Aeſchylus intelligitur, quem paulo ante ἐριβρεμέταν dicebat. *Bergl.* Vulgatum in omnibus edd. eſt: βρυχώμενος ἥσει — Etiamſi forma βρυχόμενος ab Inu. recepta defendi poſſit (v. Zonar. V. Βρύχεται T. I. p. 410.), tamen quid ſibi velit ἥσει, ab eodem repoſitum, non patet, nec comma poſt βρυχ. recte ſe habet, ſed poſt ξυνάγων eſt collocandum.

847. γηγενεῖ φυσήματι. Gigantes dicebantur γηγενεῖς. v. ad Nub. 851. *Bergl.*

848. Interpunguntur haec vulgo ita, vt poſt βασανίστρια recte comma ponatur, non poſt γλῶσσ', ſed verba λίσπη γλ. ἀνελ. iungantur. Poſt ἀνελισσ. etiam comma eſſe debet et poſt διαιομένη. Neſcio cur mutauerit Inu. στοματουργὸς eſt, quae os format, dicendi magiſtra d). Intelligitur autem Euripidis lingua. λίσπη γλῶσσα, auctore Photio Lex. p. 166. eſt ἡ ἐπιτετριμμένη. Vocabulum hoc varie explicatum eſt. v. Ruhnken. ad Tim. p. 175. Piers. ad Moer. p. 245. Scheid. ad Lennep. p. 378. Certe non eſt *lubrica*, vt vulgo redditur, ſed potius *laeuis*.

Starren empor wird dem des Genicks wild ſchattendes Borſthaar,
Gräſslich runzelnd die Stirn wird er feſtgezimmerte Worte
Niederſtürzen mit lautem Gekrache zu Boden,
Schnaubend wie ein Rieſengeiſt.

c) Ita etiam Elb. cod.

d) Interpretantur alii: ore laborantem, acquirentem ſibi.

γλῶσσ᾽ ἀνελισσομένη et verſu abhinc ſecundo [ex Br. deſcriptione et lectione] πνευμόνων formae ſunt veteres, Ionicae, eaedemque antiquae Atticae dialecti, quam in plerisque ſequuntur Tragici. Eas in chorico cantico, vbi Tragicorum μελοποιΐκν imitatur Comicus cum recentioris Atticismi formis γλῶττ᾽ ἀνελιττομ. et πλευμόνων mutare nefas fuiſſet. Priores agnoſcunt IV. codd. Aldus πλευμόνων edidit, melius Bern. Iunta πνευμόνων. *Brunck.* διομένη ῥήματα eſt, diſſecans, concidens, Aeſchyli ſcilicet, aduerſarii, dicta.

853. καταλεπτολογήσει. Nubb. 1499. διαλεπτολογοῦμαι ταῖς δοκοῖς. *Bergl.* „Id eſt, *ſubtiliter examinabit verba turgida et ſesquipedalia;* quae paulo ante dixit ἱπποβάμονα ῥήματα, γομφοπαγῆ, *orationem ampullatam et dithyrambicam*, quae pronunciari ſine pulmonis vexatione et anhelitu non poſſit.“ Caſaub. ad Pers. Sat. I, 14. p. 56. *Grande aliquid, quod pulmo animae praelargus anhelet. Duck.*

854. πλευμόνων, Attice pro πνευμόνων. Sic Pac. 1073. ὁ πλεύμων, vbi Schol. Ἀττικῶς δὲ διὰ τοῦ λ, ὁ πλεύμων. Ita Eumoeris Ms. in dict. Att. e) πλεύμων, Ἀττικῶς, πνεύμων, Ἑλληνικῶς. *Spanh.* At vid. not. Brunk. ad 848. πνευμόνων etiam Elb.

855. Hic iam prodeunt Euripides, Aeſchylus et Bacchus; deinde illi duo certant de primatu, Baccho iudice *f*). *Bergl.* μεθείμην (vt Br. edidit). Sic recte A. C., etiam E. Gloſſa παραχωρήσαιμι. Vulgo μεθείην, quam ſcripturam mendoſam eſſe, iam oſtenderat Daweſius p. 238. *g*).

---

e) Moeris p. 309. vbi vidd. Sallier. et Piers. et Intpp. Tho. M. p. 722.

f) Non prodeunt in ſcenam, ſed exhibentur in eo loco, vbi iam altercati eſſe finguntur, et Euripides loqui pergit. Conſtituitur hic act. tertii ſcena ſecunda, ſed ap. Francogall. interpr. eſt actus V. ſcena prima.

g) P. 236. ed. ſec. vbi ita praecipit: „Qui vel verbum act. μεθίημι cum Genit. vel med. μεθίεμαι cum Accuſat. rite coniungi exiſtimat, quod in Comici editores cadere video, loquendi conſuetudinem ab Atticis ſeruatam ignorat.“ In Append. p. 463. in eamdem rem laudatur Valcken. ad Phoen. p. 186. et ad Hipp. 333.

Verbum actiuum *μεθίημι* cum Accus. ſemper, cum Genit. numquam conſtruitur. Forma paſſiua *μεθίεμαι* vtrumque caſum adſciſcit. v. not. ad Veſp. 416. *Brunck.*

857. Malim haec *αἰσθάνει γὰρ τοῦ λόγου* interrogatiue accipi.

858. (833. Br.) Male Friſchlinus haec ita vertit:
Primum magnifice ſe geret, quod vndique
Verborum monſtra loquatur in tragoediis.
Senſus eſt: Vultu ad grauitatem compoſito tacitus primum animo repetet verborum monſtra, quae identidem in tragoediis proferre ſolebat *h)*. *Kuſt.* Infra 1046. *Αἰσχύλε λέξον, μηδ' αὐθαδῶς σεμνυνόμενος χαλέπαινε.* Aeſchylus in tragoediis introduxit ſaepe perſonas nimis diu tacentes; infra 936. de eo dicit Euripides: *πρώτιστα μὲν δή γ' ἕνα τινα ἐκάθισεν ἐγκαλύψας* etc. *Bergl.*

860. (859.) *ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν.* Quod nempe non in laudem ſed in vituperium hic Euripidi a Baccho dicitur. Sic infra Conc. 560. et 779. vbi priori loco o *mi homo*, poſteriori, o *infelix virorum*, a Tan. Fabro redditur. Sic iam ante ap. Aeſch. S. C. Th. 891. *Αἰ, αἰ, δαιμόνιοι* (infelices). Alioquin infra Au. 1639. Hercules ad Neptunum: *ὦ δαιμόνι' ἀνθρώπων, Πόσειδον* o *felix hominum, Neptune.* Priori vero ſenſu *δαίμων* de *infortunio* apud dictum modo Tragicum legitur Pers. 158. *εἴ τι μὴ δαίμων παλαιός, ne forte vetus infelicitas:* et Sept. Theb. 967. *δαίμων*, vbi Schol. *δυστυχία. Spanh.* Immo ſimpliciter eſt, o *bone*, vt ſaepe ap. Hom. neque vel in laudem vel in vituperium per ſe dicitur. Contra metrum *μέγα* e ſuis libris, quibus Bau. adſentitur, recepit Inu. pro *μεγάλα.*

861. Locum hunc citat Suidas V. *Ἀγριοποιός*, V. *Ἀθύρωτον* et V. *Ἐγῷδα. Kuſt. ἐγῷδα i).* Sic codd. Perperam vulgo *k)* diuiſum *ἐγ' ᾠδα.* Vid. ad Thesm. 502. Sic vbique excudi volui, quod ſemel dictum ſufficiat, nec librorum hanc varietatem amplius obſeruabo. *Brunck.*

---

h) Bergl. vertit: Cum grauitate aliquamdiu ſtabit tacitus primo, id quod ſemper in tragoediis factitabat praeſtigiator iſte.

i) Sic Eqq. 118. et Ach. 905. Adde Eurip. Phoen. 723. *Spanh.*

k) In textis ed. Kuſt. et Bergl. Nam in notis recte ſcribitur.

862. Locum hunc citat Gellius I, 15. [Noct. Att. p. 113. ed. Conradi] vbi ait: „Huiuscemodi autem loquacitatem verborumque turbam magnitudine inani vaſtam facetiſſimus poëta Ariſtophanes inſignibus vocabulis denotavit in his verſibus:

Ἄνθρωπον ἀγριοποιόν l), αὐθαδόσομον,
ἔχοντ' ἀχάλινον, ἀπρατές, ἀπύλωτον m) σόμα,
ἀπεριλάλητον, κομποφαπελορρήμονα.

Kuſt. n) ἀγριοποιὸς eſt, qui ἀγρίους fingit, quos introducit.

αὐθαδόσομον. Vſus eſt Aeſchylus voce αὐθαδίσμασιν Prom. 963. h. e. iuxta Schol. κομπάσμασιν, de *arrogantibus dictis* aut *factis*. *Spanh.*

863. ἔχοντ' ἀχάλ. — σόμα. In Eurip. Fragmm. ex Menalippe [XX, 4.] ἀχάλιν' ἔχουσι σόματα. Vid. Not. Barnefii ad Eurip. Bacch. 385. ad haec verba: ἀχαλίνων σομάτων ἀνόμου τ' ἀφροσύνας τὸ τέλος δυστυχία o). Theophylactus Simocatta ep. 67. οὐκ εἰδώς, ἀχαλίνωτον γλῶτταν μείζονα τοῦ πλημμελήματος εἰσπραττομένην τὴν πόλασιν p). *Bergl.*

ἀπύλωτον σόμα, *os effraenum* ſeu *nullis clauſtris coercitum*. Cyrillus adu. Iulian. II. p. 38. ad hunc Comici locum forte reſpiciens: ἐπειδὴ δέ, ὡς ἔφην, ἀπύλωτον ἀνοιγνὺς τὸ σόμα. *Spanh.*

864. κομποφαπελορρήμονα. Infra 965. οἰδοῦσαν ὑπὸ κομπασμάτων καὶ ῥημάτων ἐπαχθῶν (τὴν τέχνην). *Bergl.*

---

l) In edd. Gell. vett. erat ἀγριωπόν, in MS. Reg. quod Iac. Gronou. laudat ἀγριωποιόν.

m) Ita edd. Gell. vt edd. Ariſt., pro quo Inu. e Rau. ἀβύρωτον dedit.

n) Eadem repetierunt Bergl. et Spanh.

o) Apud Lucian. Reuiuiſc. p. 391. T. I. ex Euripide adducitur ἀχαλίνων σομάτων. *Spanh.*

p) Add. Wetſten. ad Iacob. I, 26. T. II. p. 664. Lösner. Obſs. Philon. in N. T. p. 459. Ἀβύρωτον etiam Steph. Thes. I. p. 1617. ex h. l. Suida auctore laudat. add. Schol.

865. ἄληθες. *Itane?* Plerumque hoc aduerbium ironicae interrogationi ſeruit. Suidas: ἄληθες, ἀντὶ τοῦ ὄντως. ἀξιοῦσι δὲ ὀξύνειν τὴν πρώτην, ὅταν τοῦτο δηλοῖ τὸ ἐν ἐπερωτήσει λεγόμενον ὄντως, ἀληθῶς, οἷον· Ἄληθες, ὦ παῖ — Tho. M. [vbi v. Intpp. p. 34.] ἄληθες παρὰ ποιηταῖς, τὸ κατ' εἰρωνείαν ἀντὶ τοῦ ὄντως λαμβανόμενον, ὡς τὸ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ (123.)· ἄληθες, ὦ δειλότατε πάντων δαιμόνων. Sic Lys. 433. ἄληθες, ὦ μιαρὰ σύ. Eadem ſignificatione occurrit ap. Soph. Oed. T. 350. Antig. 758. quibus in locis aduerbii huius poteſtas interpretem latuit. Eſt autem hic parodia verſus Euripidei, quem Musgr. in Telepho fuiſſe putat [n. CXCIX. Fr. inc.] ἄληθες, ὦ παῖ τῆς θαλασσίας θεοῦ; Nomini θαλασσίας Thetidem apud Tragicum ſignificanti ἀρουραίας ſubſtituit, Euripidi olera obiiciens agreſtia, quibus innutritus fuerat. v. Thesm. 456. et 910. *q*). *Brunck.* De matre Euripidis, quae olera venderet, haec dici notat Schol. Quo ſpectant verba Eqq., vbi, poſtquam dixerat Nicias v. 18. εἶποιμ' ἂν αὐτὸ δῆτα κομψευριπιδικῶς, ait continuo Demoſthenes: μὴ διασπανδικίσῃς ne vilem ſcandicem hic mihi vendites, h. e. ne Euripideum quid iactes, quod mater eius, vt ibidem in Scholl. tangitur, σπάνδικα ἐπίπρασκεν, ὅ ἐστιν, ἄγρια λάχανα. Ἀρουραῖος σμίνθιος de *agreſti* caeteroquin mure ab Aeſchylo dictum in Siſypho, iuxta Aelian. de Anim. XII, 5. et ἀρωραῖοι μύες ſimiliter infra Acharn. 762. *Spanh.*

866. σωμυλιοσυλλεπτάδῃ *r*). Infra 1185. ad eumdem dicit Aeſchylus: ὦ κατεσωμυλμένε ἄνθρωπε. Ceterum illa vox eſt compoſita ad comicam licentiam. Similis vox occurrit ap. Athen. IV. p. 157. ἄνδρες γενειοσυλλεκτάδαι (barbam colligere ſoliti). *Bergl.*

867. (842. Br.) Hunc verſum interpretabitur colloquium inter Dicaeopolin et Euripidem in Acharnenſibus. *Brunck.* πτωχοποιέ *s*). V. Nub. 918. (922. Lips.) ναί

q) Lepide Ariſt. dixit ἀρουρ. θεοῦ, i. e. *ruralis deae*, vt nempe oblique indicaret, Euripidem fuiſſe filium λαχανοπωλίδος, i. e. *olerum venditricis*. *Kuſt.* Repetiit inde *Bergl.* et addidit e Thesm. 394. Εὐριπίδου τοῦ τῆς λαχανοπωλητρίας.

r) Vertitur: *blatarementorum collector.*

s) Euripidis Schol. ad Phoen. 1482. ὅλως ἐν πᾶσιν Εὐριπίδης πτω-

τοι πρότερόν γ' ἐπτώχευες Τήλεφος εἶναι Μυσὸς φάσκων etc. et quae ibi notauimus. Quo nomine Euripidem rurſus, ob *Telephum* nempe *Myſum* mendici habitu ab eo in ſcenam adductum exagitat infra Acharn. 418. eiusque σπάργανα et ῥάκωμα *laceros* ac *viles pannos* v. 429. f. Vnde, quod hic ſequitur, ῥακιοσυρραπτάδη *t*). Quae ſingula reſpiciunt ad ea eiusdem Telephi in cognomine Eurip. dramate verba, quae ap. Stob. leguntur et in Excerptis Grotii ex Eurip. p. 407. [Fr. Tel. 8. Musgr.] δεῖ γάρ με δόξαι πτωχὸν εἶναι τήμερον. Vnde Horat. illuſtratur Art. Poët. 95. Et Tragicus plerumque dolet ſermone pedeſtri Telephus et Peleus, quum *pauper* et exul vterque.

868. (843. Br.) αὖτ' ἐρεῖς. Sic membr. Vulgo ταῦτ'. Infra 952. libri omnes: δημοπρατικὸν γὰρ αὖτ' ἔῤῥων. *Brunck.*

παῦ', Αἰσχύλε. Ms. Vatic. U. recte, παῦ Αἰσχύλε. *Kuſt.* Nemo tamen ei obſequutus eſt, et vtrumque recte dicitur.

869. πρὸς ὀργήν, *iracunde.* Sic 856. 998. Sophocles El. 369. μηδὲν πρὸς ὀργήν, πρὸς θεῶν. *Brunck.*

871. τὸν χωλοποιόν *v*). In Acharn. 410. ad Euripidem aliquis dicit: οὐκ ἐτὸς χωλοὺς ποιεῖς; mox ibi v. 426. afferuntur exempla claudorum ex tragoediis illius: ἆ Βελλεροφόντης εἶχ' ὁ χωλὸς οὑτοσί; deinde alter dicit: οὐ Βελλεροφόντης ἀλλὰ κἀκεῖνος μὲν ἦν χωλός, προσαιτῶν, σωμύλος· deinde alter: οἶδ' ἄνδρα Μυσὸν Τήλεφον. *Bergl.*

872. Tangitur hic mos veterum, qui tempeſtati et procellis, ad vim earum auerruncandam, agnam nigram

---

χοποιός ἐστιν. Vbi autem Euripides introduxerit mendicos, ipſe Comicus facete admodum docet in Acharn. vbi inter alia 425. ἀλλ' ἢ Φιλοκτήτου τὰς τοῦ πτωχοῦ λέγεις; deinde alter, οὐκ, ἀλλὰ τούτου πολὺ πολὺ πτωχιστέρου. *Bergl.*

t) Infra 1089. τοὺς βασιλεύοντας ῥάκι' ἀμπίσχων. Vid. in Acharn. loco iam citato, vbi fingit quemdam pannos et habitum mendicorum mutuo petentem ab Euripide et eius tragoediis. *Bergl.*

v) Inu. ed. neſcio vnde καλοποιόν, ed. Br. aeque male χολοποιόν, quem typothetae errorem tamen Brunk. in Suppl. correxit.

immolare solebant: qua de re vide inter alios Paulum Leopardum Emendd. XX, 23. *Kust.* Ingentes motus in istis poëtis comparat cum vento impetuosissimo; itaque *agnam nigram* iubet efferri tempestatibus immolandam. *Nigrae pecudes* tempestatibus immolabantur. Virg. Aen. [III, 120.] *Nigram Hiemi pecudem* (mactauit), Zephyris felicibus albam *x*). *Bergl.* Nempe non diis solum inferis *nigrae mactatae* olim victimae, vti et Telluri (vt istud ad Hom. Il. γ, 103. *οἵσετε δ' ἄρν' ἕτερον λευκόν, ἕτερην δὲ μέλαιναν*, notarunt veteres Critici), sed procellis etiam ac tempestatibus noxiis, vt hic *Typhoni* et apud Maronem *Hyemi:* Zephyris vero, quorum felicior aura, *albae*, iuxta notum illud Maronis Aen. III, 120. Quemodo etiam *marinis numinibus* atras victimas immolandas tradit apud Euseb. Porphyrius Praep. Eu. IV, 9. et inde non *Plutoni* solum, quod aliunde notum, sed *Neptuno* quoque tauros nigros mactatos, ex Hom. tradunt ad Pind. Olymp. XIII, 98. Scholia. *Spanh.*

873. *τυφὼς γ) γὰρ ἐμβαίνειν.* Infra Eqq. 508. *πρὸς τὸν τυφῶ χωρεῖ*, et Soph. Antig. 421. *τυφὼν ἀείρας. Spanh.*

874. Ὦ Κρητικὰς — Vnus ex Scholl. putat, Comicum respicere ad Phaedram in Hippol. Eurip., quae erat Cretensis et insano amore deperibat Hippolytum priuignum; sane haec monodias canit in praedicto dramate 197. ss. Infra etiam reprehendit Euripidem, quod tali modo de Phaedra scripsisset; vbi Aeschylus dicit, se fecisse fabulas, quae continerent exempla virtutum, non autem tales, quales Euripides; v. 1075. *ἀλλ' οὐ μὰ Δί' οὐ Φαίδρας ἐποίουν πόρνας.* Deinde v. 1084. Euripides quaerit: *πότερον δ' οὐκ ὄντα λόγον τοιοῦτον περὶ τῆς Φαίδρας ξυνέθηκα*; cui Aeschylus: *μὰ Δί' ἀλλ' ὄντ'· ἀλλ' ἀποκρύπτειν χρὴ τὸ πονηρὸν τόν γε ποιητήν. Bergl.*

875. *γάμους δ' ἀνοσίους.* Quae omnino hic adludunt ad illud, quod Nub. 1375. (1361. f.) de eodem Euripide

---

x) Eumdem locum laudauit Brunkius.

y) Dicitur ita proprie turbo, vehemens ventus in terra excitatus, omnia secum rapiens, interdum et marina, procella. Cf. Schleusner. Lex. N. T. II. p. 1163. Add. Phot. p. 449. Zonar. II. p. 1754. f. Kapp. ad Pseudo-Aristot. de Mundo IV, 18. p. 126. f.

dixerat Comicus, eum longa oratione inceſtus fratris cum ſorore vterina, ὁμομητρίᾳ, Macarii nempe cum Canace, nuptias proſequutum, qua de re videri poſſunt, quae ibi notamus. *Spanh.* In Aeolo Euripidis Macareus ſororem Canachen duxit, aut etiam ceteri illius fratres ceteras ſorores, vt notauit Schol. in Nubb. l. l. v. in Ran. v. 1107. *Bergl. z).*

876. Locus hic ita diſtinguendus eſt *a*): Ἐπίσχες οὗτος, ὦ πολυτίμητ' Αἰσχύλε. Ἀπὸ τῶν χαλαζῶν, ὦ πάνηρ' Εὐρ. — id eſt, *reprime te, o valde honorande Aeſchyle. A grandinibus autem* (verborum), *o miſer Euripides, amoue te, discedens hinc* etc. Eleganter autem verba ſesquipedalia Aeſchyli *grandinem* vocat; quorum minas Euripidi vitandas eſſe εἰρωνικῶς dicit. *Kuſt.* Obſerues in his Bacchi verbis manifeſtam imitationem loci Homerici. Aeſchylum primo alloquitur, poſtea Euripidem, denique ad Aeſchylum deliniendum rurſus ſe confert. Hinc dicere poterat: ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι. Sic Neſtor Il. I, 275. Atridae et Pelidae iurgium ſedans, ab eo, qui dignitate praeſtantior erat, incipit Agamemnonemque primum hortatur, deinde Achillem, demum Agamemnoni iteratas admouet preces, in eoque deſinit:

μήτε σὺ τόνδ', ἀγαθός περ ἐών, ἀποαίρεο κούρην, —
μήτε σὺ Πηλείδη, θέλ' ἐριζέμεναι βασιλῆϊ —
Ἀτρεΐδη, σὺ δὲ παῦε τεὸν μένος· αὐτὰρ ἔγωγε
λίσσομ' Ἀχιλλῆϊ μεθέμεν χόλον, ὃς μέγα πᾶσιν
ἕρκος Ἀχαιοῖσι πέλεται πολέμοιο κακοῖο.

Peſſime et ſumma cum imperitia latinus interpres penultimi verſus graeca ſic reddidit: *Verum ego precabor Achillem deponere iram;* tamquam ſi λίσσομαι tempus eſſet futurum, tamquam ſi graece dictum vmquam a quoquam fuiſſet λίσσομαί τινι, pro, *precor aliquem.* Datiuus Ἀχιλλῆϊ non pendet a λίσσομαι, quicum ſubauditur pronomen σε, ſed a μεθέμεν. Conſtructio eſt: λίσσομαί σε

z) Mox εἰσφέρων εἰς pro εσφ. ες e Rau. dedit Inu.

a) Vulgo poſt Αἰσχύλε comma, poſt χαλαζῶν punctum ponebatur. Bergl. recte poſt Αἰσχύλε colon habet. δ' quod poſt χαλαζῶν Inu., neſcio vnde, addidit, in omnibus aliis libris ſcriptis et editis deeſſe videtur.

μεθεῖναι Ἀχιλλεῖ τὸν χόλον, i. e. παύσασθαι τοῦ χόλου τῷ Ἀχιλλεῖ, παύσασθαι τοῦ χολοῦσθαι τῷ Ἀχιλλεῖ *b*). Vel Ἀχιλλῆϊ valet Ἀχιλλῆος χάριν. (v. Valkenarium laudatum ad Lys. 1277.). Ad eumdem fere modum Horat. Od. III, 3. Protinus et graues iras et inuisum nepotem, Troïa quem peperit Sacerdos Marti redonabo. Anna Fabri ad latinae versionis sensum Homerica reddidit: vtrumque ducem sequutus est totus nouorum Gallicorum interpretum grex. At vir longe doctissimus, qui graeca ex ipsis graecis vertere solebat, Io. Boivin in Actis Reg. Paris. Acad. T. II. p. 24. Nestoris sensum vere et eleganter expressit: „Et vous, fils d' Atrée, calmez la violence de vos transports, oubliez votre colere. C' est moi, *qui vous prie de vous relacher en faveur d' Achille*, dont le bras etc." *Brunck.*

879. (854. Br.) κεφαλαίῳ. Gl. καθολικῷ καὶ μεγάλῳ. Schol. ἀδρῷ. Nub. 981. (975.) κεφάλαιον τῆς ῥᾳθυμίας. „κεφάλαιον, κεφαλὴς et κεφαλὴ apud Dioscoridem et alios pro *capitulo* plantarum, ossium, immo quarumuis fere summitatum capitatarum occurrit, vt et Lat. *caput*. Et quia *caput* est pars crassior ac durior, inde Comicus κεφαλαίῳ ῥήματι τὸν πρόταφον θένειν dixit, *duriori verbo caput ferire;* vbi κεφαλαίῳ adiectiue sumitur pro *grandi* et *duro*, ἀδρῷ, *crasso*, vt Schol." Io. Alberti Obss. philol. in N. T. p. 179. *Brunck.*

880. ἐκχέῃ τὸν Τήλ. i. e. *ne effundat aut excutiat tibi mentem et sapientiam, quam praecipue ostendere voluisti in Telepho dramate;* μὴ ἐκχέῃ τὸ πᾶν σόφισμα, vt cum Sophocle dicam ex Philoct. 13. Introduxerat autem Telephum tamquam facundum et disertum; in Acharnn. 428. sic describitur: χωλός, προσαιτῶν, ῥακιόλος, δεινὸς λέγειν. Deinde alter dicit: οἴβ' ἀνόρα Μυσὸν Τήλεφον. *Bergl.*

881. (880.) Citat locum hunc Suidas V. Πρακόνως. *Kust.* Infra v. 1029. μὴ πρὸς ὀργὴν ἀντιλέξεις, vbi v. Not. *Bergl.* add. 869.

882. (857. Br.) Editt. vetustiores itemque Ms. Vat. U. et Suidas V. Πρακόνως habent: Ἔλεγχ', ἐλέγχου [pro

b) Hanc interpretationem sequutus est Heynius ad Il. I. l. v. 283.

olim vulg. ἔλεγχ' ἐλέγχους]. *Kuſt.* Sic codd. omnes. Gloſſa in C. D. ἔλεγχ' αὐτόν, ἐλέγχου παρ' αὐτοῦ. Pars gloſſae in contextus ſeriem illata in B. ἔλεγχ' ἐλέγχου παρ' αὐτοῦ. Noſtram lectionem habent vett. edd., vnde illam bene reuocauit Berglerus *c*). Neſcio vnde in recentiorum quasdam venerit ἔλεγχ' ἐλέγχους. Ad haec ἔλεγχ', ἐλέγχου referuntur mox ſequentia Euripidis: ἕτοιμός εἰμι δάκνειν, δάκνεσθαι. *Brunck.* οὐ πρέπει. Cod. E. οὐ θέμις. *Idem* in Suppl.

884. Verſum hunc citat Schol. Arati ad Διοσημ. p. 135. ed. Ox. [315. f. 1047. p. 235. T. I. Buhl.] vbi ait: ὁ πρῖνος τῶν πάνυ καταξήρων ἐστί *o*). Καὶ μαρτυρεῖ καὶ Ἀριστοφάνης λέγων· Σὺ δ' ὥςπερ πρῖνος εὐθὺς ἐμπρησθεὶς βοᾷς. *Kuſt.*

886. (886. Br.) δάκνειν. In Eqq. 493. μέμνησο νῦν δάκνειν, διαβάλλειν. Metaphora a gallis pugnantibus. *Bergl.* εἰ τούτῳ δοκεῖ. Perperam in B. [et Elb.] τοῦτο. v. ad Thesm. 428. *Brunck.* Datiuum τούτῳ ſententia et conſtructionis ratio flagitat. *Höpfn.*

888. Πηλέα diſyllabum eſt. V. ſupra ad v. 76. *Brunck.* Sunt nomina fabularum Euripidis deperditarum. *Conz.*

891. (866. Br.) Vulgo legitur: ἐβουλόμην μὲν οὐκ ἐρίζειν ἐνθάδε: verbis manifeſtum poëtae ſenſum non referentibus. Particulam ἂν omiſit librariorum ſocordia, quod iis ſolemne fuiſſe nouimus. Eam deſiderari vidit quidem Daweſius *e*), ſed pro μὲν reponendo ἂν poëtae ma-

---

c) Mox δάκνειν, δάκνεσθαι. Reuocaui autem hic, quod Edd. habent ἐλέγχου pro ἐλέγχους. *Bergl.*

d) Eſt *ilex*, Stecheiche. cf. Voss. ad Virg. Ecl. VII, 1. p. 352.

e) ἐβουλόμην μὲν — *volebam quidem?* parum congruenter. Laudandus profecto aliquatenus *Friſchlinus*, quod non tam Graecorum notioni quam ſententiae ingenio morem geſſerit. Is vtique ſic interpretatur: ego quidem *nolim* certare tragoediis. Editoris vero munere idem cum ceteris iuxta functus eſt, qui non viderit reſcribi oportuiſſe: ἐβουλόμην ἂν — *vellem* hic loci non certare: vel ἐβουλόμην μὲν ἂν οὐκ — *vellem* quidem — vt Veſp. 954. Eccl. 151. Eurip. El. 387. *Dawes.* M. Cr. p. 237. Non opus fuiſſe, vt Brunk. omnium librorum

num non reſtituit. Vtraque retinenda particula. En fideiuſſorem meae emendationis ipſum Comicum. Conc. 151. ἐβουλόμην μὲν ἕτερον ἂν τῶν ἡθάδων λέγειν — Ad eumdem modum hic legendum: ἐβουλ. μὲν ἂν οὐκ ἐρίζειν ἐνθ. Nullo partium ſtudio ductus optimus Burgeſſius *f*), quo cordatiorem noui neminem, ad tuendam contra Daweſium vulgatam lectionem duo Sophoclis aduocat loca, quorum alter alieno ſenſu acceptus eſt, alter in mendo cubat, quod olim ostendam. *Brunck.*

892. (867. Br.) Vulgo ſic legitur hic verſus: οὐκ ἐξ ἴσου *g*) γάρ ἐστιν ἀγὼν νῶϊν. — τιὴ; duplici menda. Primo νῶϊν, σφῶϊν, diſyllaba poëtis Atticis prorſus ſunt inuſitata, quod poſt alios obſeruaui ad Aeſch. Prom. 12. In membr. ſcriptum: ἀγὼν νῷν, claudicante metro *h*). Nam in ἀγὼν prima ſemper corripitur, quae etiamſi anceps eſſet, quod falſo crediderunt viri quidam docti, non tamen hic ſalua linguae indole ſine articulo ſtare hoc nomen poſſet, quum de certo et definito certamine ſermo ſit. Nihil verius eſt Daweſii emendatione *i*) οὐκ ἐξ ἴσου γάρ ἐστιν ὦ'γὼν νῷν. — Saepiſſime librarii ὦ'γὼν in ἀγὼν mutarunt, quod ad Eurip. Or. 857. obſeruauimus. In eiusdem poëtae Heracl. 724. ſcribendum: ὡς ἐγγὺς ὦ'γὼν — Pro τιὴ in membr. ſcriptum τί δαί; Heſych. τί δαί; διατί δή; Eiusdem ſignificationis eſt τιή. *Brunck.*

893. (868. Br.) Ms. Vatic. U. rectius ὅτι ἡ ποίησις *k*). *Kuſt.* ὅτι ἡ π. diſtincte ſcriptum in A. C. Per-

---

lectionem addita part. ἂν mutaret, quum ea ſaepe intelligatur, vt Aeſch. Agam. 561., ostendit Hermann. ad Nub. 1344. (1330.) p. 250.

f) in Append. ad Dawes. p. 463. qui ſimiliter vt Herm. ſtatuit.

g) Eurip. in Iphig. ad Aul. 804. οὐκ ἐξ ἴσου γὰρ μένομεν Εὐρίπου πύλας. *Bergl.*

h) Metri gratia ſcribendum eſt ἴσὴν ὦ 'γὼν (pro ὁ ἀγών), vt recte habet Ms. Vat. U. Et deinde pro τιὴ idem Ms. habet τί δαί; *Kuſt.* cuius notam non praeterire debebat Br.

i) Miſc. Cr. p. 238. vbi in Append. p. 463. Pierſon. ad Moer. p. 266. et 300. laudatur, et alia afferuntur, vt doceatur νῷν, σφῷν etc. Atticos dixiſſe.

k) Aſſentitur vterque cod. Iruern.

peram vulgo ὅτιὴ ποίησις. Gloſſa in meo ad ὅτιή, διότι, ad ποίησις, ἡ. Scilicet indicare voluit gloſſator, articulum ſubintelligi, quem abeſſe non patitur ſermonis ingenium. Hoc ſentit quidem Daweſius, ſed perperam emendauit: ὃ δ' ἡ ποίησις *l)*. Obſeruaui ad Lys. 611. vltimam in ὅτι numquam elidi. V. infra ad 922. 1386. *Brunck.* οὐχὶ συντέθνηκέ μοι *m)*. Nam etiam poſt mortem Aeſchyli agebantur eius tragoediae ex decreto publico; Schol. Comici ad Acharn. 10. τιμῆς δὲ μεγίστης ἔτυχε παρ' Ἀθηναίοις ὁ Αἰσχύλος, καὶ μόνου αὐτοῦ τὰ δράματα ψηφίσματι κοινῷ μετὰ θάνατον (poſt mortem eius) ἐδιδάσκετο. Scriptor vitae Aeſchyli: Ἀθηναῖοι δὲ τοσοῦτον ἠγάπησαν Αἰσχύλον, ὡς ψηφίσασθαι μετὰ θάνατον αὐτοῦ, τὸν βουλόμενον διδάσκειν τὰ Αἰσχύλου, χορὸν λαμβάνειν. Vbi vide Stanleium etiam, quem non fugit praedictus Schol. locus. *Bergl.* Scribendum συντέθνηκ' ἐμοί, ſiquidem ὀρθοτονουμένῳ rectius opponitur ſequens τούτῳ. *Hotib.*

894. ὥσθ' ἕξει λέγειν. Quoniam res agitur apud mortuos et Euripidis poëſis cum ipſo mortua eſt, Aeſchyli autem, licet etiam mortui, poëſis eſt apud viuos: dicit Aeſchylus, Euripidi non defore verba, ſibi autem forte defore. Sed euentus docebit, Euripidem tamen vinci ab Aeſchylo, quamuis ipſe artem ad inferos ſecum detulerit, Aeſchylus autem non; itaque tanto maior eſt gloria Aeſchyli; quid enim feciſſet, ſi et ipſe artem ſecum detuliſſet? aut quid tunc demum feciſſet, ſi ipſe quidem detuliſſet ſecum artem, Euripides autem non? Forte deuoraſſet hominem. *Bergl.* Senſum horum verborum neutiquam aſſequutus eſt interpres [Friſchlinus]. Vertit: *ſicut ipſe*

---

l) Miſc. Crit. p. 238. vbi addidit: „denotat autem ἡ ποίησις non iam, vti cepit *Friſchlinus, artem poëticam,* ſed τὰ δράματα *fabulas* ſiue *poëmata,* non ſecus atque infra 1413. ὅσπερ γ' ἐλέγξει τὴν ποίησιν."

m) Verbum hoc reddendum eſt: *ſimul ad orcum deſcendit.* Alludit ad populi Ath. decretum, quo ſcitum eſt, poſt eius mortem τὸν βουλόμενον διδάσκειν τὰ Αἰσχύλου χορὸν λαμβάνειν. v. Aeſchyli vitam. Cf. Philoſtr. V. Apoll. VI. p. 245. Poeſin igitur ſuam inter viuos adhuc εἰρωνικῶς queritur, quum Euripidis poëſis ad orcum, ſimul cum auctore deſcenderit. *Tyrwhitt.* in App. ad Dawes. p. 464.

fatebitur n). Dixerat Aeſchylus, *inter ſe et Euripidem inique comparatam eſſe in orco contentionem.* Quaeſivit Bacchus: *quid ita tandem?* Reſpondet Aeſchylus: *propterea quod poëmata mea non ſunt mecum vna mortua, neque adeo ad orcum deuenere;* proinde mihi in recitando ſola memoriae vi nitendum erit. *Iſtius contra ſcripta mortuum dominum ſimul mortua ad orcum comitata ſunt: vnde ei quum praeſto ſint ad manum, in promptu erit recitare. Dawes.* (M. Cr. p. 238. f.).

895. (870. Br.) ὅμως δ' ἐπειδὴ — Sic bene A. C. Perperam vulgo particula δὲ omiſſa, quae alteri μὲν reſpondet v. 866. (891.). *Brunck.*

896. Ἴθι νυν (f. γὦν vt Kuſt.) λιβαν. etc. *o).* Similis locus Veſp. 858. ἀλλ' ὡς τάχιστα πῦρ τις ἐξενεγκάτω καὶ μυρρίνας καὶ τὸν λιβανωτὸν ἔνδοθεν, ὅπως ἂν εὐξώμεσθα. Vid. etiam Theſm. 37. *Kuſt.* Neſcio cur εὔξομαι mox ſcribi, contra grammaticas leges, voluerit *Reiskius.*

898. (873. Br.) τόνδε. In B. τοῦτον. Saepe commutarunt librarii iſta pronomina. *Brunck.* μουσικώτατα eſt, peritiſſime.

899. (898. K. 874. Br.) *p)* Citat locum hunc Etymol. V. Ὑπογραμμός, qui tamen pro (vulg.) προσάσατε legit ὑπάσατε. En eius verba *q)*: Ὑπογραμμός, πρόγραμμός τις ὤν. ἢ γὰρ ὑπὸ ἀντὶ τῆς πρό. ὡς καὶ ἐν Βατράχοις Ἀριστοφάνης· ὑμεῖς δὲ ταῖς Μούσαις τι μέλος ὑπάσατε. ἀντὶ τοῦ προάσατε. Egregie locus hic facit ad illuſtrandum et ſupplendum Scholiaſten noſtrum, cuius verba deformata et truncata hodie circumferuntur. Sic enim procul dubio

---

n) Rectius Bergl. *Itaque habebit quae dicat.* Neque diſſimiliter Brunk. Conzius obſeruauit argutiſſime et acerbiſſime haec in Euripidem dici.

o) Alludit ad agonothetarum morem.

p) Dicit Bacchus haec conuerſus ad chorum, vt, quae antecesſerant, ad ſpectatores.

q) Quae verba p. 782, 4. etiam a Brunk. laudata in eius nota omiſimus, qui praeterea oſtendit, recte monuiſſe Kuſterum, ex hac obſeruatione ſupplendum et emendandum eſſe Scholiaſten Comici.

ſcripſerat: *τὸ ὑπάσατε ἶσον τῷ προάσατε· ὡς ὑπογραμμός, πρόγραμμός τις ὤν.* Nam quin Scholiaſtes noſter cum Etymologo *ὑπάσατε* pro *προάσατε* in loci huius textu olim legerit, nullus dubito. Neque hic tantum factum, vt Scholium vocis authenticae locum in textu occupauerit; ſed et alibi non ſemel labes haec Comicum noſtrum inuaſit; vt ſuis locis lectorem monemus *r). Kuſt.* *ὑπάσατε* tres Regii [et Rau.], vt perite Kuſt. legendum eſſe cenſuit. Meus *ἐπάσατε*, eodem errore, qui ſupra notatus ad 366. Vulgo *προάσατε*. Olim gloſſa erat *προάσατε*, quae in textum inuecta, poſtmodum deprauata fuit et mutata in *προάσατε*. Perperam cod. E. [atque etiam Elb.], ſed vero propius *ἐπάσατε*, vt eſt in meo. *ὑπὸ* in compoſitione ſaepe tantumdem valet ac *πρό*. Vide primarii viri [Valckenar.] not. et animadu. ad Ammon. V. Ὑπάγειν. Sic Reiskius *ὑπολαβὼν* accipit in Aeſchin. Or. c. Timarch. p. 51. *Brunck.*

900. (875. Br.) *ὦ Διὸς* — Sic tres Regii [vterque cod. Inu.] Vulgo omiſſum *ὦ* [quod iam metricus Schol. non videtur legiſſe]. *Brunck.* *παρθένοι.* Muſae pro caſtis virginibus habebantur. Apud Lucian. [Deor. Dial. XIX, 2. vbi cf. Hemſterh. I. 250. f.] Venus dicit ad Cupidinem: *αἱ δὲ Μοῦσαι διὰ τί σοι ἄτρωτοι καὶ ἔξω βελῶν*; cui Cupido dicit: *αἰδοῦμαι αὐτάς, μῆτερ· σεμναὶ γάρ εἰσι καὶ ἀεί τι φροντίζουσι καὶ περὶ ᾠδὴν ἔχουσι.* Quomodo tamen famam virginitatis tueri poſſint, viderint ipſae; nam ſcimus, quasdam earum peperiſſe ex clandeſtino concubitu. *Bergl.*

901 — 906. Inde tres hexametros fecit Brunck. hos: *Μοῦσαι — καθορᾶτε Ἀνδρῶν — ὀξυμερίμνοις Ἕλθωσι — ἀντιλογ.*

λεπτολόγους — φρένας. In Nubb. 153. *ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν. Bergl.*

---

r) Sic ait Kuſterus, ſcite et prudenter, vt plerisque videbatur: ſed videbatur tantum; res autem aliter ſe habet. Nempe nondum excogitatum fuerat inuictum illud argumentum, cuius diſertiſſimo Eruditorum Diarii ſcriptori habeant gratiam referantque vulgatorum textuum propugnatores. Non enim vnica eſt huius generis interpolatio, quam non tueantur, ſic cauillantes, vel, vt ait Noſter, τριβλοῖσι παλαίσμασιν ἀντιλογεῦν-

903. *ἀνδρῶν γνωμοτύπων.* In Eqq. 1376. Phaeax rhetor dicitur *γνωμοτυπικός.* In Thesm. 59. Agatho poëta dicitur *γνωμοτυπεῖν. Bergl.* Supra Nub. 941. (949.) *γνωμοτύποις μερίμναις animum ſollicitantibus curis. Spanh.*

906. (878. Br.) *στρεβλ. παλαισμ.* Vulgo inſerta copula *τε s)*, quae nulla ratione locum hic habere poteſt. Eam non agnoſcunt A. C. Additamentum eſt ſcioli, qui peſſimum ad modum verſus digeſſit, vt eos impreſſi exhibent. *Brunck.*

907. ſs. Diſtinguuntur vulgo ita et leguntur:

ἔλθετ' ἐποψ.
δύναμιν δειν. στομάτοιν·
πορίσασθε ῥήματα,
παραπρίσμ. ἐπῶν· νῦν γὰρ ἀγὼν
ὅδε σοφίας μέγας.
χωρεῖ πρὸς ἔργ. ἤδη.

Brunk. ſic ordinauit:

ἔλθ. ἐποψ. δύναμιν
δεινοτάτοιν στομ. 880.
πορίσασθε ῥήματα,
καὶ παραπρ. ἐπῶν.
νῦν γὰρ ἀγὼν σοφίας
ὅδε μέγας χωρ. πρ. ε. η.

909. (882. Br.) *καὶ παραπρ.* Quam opportune hic IV. codd. [etiam Rau. vt videtur] exhibent copulam, eam impreſſi *t)* perperam omittunt [ſed et cod. Bau.]. *Brunck.*

τες: „Nous ne concevons pas bien, comment ces gloſſes ont pu influer ſur l' erreur dont il s' agit; mais il eſt fort aiſé de comprendre qu' à l' aide d' une reſſource de cette nature on ne doit jamais ſe trouver dans l' embarras." Journal des Sçavans, Nov. 1780. p. 719. *Brunck.*

s) Nempe ab initio verſus ex vulg. et Inu. deſcriptione legitur *τε παλαίσμασιν ἀντ.* Poſſint autem recte legi:

ἴλθωσι στρεβλοῖς
τε παλαίσμ. ἀντ. (anap. dim. catal.)

Nam *ἀξυμερίμνοις στρεβλοῖς τε* cur non locum habeat? Ipſe Br. vertit: ſi quando in arenam cum ſuis acute excogitatis deſcendant *verſutisque* artibus luctatoriis, contradicendo inter ſe certaturi. Videtur tamen *τε* etiam in Rau. deſuiſſe.

t) In verſione tamen Bergl. exprimitur: praebete autem verba *et* ſubtilem ſcobem verſibus.

παραπρίσματα ἐπῶν. Supra 836. σμιλεύματά τ' ἔργων. In Nub. 130. λόγων ἀκριβῶν σκινδαλμούς. *Bergl.*

910. (883. Br.) ἀγὼν σοφίας ὅδε μέγας. Optima haec eſt vocum collocatio in IV. codd. [etiam Bau. et Rau.] Vulgo ἀγὼν ὅδε σοφ. μ. metrici rurſus interpolatione. Primus huius commatis verſus dimeter eſt anapaeſticus *v)*: qui ſequuntur omnes dactylici ſunt *x)*, praeter vltimum, qui eſt trochaicus. *Brunck.*

912. Alloquitur Dionyſus Aeſchylum et Euripidem. Interea allatus eſt foculus cum carbonibus ardentibus, atque thus, quod primus immiſiſſe Dionyſus videtur, tum et Aeſchylus ſimul preces faciens.

913. (886. Br.) Δήμητερ. Aeſchylus vocat Cererem ingenii ſui nutricem, quia Cereris initiationum ſacra peragebantur Eleuſine, vnde ipſe erat oriundus *y)*. Schol. πάροσον Ἐλευσίνιος τὸν δῆμον ὁ Αἰσχύλος ἦν. Scriptor vitae Aeſchyli: Αἰσχύλος ὁ Τραγικός, γένος μὲν ἦν Ἀθηναῖος, Ἐλευσίνιος τὸν δῆμον. *Bergl.* Infin. εἶναι ab εὔχομαι pendet e ſuperioribus repetendo verbo. Verſus e fabula quadam Aeſch. ſunt deſumti.

915. ἐπίθες — In Nubb. 425. οὐδ' ἂν θύσαιμ' οὐδ' ἂν σπείσαιμ' οὐδ' ἐπιθείην λιβανωτόν. *Bergl. z).* καλῶς. Friſchlinus: *perplacet.* Imo contra Euripides hic ſignificare vult, ſibi dictum non placere, neque ſibi animum eſſe parendi monitis Bacchi. Hoc enim ſenſu vox καλῶς apud Atticos interdum accipitur, vti apud Latinos *benigne* et *gratia eſt.* v. nos ſupra ad 511. vbi κάλλιστα eodem ſenſu

---

v) Quidni dactylicus tetrameter?

x) Nempe ex Br. deſcriptione. Sed quomodo id de verſu hoc (881. Br.) πορίσασθε ῥήματα dici potuerit, non video. Scribendum igitur cum Inu.

δεινοτάτοιν σοφάτοιν. πορίσασθε
ῥήματα καὶ παραπρ. ἐπῶν.

y) Aeſchylus Eleuſinius erat: quapropter Cererem inuocat. *Brunck.*

z) Scriptura cod. Rau. quam Inu. recepit, ἐπίθες καὶ δὴ σὺ λιβανωτὸν λαβὼν — bis peccat in metrum. Reſtituendus igitur eſt vulg. ordo: ἐπ. λαβὼν δὴ καὶ σὺ λιβαν.

capitur. *Kuſt.* καλῶς i. e. μηδαμῶς. Aduerbium eſt negandi cum εὐφημισμῷ, vt Latinis *recte*, quo ſaepiſſime vtuntur Comici hac ſignificatione, vel pro *nihil*. *Brunck.*

916. (889. Br.) οἷσιν εὔχομαι, θεοί (vt Br. edidit) membr. Vulgo οἷσιν εὔχομαι θεοῖς *a*). *Brunck.* Sextus Empir. adu. Mathem. p. 57. [c. Grammat. 288. p. 279. Fabr.] verſus Eurip. adducit, in quibus dicit, *ſe neſcire, quem precetur* λέγων μὴ εἰδέναι ᾧ προσεύχεται, qui nempe leguntur in Troad. 804.

ὦ γῆς ὄχημα, ἐπὶ γῆς ἔχων ἕδραν,
ὅστις ποτ' εἶ σύ.

Cuiusmodi plures occurrent in aliis quoque eiusdem Tragici dramatibus de diis, an dentur vel non dentur, ſententiae; vt Oreſt. 418. δουλεύομεν θεοῖς, ὅ τι ποτ' εἰσὶ θεοί. Adde Hecub. 488. Iph Aul. 1304. Cycl. 334. 353. et alibi. Vnde etiam de eodem Euripide dicitur infra Thesm. 457. Νῦν δὲ οὗτος ἐν ταῖσι τραγῳδίαις ποιῶν Τοὺς ἄνδρας ἀνεπέπεικεν οὐκ εἶναι θεούς. *Spanh.* Euripidem facit nouatorem circa diuina tamquam Socratis imitatorem, cuius erat ſtudioſus. Socratem autem propterea maxime eſſe condemnatum, ὅτι καινὰ εἰσήγαγε δαιμόνια, conſtat ex Apol. Plat. et Xenoph. *Bergl.*

917. V. not. ad Thesm. 451. *Brunck.*

918. προσεύχου τ. ἰδ. θ. Citat Suidas V. Ἰδιώτης. *Kuſt.* Ambiguitas quaedam huius voc. notanda eſt. Nam et *peculiares* et *vulgares*, *plebeios*, indicat, ideoque in contemtum dicitur. Ἴθι δή quod init. verſus e Rau. recepit Inu., videri poteſt gloſſema vulgati Ἴθι νυν.

919. Αἰθὴρ — Sic Nubes, quas Socratem pro deabus habuiſſe fingit, Sophiſtas paſcere dicuntur Nub. 330. οὐ γὰρ μὰ Δί' ὁτιὴ πλείστους αὗται βόσκουσαι σοφιστάς. Ibid. 263. Socrates etiam inuocat Aërem et Aetherem: ὦ δέσποτ' ἄναξ, ἀμέτρητ' Ἀήρ — λαμπρός τ' Αἰθήρ. vbi v. Not. *Bergl.* γλώσσης τροφιγξ. In Nubb. 422. dicit Socrates: νομιεῖς θεὸν οὐδένα, πλὴν ἅπερ ἡμεῖς· τὸ Χάος τουτὶ καὶ τὰς Νεφέλας καὶ τὴν Γλῶτταν, τρία ταυτί. Idem *Bergl.* Vertitur: *linguae volubilitas.*

---

a) Vulgatum recte tuitus eſt ſimilium locutionum exemplis Lobeck. ad Soph. Ai. 801. p. 343.

920. (893. Br.) *ξύνεσις τε καὶ μ.* Brunck. repoſuit, hac addita nota: Vulgo, ruente metro, *καὶ ξύνεσις καὶ μ.* Daweſius emendat: *καὶ ξύνεσι καὶ b)* — Noſtra lectio modulatior eſt. *Brunck.*

921. *ἐλέγχειν* ſcil. *τοὺς λόγους* aduerſarii, *ὧν ἂν ἅπτωμαι.*

922. Hos verſus deſcripſit Inu. ſimiliter, vt Brunk. *c)*. Vulgo enim ita erant ordinati:

καὶ μὴν ἡμ. ἐπιθυμοῦμεν
παρὰ σ. ἀ. ἀκοῦσαι
τινὰ λ. ἐμμέλειαν
ἐπί τε δαΐαν ὁδόν 925
γλῶσσα — ἠγρ.
λῆμα δ' οὐκ ἄτ. ἀμφοῖν
οὐδ' ἀπιν. Φρένες.
προςδοκᾶν — ἐσι,
τὸν μὲν ἀς. τ. λέξειν 930
καὶ κατερῥ.

Tum poſtremus in duo diuiſus:

συσκεδᾶν πολ- 935
λὰς ἀλινδήθρας ἐπῶν.

924. (Br. 897.) *ἐπί τε δαΐαν ὁδόν d)*. Peculiaris eſt hic illa vtriusque vocis ſignificatio: prioris nempe, quae vulgo *hoſtilem* aut *infelicem* apud vett. Tragicos ſolet deſignare, vt *στρατῷ δαΐῳ hoſtili exercitui* Aeſch. Sept. Theb. 149.; alterius vero apud eumdem Tragicum Pers. 281.

---

b) Apud Dawes. quidem M. Cr. p. 259. legitur *ὦ ξύνεσι καὶ* — ſed in App. p. 464. iam monitum edd. habere *καὶ ξ.* non *ὦ* — Ibid. Burgeſſ. docet, ſaluum fore metrum, ſi legatur: *καὶ ξύνεσις ἢ μ.*, et *ἢ* ap. Atticos interdum idem eſſe quod *ἠδὲ* apud Ionas, h. e. *καί*. Reiskius quoque inciderat in hanc emendationem *ξύνεσι*, eamdemque probauit Porſon. ad Eur. Phoen. 187. et e Rau. recepit Inu.

c) Conzius etiam in plerisque ſequutus eſt Brunkium, niſi quod *ἐμμέλειαν* ſecundo verſui attribuit, vt hic verſus ſimiliter vt 926. et 928. eſſet (anapaeſt.) tetrameter acatalecticus (immo catalect., ſed quomodo tum *ἐμμέλειαν* ſtare poteſt, quod ſeptimum pedem iambicum facit?)

d) Infra 1053. *δρᾶμα ποιήσας Ἄρεος μεσόν* — *ὃ θεασάμενος πᾶς τις ἡράσθη δαΐος εἶναι. Bergl.*

Πέρσαις δαΐοις *Perſis infelicibus*, non, *pugnacibus*, vt ibi interpres; et Suppl. 1071. γάμον δυσάνορα, δαΐου *nuptias cum viris infeſtis, infelices*, vt ap. Soph. Ai. 82. δαΐα Τεκμήσσα *infelix Tecmeſſa*; vbi eodem ſenſu ab Aeſchylo ſumi hanc vocem, quod adducta modo exempla comprobant, notat Schol. Adde δαΐον pro *vehementi* ac *velociſſimo*, vt Nub. 334. νεφελᾶν ϛρεπταιγλᾶν δαΐον ὁρμᾶν (velociſſimum impulſum). Verum h. l., quod monuit Schol., δαΐον pro ἔμπειρον, ſeu *peritum*, nempe ἀπὸ τοῦ δαῆναι *ſcire, diſcere*, vſurpat Comicus. ὁδὸν vero de *ſcientia*, ſeu in *arte*, quam excolerent Aeſchylus et Euripides, praeſtantia hic dicitur, ſicut Eqq. 1012. λογίων ὁδὸν *oraculorum vim*, pro λόγια, prout ap. Aeſch. Agam. 1163. θεσπίας ὁδοῦ, *diuinatricis artis*, nempe pro θεσπιῳδοῦ, dicitur: quomodo ceteroquin ὁδὸν εἰρήνης pro *pace* adhibent LXX. Eſa. LIX, 8. et inde Apoſtolus Rom. III, 17. Occurrit alioquin apud dictum modo Tragicum ὄδιον κράτος Agam. 104., quod *felix auſpicatumque imperium* reddit interpres, et ὀρνίθων ὁδίων de *auibus oſcinibus* in eodem dramate v. 164. *Spanh.* Subauditur verbum ἐλθεῖν vel ſimile. In meo cod. ſcriptum ἔπιτε cum gloſſa ἐπέλθετε, quae etiam eſt in C., licet ibi ſcriptum ſit ἐπί τε. *Brunck.* ἔπιτε *e)* etiam Iuntinae. Verbi exquiſiti ἐμμέλειαν gloſſema eſt ὁδόν. Mire Brunk. in his ſubaudiri ἐλθεῖν vel quiddam ſimile ſibi perſuadebat. Tu ſcribes:

καὶ μὴν ἡμεῖς ἐπιθυμοῦμεν anapaeſt. dimeter
παρὰ σοφοῖν ἀνδροῖν ἀκοῦσαί τινα
λόγων ἐμμέλειαν ἐπιτηδείαν f). } *dochmaïci.*

Parodus hic eſt; ſequentia ad 931. vsque ſtropha duabusque antiſtrophis continentur, quas, itidem ſublato interpretamento ἐμπεσόντα, ſic conſtituas:

ϛροφή.
γλῶσσα μὲν γὰρ ἠγρίωται, λῆμα δ' οὐκ ἄτ. ἀμφοῖν,
οὐδ' ἀπιν. Φρένες.
ἀντιϛρ. ά.

---

e) ἐπί γε (pro τε) leg. et verſus hic poſt 928. [poſt verba ἐπιν. Φρένες] collocandus. *Reisk.*

f) Verbum ἐπιτηδείαν ſic poſitum a poëtico vſu abhorret et valde friget.

προσδοκᾶν οὖν εἰκὸς ἐστι, τὸν μὲν ὡς τὰ λέξαι καὶ καταῤῥιγημένον.
ἀντιστρ. β'.
τὸν ἀναστῶντ' αὐτοτρέμονις τοῖς λόγοισι συσπεδᾶν πολλὰς ἀλινδ. ἐπῶν.

De duplice antiſtropha *g)* vid. ad 396. *Hotib.*

925. γλᾶσσα μὲν γὰρ ἠγρίωται. Male Friſchlinus: *lingua noſtra eſt agreſtis.* Senſus enim eſt: *lingua enim illorum* (Aeſchyli et Euripidis) *ira efferari coepit et in minas verborum eruptura videtur. Kuſt.* Non aliis armis niſi lingua pugnaturi ſunt. In Nubb. 418. τῇ γλώττῃ πολεμίζων. *Bergl.*

926. In Nubb. 456. λῆμα μὲν πάρεστι τῷδε οὐκ ἄτολμον, ἀλλ' ἕτοιμον. *Bergl.*

928. (931. Kuſt.) λέξειν, pro quo λέξαι e Rau. recepit Inu., in omnibus aliis libris eſſe videtur.

καταῤῥιγημένον *h)*. Sic recte etiam habet Ms. Vatic. U. et ed. Ald. At ed. Flor. male καταῤῥιγησμένον. *Kuſt.* Quod de Aeſchylo dicitur, et quidem, vt videtur, quod ipſe eadem voce ſit vſus Suppl. 755. βραχίον' εὖ καταῤῥιγημένους *lacertis bene compactos.* Helych., qui et hunc emendandus: καταῤῥιγημένοις *i)*, εὐτελέσιν. Κατεῤῥιγημένον, καταπεπυκασμένον, καταδεδερματισμένον, vbi male in vtroque καταῤῥινωμένοις et καταῤῥινωμένον legitur. Eam vocem adhibuit haud ſemel Alexandrinus Cyrillus adu. Julian. I. p. 19. ταῖς οὕτως ἰσχναῖς καὶ οἷονεὶ καταῤῥινημέναις, (non, vt ibi, καταῤῥινισμέναις) ἐννοίαις, ταῖς περὶ θεοῦ δηλονότι, et l. IX. p. 295. νοῦ καταῤῥινημένου καὶ συνιέντος ἰσχνῶς τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὴν δύναμιν. *Spanh.*

929. (932. K.) αὐτοτρέμονις *k)*. Quae vox non hic ſolum, ſed ap. Aeſch. Eum. 404. Ariſtophontem [immo

g) Sed hoc commentum non eſt probabile, nec temere deleri verba poſſunt, quae pro interpretamentis habeantur.

h) Scholia: ἠκισμένον, i. e. *politum*, *limatum*, a λίνη, *lima*. Haec autem de Euripide dicuntur. *Bergl.* Perperam enim Spanh. ad Aeſchylum retulit.

i) Ita recte ap. Phot. Lex. p. 109. legitur.

k) αὐτοτρέμονις legi maluit *Reisk.* At quo illud referetur? Nam

Antiphanem] ap. Athen. I. p. 23. ac Soph. Antig. 725. legitur, ac ſimiliter ap. Heſych. *Αὐτόπρεμνον, αὐτόῤῥιζον*, prout eadem etiam a Soph. Schol. redditur. *Spanh.* Metaphora ab arboribus. Antiphanes ap. Athen. I. [p. 85. f. ed. Schweigh.] *ὀρᾷς παρὰ ῥείθροισι χειμάῤῥοις ὅσα Δένδρων ἀεὶ τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν Βρέχεται, μέγεθος καὶ κάλλος οἷα γίγνεται· Τὰ δ' ἀντιτείνουσ', οἱονεὶ ὀψαν τιν' ἢ ξηρασίαν ἔχοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.* Quae eſt parodia ex Soph. Antig. 723. ſſ. *Bergl.*

931. *πολλὰς ἀλινδ. ἐπῶν.* Citat Suidas V. *Ἀλινδεῖσθαι l). Kuſt.* Euſtathius ad Hom. Il. p. 289, 28. *Bergl.* H. l. non volutationem in arena, ſed volutationem ſimpliciter, inde volumina, globos, ſignificat (Wortſtröme, Wirbel von Worten).

932. Dionyſus vtrumque poëtam alloquitur. Incipit hinc vulgo quarti actus ſcena prima.

933. *εἰκόνες* imagines, adumbrationes, figmenta, opponuntur rebus ipſis. Vult igitur eos vere dicere, et ſine imaginibus aut fictionibus, quae ſunt.

935. (939. Kuſt.) *πρῶτ' ἐλέγξω.* Sic etiam habet Ms. Vat. U. et ed. Ald. At ed. Flor. aliaeque recentiores *πρῶτ' ἐξελέγξω*, inuito metro. *Kuſt.*

937. (941.) *ἐξηπάτα.* Quod Aeſchylo hic obiicit Euripides, quaſi ſpectatores ſuorum dramatum deceperit, quos iam fatuos reddiderat inſulſa Phrynichi tragoedia. Cuiusmodi tamen *ἀπάτην* a tragoediis Aeſchyli amolitur

---

ἀεικῶν τι praeceſſerat. Senſus eſt: alterum conuellentem illum, radicitus euulſis verbis irruentem, multas diſſipaturum eſſe verborum tricas. Si *αὐτοπρ. τ. λογ.* ad Euripidis dicta pertineret, deberet potius eſſe *αὐτοπρέμνους τοὺς λόγους*. Itaque ad Aeſchylum potius refero, vt is dicatur *αὐτοπρέμνως* (h. e. grandibus) *λόγοις ἐμπιστεῖν* et *ἀνασπῶντα συστελῶν ἀλινδήθρας ἐπῶν*, ſecus ac Conz. qui has etiam ad Aeſchylum refert, ſic vertens: Und der andere, ihn widerlegend, werde mit rieſenhaftigen Worten Auf ihn ſtürmend vielen Wortſand ſtreuen in die Luft. Vocab. *αὐτόπρεμνον* etiam Lycophr. Caſſ. 316. legitur.

l) Apud Zon. I. p. 126. ſcribitur *ἀλινθήθρα*, vbi redditur *ἡ τόπος, ἐν ᾧ τιθέντες ἑαυτοὺς εἰ ἴσπει κυλίονται*, ſed recte ſub v. *ἀλινδεῖσθαι* p. 136. *ἀλινδήθρα*.

auctor eius vitae anonymus, vbi de eo dicitur: ταῖς τε γὰρ ὄψεσι καὶ τοῖς μύθοις πρὸς ἔκπληξιν τερατώδη μᾶλλον ἢ πρὸς ἀπάτην κέχρηται. Quamquam tragicam ἀπάτην non in vitio fed in laude poſitam fuiſſe, qualisque eadem fuerit, doceat Plutarchus de Glor. Athen. p. 348. [T. VII. p. 372. Reisk.] item alibi de aud. poët. p. 15. [c. 1. p. 6. ed. Krebs. cuius not. cfr.] et in vtroque loco tradat, tragoediam dictam inde a Gorgia ἀπάτην. Nempe tragica vel comica ἀπάτη inde dicebatur, quod res vetuſtate obſoletas, vti ante plures annos vel ſaecula etiam geſtas, arte hiſtrionum vt praeſentes reddat. Qua ratione etiam ὑποκριταὶ quaſi *ſimulatores* dicti a Graecis tragici vel comici *hiſtriones*, totaque illa ars theatralis vere ἐν ὑποκρίσει ac proinde ἐν ἀπάτῃ foret ſita. Quo reſpicere videntur haec Ariſtot. verba Rhet. II, 8. vbi quum dixiſſet iis, quae prope apparent, perpeſſionibus commiſerationem excitari, non vero iis, quae decem abhinc annorum millibus factae ſunt aut futurae, addit: ἀνάγκη τοὺς συναπεργαζομένους σχήμασι καὶ φωναῖς καὶ ἐσθῆσεσι, καὶ ὅλως τῇ ὑποκρίσει ἐλεεινοτέρους εἶναι· ἐγγὺς γὰρ τοιοῦσι φαίνεσθαι, τὸ κακὸν πρὸ ὀμμάτων ποιοῦντες, ἢ ὡς μέλλον, ἢ ὡς γεγονός. *Spanh.* Mox μωροῖς legi maluit *Reisk.* vt referatur ad οἷος, *et quam fuerint illi impoſtores ſtulti, quibuscum impoſuit theatro.*

Φρυνίχῳ. Huic antiquam ſimplicitatem adhuc infuiſſe, vult dicere, dum ei tribuit ſpectatores ſtultos; maior autem Aeſchylo erat aetate, et videtur Aeſchylus illum quandoque imitatus. Auctor argumenti in Perſas Aeſchyli: Γλαῦκος ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων, ἐκ τῶν Φοινισσῶν φησι Φρυνίχου τοὺς Πέρσας παραπεποιῆσθαι. Vtriusque meminit Herodotus *m*). *Bergl.*

938. (911. B.) In A. C. πρώτισα μὲν γὰρ ἔνα τινα κάθισεν *n*). In meo: πρώτισα μὲν γὰρ δὴ γ' ἕνα τινα κάθισεν. Melius in B. γὰρ δῆτα ἕνα — Vnde veram lectionem reconcinnaui: πρώτισα μὲν γὰρ δῆθ' ἕνα τιν' ἐκάθισεν *o*). Nauci non eſt vulgatum δή γ' ἕνα. *Brunck.* Sen-

---

m) Phrynichi VI, 21. vbi v. Valck. p. 471., Aeſchyli II, 156. de Phrynicho add. Harles. ad Fabric. B. Gr. II. 516. ſq.

n) Ita etiam Borg., niſi quod γὰρ omittit.

o) Confirmauit cod. Rau., vnde recepit Inu. Daweſius M. Crit.

ſus eſt: enimuero primum vnumquemlibet obuelatum ſedere iuſſit.

ἐγκαλύψας κ. τ. λ. Redarguitur hic et in proximis verbis ab Euripide Aeſchylus, quod quum Achillem tum Nioben, velatum vtrumque ac tecto capite et praeterea vix verbum proferentes in ſcenam induxerit; priorem nempe, quod in Scholiis dicitur, in *Phrygibus* ſ. *Hectoris Lytro*, alterum in cognomine *Niobes* dramate. Quod vtrumque in Aeſchyli vita paullo ante memorata tangitur; eum nempe ob adfectatam perſonarum grauitatem ab Ariſtoph. perſtringi, et quidem, quod additur, ἐν γὰρ τῇ Νιόβῃ ἕως τρίτου μέρους (iuxta emendationem P. Victorii, quam alibi pluribus adſtruimus, non, vt ibi legitur, ἕως τρίτης ἡμέρας) ἐπικαθημένη τῷ τάφῳ τῶν παίδων, οὐδὲν φθέγγεται ἐγκεκαλυμμένη. Deinde de Achille: ἐν δὲ δὴ τοῖς Ἕκτορος Λύτροις Ἀχιλλεὺς ὁμοίως ἐγκεκαλυμμένος οὐ φθέγγεται πλὴν ἐν ἀρχαῖς ὀλίγα πρὸς Ἑρμῆν ἀμοιβαῖα, quae ſatis clara ſunt, vt interpretatione haud indigeant. Quod vtrumque ingratum omnino et a dramatum id genus legibus et inſtitutis alienum videbatur, vt quae perſonae praecipuas in iis partes agere debuerant, quum obuoluto capite nec proinde conſpicuae, tum mutae ferme ac ſilentes ſpectatorum oculos auresque ſimul fugerent. *Spanh.* Quod in Aeſchylo reprehendit Euripides, ipſe etiam fecit; nam in Supplicibus Adraſtum humi proſtratum et obuelatum facit, vt nec agnoſci poſſit; quare ibi Theſeus v. 104. dicit: τίς ὁ ξενάζων οἰκτρὸν ἐν πύλαις ὅδε; deinde eum compellans dicit v. 110. σὲ τὸν κατήρη χλανιδίοις ἀνισορῶ· λέγ' ἐκκαλύψας (te velatum veſtimentis interrogo: dic, reuelans caput). Etiam Hecubam in cognomine dramate ita introduxit v. 485. αὕτη πέλας σου κᾆτ' ἔχουσ' ἐπὶ χθονί, Τελθύβιε, κεῖται συγκεκλεισμένη πέπλοις. Hoc tantum intereſt, quod ap. Eurip. iſtae perſonae loquantur, quod illae ap. Aeſch. feciſſe non videntur. *Bergl.*

940. (944. Kuſt.) πρόσχημα τῆς τραγῳδίας, γρύζοντες οὐδὲ τουτί. Mentem huius loci haud continuo ex in-

---

p. 209. ſcribi maluit: πρ. μὲν γὰρ δήνα (h. e. δὴ ἵνα) τινα καθεύδειν vel γὰρ ἵνα γε τινὰ καθεῖδεν. Idem vſum v. ἐγκαλύπτειν illuſtrat. Porſon. praef. ad Eur. I. p. XLIV. ſcripſit: μὲν γὰρ ἵνα γε τινὰ καθεῖδεν — vbi de his tetrametris iambicis apud Comicos diſputat.

terprete licet adſequi *p*). Πρόσχημα nempe a Graecis dictum de eo, qui vel mutus in ſcenam, ſeu ad oſtentationem tantum prodit, nempe vt κωφὸν πρόσωπον. Sic Philo in Flaccum p. 968. [p. 520. T. II. Mang. ſ. c. 2. p. 15. T. II. Dahl. Chreſtom. Philon.] κωφὸν ὡς ἐπὶ σκηνῆς προσωπεῖον ἕνεκα προσχήματος (oſtentationis ergo), αὐτὸ μόνον παραλαμβάνοντες ἐπιγεγραμμένον ὄνομα ἀρχῆς. Vnde Ioſephus de Hyrcano ait, quod in ſpeciem rex Iudaeorum vocaretur, dum vis omnis imperii penes duos fratres, Herodem et Phaſelum fuerit, Antiq. XIV, 12. πρόσχημα μὲν εἶναι λέγοντες τῆς βασιλείας τὸν Ὑρκανόν, τούτους δὲ τὴν πᾶσαν ἔχειν ἐξουσίαν. Quum autem in veterum tragoediis ea vulgo eſſet ſors ſatellitum ac ſcenicorum, qui in ſcenam ad pompam tantum prodibant ac muti caeteroquin ibi agebant, ſeu, quod hic dicitur, γρύζοντες οὐδὲ τουτὶ *nihil quidem hiſcentes*, hinc vt τραγῳδίας πρόσχημα, ſicut hoc apud Comicum loco, ita vulgo, quod aliunde conſtat, τραγῳδίας δορυφόρημα *tragoediae ſatellitium* appellati, vt ap. Iulian. in Caess., quod olim ad eos vidimus, de Claudio imp. ſine duobus liberis, quibus ſe totum addixerat, in Deorum conuiuium prodeunte [c. 6. ed. Harl.]: ἐπὶ γὰρ ἐκείνων δίχα τῆς τραγῳδίας τὸ δορυφόρημα, μικροῦ δέω φάναι, καὶ ἄψυχον. Quod ſimiliter κωμικὸν δορυφόρημα duobus apud Lucian. locis dicitur Quom. conſcr. Hiſt. p. 602. T. I. [c. 4. T. II. p. 5. Reiz.] et Icaromen. p. 792. T. II. [c. 9. p. 760. T. II.] ad quem priorem locum notat Schol. nuper editus iis verbis, quae a me aliquot iam annis antequam eſſent poſtrema ac Bataua Luc. editione diuulgata, e Ms. Voſs. in Anglia perluſtrata, ad Iulian. Caess. adtuli p. 355. δορυφορήματα καλεῖται παρὰ τοῖς Κωμικοῖς τὰ κωφὰ πρόσωπα, ἃ τινα ξυνεξέρχεται μὲν τοῖς κωμῳδοῦσιν, ἄλλο δὲ οὐδὲν διαλέγεται, παιδάτερ οἱ δοῦλοι. Planum vtique iam eſt, cur ſimiliter πρόσχημα τῆς τραγῳδίας hic dicantur muti, et, vt hic additur, *ne verbum hiſcentes*, in duobus Aeſch. dramatibus, ac proinde, velut totidem *ſatellites* ac *ſerui*, vtriusque

p) Bergl. et Brunk. interpretantur: praetextum tragoediae nec tantillum mutientes. Conz.: was hoch tragiſch ſeyn ſollte, ohne daſs auch nur ein ſterbend Wort ſie ſprachen. Lepide reddidit Francog.: ne diſant mot; enfin, de vrais meubles de tragédie.

alioquin tragoediae heros ac heroïna, Achilles et Niobe. Verum non plane Achillem vel Nioben in iisdem illis Aeſch. dramatibus tacuiſſe, vt vel de Achille, e memorata Aeſch. vita, et de Niobe in Strab. l. XII. fine [p. 870. Almel.] conſtare poteſt: quod inter alia, de quibus meam ſententiam flagitauerat olim, dum Parifiis agerem, Menagius, peculiari diatriba, eaque lingua Gallorum vernacula, ſed quae hactenus lucem non vidit, eſt a me excuſſum. Quam in rem praeterea addam hic ſolum Ariſtidis verba Palinod. de Smyrn. ab init. [p. 263. T. I. Iebb.] *ἐμοὶ μὲν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, συνέβη ταὐτὸ ὥςπερ τοῖς ἐν τραγῳδίαις μέχρι πολλοῦ σιωπῶσιν, ἔπειτα, καιροῦ παρασχόντος, φθεγξαμένοις, ἢ πρὸς χορὸν ἢ πρός ὅντινα δήποτε.* *Spanh.*

941. *ἤρειδεν* (protrudebat) *ὁρμαθοὺς* — In Eqq. 622. *ἐλασίβροντ' ἀναβρήγνυς ἔπη τερατευόμενος ἤρειδε κατὰ τῶν ἱππέων, ὑρημονοὺς ἐρείδων.* De voc. *ὁρμαθὸς* ad Plut. 765. *Bergl.*

946. (930. Kuſt. 919. Br.) *ὑπ' ἀλαζονείας.* Ex arrogantia, quod ſpectatorum attentionem ſuſpenderet vel eluderet, ſilentes in ſcenam inductos ab Aeſchylo Achillem ac Nioben dicit hic Euripides. Quod de Achille quoque, ſed velut ex ipſius, non ex poëtae arrogantia, et quaſi a Sophocle, non ab Aeſchylo, factum fuerit, tradit huius Aeſch. Schol. ad Prom. 435. *σιωπῶσι παρὰ ποιηταῖς τὰ πρόςωπα, ἢ δι' αὐθάδειαν, ὡς Ἀχιλλεὺς ἐν τοῖς Φρυξὶ Σοφοκλέους·* ſed vbi omnino pro *Σοφοκλέους* reponendum eſſe *Αἰσχύλου*, quum a Soph. nullum tale drama legatur editum *q)*, monuit iam Menagius in Reſponſo Gallico ſeu Definitione ad Terent. Heautontimor. *Spanh.*

καθοῖτο. Sic tres Regii. Meus, vt vulgo *καθῆτο.* Bona eſt vtraque lectio. *ἵνα, ὡς, ὅπως,* cum Indicat. legitime conſtrui obſeruaui poſt alios multos ad Aeſch. Prom. 155. Eurip. Phoen. 214. Apoll. I, 281. *r)* vid. Pac. 136.

---

q) Immo ab vtroque ſcriptam eſſe fabulam hoc nomine, quamquam obſeruatio Schol. ad Prom. pertineat ad Aeſch. fabulam, oſtendit Brunck. ad fragm. Soph. T. III. p. 462. ſed Euripidem Phrygas edidiſſe recte negat Valcken. Diatr. p. 14.

r) H. l. tamen Optatiuus ideo etiam praeferendus eſt, quia verbum praeteriti temporis exprimitur. v. Matthiae Gramm. p. 755. Germanice eſt: er that es darum, damit der Zuſchauer

Menandri fragm. e Nauclero ap. Athen. p. 166. Eurip. fragm. ex Inone VII. vbi lapsus est latinus interpres: nē plura excitem loca. Alteram ob consensum Regg. codd. praetuli. v. ad Lys. 149. *Brunck.*

947. (951. K.) *φθέγξαιτο δή.* Ms. Vatic. U. *φθέγξαιτό τι·* quae lectio melior est, neque metrum eam respuit. Nam breuis syllaba aliquando per caesuram produci potest *s*). *Kust.* *τὸ δρᾶμα δ' ἂν διήει.* Haud necesse est id cum Schol. explicare, donec drama ad finem perueniret, sed quod, dum fileret Niobe, drama interea pergeret. Eam enim non vsque ad finem dramatis, sed vsque ad tertiam eius partem, *ἕως τρίτου μέρους*, silusse, iuxta emendatum a Victorio ex optimo ac vetere Ms. Vitae Aesch. locum paullo ante vidimus, et Strabone praeterea, qui ex illa Aesch. Niobe, vti iam ante diximus, aliquot adducit versus circa finem l. XII. Neque etiam, quod censebat Menagius, id infert hic verbum *διήει*, vt drama ad finem perductum intelligatur. Quod refellunt vtique vel obuia alibi ap. Comicum loca, vt Ach. 845. *χλαῖναν δὲ ἔχων φανὴν ὅλει i lacna amictus splendida;* et Au. 1392. *ἅπαντα γὰρ δίειμι* (percurram) *σοι τὸν ἀέρα.* Sic Demosth. Philipp. IV. p. 75. [T. I. p. 142. Reisk.] *δίειμι δὲ ὥςπερ ἄρτι τὸν αὐτὸν τρόπον*, ac Lucian. Necyom. p. 326. T. I. [c. 3. T. I. p. 458.] *καὶ δὴ πρῶτά σοι δίειμι τὴν γνώμην ἐμήν. Spanh.*

948. *ὦ παμπόνηρος.* Ita Aeschylum, non Euripidem, appellat.

949. (953. K.) *σποδινᾷ t*). In Acharn. 30. *ξένω, πέχηνα, σποδινοῦμαι — ἀπορῶ. Bergl.* *ὅτι αὐτόν.* Vulgo *ὅτ' αὐτόν.* In IV. codd. scriptum *ὅτι*; mendose in C. *ὅτι ἑαυτόν.* V. ad Lys. 611. et supra 868. (893.). *Brunck.*

---

wartend *sitzen möchte*, wenn — (non, vt Conz., damit indess erwartungsvoll die Hörer *da sässen*).

s) Sed id h. l. fieri nullo modo potuit.

t) Vertunt: *pandicularis.* Photius Lex. p. 387. *σποδινᾶσθαι, τὸ παρὰ φύσιν ἀποτείνειν τὰ μέλη μετὰ τοῦ χάσματος διακλώμενον.* 'add. Zonar. II. 1658. dicit autem Dionysus haec ad Aeschylum.

951. (953.) *βόειᾳ* de grandibus ac ſtrepitu plenis vocibus *v)* dici notat Schol., prout in Scholl. Soph. Ai. 232. *ἵππος γὰρ τὸ μέγα παρ' Ἀττικοῖς, ὥςπερ καὶ τὸ βοῦς*, ac prout iam ante vidimus ad Plut. 374. vocem *βουλιμιᾷ*, vbi a Schol. *βοῦ ἐπιτάσεως δηλωτικὸν* dicitur. Sic *βούπαις ἀντὶ τοῦ μέγας παῖς*, et in Scholl. Aeſch. Prom. 531. *βουφόνοις, ἢ μεγάλοις. Spanh.*

952. (925. Br.) *ὀφρῦς — λόφους.* Supra 833. *ὑψιλόφων τε λογων. Spanh.* et *Bergl. ὀφρῦς ἔχοντα* dicitur de ſuperbis et ſeueritatem prae ſe ferentibus. Alexis ap. Athen. VI. p. 237. *σεμνοπαράσιτον — ὀφρῦς ἔχοντά γε χιλιοταλάντους.* In Veſp. 135. *ἔχων τρόπους ὀφρυαγμοσεμναπουςίνους. Bergl. δεῖν'* [ſic, pro *δεινά*, non *δεῖν'*, vt ed. Lips. ſcribendum] *ἄττα x)*. Sic bene nouiſſima Bataua (Bergl.). Priores perperam *δεῖν' ἄττα*. In membr. *δεινάττα* coniunctim et vna voce, quod Daweſii ſuſpicionem confirmare poſſit de voc. *ἄττα* p. 302. *y)*. *Brunck. μορμορώτα*. Schol. *καταπληκτικά, Φοβερά, ἐκ μεταφορᾶς τῆς Μορμοῦς, τῆς τὰ βρέφη Φοβούσης z)* (per metaphoram a Mormone, quae infantes terrefacit.). *Bergl.*

954. Porſon. praef. ad Eurip. I. p. XXXVII. exiſtimat poëtam dediſſe: *σαφὲς δ' ἂν εἶπεν οὐδ' ἂν ἕν.* Interrumpit Dionyſius orationem Euripidis, dum ipſe ad Aeſchylum dentibus frendentem dicit: *μὴ πρῖε κ. τ. λ.*

955. (959. Kuſt.) *ἀλλ' ἢ Σκαμάνδρους.* Qua vtique *Σκαμάνδρου* voce vſus eſt haud ſemel Aeſchylus, vt Agam. 520. ac 1166. Choëph. 364. Eum. 401. *Spanh.*

956. *γρυπαιέτους*, Hanc vocem in iis, quae ſuperſunt, Aeſchyli tragoediis legi hodie haud putem, ſed *γρυπῶν* tantum Prom. 250. *Spanh.* Non vera, ſed fictitia, auis ita dicta eſt.

---

v) Eadem Schol. verba attulit Bergl.

x) cf. Porſon. ad Eur. Hec. 1179.

y) P. 296. ed. ſec. vbi monet Atticos vocabulis in vocalem brevem exeuntibus addidiſſe *ττα* pro *τινα*. At vid. Burgeſs. in Append. p. 478. f.

z) v. Valcken. Comm. ad Theocr. Adon. p. 347. f.

ἱππόκρημνα h. e. ὑψίκρημνα, qua voce vsus est Aeschylus in Glauco, iuxta Pind. Schol. ad Pyth. I, 152. *Spanh.* quasi dicas: *verba fragorem edentia, instar saxorum ex alto praecipitio deuolutorum.* Significat autem ἵππος in compositione quandoque magnitudinem, vt dixi in Nubb. ad voc. Κρόνιππος v. 1066. et hic in Ran. ad v. Ἱπποβῖνος v. 432. Ceterum characterem Aeschyli similiter describit Phidippides Socrati et Euripidi addictus in Nubb. 1371. ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς ψόφου πλέων — κρημνοποιόν. *Bergl.*

957. (961.) οὐ ῥᾴδι' ἦν scribit Porson. praef. ad Eurip. I. p. XLV. quia quartus pes tetrametri iambici semper iambus aut tribrachys esse debet, anapaestus esse nequit.

958. (931. Br.) Parodia est versuum Eurip. in Hippol. 378. f. *a)*: ἤδη ποτ' ἄλλως νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ, θνητῶν ἐφρόντισ' ἢ διέφθαρται βίος. Cf. Eqq. 1290. vbi Euripidea illa loquendi forma rursus deridetur. *Brunck.*

959. (963. Kust.) τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρύονα. Postrema hac voce vsus fuerat in Myrmidonibus Aeschylus, vt id a Schol. dicitur ad Pac. 1177. *b)* vbi ξουθὸς ἱππαλεκτρυών vt h. l. similiter legitur, ac praeterea Auu. 801. vbi in Scholl. eadem vox ἱππαλεκτρυών, βουλευτής f. *senator* redditur, addita ratione: ὁ γὰρ ἀλεκτρυὼν ἐν τοῖς ὄρνισι τιμιώτερος. Quod vero ad huius fabulae verba in Scholl. additur: τινὲς δὲ τὸ ἵππον ἐπὶ τοῦ μεγάλου, notatur similiter, vt iam ante vidimus, a Soph. Schol. ad Aiac. 132. *Spanh.*

---

a) Schol. παρὰ τὸ ἐξ Ἱππολύτου· ἤδη ποτ' ἄλλως νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ· nempe ex Hippol. Stephanophoro Eurip., qui hodieque exstat: est autem ille locus v. 375. Integer locus ita habet: ἤδη ποτ' — βίος *aliquando noctis longo tempore otiose mecum cogitani, quomodo corrupta sit mortalium vita.* Comicus Eqq. 1282. ἢ πολλάκις ἐννυχίαις φροντίσι συγγεγένημαι καὶ διεζήτηκα, quod hic in Ran. praesenti loco breuiter dicit: διηκρύπνησά ζητῶν. *Bergl.*

b) Eumdem locum laudauit *Bergl.* Ceterum Porson. praef. ad Eurip. I. p. XLVII. hunc versum et 964. vitiosos esse monuit propter anapaestum in quarta sede, sed corrigendos aliis reliquit. Cf. ad Nub. 1417.

960. (933. Br.) *σημεῖον, οὖν ταῖς ν. ἐπεγγρ.* (vt Br. ed.) Vulgo *σημεῖον ἐν ταῖς* — Marclandi emendationem recepi, quem vid. ad Eurip. Suppl. 109. *c). Brunck.*

961. (934. Br.) De Philoxeno, Eryxidis filio, qui filium ipse habuit patri suo, vt Graecis erat mos, cognominem, vid. Perizon. ad Aelian. V. H. X, 9. *Brunck.* *Ἐρυξίν.* Schol. *οὗτος γὰρ ὡς ἄμορφος καὶ ἀηδὴς διαβάλλεται.* Etiam in Auu. hominem quemdam comparat cum Hippalectryone v. 801. sed aliam ob causam. Ceterum dicatne Comicus Eryxin Philoxeni filium, vt plerumque in talibus ellipsibus *filius* subauditur *d)*, an vero Philoxeni patrem, hactenus incertum mihi est. Apud Aristot. I. Nicom. c. 10. est: *Φιλόξενος Ἐρύξιος*, et ap. Athen. I. p. 6. *Φιλόξενος Ἐρυξίδος. Bergl.*

963. *ποῖά γ' ἐστὶν ἅττ' ἐποίεις e)*; Sic membr. Vulgo inconcinne: *ποῖ' ἅττ' ἐστὶν ἅττ' ἐπ. Brunck.*

964. (968. Kust.) Huc, vt credo, respexit Hesych. *Ἱππαλεκτρυών, τὸν μέγαν ἀλεκτρυόνα, ἢ τὸν γραφόμενον ἐν τοῖς Περσικοῖς περιπετάσμασι.* Nimirum hinc discimus, aulaea Perlica vel Babylonica variis animalium monstrosorum figuris olim ornata et distincta fuisse: qua de re videri etiam potest Is. Vossius Not. ad Catull. p. 197. *Kust.* *τραγελάφους.* Philemon ap. Athen. XI. p. 497. adhuc maius monstrum formauit *ἱππότραγέλαφοι. Bergl.*

965. (938. Br.) *παραπετάσμασιν.* Sic scribendum erat, ne versus claudicaret *f)*. Vulgo *ν* in fine omissum.

---

c) Recte Inu. iudicauit, hac emendatione, quae scriptis libris aduersatur, opus non esse. Sed comma post, *σημεῖον* in ed. Lips. delendum, nam verba iungenda *σημεῖον ἐνεγέγραπτο ἐν ταῖς ναυσίν.* Ex Brunk. lectione sensus est: erat signum, quod pictum erat in nauibus. De his insignibus (*παρασήμοις* f. *ἐπισήμοις*) nauium v. Ruhnkenii (f. Enschedii) diss. in Ruhnkenii Opuscula (LB. 1807.) p. 257. vbi p. 282. et hic locus et Photius in Lex. [p. 84.] laudantur.

d) Filium recte plerique intpp. intelligunt.

e) Ms. Vatic. U. *ποῖά γ' ἐστίν* quod magis placet. *Kust.* Confirmat Rau.

f) Confirmauit cod. Rau.

Brunck. Aulaea, in quibus depictae erant monſtroſae animalium figurae, *Medica* hic dicuntur, quae alioquin *Perſica g)*, vt ab Hipparcho ap. Athen. dicuntur XI. p. 471. Ἀλλ' ἢ δαπίδιον ἓν, ἀγαπητόν, ποικίλον, Πέρσας ἔχον καὶ γρῦπας ἐξώλεις, Τῶν Περσικῶν. Quomodo alibi tapetes variis animalium figuris intextos, Perſicos vocat Athen. V. p. 197. ψιλαὶ δὲ Περσικαὶ τὴν ἀναμέσον τῶν ποδῶν χώραν ἐκάλυπτον, ἀκριβῆ τὴν εὐγραμμίαν τῶν ἐνυφασμένων ἔχουσαι ζωδίων. Neque enim audiendus eſt ibi Caſaubonus *h)*, qui non de *tapetibus* ſed de *ſtragulis* locum illum explicat, et cui ceteroquin plane geminum apud Aeſchylum legas Agam. 918. πέδον κελεύθου ϛρωννύναι πετάσμασιν etc. Eumdem vero Athen. locum ad Hiſtoriam Auguſtam [Vopiſc.] in Carino c. 21. adduxit Salmaſius, ſed qui velut incerti auctoris ap. Euſtath. legeretur. Apud Ariſtot. vero Mirab. Auſcult. c. 119. [99. p. 200. f. ed. Beckmann.] Medicae id genus et Perſicae veſtis fit mentio, quae ἑκατέρωθεν διείληπτο ζωδίοις (vti modo ap. Athen.) ἐνυφασμένοις, ἄνωθεν μὲν Σούσιοις, κάτωθεν δὲ Πέρσαις; vt proinde *Medica* ſimul eadem et *Perſica* fuerit. Eadem vero aulaea id genus animalium figuris intexta, *Babylonica* dicta ap. Plaut. Stich. II, 1, 54. *Tum Babylonica periſtromata, conchyliata tapetia:* et a Martiali haud vno loco, vt VIII. epigr. 28. Non ego praetulerim *Babylonica* picta ſuperbe Texta, Semiramia quae variantur acu. Quae vero παραπετάσματα hic dicuntur, ap. Aeſch. πετάσματα, citra additam praepoſitionem, vocantur in adducto paullo ante verſu de ſtratis id genus tapetibus, per quos Argos redux progrederetur Agamemnon. Παραπέτασμα vero, vt hoc addam, apud Atticos quandoque pro *praetextu* vel *obtentu* dicitur, vt Demoſth. adu. Steph. I. p. 624. [p. 1107. T. II. Reisk.] οἱ δὲ τῇ προπλήσει χρησάμενοι παραπετάσματι. Menander vero ap. Stob. Flor. Tit. XCIII. παραπέτασμα τοῦ βίου, Grotio interprete, *vitae choragium* vocat, et Incertus apud eumdem Stob. Tit. XCVI. εἶχον δὲ παραπέτα-

---

g) Περσικοῖς in Rau. ex interpretamento legitur, et βηλοις fortaſſis e Βαβυλωνίοις per compendium ſcribendi exſtitit.

h) Vid. Anim. Schweighäus. III. p. 88. Recte in ed. Schweigh. II. p. 260. redditur: *glabrae vero tapetes* —

σμα τὴν ἐρημίαν, iuxta eumdem τὸν πάνυ, *sibi mantellum faciunt solitudinem. Spanh.*

966. (970. Kuſt. 939. Br.) τοπρῶτον μὲν εὐθύς (vt olim vulg.). Metri gratia ſcribendum eſt: πρῶτον μὲν εὐθὺς — vt recte habet Ms. Vat. U. *i*). *Kuſt.* τοπρῶτον εὐθύς (vt nunc ed.). Vulgo τοπρ. μὲν εὐθ. ſyllaba vltra numerum excurrente. Spurium eſt μέν, quod ne ſyntaxis quidem hic admittit. In A. et C. παρὰ σοῦ πρῶτον εὐθύς. In meo παρὰ σοῦ πρῶτον μὲν εὐθύς. Peius omnium B. τὴν τέχνην πρῶτον μὲν εὐθύς. A vero aberrare non ſinebat lex metri. *Brunck.*

968. (972. Kuſt.) Citat Suidas V. Ἴσχανα *k*). *Kuſt.* τὸ βάρος ἀφεῖλον. Quod βάρος vtique Aeſchylo proprium fuiſſe in eius tragoediis, traditur in illius vita, aliquoties antea memorata et a quodam Anonymo conſcripta: μόνον γὰρ σπουδάζων τὸ βάρος (*grauitatem*) περιτιθέναι τοῖς προσώποις, ἀρχαῖον εἶναι κρίνων τοῦτο τὸ μέρος, μεγαλοπρεπές τε καὶ ἡρωϊκόν· mox: ὥστε διὰ τὸ πλεονάζειν τῷ βάρει τῶν προσώπων (affectata perſonarum grauitate) κωμῳδεῖται παρὰ Ἀριστοφάνους· additque de Niobe et Achille (de quibus paullo ante), quos opertos ac ſilentes ferme inducat. Quibus vtique ad hunc Comici locum, vti et ad ſuperiorem de Niobe et Achille, reſpici ſat liquet. Ἀρχαῖον vero illud, μεγαλοπρεπὲς καὶ ἡρωϊκόν, in quo Aeſchyli βάρος poſitum fuiſſe, in adductis modo verbis dicitur, tangit ſimiliter, qui ea haud parum illuſtrat, Dio Chryſoſt. Or. LII. p. 549. ἥ τε γὰρ τοῦ Αἰσχύλου μεγαλοφροσύνη καὶ τὸ ἀρχαῖον, ἔτι δὲ καὶ αὐθάδες τῆς διανοίας καὶ φράσεως, πρέποντα ἐφαίνετο τραγῳδίᾳ καὶ παλαιοῖς ἤθεσι τῶν ἡρώων *l*), οὐδὲν ἐπιβεβουλευμένον οὐδὲ κωμῳδικὸν οὐδὲ ταπεινόν. Adde Philoſtratum de Aeſchylo inter alia dicentem Vit. Apoll. VI, 6. p. 276. ἐνθυμηθεὶς δὲ καὶ

---

i) Etiam in Elb. et Bau. τὸ abeſt, probante Trendelenb. ap. Harl. In Rau. τοπρῶτον et μὲν deeſt.

k) Etiam Zonar. II. p. 1129. et in vtroque male Ἴτχανα legitur. Heſychium autem Ἰσχανάα et Ἴσχανα confudiſſe, docuit Toup. Emm. in Suid. et Hes. III. p. 517.

l) ὧν ſuppleri iuſſit Reisk. T. II. ſuae edit. Dion. p. 267. vti Spanh. vertit locum: in quibus nihil eſſet inſidioſum —

τὴν τέχνην, ὡς προσφυῆ τῷ μεγαλείῳ μᾶλλον ἢ τῷ καταβεβλημένῳ. Idem vero, quod hic praedicat Euripides, demtam nempe a se tragoediis grauitatem, ei attribuit quoque Aristides, et eo quidem loco, quo eum ad haec Aristoph. verba respexisse abunde liquet ex iis, quae ibi continuo ex hac Comici fabula infra adduntur ad v. 1101. nempe ex or. p. Quatuoru. p. 221. T. III. vbi facta Aeschyli et Sophoclis mentione, additur de Euripide [p. 133. T. II. Iebb.] *ἀφελεῖν τι ὀξύντα τοῦ βάρους quod visus sit de grauitate*, quam nempe duo illi Tragici in tragoediam inuexerant, *aliquid detrahere*. Dum vero hic Euripides grauitatem tragoediae ab Aeschylo adlatam sustulisse se hic iactat, ac tenue et exile dicendi genus pro grandiloquo ac sublimi a se inuectum, et, quod addit, concitis versibus, minutis verbis, succisque tenuibus consperſam a se tragoediam, non Aeschylum quidem sed se deridendum spectatoribus praebet. *Spanh.*

969. (973. Kust. 942. Br.) *ἐπυλλίοις καὶ περιπάτοις.* Euripidi *ἐπύλλια* (versiculos) rursus tribuit Comicus, de quo ait Acharn. 996. *συλλέγων ἐπύλλια*, et Pac. 523. *ἐπύλλια Εὐριπίδου. περιπάτων* vero voce infra quoque vtitur v. 980. *οὔ σοι γάρ ἐστι περίπατος* (disputatio) *κἀλλιξα περί γε τούτου·* vbi Schol. *περίπατοί γε διατριβαί·* et in Scholl. ad h. l. *περιπατεῖν ἀντὶ τοῦ διατρίβειν.* Lucianus in Icaromen. p. 202. T. II. [c. 21.] *m) καὶ παύσῃ τὰς ἐν περιπάτῳ διατριβάς, et quae in Peripato habentur finem impones disputationibus. Spanh.*

τευτλ. λ. Suidas V. *Ἴσχανα* habet *τευτλίοισι λευκοῖς* prout etiam legitur in Ms. Vat. U. *n) Kust.* Aurium solum iudicium sequutus vocum ordinem inuerti *o)*: vulgo *καὶ τευτλίοισι μικροῖς. Brunck.* Haud obuium continuo certe a graeco Schol. et a Suida praeterea, qui hunc locum adduxit in *Ἴσχανα*, praeteritum, cur inter alia iactet hic Euripides, quod diuerso plane ab Aesch. consilio et in-

---

m) Vbi etiam Reiz. T. II. p. 776. recte monuit *περίπατον* locum dici. Nam Peripateticorum disputationes intelliguntur.

n) Ita ex vtroque suo cod. edidit Inu. et loci festiuitas ita augeri videtur. Videtur tamen iam antiquitus duplex fuisse scriptura.

o) Edidit Brunk. *μικροῖς τε τευτλίοισι.*

ſtituto ſeu tumido illius et inflato dicendi genere, exiguarum betarum ſucco dictionem ſuam tragicam conſperſerit. Quod tamen haud fruſtra a feſtiuiſſimo Comico hic dictum licet facile ſtatuere. Id autem e veteri Geoponicorum ſcriptore Sotione eruere hic mihi cum aliqua lectoris gratia et illuſtrare dabitur. Tradit nempe ille Geopon. XII, 15. [T. III. p. 873. ed. Niclas.] *μιγνύμενος δὲ ὁ χύλος τοῦ σεύτλου* (promiſcue enim *σεῦτλον*, *τεῦτλον* et *τευτλίον* de *beta* dici a Graecis conſtat) *ἅμα πηρῷ καὶ λυόμενος καὶ μετὰ πανίου ἐπιτιθέμενος, πάντα σκληρὰ καὶ οἰδαίνοντα πάθη θεραπεύει* (*betae* autem *ſuccus* permixtus cum cera et liquefactus ac panniculo exceptus, omnia *dura* ac *tumentia* impoſitus curat). Aeſchyli nempe dura et confragoſa verba perſtrinxerat paulio ante Euripides, quodque artem tragicam ab eo accepiſſet *οἰδοῦσαν ὑπὸ κομπασμάτων καὶ ῥημάτων ἐπαχθῶν tumentem* inani ſtrepitu verbisque aſperis ac moleſtis; ipſe autem, quod addit, tenui et exili ſermonis genere, tum exiguarum betarum ſucco, qui nempe illatam illam ab Aeſchylo in artem tragicam tumidam et inflatam dictionem diſpelleret ac ſanaret. Qua ratione plana iam omnia et ad verum huius loci ſenſum et Comici ſimul huius artem ac leporem declarandum plane accommodata cernimus *p)*. Adde quod opportune in ſequ. verſu pro [olim vulg.] *ἀπ' ἠθῶν* in Scholl. *ἀπηθῶν percolans* legitur: nempe qua voce in adducto Sotionis loco de *ſucco betae* dicitur cum cera liquefacto et panniculo dein excepto, vtique *percolato*. Parum autem hic refert, an *τευτλίοις μικροῖς* legatur, an, ſicut ap. Schol.. *λευκοῖς*. Τευτλία enim ſeu *betae* vulgo inter exiguas plantas, vt ap. Theophr. H. Pl. I, 8. *καὶ τῶν ἐλαττόνων, βλιτῶν, τεύτλου·* et ap. Plin. XIX, 8. *beta hortenſium leuiſſima*. *Betam* vero dari aliam *albam*, aliam *nigram*, quod et aliunde conſtat, tradit Dioscorides II, 49. *Spanh.*

970. (974. Kuſt. 943. Br.) *σωμυλμάτων*. Supra 859. (866. L.) vocabat eum *σωμυλιοσυλλεκτάδην*. Ἀπὸ *βιβλ.* Euripides ſtudium ſuum in legendis veterum libris clare

---

p) *τευλίοισι*. Nempe *μητρόθεν διδαγμένος*, vt quidam dicit ad eum in Acharn. 477. Habuit enim mater Euripidis betas, vt quae eſſet *λαχανοπωλήτρια*, vt eſt in Theſm. 394. *Bergl.*

indicat in Alceſt. ſub nomine Chori v. 962. ἐγὼ καὶ διὰ Μούσας καὶ μετάρσιος ἦξα· καὶ πλεῖστον ἐψάμενος λόγων, πρεῖσσον οὐδὲν ἀνάγκας εὗρον (ego et per Muſam i. e. muſicam artem ſiue per poëtarum ſcripta, et ſublimis, i. e. per res ſublimes cucurri: et poſtquam haud leuiter attigi ſermones ſiue ſcripta eruditorum, nihil fortius neceſſitate inueni). *Bergl.*

ἀπ' ἠθῶν etiam habet Suidas loco laud. itemque ed. Flor. et reliquae eam ſecutae. At ed. Ald. rectius vna voce ἀπηθῶν (i. e. *percolans*, ſiue *per colum transmittens*) quam lectionem etiam agnoſcit Euſtath. ad Hom. loco eo, quem Biſetus adduxit. *Kuſt.* ἀπὸ βιβλίων ἀπηθῶν *q*). Sic C. D. In Ald. ἀπήθων, quod nihil aliud eſt, quam vulgatum in ſeqq. omnibus edd. ἀπ' ἠθῶν. Noſtram lectionem agnoſcit etiam Schol. et auctor Etym. M. in ἦθμός p. 422, 37. *Brunck.*

971. (975. Kuſt.) Κηφισοφῶντα μιγνύς. Iſte credebatur Euripidem adiuuare in ſcribendo et cum vxore eius rem habere, vt dicit Schol.; quod ad prius attinet, id ſatis clare indicat Comicus v. 1493. (1489.) vbi ex eo quaerit Bacchus: ταυτὶ πότερ' αὐτὸς εὗρες ἢ Κηφισοφῶν; de poſteriori ſuſpicari licet *r*), quia coniux eius videtur fuiſſe adultera, vt patet ex illis, quae ad eum dicit Aeſchylus 1074. ἃ γὰρ ἐς τὰς ἀλλοτρίας ἐποίεις, αὐτὸς τούτοισιν ἐπλήγης, vbi v. Not. Infra ad 1455. (1451.) Schol.: καὶ διὰ τούτου δηλοῖ πάλιν σχεδόν τι τὸ συναμφότερον, ὡς Κηφισοφῶν συνεποίει τὰ δράματα καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ εἶχεν. *Bergl.*

---

q) Vertitur a Brunk.: additoque nugamentorum ſucco, e libris expreſſo et percolato; et totum locum Conz. ita:

Mit einem Gemiſch aus rührenden Verſelein, Wörterblümlein, zartem Mangold,
Gab dann ihr ein Säftchen von Plaudermuſs, aus dünnen Büchlein gezogen.

Olim vulgatum vertebatur: ſuccum nugamentorum addens e libris et moribus. Hoc ἀπ' ἠθῶν praetulit Leſſing. Obſs. Critt. p. 125. ex ed. Reichenbach. quod ita legiſſe videretur Plutarch. de profect. in virtut. Vol. VI. p. 294. vbi τὸ τῆς λέξεως μεταβάλλειν εἶδος, ὅπερ ἐστὶν ἠθικώτατον καὶ βέλτιστον. Nam pro Sophoclis nomine, quod praecedit ap. Plut., Εὐριπίδης poni iubet, et Plut. ex h. l. hauſiſſe ſua putat.

r) Eo alluditur in voc. μιγνύς, quod de concubitu dicitur. *Conz.*

972. Vt ὅ τι τύχοιμι de iis dicitur, quae obueniunt, ſponte ſe offerunt, ita ἐμπεσὼν de iis, in quae incidit, quae ipſe occupat, excogitando. Φύρειν autem eſt commiſcere, coagmentare ea temere.

973. (946.) πρώτιστα μέν μοι. Perperam B. D. μέντοι. *Brunck.* Etiam Bau. μέν τοι — εἶτ' ἂν εὐθὺς quod e Rau. recepit Inu. pro εἶπεν εὐθ. ſequentibus παρῆκ' ἄν, ἔλεγεν ἄν, magis reſpondet, valetque: dicere fere ſtatim ſolebat. Nam ἄν cum Indic. cuiusuis temporis coniunctum ſaepe nihil aliud ſignificat, quam accidere vel accidiſſe aliquid, non certo quodam tempore, ſed quotiescumque occaſio ita ferret, quae ſunt verba Hermann. ad Viger. p. 785.

974. (947. Br.) κρεῖττον γάρ. Haec vulgo Aeſchylo tributa melius, meo iudicio, in B. adſcripta ſunt Baccho, quem in tota hac ſcena ſcurriliter iocantem, Euripidemque amariori ſale defricantem inducit Comicus. *Brunck.* Dionyſi perſonam praefixerunt Inu. et Höpfn.

975. οὐδὲν παρῆκ' ἂν ἀργὸν eſt: nullam facile perſonam otioſam et mutam eſſe patiebar.

976. (980. Kuſt.) ἀλλ' ἔλεγεν ἡ γυνὴ — Quo nomine ſugillatus eſt olim Euripides, quod nulla apud eum decori habita fuerit ratio, dum mulieribus ac ſeruis eos, qui illas perſonas non decerent, ſermones tribuit. Hinc praeter Schol. h. l., Comicus infra Acharn. 399. ὦ τριςμακάρι' Εὐριπίδη, ὅθ' ὁ δοῦλος οὑτωσὶ σαφῶς ἀπεκρίνατο. Vbi Schol.: διὰ τοῦ δοκοῦντος ἐπαίνου διαβάλλει τὸν Εὐριπίδην, ὅτι δεινοὺς εἰςάγει τοὺς δούλους ἐν ταῖς τραγῳδίαις. Origenis vero ea de re locum opportune huc [ad Schol.] adtulit Kuſterus. Feſtiuum autem illud rurſus et Comicum, videre hic Euripidem de manifeſtis tragoediarum ſuarum vitiis magnifice ſe efferentem. *Spanh.*

978. (951. Br.) ταῦτ' ἐχρῆν. Sic bene meus. Vulgo ταῦτα χρῆν. In A. C. οὐκ ἀποθανεῖν σε δεῖ ταῦτα τολμῶντα. Immo in A. τοιαῦτα. In B. οὐκ ἀποθανεῖν σε χρῆν ταῦτα τολμῶντα. *Brunck.* Etiam Bau. ταῦτ' ἐχρῆν, atque ita Inu. edidit, non tamen ſuis codd. laudatis.

979. (952. Br.) τοῦτο μὲν ἔασον — Vulgo τουτὶ — Illud, praeferunt tres codd. In C. τοῦτο μὲν οὖν ἔασον.

Brunck. [a quo Inu. τοῦτο habet]. Ad Euripidem, vt vult Scholiastes. *Bergl.* Et recte quidem; nam ad Aeschylum non esse dictum potest. Ceterum vulgo scribitur ὦ τᾶν.

980. (984.) περίπατος. Schol. διατριβή, quae vox inter alia et *disceptationem* significat in Glossis. *Brunck.*

981. (985. Kust.) τουτουσὶ λαλεῖν ἐδίδαξα. Intelligit rhetoras *s)*; sunt autem Euripidis tragoediae vtiles ad causas forenses; nam apud illum saepe duae partes tamquam in foro disceptant. Sed Aeschylus reipublicae pernicioſam putat artem dicendi, nempe propter abusum; hinc etiam v. 1095. (1091.) ad eumdem dicit: εἶτ' αὖ λαλιὰν ἐπιτηδεῦσαι καὶ σωμυλίαν ἐδίδαξας etc. Ipse Euripides in hanc rem praeclare dicit in Hippol. 486. τοῦτ' ἔς' ὃ θνητῶν εὖ πόλεις οἰκουμένας δόμους τ' ἀπόλλυσ', οἱ καλοὶ λίαν λόγοι· οὐ γάρ τι τοῖσιν ὠσὶ τερπνὰ δεῖ λέγειν, ἀλλ' ἐξ ὅτου τις εὐκλεὴς γενήσεται. V. not. ad Nubb. 915. *Bergl.*

983. (987. Kust.) λεπτῶν τε κανόνων ἐβολάς. Supra 852. ῥήματα δαιομένη καταλεπτολογήσει· vbi Schol. τὴν τοῦ Αἰσχύλου λεπτολογίαν βασανίσει ὁ Εὐριπίδης, sed quod imperiti alicuius magistelli, qualia plura optimis huius Comici Scholiis sunt inspersa, glossema. Neque certe λεπτολογία Aeschylo, sed oppositum potius tumidae et confragosae dictionis vitium a Comico superioribus paullo ante verbis et alibi tribuitur, haec autem λεπτολογία ipsi Euripidi et hic quoque aliisque locis adscribitur. *Spanh.* ἐπῶν τε γωνιασμούς. Loci huius meminerunt Harpocr. V. Γωνιασμός, Hesych. ead. v. et Suidas v. Γωνία *t)*. Ceterum oblique Aristophanes hic reprehendit Euripidem, quod nimia arte in conscribendis tragoediis vsus fuerit. *Kust.*

985. (958. Br.) κἀχ' ὑποτοπεῖσθαι. Sic diuisim scriptum in B. D. [et Rau.] *v)*. In hoc glossa priori voci su-

---

s) Siue potius oratores; sed rectius Conz. monet τουτουσὶ ad spectatores pertinere.

t) Etiam Zonar. II. p. 461. vbi ἐπῶν δέ, sed reliqua etiam contracta sunt. γων. exponitur ἀποφυγὰς ἀπαγωγάς. Recentiores: verborumque *flexus*.

v) Sic diuisim etiam cod. E. Gl. ὑποτεῖν, ἐάν τις εἰς αὐτοὺς τεχνά-

perſcripta κακά. In A. C. κᾆθ' ὑποτοπεῖσθαι. Vulgo coniunctim καχυποτοπεῖσθαι x), quod aeque bonum eſſe poſſit. καχύποπτος ex Ariſtoph. y), καχυπονόητος e Platone, enotauit Pollux II, 57. Vulgatum agnoſcere videtur Suidas. Sed veriorem lectionem eſſe reor eam, cuius veſtigia ſeruant codd. A. C. quamque tuetur auctor Etym. M. p. 762, 15. τοπάζειν, ϛοχάζεσθαι, ὑπονοεῖν — καὶ καθυποτοπεῖσθαι, τὸ ἐπὶ (male vulgo ὑπὸ) z) τὸ χεῖρον ὑπονοεῖν. Saepiſſime κᾆτα et κατὰ commutarunt librarii, quod ſuis locis obſeruamus. *Brunck.* Interpellat Euripidem Aeſchylus, et ille ſermonem v. 986. continuat.

987. οὗτοι. Spectatores manu ſignificaſſe videtur.

988. ἐκομπολάκουν. Verbum κομπολακεῖν (i. q. κομπάζειν, κομπώδη λέγειν) hinc reſtituit Heſychio Toup. Emm. in Suid. et Hes. T. III. p. 517.

990. (994. Kuſt. 963. Br.) Κύκνους maiori litera excudendum eſſe monuit *Brunck.* in Suppl. κωδωνοφαλαροπώλους. Eſt vox comica licentia compoſita ex κώδων *nola*, vel *tintinnabulum*, φάλαρα *phalera* et πῶλος *equus*; ſignificatque, *habentes equos, ex quorum phaleris tintinnabula dependent a)*. Veteres enim tintinnabula phaleris equorum addere ſolebant, praecipue quum pompa aliqua aut decurſio equeſtris inſtituebatur, vnde Longinus c. 23. fin. [de Sublim.] voc. κώδων ponit pro phaleris et pompa

---

ϛηται, quae expoſitio iisdem verbis in vulgg. ſcholl. legitur. *Brunck.* in Suppl.

x) Et videtur hoc ideo praeſtare, quia amat huiusmodi compoſita verba Comicus in ioculari ſermone, atque Euripidi etiam tribuit.

y) Idem habet Zonar. II. p. 1145. vt καχυπότοπος Phot. Lex. p. 113.

z) Ita etiam perperam ap. Phot. Lex. p. 462. V. Ὑποτοπεῖσθαι, quod per ὑπονοεῖσθαι explicat. Videtur autem καθυποτοπεῖσθαι, vt explicatio docet, potius ex καχυποτ. ortum eſſe. Nam etiam θ et χ permutantur ſaepe.

a) *Conz.* vertit: mit ſchellenhalsſchmuckgaulgerüſteten Kykmuſſen und Memnons. Cycnum, Martis filium, ab Hercule, Memnonem, Tithoni et Aurorae filium, ab Achille prope Troiam, occiſos idem memorat.

orationis, ad quem locum vide Fabrum [inprimisque Ruhnk. et Toup. p. 357. f. ed. Weisk.]. *Kuſt.* Soph. in Oed. Col. 1063. *ἀμπυκτήρια φάλαρα πώλων.* Euripides de Rheſi equis in Rhes. 306. *Γοργὼ δ', ὡς ἐπ' αἰγίδας θεᾶς, χαλκῇ, μετώποις ἱππικοῖσι πρόσθετος, πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει Φόβου.* Etiam ex clypeis videntur tintinnabula ſuspendiſſe. Ibid. v. 383. *πλῦε δὲ κόμπους κωδωνοκρότους, παρὰ πορπάκων τοὺς κελαδοῦντας* (audi ſtrepitus tintinnabulorum crepitantium a ſcuti loris reſonantes). *Bergl.*

991. (964. Br.) *ἑκατέρους* (vt Br. ed.) *b)* *μαθητάς.* Sic tres Regii. Vulgo *ἑκατέρου.* *Brunck.* Similiter ap. Alciphr. I. epiſt. 34. ex moribus diſcipulorum Thais iubet coniecturam facere de praeceptoribus: *σύγκρινον, εἰ βούλει, Ἀσπασίαν τὴν ἑταίραν καὶ Σωκράτην τὸν σοφιστήν, καὶ ὁπότερος ἄμεινον ἐπαίδευσεν ἄνδρας, λόγισαι· τῆς μὲν γὰρ ὄψει μαθητὴν Περικλέα, τοῦ δὲ Κριτίαν.* *Bergl.*

992. (965. Br.) In A. C. *τούτου μὲν Φορμίσιος.* In B. D. *τούτου μὲν ὁ Φ.*, vtrique male. Nominis *Φορμίσιος* antepenultima producitur, vt conſtat e Conc. 97. *Brunck.* *Φορμίσιος.* Iſte erat hirſutus, vt dicit Schol. ad Eccl. 97. et propterea truculento adſpectu; hinc eum facit diſcipulum Aeſchyli, vt dicit Schol. ad praeſentem locum; ſupra etiam 861. Aeſchylum dicebat eſſe *ἀγριοποιόν.* *Bergl.*

Μεγαλνετος δ' ὁ Μάνης. In membr. *ὁ Μάγνης*, quod verum eſt. Taxantur homines iſti tamquam barbari. Gloſſa: *ἀμφότεροι βάρβαροι.* *Μάνης* autem eſt nomen ſeruile *c)*, et apud Comicum nihil aliud quam *ſeruum, famulum* notat. *Brunck.* Hunc ſtupidum fuiſſe tradit Schol. Supra v. 941. dicit Euripides, Aeſchyli ſpectatores fuiſſe *μωρούς*, fatuos et ſtultos, ita vt ſe ab illo decipi fuerint paſſi. Videtur iſte dictus eſſe *μάνης*, quod eſſet ſeruili et ſtolido ingenio. In Auu. 523. *οὕτως ὑμᾶς πάντες πρότε-*

---

b) Eo etiam ducit lectio Elb. *ἑκατέρως*, niſi ex *ἑκατέρων*,' vt in Borg., ortum.

c) Nempe inter conſueta olim ſeruorum nomina, *Manes:* vnde Sotion ap. Athen. VIII. p. 336. *τύρβαζε Μάνη*, iuxta *τὸν πάνυ* [Caſaubonum] *dede te voluptati*, *Manes:* ſeruile nomen, quod addit *ὁ πάνυ* et ſciunt omnes. Quomodo hic Schol. *τινὲς δὲ δούλων ὀνόματα.* *Spanh.*

ρου μεγάλους ἀγίους τ' ἐνόμιζον, νῦν δ' ἀνδράποδ', ἠλιθίους, μανᾶς —. Erat autem Μάνης siue Μανῆς vulgo seruorum nomen, vt Μανία seruarum et vtrumque occurrit apud Comicum non semel. *Bergl.*

993. (997.) *σαλπιγγολογχυπηνάδαι d).* Haec ad Phormisium pertinent, vt Schol. dicit, nempe propter vocem *ὑπήνη*, quae hic latet. *Bergl. σαρκασμοπιτυοκάμπται.* Schol. *σαρκάζοντες καὶ προσποιούμενοι τὰ πολεμικά, qui simulate affectant virtutem bellicam*, qui videri volunt tam fortes, quam fuit Pityocamptes, alias Sinnis dictus, latro *e).* *σαρκάζειν* est *superficiaria opera aliquid agere f)*, metaphora a canibus ossa rodentibus. In Pac. 480. *οὐδ' οἱ Μεγαρεῖς δρῶσ' οὐδέν, ἕλκουσιν δ' ὅμως γλισχρότατα σαρκάζοντες, ὥσπερ κυνίδια.* Vbi Schol. *ἕλκοντες κατὰ κυνιδίων τρόπον, οἳ τὰ ὀστέα τρώγοντες καὶ οὐχ ἔχοντες ἐμφορηθῆναι* (satiari) *ὑπ' αὐτῶν, τῷ δοκεῖν ἐσθίουσι. Bergl.*

994. (998.) *οἵ 'μοὶ* — Perperam Kust. edidit: *οἱ ἐμοὶ* — Priores edd. habent *ὑμοὶ g)* vt et tres codd. In C. [et Borg.] omisso male articulo *ἐμοί*. V. ad 461. *Brunck.* Κλειτοφῶν τε καὶ Θηραμένης. Hos tamquam veteratores notat, vt dicit Schol.; de posteriore plus constat quam de priore. Vid. v. 540. Theramenis praeceptorem Schol. Comici Nub. 360. dicit fuisse Prodicum: *διδάσκαλος δὲ ἦν οὗτος τοῦ ἐπικαλουμένου Κοθόρνου, ὃς τῆς τῶν Τριάκοντα τυραννίδος μετέσχεν.* Theramenem autem illum esse, qui Cothurnus fuerit dictus, constat. V. Suid. in Πρόδικος. *Bergl.* Hinc patet, hanc fabulam praecessisse mortem Theramenis, qui periit sub XXX. tyrannis, anno 28. belli Peloponnesiaci. *Palmer.* Exercc. p. 774.

---

d) Vertitur: tubis, hastis, barbis horridi. Finxit Conzius simile vocabulum: schreckendrommettlanzbartige.

e) Hinc vulgo redditum: qui Sinnidas simulant. Melius Brunk. amarulento risu Sinidem referentes. Obscure Conz.: Wuthaugfichtenausreisser.

f) Ea significatio non est certa, saltem illo qui adfertur loco non comprobata.

g) Quod e Rau. recepit. Inu. *ὑμὲ δὲ* — ex *ὑμοὶ* exstitit, neque ferri potest, quam duo memorentur.

δεινὸς εἰς τὰ πάντα dicitur, qui ad omnia aptus est et vehemens.

997. (970. Br.) Eustathius ad Odyss. A. de hoc loco sic ait: τῶν κατὰ τοὺς ἀστραγάλους βόλων ὁ μὲν τὰ ἓξ δυνάμενος Κῷος καὶ ἑξίτης ἐλέγετο· ὁ δὲ τὸ ἓν, Χῖος (in astragalorum iactibus is, qui valet sex, Cous et Sextius dicebatur, qui vero vnum, Chius) ὅθεν καί τις παροιμία· Χῖος παρασὰς Κῷον οὐκ ἐάσω· ἧς μέμνηται Στράττις ἐν τῷ· Χῖος παρασὰς οὐκ ἐᾷ Κῷον λέγειν. Ἔνθα ἐνθυμητέον καὶ τὸ τοῦ Κωμικοῦ· πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν h) οὐ Χῖος ἀλλὰ Κεῖος, καὶ νοητέον, ὡς ἢ ἔσφαλται ἡ γραφὴ τοῦ Κεῖος. ἢ ἄλλα παρῴδηται ἀπὸ τοῦ Κωμικοῦ. Ex his verbis videtur Eustath. voluisse legi h. l. non Κῖος vel Κεῖος, sed Κῷος, vt opponatur felicissimus iactus astragalorum infimo et infelici. Quod autem ait Comicus: πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν, ideo dicit, quod Theramenes, quum fuisset trierarchus in pugna ad Arginusas, et illi, vt aliis, impositum fuisset ad naues submersas opitulari et enatantes seruare, tamen calumniando ad populum decem duces saluum euasisse. Id narrat Xenophon l. I. [7, 4.] *Palmer.* [p. 774. f.] Versus huius Aristophanici Eustath. meminit non solum eo loco, quem Palmer. adduxit et occurrit p. 1397, 41. ed. Rom. sed etiam ad Odyss. Γ. p. 1462, 45. i) vbi ait: ὅτι ὁὲ τῇ Χίῳ νήσῳ παρωνόμαχαι καί τις βόλος πεττευτικός, οὗ μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ· πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν, οὐ Χῖος, ἀλλὰ Κῷος· ἤ, κατά τινας, Κεῖος· ἐν τῇ ἀ ῥαψῳδίᾳ προγέγραπται. *Kust.* οὐ Χῖος, ἀλλὰ Κῖος. Sic legendum non, vt ap. Eustath. ter ad minimum habetur, ἀλλὰ Κῷος, vel Κεῖος. Nulla hic allusio ad talorum iactum. Prouerbialis est locutio in versatilis ingenii hominem k), qui rebus se accommodat et

h) πεπτωκέναι ἔξω τῶν κακῶν est *elabi e malis*, effugere, neque cum allusione aliqua ad iactum astragalorum extra locum suum cadentium.

i) Praeter Eustath. loca, a Palm. et Kust. adducta, in quibus ille huius loci meminit, ac pro vltima voce Κῖος legendum putat Κῷος, qua voce infelicissimus astragalorum iactus sicut priori voce felicissimus notabatur, addi insuper potest similis eiusdem Eustath. locus ad Il. ψ. p. 1289. Contrarium vero Salmasii mendum alibi notauimus, qui Simonidem patria *Ceum*, *Coum* vocat ad Inscr. Herod. Att. p. 32. *Spanh.*

k) Schol.: ὅτι δοκεῖ πρεσγεγράφθαι τῇ κολιτείᾳ, Ἄγνωνος αὐτὴν ποιη-

tempori ſeruit, qui tamquam veſpertilio in fabulis, modo mus eſt modo volucris, prout illi vſu venit, quique ad potiorem partem ſemper ſe conuertit, vt eſt ſupra v. 538. *Brunck.*

998. τοιαῦτα μέντοι ἐγὼ φρονεῖν omnes alii libri, neque ſine vi ἐγὼ ponitur, ſed rectius tamen μέντοι σωφρονεῖν e Rau. ediderunt Inu. et Höpfn., vt τοιαῦτα ſit: *tali modo.*

1003. Ob hoc ipſum male audiuiſſe Euripidem, quod ad res minutas et domeſticas Melpomenem detruſerit, obſeruat *Porſon.* ad Eurip. Or. 1106.

1005. ἔχεις Inuern. haud dubie ex vtroque libro ſuo recepit, atque inde nota eius emendanda eſt. Nam ἔχει *(quomodo hoc ſe habet)* eſt lectio aliarum edd. omnium, ſed ἔχεις melius ſequentibus, inprimisque verbo ἔλαβε, reſpondet.

1007. ſ. Νῦν γοῦν *l)* — Totum hunc locum citat Suidas V. Μικροπρεπείας ῥήματα. *Kuſt.*

1010. (1014.) ζητεῖτε in Imperatiuo, *quaerite*, legi iuſſit *Reisk.* Immo rectius quilibet Athenienſis haec quaerere dicitur.

σκμένου (quum Agnon adoptaſſet eum), ὡς Εὔπολις Πόλεσιν. Vnus ex Scholl. ad 546. οὐκ εἶναι δὲ γνήσιον, ἀλλὰ ποιητὸν υἱὸν τοῦ Ἄγνωνος· vbi mox alia Scholia: ὅτε οὖν παρὰ Χίοις ἦν, Χῖον ἑαυτὸν ἐκάλει· ὅτε δὲ παρὰ Κίοις, Κῖον· τῇ δὲ ἀληθείᾳ Χῖος ἦν. Sed Grammatici in explicatione horum verborum, οὐ Χῖος ἀλλὰ Κῖος, et in definienda patria Theramenis inconſtantiores ſunt ipſo Theramene. *Bergl.* Conzius fortaſſis eo alludi putat, quod poſt praelium ad Arginuſas Athenienſes fruſtra Chion et Samon petierunt. v. Xenoph. Hell. II, 25.

l) Suidas V. Λῦκε παῖδοι et V. Μικροπρεπείας laudat haec fere omnia, ſed non ſatis accurate. Quod autem Schol. habet ad v. 1014. (1010.) μικροπρεπείας δείγματα, apud eum poſteriore loco legitur μικροπρεπείας ῥήματα. Deſcribit autem poëta mores Athenn., quos mire ſuiſſe ſollicitos, ne quid ſeruorum ſibi fraude periret, et in rebus minutis et parui pretii attentos fuiſſe, etiam ex h. l. notat Caſaub. ad Theophr. Char. p. 252. Μικροπρέπειαν accipi a Schol. et Suida ἀντὶ μικρολογίας notat ibid. [ad c. 10. p. 128. Fiſch.]. *Duck.*

1011. (984. Br.) ἀπεδήδοκεν. Male vulgo ν' finale omissum. In dimetris tam iambicis quam trochaicis et anapaesticis vltima syllaba non est indifferens. *Brunck.* Anaxilas Comicus ap. Athen. VIII. p. 342. τοῦ κεφαλέως κατεδήδοκε τὸ κρανίον (mugilis deuorauit caput). *Bergl.* Μαίνη f. μαινὶς est piscículus, qui halecum instar sale condiebatur, francog. mendole. v. Camus ad Arist. H. A. T. II. p. 494. f.

1013. τὸ τρυβλίον τὸ περύσινον est catinus superiore anno emtus, et τετρυπήσθαι est periisse, fractum esse.

1014. (987. Br.) τὸ σκόροδόν μοι τὸ χθές. Vulgo cum metri labe omissum est pronomen μοι, quod exhibent B. D. *Brunck.*

1015. ἐλάας. Sic bene, seruato dialecti idiotismo *m*), A. D. παρέτραγεν exhibent tres codd. Vulgo in hac voce peccatum *n*), vt supra in ἀπεδήδοκε. *Brunck.* De Philoxeno parasito Athen. VI. p. 216. πατάξας τὸ τρυβλίον (quod hic modo praecesserat) ἔφη, μάσιξεν δὲ ἐλάαν *percussa catino, oliuam inde excussit*, quam nempe, vt hic quoque de Athenienſi oliua in genere a Baccho dicitur, deglutiret. *Spanh.*

1016. (989. Br.) fs. Hos versiculos sic exhibet cod. E.:

τέως δ' ἀβελτερώτατοι
κεχηνότες Μαμμάκουθοι
Μελιτίδαι καθῆντο.

Estque haec lectio maximam partem optima. Tribus in locis *o*), vbi eosdem versus citat Suidas, ἀβελτερώτατοι praefert. Superlatiuo, praeter alia, fauet aurium iudicium *p*). *Brunck.* In Nubb. 1205. τί κάθησθ' ἀβέλτεροι. *Bergl.*

1017. (1021. Kust.) Μαμμάκυθοι. Sic etiam habent edd. Ald. et Flor. At editt. recentiores, Μαμμάκουθοι,

m) v. Tho. M. p. 292. ibique intpp.

n) παρέτραγε male legebatur, sed ν etiam Elb. addit.

o) V. Ἀβελτερώτατος, Βευταλίων et Μαμμάκουθος.

p) Scilicet vulgo lectum ἀβελτερώτεροι. Superlatiuum ex vtroque suo libro recepit Inu., male autem θ' omisit.

per diphthongum *ου* in ſyllaba penultima (prout etiam habet Suidas V. Ἀβελτερώτατος, V. Βουταλίων, et V. Μαμμάκουθος, ſed cui lectioni metrum repugnat. Quare dubium non eſt, quin vera lectio ſit Μαμμάκυθος, per *υ* in ſyllaba penultima; prout etiam nomen hoc ſcriptum reperitur apud Heſychium [Photium], Themiſtium p. 323. ed. Harduin. et alios *q*). *Kuſt.* Vt haec de Athenienſibus, ita de Athenis ait infra Comicus Eqq. 1260. τῇ Κεχηναίων πόλει, vbi Scholiaſtes hoc de Athenienſibus dici notat, ὡς μετέωρα τῶν Ἀθηναίων Φρονούντων. Μαμμάκυθοι, ceu Metagenis fabulae ita appellatae, meminit Athenaeus VIII. p. 355. alibi vero XIII. p. 571. velut Ariſtagorae, ſed quae ſuſpecta ibi lectio Caſaubono, quamque Epigenis fabulam fuiſſe ſuperiori Athenaei loco idem cenſet, ſed quod μνημονικὸν eius ἁμάρτημα, *Epigenis* pro *Metagenis*, cui drama illud ibi tribuitur. *Spanh.*

1018. (991. Br.) καὶ Μελιτίδαι ἐκάθηντο [ſic]. Verſus gratia legendum eſt: Μελιτίδαι ἐκάθηντο, absque copula. Nam ſyllaba ſecunda in Μελιτίδαι longa eſt, vti et in Μέλιτος infra 1337. Hinc copula illa recte deeſt non ſolum in Ms. Vat. U. ſed etiam ap. Suid. V. Ἀβελτερώτατος, V. Βουταλίων et V. Μαμμάκουθος *r*), vbi loci

---

q) Didymus ap. Schol.: ὅτι Μαμμάκουθος καὶ Μελιτίδης ἐπὶ μωρίᾳ διεβάλλοντο, καθάπερ καὶ ὁ Βουταλίων καὶ ὁ Κόρυβος. *Bergl.*

r) Suidas his locis legit Μελιτίδαι κάθηνται. Kuſterus ibi notat, hanc lectionem meliorem eſſe ea, quae eſt in edd. Ariſtoph. et copulam καὶ delendam. Ratio eſt, quia ſecunda in Μελιτίδαι longa eſt: id enim apparere ex Ran. 1337. Σκολιῶν Μελίτου καὶ Καρικῶν αὐλημάτων: nam et ibi itidem delendum eſſe τὸ καὶ ob legem metri et ſenſum atque auctoritatem Suidae V. Μέλιτος. Haec mihi non probanda videntur. Cur enim lex metri in hoc verſu iubet tolli τὸ καί? quia, inquit Kuſt., ſecunda in Μελίτου longa eſt. At quomodo hoc probat? quia Suidas in Μελίτος, καὶ omiſit: inde ſcilicet apparet, id debere deeſſe et eam ſyllabam longam eſſe. At quis nobis affirmabit, potius ap. Ariſt. τὸ καὶ delendum eſſe, quam ap. Suid. exciditſſe: quum praeſertim etiam ibi vitioſe σκολιὰ Μελίτου legatur pro σκολιῶν. Puto falſum eſſe, quod Kuſterus et Bentleius, cuius auctoritatem ſe in eo ſequi fatetur ad V. Ἀβελτερώτατος, volunt, mediam in Μέλιτος et antepenultimam in Μελιτίδης longam eſſe, nam 1. repugnat origo harum vocum, quae ἀπὸ τοῦ μέλι ducuntur, auctore Euſtath. in Od. N. p. 1735, 51. et Schol. h. l., μέλι autem vtramque breuem habere, certum eſt. 2. aliae eo-

huius mentio fit. *Kuſt.* *καὶ* Μελιτίδαι *κάθηντο.* Sic, vt vulgo, B. D. male. Delendum eſt importunum *καί*, quod me nolente et imprudente hic remanſit. In *Μέλιτος*, Μελιτίδαι, ſecunda ſyllaba producitur, quod in v. 1302. fuit obſeruatum. Vide Suid. ll. ll., vbi hi prolati verſiculi, quorum vltimus omiſſo *καὶ* ſic legitur: Μελιτίδαι *κάθηνται*. Et ſic plane ſcriptum eſt in A. C. ſed tempus imperfectum ſententia poſtulat; excudi debuit:

τέως δ' ἀβελτερώτεροι [imo — *τατοι*]
κεχηνότες Μαμμάκυθοι
Μελιτίδαι *καθῆντο.*

Brunck. Dukerus Kuſtero et Bentleio obloquitur, copulam apud Comicum retinendam eſſe ſtatuens et ap. Suid. reponendam: ſecundam enim in *Μέλιτος* corripi, quia deriuatur hoc nomen a *μέλι*, cuius vtraque ſyllaba breuis eſt. Sed nugas agit. *πόλις* vtramque ſyllabam corripit: tamen in *πολίτης* media ſemper producitur, itidemque in *πολιτεύομαι* ſecunda. De quantitate nominis *Μέλιτος* conſtat exemplis: v. fragm. Gerytadae IX. Quod autem cenſet Suidae praeferendam eſſe lectionem *κάθηνται*, id manifeſta loci refellit ſententia. *Τέως* ibi ſignificat *πρὸ τοῦ*, *πρότερον*, *antea*, et opponitur aduerbio *νῦν*, quod eſt v. 980. (1008.). Proinde, vt dixi, verbum non poteſt eſſe temporis praeſentis. *Idem* in Add.

1019. (992. Br.) IV. codd. habent *τάδε μὲν λεύσεις s)*, male, ſiquidem verbum eſt in tempore praeſenti. Frequens hic eſt librariorum error, de quo egi ad Apoll. Rhod. I, 1307. *Brunck.* Sunt verba Aeſchyli ex *Myrmidonibus* ſumta, vt non ſolum diſcimus ex Schol. ad h. l., ſed etiam ex Harpocr. V. *Προπεπωκότες*, qui locum hunc Aeſch. auctiorem ſic exhibet: *Ἐν ἀρχῇ δὲ τῶν* Μυρμιδόνων *Αἰσχύλος·*

---

gnatae voces, quarum duae priores ſyllabae eaedem ſunt, eas vtrasque breues habent: *Μελίτη*, Nereis, Heſiod. Theog. 246. Hom. Il. Σ, 42. Virg. V. Aen. 825. *Μελίτη*, *δῆμος* Atticus, Ariſt. Ran. 504. *Μελίτη* inſula, vnde catuli *Μελιταῖοι*, ap. Holſten. ad Steph. in epigr. ined. Quod autem ap. Suid. omnibus locis legitur *κάθηνται*, non improbandum videtur. Nam cur in imperf. dicatur *κάθηντο*, nulla ratio eſt. *Duck.*

s) Perperam in ed. Brunk. legitur *τόδε μὴν* — ſed in not. hunc errorem correxit. Cod. E. perſpicue *λεύσεις*.

τάδε μὲν λεύσσεις, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ,
δοριλυμάντους Δαναῶν μόχθους,
οὓς προπέπωκας εἴσω κλισίας τ).

Haeccine ſpectabis, inclyte Achilles? Bello laborantium Danaorum clades, quos prodidiſti intra tentorium. Hinc colligi poteſt, verba haec fuiſſe legatorum, qui a Graecis ad Achillem miſſi erant, vt non ſolum clades Graecorum et victorias Troianorum ei nunciarent, ſed etiam illi perſuadere conarentur, vt ira poſita Graecis laborantibus opem ferret. Hiſtoria eſt apud Homerum. Ceterum in verſu ſecundo pro δοριλυμάντους legere malim δοριλυμάντων, vt referatur ad Δαναῶν. *Spanh.*

1022. (1026. Kuſt.) ἐκτὸς — ἐλαῶν id eſt, *extra terminum orationis.* Loquitur autem quali de certaminibus equeſtribus; erant enim in extremo illius campi, vbi curſus equeſtres peragebantur, oleae plantatae, vt dicit Schol., vbi flectendum erat. Eſt autem prouerbium. *Bergl.* Thomas Mag. V. Ἐλάα [p. 292.] legit ἐλαῶν, ſed inuito metro. Syllabam enim penultimam in ἐλαῶν per verſum oportet eſſe longam. *Kuſt.* ἐλαῶν A. C. et Tho. M. qui locum hunc profert in Ἐλάα. Putabat Kuſterus illam lectionem metro aduerſari: nempe ignorabat Atticorum α pro communi αι longam eſſe, vt in κλάειν, κάειν, qua de re vid. Pierſon. ad Moer. p. 231. Obſerues velim, particulas ὅπως μὴ ad rectam loquendi normam hic cum Fut. Indic. conſtrui: tamen ap. Schol. videbis ἐκτὸς οἴσῃ. De ratione, quam ſequuti ſunt veteres, ſatis conſtat: quis imperitos Graeculos et librarios morabitur? Cod. E. etiam ἐλαῶν. Licet hic οἴσει recte exhibeat, cum ὅπως μὴ conſtructum, paulo infra, quae imperitorum librariorum eſt inconſtantia, habet ἀντιλέξῃς ν), plane ſoloece. *Brunck.*

1025. (1029. Kuſt.) Totum hunc locum vsque ad παθεσηκὸς λάβῃς citat Suid. V. Ἰσίου et Λεῖον. *Kuſt.* Sophocl. Electr. 371. μηδὲν πρὸς ὀργήν, πρὸς θεῶν· ὡς τοῖς λόγοις ἔνεστιν ἀμφοῖν κέρδος, εἰ σὺ μὲν μάθοις τοῖς τῇδε χρῆσθαι· τοῖς δὲ σοῖς αὖτη πάλιν. Vbi Scholl. μηδὲν πρὸς

τ) Eumdem locum ex Harpocr. laudauit *Brunck.* et notam Kuſt. repetiit *Bergl.*

ν) ἀντιλέξῃς etiam Bau. et Elb.

ὀργήν· ἀντὶ τοῦ ὀργίλως. καὶ πρὸς βίαν, ἀντὶ τοῦ βιαίως· καὶ πρὸς εὐσέβειαν, ἀντὶ τοῦ εὐσεβῶς· καὶ πρὸς ἀλήθειαν, ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς. καὶ πολλὰ ἕτερα λέγεται οὕτως ἀντὶ ἐπιῤῥήματος· nempe in iſtis phraſibus nomen cum praepoſit. ponitur pro aduerbio. Ibid. Sophocles v. 466. πρὸς εὐσέβειαν (pie) ἡ κόρη. V. ad Acharn. 73. *Bergl.*

1026. f. (1030.) ἄκροισι χρώμενος τοῖς ἱστίοισι. Metaphora a nauigantibus, qui contrahunt vento nimio turgida vela. Eurip. Med. 522. δεῖ μ', ὡς ἔοικε, μὴ κακὸν Φῦναι λέγειν, ἀλλ' ὥστε νηὸς πεδνὸν οἰακοστρόφον ἄκροισι λαίφους ηραςπέδοις (ſummis veli oris) ὑπεκδραμεῖν τὴν σὴν σόμαργον, ὦ γύναι, γλωσσάλγίαν. V. Not. ad Eqq. 433. et hic in Ran. ad 1251. *Bergl.*

1028. (1001. Br.) μᾶλλον, μᾶλλον — Semel tantum in C. ſcriptum hoc aduerbium. *Brunck.*

1030. (1034. f.) x) τὸ πνεῦμα. Intelligit θυμοῦ πνοάς, vt loquitur Euripides Phoen. 411. i. e. iracundiam Aeſchyli, vento vehementi ſimilem, quae ipſum, tamquam nauem abreptura ſit, niſi ſedetur; itaque, dum nimium flat ventus iracundiae, iubet Aeſchylum verba contrahere, vbi autem remiſerit, tunc paſſis velis inuehi. *Bergl.*

1031. (1036. Kuſt.) πυργώσας ῥήματα σεμνά. Vid. Schol. ad Pac. 748. y) et Adr. Iunii [Prouerb.] Cent. II, 86. *Kuſt.*

1032. (1004. Br.) Ex h. l. profecit Antipater Theſſal. epig. LVII. quod quia breue eſt, integrum adponam [Iacobs Anth. Gr. II. p. 110. f.]:

Ὁ τραγικὸν φώνημα καὶ ὀφρυόεσσαν ἀοιδὴν z)

---

x) Ante Brunk. erant duo verſus:

πνεῦμα λεῖον
καὶ καθ. λάβῃς.

y) Locum in Pac. 748. ἐποίησε τέχνην μεγάλην κἀπόργωσ' οἰκοδομήσας (vbi v. Not.) et Antipatri epigr. (v. not. Brunk.) laudauit etiam *Bergl.* Senſus: qui alte exſtruxiſti (cumulaſti) verba grandia.

z) Haec quoque e Ran. 951. f. petita eſſe docet Iacobs. Anim. ad Anth. II, I. p. 335.

πυργώσας ϛιβαρῇ πρῶτος ἐν εὐεπίῃ,
Αἰσχύλος Εὐφορίωνος, Ἐλευσινίης ἑκὰς αἴης
κεῖται κυδαίνων σήματι Τρινακίην.

Brunck. κρουνὸν ἀφιέναι, emittere riuum (die Schleusen aufziehen, *Conz.*) dicitur, qui verborum flumen emissurus est.

1033. *a)* τῇ ξυντυχίᾳ. Qua voce vsus fuerat ipse Aesch. Suppl. 93. μέλαιναι ξυντυχίαι. *Spanh.*

1034. πρὸς αὐτὸν quod pro πρ. τοῦτον ex vtroque suo libro recepit Inu., metri lex respuit. τοῦτον igitur reponendum. In fine versus videntur plerique intpp. ellipsin admisisse: *volo* (vt Bergl.), aut, faciam, contendam; qua tamen non est opus; imo conuertit statim se ad Euripidem.

1035. (1008. Br.) Pro χρὴ [vt olim vulg.] cod. E. habet δεῖ, quae verba saepissime commutantur. *Brunck.* Non tamen videtur Aristophanes duobus versibus deinceps idem verbum repetiisse.

1036. νουθεσίας *b)*. Vocem hanc, tamquam minus Atticam, damnat Thomas M. [p. 630.]. Sed frustra est. *Brunck.* in Suppl. v. Oudend. ad Tho. et Piers. ad Moer. p. 270. qui tamen in Eurip. Herc. Fur. 1247. νουθετήσεις pro νουθεσίας scripsit, quod et ab Herm. receptum est.

1037. In quarta sede anapaest. Arist. ita saepe anapaestum πόλεσιν, πόλεων legi docuit Porson. praef. ad Eurip. I. p. LVI.

1038. (1043. K.) ἐκ χρηϛῶν καὶ γενναίων μοχθηροτάτους. Neque vero solus id Euripidi obiicit Aeschylus, sed ipse quoque Aristot. Poët. 25. *c)* ὀρθὴ δὲ ἐπιτίμησις

---

a) Incipit hinc vulgo Act. IV. scena II. Versus sunt anapaestici Aristophanei.

b) Itaque non recte Tho. M. reiicit νουθεσία. Illustrat h. l. Victor. 34. Var. lect. 1. vbi de fructu, qui e poëtis legendis capitur. *Duck.*

c) c. 26, 31. ed. Herm. vbi ἀλογίας et μοχθηρίας et paulo post χρήσηται recte legitur. In ed. Tyrwhitt. c. 46. ἀλογία et μοχθηρία seruatur.

καὶ ἀλογία καὶ μοχθηρία (recte autem tum reprehenditur poëta et praeter rationem improbeque dicitur feciſſe), ὅταν μὴ ἀνάγκης οὔσης χρήσεται τῷ ἀλόγῳ, ὥςπερ Εὐριπίδης τῷ Αἰγεὶηου (D. Heinſio Αἰγίσθου) πονηρίᾳ d), ὥςπερ ἐν Ὀρέςῃ τοῦ Μενελάου. Haud diſſimilem πονηρίαν Menelai exhiberi ab eodem Euripide in Androm., quum nihil eſſet neceſſe, obſeruat in notis ad ſuperiora Ariſtot. verba Heinſius. Addo, quod e Comico infra redarguitur idem Euripides, quod mulieres omnes malas fecerit, et quidem Menalippas, Phaedras; neque vspiam Penelopes temperantem vitam fuiſſe tradiderit; de ſe vero dicat Aeſchylus v. 1075. ſe nuspiam Phaedras produxiſſe meretrices, nec Sthenoboeas. Mitto, quod ab Ariſtot. arguitur alibi idem Euripides, quod ridicula ſint, quae dicit Helena in cognomine dramate, quibus illa ſe ad matrem interficiendam compulſam tradit. *Spanh.* ἀπέδειξας. In Plut. 210. βλέπουτ' ἀποδείξω σε. In Veſp. 1478. τοὺς τραγῳδοὺς ϕησιν ἀποδείξειν Κρόνους. v. ad Eqq. 814. *Bergl.*

1039. τεθνάναι. Ridiculi cauſa hoc dicit Comicus. Nam Euripides apud inferos iam verſabatur, vtpote mortuus: qui proinde poenae cauſa mortem iterum ſubire non poterat. *Kuſt.* Quomodo morietur mortuus? Sed eſt hyperbole, vultque ſignificare illum digniſſimum eſſe, vt vel bis moriatur; non enim curamus, an aliquid ſit poſſibile, quum rem exaggeramus; in Plut. 483. ἱκανοὺς νομίζεις δῆτα θανάτους εἶναι σοι. Forte etiam, vt Schol. putat, ridiculi cauſa hoc dicitur. Quod ſi conuenienti mortuum ſupplicio voluiſſet afficere, debebat dixiſſe: *reuiuiſcendum illi eſſe;* vt ille mortuus ſupra v. 177. quum vellet ſibi maximum malum imprecari, dicebat, ἀναβιώην πάλιν. Sed talis poena Euripidi haud ingrata fuiſſet, quia non fuerat adeo perofus lucem, vt non vellet rurſus viuere; hinc etiam infra v. 1571. increpat Bacchum, quod ſe patiatur mortuum: ὦ σχέτλιε, περιόψει με δὴ τεθνηκότα; *Bergl.*

1040. (1013. Br.) τοίνυν οἴους. Sic tres codd. Inſertam vulgo particulam [γ'] ſolus agnoſcit B. vid. ſupra ad

---

d) Ap. Herm. recte: Εὐρ. ἐν τῷ Αἰγεῖ, ἢ τῷ πονηρᾷ, ὥςπερ — ap. Tyrwhitt. Εὐρ. τῷ Αἰγεῖ, ἢ τῇ π. — cf. Tyrwhitt. Not. p. 213.

321. *Brunck.* Etiam Bau. γ' poſt τοίνυν omittit, neque Inu. reſtituit.

1041. (1046. K.) τετραπήχεις i. e. *proceros.* Statura enim procera apud veteres habebatur ea, quae quatuor cubitorum ſiue ſex pedum menſuram impleret. v. Caſaub. ad Sueton. [Tiber.] c. 68. *Kuſt.* Infra Veſp. 547. ἄνδρες μεγάλοι καὶ τετραπήχεις, vbi notat Ta. Faber, hanc quatuor cubitorum menſuram non excedere iuſtam hominis menſuram. De Goliath certe, Philiſtaeo gigante, ſeu qui iuſtam iliam menſuram excederet, dicitur 1. Sam. XVII, 4. *altitudinis ſex cubitorum et palmae,* prout habet etiam, et iuxta Hebr. contextum, praeſtantiſſimus codex Alex. ſeniorum: ὕψος αὐτοῦ ἓξ (non, vt Vatic. τεσσάρων, ac ſi τετραπήχυς demum fuiſſet) πήχεων καὶ σπιθαμῆς. Notum praeterea, quod de Hoghi Regis ac Riphaeorum progenie dicitur Deut. III, 11. *lecti eius longitudinem fuiſſe nouem cubitorum, latitudinem vero quatuor cubitorum, ad menſuram cubiti eiusdem;* de quibus poſtremis verbis conſuli poſſunt interpretes. Haud mirum vero videri debet, τετραπήχεις hic et alibi apud eumdem Comicum de *viris iuſtae ſtaturae* vel *magnitudinis* intelligi, quum vtique ſex pedes vulgo apud Romanos iuſta hominis ſtatura cenſeretur, et qui ſeptimum pedem implerent, gigantum loco haberentur, vt e Sidonio Apollinari ad Suet. in Tib. c. 68. monuit Caſaubonus. Vt vero τετραπήχεις, ratione ſtaturae, ſic τετράγωνοι a Graecis, vt pridem ad Iuliani Caes. vidimus p. 280. et 443. dicti de viris in propoſito conſtantibus et aduerſus quosuis fortunae ictus paratis; iuxta illud Simonidis: ἀνὴρ τετράγωνος ἄνευ ψόγου τετυγμένος, a Platone bis in Protag. p. 339. et 344. adductum. *Spanh.*

διαδρασιπολίτας. Sic vocat ciues, qui prae ignauia moleſtias et pericula pro republ. ſubeunda ſubterfugiebant, et emolumenta tantum praemiaque viris fortibus debita captabant: quos poëta noſter egregie deſcribit, et ſimul aceto comico perfundit in Acharn. 601. vbi tales homines διαδεδρακότας vocat. *Kuſt.*

1043. (1048. K.) πνέοντας — λόγχας — θυμούς. Chion epiſt. 3. καὶ μηδὲν ἔτι ἐκείνου τοῦ ἀδίκου καὶ ἁρπακτοῦ Ἄρεος πνέοντας. Eurip. Phoen. 189. οἱ πνέοντες μεγάλα. Comicus Eqq. 435. ὡς οὗτος ἤδη παιδὸς καὶ συ-

κοφαντίας πνεῖ. Soph. Electr. 612. ὁρῶ μέλος πνέουσαν. *Bergl.* λευκολόφους τριφαλείας *e)*. Infra v. 1561. τοῦ Λευκολόφου, et Conc. 641. ἡ Λευκόλοφος πάππαν με καλεῖ. Eurip. Phoen. 120. τίς οὗτος ὁ λευκόλοφος; *quis ille fulgenti cono?* qui verſus cum ſequenti ad ingreſſum Valeriani imp. in deorum conuiuium a Iuliano Imp. in Caeſaribus adducitur. *Spanh.* τριφαλεία λευκόλοφος eſt galea inſignis alba criſta, ſed πήληκες ſunt *caſſides.*

1044. ἑπταβοείους. Ouid. Met. [XIII, 2.] *clypei dominus ſeptemplicis Aiax. Bergl.* H. l. ſunt animi Aiacis ſeptemplicem clypeum geſtantis, i. e. heroici.

1045. (1018. Br.) Primam huius verſus partem Euripidi, alteram Baccho tribuunt impreſſi, cui totum melius adſcribunt membr. *f)*. In cod. E. totus hic verſus cum ſequente Euripidi tributus eſt. *Brunck.* In Nubb. 907. αἰβοῖ, τουτὶ καὶ δὴ χωρεῖ τὸ κακόν. πρανοποιῶν. Scholiaſtes: πράνη καὶ λόφους διηγούμενος. Similiter Virgil. Ecl. VI, 62. Tum Phaëthontiadas muſci circumdat amarae Corticis, atque ſolo proceras erigit alnos, i. e. canit, illa ita eſſe facta. αὖ commode adhibetur in indignatione, quum aliquem idem taedioſe dicimus inculcare. Eurip. Rhes. 874. ὁ δ' αὖ τὸν αὐτὸν μῦθον οὐ λήξει λέγων. *Bergl.* ταύτῃ *(illuc)* pro τουτὶ legi vult *Reisk.*

1046. (Br. 1019.) Vulgo ſic legitur hic verſus conſentientibus tribus e meis codicibus:

καὶ σὺ τί δὴ δράσας, αὐτοὺς οὕτως ἀνδρείους ἐδίδαξας;

Quae ſcriptura in legem commatum anapaeſticorum offendit *g)*, quam ſi bis aut ter ad ſummum apud Comicum

---

e) τριφαλείας ſcribi iuſſit *Reisk.*

f) Brunk. Höpfn. et Conz. verſui nomen Dionyſi praefixerunt, antiquum ordinem reſtituit Inu. codicibus ſuis obſequutus. Sed magis conuenit Dionyſo dicere: iam procedit hoc malum (h. e. imminet mihi hoc malum); enecabit me galeas faciens (galeatos introducens).

g) Verſus hic anapaeſticus caeſura caret, quod indicium eſt, turbatum hic aliquid eſſe et corruptum. Quare praeferenda hic eſt lectio cod. Ms. Vatic. U., qui recte ſic habet:

καὶ σὺ τί δράσας οὕτως αὐτοὺς γενναίους ἐξεδίδαξας.

Kuſt. Bentleius in epiſt. ad Millium Malalae ſubiecta p. 21. e Ms. Oxon. καὶ σὺ τί δρ. οὕτως αὐτ. γενναίους ἐξεδ. quod probat

violatam reperias, aut ex ineluctabili neceſſitate id factum, aut labem contraxerunt a librariis hi verſus, quos ſuis ſingulos locis examinabimus. In Vat. cod. cuius collationem habuit Kuſt. et in Oxon., cuius meminit Bentlei. Ep. ad Mill. p. 21. atque in cod. E. [quem ſerius contulit Brunk.] legitur: *καὶ σὺ τί δράσας οὕτως αὐτοὺς γενναίους ἐξεδίδαξας*; Eamdem lectionem exhibet C. [et Borg.], niſi quod pro *γενναίους* ibi eſt *ἀνδρείους*, quod e gloſſemate ortum videtur. *καὶ* et *δὴ* ſimul in verſu ſtare non poſſunt; alterutra particula eiicienda erat: tametſi primam tuentur tres memorati codd., alteram, vt magis aptam, praefero. *καὶ* e praeced. verſu male repetitum fuiſſe videtur. Animaduertendum eſt frequens librariorum peccatum in omittendis praepoſitionibus verborum compoſitorum, cuius plurima iam exempla oſtenderunt hae notae. Vid. ad Lys. 408. *Brunck.*

1048. (1053. K.) *δρᾶμα ποιήσας Ἄρεος μεσόν·* tragoediam nempe, quod ſequitur, *ſeptem ad Thebas;* de qua ſimiliter Gorgias ap. Plutarch. Symp. VII, 9. 10. p. 715. [T. III. P. II. p. 946. f. ed. Wyttenb.] *καὶ οὐχ ὡς Γοργίας εἶπεν, ἓν τῶν δραμάτων αὐτοῦ μέγιστον Ἄρεως εἶναι τὰς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. Spanh. ποῖον*; Interrogationem hanc Baccho tribuunt B. C. D. Euripidi vulgo adſcripta eſt. *Brunck.*

1050. (1023. Br.) *Θηβαίους — ἀνδρειοτέρους* — Gloſſa: *τῶν Ἀργείων, ὧν πολὺ κατὰ πόλεμον πλέος.* Aeſchylum vituperat Bacchus, quod in *Septem ad Thebas* dramate Thebanos fortiores Argiuis exhibuerit, qui tamen bellica laude Thebanis ſint multo clariores; ſed alio ſenſu verba iſta accipit Aeſchylus, inde occaſionem ſumens Athenienſes carpendi, ob neglectum bellicarum artium ſtudium. *Brunck.*

1052. (1025. Br.) *αὖτ'*. Gloſſa *τὰ πολεμικά. Brunck.* Scilicet rerum bellicarum ſtudia dicuntur.

---

etiam ob eam cauſam, quod in anapaeſtico poſt quartum pedem non debet relinqui ſyllaba, quae faciat caeſuram. *Duck.* In hac lectione vis eſt et ſonus, vt debet, in *σύ*, quod ſecus eſt in ea, quam e Rau. recepit Inu.: *καὶ τί σὺ δρ. οὕτ. αὐτ. γενναίους ἐξεδίδαξας*; Brunk. et Höpfn. dederunt: *σὺ τί δὴ δρ. σὺ. αὐ. γενν. ἐξεδ.* ſed Höpfn. mallet ſcripturam cod. Vatic. retineri.

1053. (1058. K.) τοὺς Πέρσας. Quod tamen drama ante illud *Septem ad Thebas* ab Aeſchylo editum hic a Schol. dicitur. Verum potior omnino Ariſtophani fides hic habenda, qui Aeſchylo fermè ſuppar Athenis exſtitit, ac de tempore acti illius dramatis certo potuit ſtatuere. *Spanh.* In hac, quae vulgo [ante Br. et Inu.] obtinet, lectione obſeruet velim *εἶτα* et *μετὰ τοῦτ'* eſſe, quod mox Aeſchylo exprobrabitur *δὶς ταυτὸν εἰπεῖν*. In duobus codd. reperi *μετὰ ταῦτ' h)*. Notum eſt ſaepe commutari *μετὰ* et *κατά*: inde ad meliorem et veram lectionem coniectura ductus ſum: *εἶτα διδ. τ. Πέρσας, κατὰ ταῦτ' ἐπιθ. ἐδίδ. Brunck.* Nihilo magis tautologum *εἶτα μετὰ τοῦτο* (vel codd. *ταῦτα*) quam *εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις* Nub. 971. et ſimilia. Nihilo magis tautologum quam Au. 811. *εἶτα τοῖς θεοῖς θῦται μετὰ τοῦτο*, aut illud Philemonis ap. Stob. p. 395. ed. Grot. *ἔπειτα μετὰ ταῦτ' εὐθὺς εὑρέθη θανών*. Solipater Athen. IX. p. 378. B. *ἔπειτα μετὰ ταῦτ' εὐθὺς ἀρχιτεκτονεῖν*. Sed ſiue *μετὰ τοῦτο* legis ſiue *κατὰ ταῦτά*, numeri ſunt peſſimi *i)*, quod et ipſe Brunkius in ſimili verſu Ach. 636. ſenſit. Articulum *τοὺς* omittunt tres Mſs. quos ipſe contuli, neque dubito, quin cum iis conſpirent alii. Ergo legendum:

εἶτα διδάξας Πέρσας μετὰ ταῦτ', ἐπιθυμεῖν ἐξεδίδαξα. Fortius eſt hoc, quam ſimplex *ἐδίδαξα*: deinde melius iunguntur, *διδάξας ἐξεδίδαξα*: porro hoc ipſum mendum paullo ante corrupit caeſuram v. 1031. quem ex Mſs. reſtituere editores. *Porſon.* praef. ad Eurip. T. I. p. LV. ſ.

1054. (1027. Br.) *νικᾷν αἰεί.* Sic membr. Reliqui *ἀεί. Brunck.*

1055. (1028. Br.) Vulgo legitur, ſine vlla metri forma *k)*:

---

h) *μετὰ ταῦτα* Elb. et Bau. *μετὰ ταῦτ'* ex vtroque ſuo libro reſtituit *Inu.*

i) Scilicet caeſuram non fieri in praepoſitione vel articulo docuit Porſon. p. LIV. In Elb. et Bau. pro *ἐδίδ.* eſt *ἐποίησα.*

k) Neque vero ea emendatur lectione, quam ex vtroque ſuo libro dedit Inu. imo magis etiam corrumpitur: *ἐχάρην γοῦν, ἡνίκα ἤκουσα περὶ Δαρείου ταῦν.* Recepit tamen Höpfn. nihil opponi poſſe ratus.

ἐχάρην γοῦν ἡνίκ' ἤκουσα περὶ Δαρείου τοῦ τεθνεῶτος. Nihil differunt tres codd. *l)* e quibus fabulam hanc emendaui, nisi quod articulum τοῦ omittunt, et recte quidem. E coniectura reposui:

ἐχάρην γοῦν ἡνίκ' ἐπήκουσ' ἂν *m)* περὶ Δαρείου τεθνεῶτος,

qua scriptura anapaesto saltem consultum erat. Sed nunc e cod. C. genuinam, quae sua se simplicitate commendat aptioremque multo lectionem proferam, quam auctori suo restituat lector:

ἐχάρην γοῦν ἡνίκ' ἀπηγγέλθη περὶ Δαρείου τεθνεῶτος. *Brunck.* Frustra hic aestuant Scholiastae, quod in hoc *Persarum* dramate Darii mors non adnuncietur *n)*: quum tamen de regis illius obitu fiat non solum in eodem mentio, sed defunctum eumdem lugeat laudibusque prosequatur senum Persarum chorus, imo eiusdem animam seu idolum ex inferis euocet, quod futuram Persarum cladem iis adnuntiat. *Spanh.*

1056. (1061. Kust.) Non ἰαυοῖ quidem a choro Persarum senum, acclamantium in memoriam exstincti Darii, sed ἔ ἔ, ἰὴ ἰή, et αἲ αἲ, lugentium formulae in eo dramate adducuntur. *Spanh.*

1057. (1030. Br.) ταῦτά γ' ἄρ'. Vulgo γὰρ — *Brunck.* Passim Brunk. γὰρ particulam, sibi minus intellectam, solet mutare: quod minime probandum. *Hotib.*

1059. (1064. Kust.) Ὀρφεὺς — κατέδειξεν. Quod dixit similiter Eurip. Rhes. 943. Μυσηρίων τε τῶν ἀπορρήτων φωνὰς (voces) Ἔδειξεν Ὀρφεύς *o)*. Et in Anthol. I.

---

l) Quartum cod. E. addidit Br. in Suppl. igiturque vnum tantum codicem veram lectionem exhibuisse monet.

m) Nec ἐπήκουσ' codicibus nititur, nec ἂν locum habet commodum.

n) In Persis Aeschyli, qui hodie exstant, Darii mortui vmbra ab inferis euocatur et apparet, sed ibi chorus nullibi manus complodens dicit ἰαυοῖ, vt et Schol. notauit: quare videntur duae editiones illius dramatis fuisse, vt etiam putarunt quidam veterum, eodem tefie; vt Comicus non ad illud respiciat, quod exstat. *Bergl.* At videtur Comicus omnino non laudare locum diligenter voluisse.

o) Apud Eurip. Rhes. 945. Musae dicunt: Μυσηρίων τε τῶν ἀπορ-

c. 25. ep. 9. [Damageti V, 5, ap. Brunk. Anal. II. p. 39.] de Orpheo: καὶ τελετὰς μυηρίδας εὗρετο Βάκχου. Vnde etiam Ὀρφεοτελεσταὶ olim dicti facrorum arcanorum myftae, vt ap. Theophr. περὶ δεισιδ. [char. 16, 3. vbi v. intpp.] et Athen. V. p. 198. Sed haec de Orpheo, myfticae gentilium theologiae parente, iam trita. *Spanh.* Suidas V. Ὀρφεύς fcribit etiam ferri librum illius Τελετάς, fed ab aliis Onomacrito tribui. Interpres ibi *initia* vertit, Kufterus laudans hunc locum Comici, *ritus facrorum.* Sane τελεταὶ vtrumque notat. Hefych. τελεταί, θυσίαι, ἑορταί, μυσήρια. Seru. in VI. Aen. 645. *Orpheus primus Orgia inftituit.* Orgia autem generali appellatione dicuntur omnium facrorum cerimoniae. *Duck.*

1060. Μουσαῖος δ' ἐξακέσεις τε νόσων. Quam hic Mufaeo *p)* laudem tribuit Aefchylus, eam in cognomine apud eumdem dramate fibi vindicat Prometheus v. 437. vbi, poftquam dixiffet: εἴ τις εἰς νόσον πέσοι, addit continuo: Ἐδειξα κράσεις ἡπίων ἀπεσμάτων, Αἷς τὰς ἁπάσας ἐξαμύνονται νόσους. *Spanh.*

1062. (1035. Br.) κλέος ἔσχεν. Perperam vulgo ἔσχε, eadem menda, quae in v. 362. Male inuerfus ordo in IV. codd. *q)* τιμὴν ἔσχε καὶ κλέος. Sunt eiusmodi traiectiones in codd. frequentiffimae, quas vbi obferuarunt primi editores, voces ad metri legem collocarunt. Sed fupererant huius generis labes adhuc permultae, quarum aliquot diligentiam meam fugerunt. [v. ad Vesp. 247. quem verfum h. l. emendat] *Brunck.*

ῥήτων φάνες (reuelationes) ὑδειξεν Ὀρφεύς. — Μουσαῖόν τε σὺν σεμνὸν πολίτην κἀπὶ πλεῖστον ἄνδρ' ἰὼν ἐλθόντα Φοίβου σύγγονοί τ' ἠσκήσαμεν. Iisdem quibus Comicus verbis de Orpheo Demofthenes c. Ariftog. [II. p. 772. Reisk.] ὁ τὰς ἁγιωτάτας ἡμῖν τελετὰς καταδείξας Ὀρφεύς. *Bergl.* De voc. τελετὴ cf. Fifch. ad Plat. Phaed. 13, 49. ὁ τῆς τελετῆς ποιητὴς Orpheus dicitur ap. Clem. Alex. Coh. p. 15, 8.

p) Fragmenta ex eius Oraculis et medicis fcriptis habet Paffow in Introd. ad Mufaei carmen de Hero p. 60. fs. Add. Fabric. B. Gr. I. p. 120. f. Harl.

q) Recte voces in cod. E. collocatae: ἀπὸ τοῦ τιμὴν καὶ κλέος ἔσχε. Sed ν paragogicum metri lex requirit. *Brunck.* in Suppl. In codd. Elb. et Bau. ita vt in 4. illis legitur.

1063. (1068. Kuſt.) Πανταυλέα. Hunc rudem et ineptum fuiſſe teſtatur Eupolis ap. Schol.: Πανταυλέης σκαιός. *Bergl.*

1065. (1070. K.) Adducuntur hic in Scholl. poëtae verſus, ad quos reſpicit Comicus, qui nempe de Alexandro ſeu Paride dicuntur Il. γ, 337. 338. *Spanh.* Senſus eſt: nuper, quum pompam ageret, prius galea capiti impoſita et circumligata tum criſtam alligare ei voluit.

1066. (1071.) Λάμαχος ἥρως. In Acharn. 574. et 578. ὦ Λάμαχ' ἥρως. *Bergl.* Videtur Comicus, qui aegre fecerat Lamacho, forti duci, qui externo etiam habitu et adſpectu terrere alios ſtudebat, in Acharn. 270. et 566., eum reſtituere ſuo honori h. l. voluiſſe. *Conz.* πολλοὺς ἀγαθούς eſt vſitata formula, quam recte Inu. et Höpfn. ex Rau. reſtituerunt, quum vulgo eſſet πολλοὺς ἀγαθοὺς — Illuſtrauit illam Sluiter. Lect. Andoc. p. 143. vbi κἀγαθοὺς h. l. ſcribi iuſſit, neſciens ita iam editum eſſe. ὅθεν mox ad Homerum eſt referendum, cuius exempla exprimendo (ἀπομαξαμένη) finxit ſimiles heroas.

1069. (1042. Br.) Perperam in nonn. edd. legitur αὐτόν. ἀντεκτείνειν αὐτὸν αὐτοῖς ſe ex aequo iis extendere, eſt, exaequare ſe iis.

ὁπόταν σάλπιγγος ἀκούσῃ. Reuocant iſta mihi verba in memoriam locum Aeſchyli in S. Th. qui ad hunc diem menda inquinatus fuit. Eſt vbi de Tydeo nuntius ad regem refert 394.

μάχης δ' ἔρῶν,
ἵππος χαλινῶν ὡς κατασθμαίνων, μένει,
ὅστις βοὴν σάλπιγγος ὁρμαίνει μένων.

Quis μένει, μένων duorum continuorum in ſenariorum fine a poëta eſſe credat? Scripſerat ille procul dubio:

ὅστις βοὴν σάλπιγγος ὁρμαίνει κλύων r).

Virg. Georg. III, 83. Tum, ſi qua ſonum procul arma dederé, ſtare loco neſcit. *Brunck.*

1070. (1075. K.) οὐ Φαίδρας ἐποίουν πόρνας s). Vide notata paulo ante ad 1043. Quibus addam ſolum,

r) Nec Schützius nec Bothius huius coniecturae memores fuerunt, quamquam illum etiam μένει — μένων offendit.

s) Nempe non, vt Euripides, de quo Thesm. 553. ἐξεπίτηδες εὐ-

quod ab vna e Cerealia agentibus mulieribus ad excusandum Euripidem dicitur Thesm. 504. εἰ δὲ Φαίδραν λοιδορεῖ, ἡμῖν τί τοῦτ' ἔς; Vt mittam, quod mox ab ipso Eurip. dicitur, id iam ante de Phaedra ab aliis dictum. *Spanh.* Sthenoboea, ap. Hom. Anteia, quum frustra Bellerophontem sollicitasset, eum apud Proetum maritum est criminata. v. Hom. Il. VI, 155. ff. *Conz.*

1071. (1044. Br.) οὐκ οἶδ' εἰς ἥν τιν' ἂν ἐρῶσαν πώποτ' — Versus claudicat, qui sic numeris suis restituendus est: οὐκ οἶδ' εἰς ἥν τιν' ἐρῶσαν ἐγὼ πώποτ' ἐποίησα γυναῖκα. Vocem ἐγὼ addidi ex Ms. Vatic. U. *Kust.* Sic optime A. C. vt Vat. cod. Kustero adhibitus. Perperam vulgo: ἥν τιν' ἂν ἐρῶσαν πώποτ' tribrachy pro pede quatuor temporum posito. *Brunck.* Quum semel corruptus esset locus (οὐκ οἶδ' εἰς ἥντιν' ἐρῶσαν π. ἐπ. γ.) medicinam facere conati sunt librarii, alii ἄν, alii ἐγὼ addentes. Non vulgatae lectionis errores ambitiose ostendam, neque Invernizii ineptias *t)* exagitabo; melius erit verbo monere, veram lectionem a cod. Rau. seruari; οὐκ οἶδ' οὐδεὶς ἥντιν' ἐρῶσαν πώποτ' ἐποίησα γυναῖκα. *Porson.* ad Eur. Hec. 788. Mirum ab Aeschylo hoc dici, aut illi hic a Comico tribui: quasi nesciret se vspiam amantem adduxisse in scenam mulierem. Idem tamen in Agamemnone Clytaemnestram, regis illius regum vxorem, quum adulteram, tum mariti etiam caedis cum adultero eius auctore conscium tradit: quodque est illius dramatis argumentum. *Spanh.*

1072. Antea vulgatum οὐ γὰρ ἐπῆν, quod Inu. auctoritate cod. Rau. mutauit in οὐδὲ γὰρ ἦν, videtur tamen praeferendum esse, quia ἐπεί sequitur.

1073. Sensus est: tibi tuisque plurima semper insideat Venus; h. e. in vos imperium saeuum exerceat.

ρίσκων λόγους, ὅταν γυνὴ πονηρὰ ἐγένετο, Μενελίππας πειῶν, Φαίδρας τε· Πηνελόπην δὲ οὐ πώποτ' ἐποίησεν, ὅτι γυνὴ σώφρων ἔδοξεν εἶναι. *Bergl.*

t) Is edidit: οὐκ οἶδ' οὐδ' εἰς ἥντιν' ἐρῶσαν 'γὼ πώποτ' ἐποίησα γυν. Ita et metri leges violantur et 'γώ, quod in cod. non est, vnde apostrophum habeat, non patet.

1074. (1079. K. 1047. Br.) ὥςε γε καὐτόν σε κατ' οὖν ἔβαλεν. Sic membr., vt Vatic. cod. v) Tmesis est: ὥςε γ' οὖν καὶ αὐτόν σε κατέβαλεν. Vulgo κάτω 'νέβαλεν, quod leui manu Valcken. emendat ad Eur. Hipp. 934. κάτω γ' ἔβαλεν. Sed codicum lectionem praefero. In C. κατουνάβαλεν. Glossa μεμοίχευσαι γὰρ τὴν γυναῖκα. Coniunctim scriptum in cod. E. κατουνέβαλε. *Brunck.* Sensus: vt etiam te ipsum perdidit. Brunkii emendationem probat et tmesin illustrat *Schäfer.* ad Long. Past. p. 418.

1075. (1080. K.) Forte alludit hic poëta ad Cephisontem, quem cum vxore Euripidis rem habuisse ferunt, teste Schol. supra ad 975. *Kust.* Nam coniux eius videtur adultera fuisse. Thom. Mag. in Eurip. vita: φωράσας δὲ τὸν αὐτοῦ ὑποκριτὴν Κηφισοφῶντα ἐπὶ τῇ γυναικὶ καὶ τὴν ἐντεῦθεν μὴ φέρων αἰσχύνην σκωπτόμενος ὑπὸ τῶν κωμῳδοποιῶν, ἀφεὶς τὴν Ἀθήνησι διατριβὴν εἰς Μακεδονίαν ἀπῆρε παρὰ τὸν βασιλέα Ἀρχέλαον. Comicus v. 974. (971.) Κηφισοφῶντα μιγνύς, vbi v. Not. *Bergl.*

1076. Vitiose expressum in ed. Lips. ἃ (pro αἳ) 'μαί. Excidit ι in fine versus.

1077. (1050. Br.) ὅτι γενναίας καὶ γενναίων — Sic bene IV. codd. x), quibus accedit Vatic. y). Perperam primariae edd. γενναίους καὶ γενναίων. Peius Phil. Iunta, vnde reliqui sumserunt, γενναίους καὶ γενναίας. In procliui tamen erat errorem Ald. editionis corrigere. *Brunck.*

1078. (1051. Br.) κώνεια πιεῖν. Sic recte membr. vt Vat. cod. Vulgo πίνειν cum versus labe. Prima in πίνειν producitur z). Sed quis hoc ignorat? quis, vt tales eluat

---

v) Rectius Ms. Vat. U. κατ' οὖν ἔβαλεν, pro κατέβαλεν οὖν, per tmesin poëtis familiarem. *Kust.* τοῦτό γέ τοι δή, quod sequitur, illustrat Porson. praef. ad Eurip. I. p. LV. Mirum est, quod Reisk. coniecit: τοῦτό γε ποινή, *und das zur Strafe.*

x) Eadem cod. E. scriptura est, quae ceterorum, quam in textu repraesentauimus. Seq. v. male habet πίνειν. *Brunck.* in Suppl.

y) Scribe, vt habet Ms. Vat. U. ὅτι γενναίας καὶ γενναίων ἀνδρῶν etc. γενναίων habet etiam ed. Ald. *Kust.* In Bau. et Borg. est, vt Br. Inu. Höpfn. dederunt. In Elb. pro γενναίους (vt olim lectum) est γενναίων.

z) Ms. Vat. U. recte κ. πιεῖν. Nam τὸ πίνειν, quod priorem lon-

mendas. codicum exſpectet adſenſum? quis vmquam credat, Bergierum, virum non indoctum, ſi ipſe edendi Ariſtophanis curam ſuscepiſſet, has ſordes in textu relicturum fuiſſe, poſtquam genuinae lectiones e veteri bonoque codice in Kuſt. notis prolatae fuerant? *Brunck.* κων. πιεῖν. Exemplo Sthenoboeae, quae quum Bellerophonti non potuiſſet perſuadere, vt cum ipſa rem haberet, eum accuſavit, quaſi vim ab eo eſſet paſſa; quumque deinde illius innocentia apparuiſſet, haec prae pudore cicutam bibit. Sic etiam Phaedra, quum priuignum ſuum Hippolytum fruſtra ſollicitaſſet ad concubitum, ſeipſam ſuspendit. Puto autem haec a Comico non ſine ironia dici; non enim fit verosimile, adulteras propterea, quia Euripides docuiſſet Sthenoboeam et ſimiles tragoedias, ſibi mortem conſciuiſſe pudore ductas. Quod ſi Euripides id potuiſſet efficere ſuis tragoediis, non reprehenſionem ſed laudem maximam fuiſſet meritus. *Bergl.*

1079. (1084.) λόγον τοιοῦτον [vt olim vulg.]. Metri gratia ſcribendum eſt λόγον τοῦτον, vt recte habet Ms. Vat. U. *Kuſt.* Videtur idem in aliis codd. repertum eſſe. Nam edd. nihil notarunt.

1082. (1087. K.) τοῖς δ' ἠβῶσι ποιηταί [vt ol. vulg.]. Vt verſus ſuppleatur, qui ſemipede breuior eſt, ſcribi poteſt: τοῖς δέ τοι ἠβῶσι ποιηταί. *Kuſt.* ἠβῶσι edd. priſtinae, non ἠβῶσιν γε. *Bergl.* Videtur tamen ἠβῶσιν γε in ceteris libris lectum eſſe; nihil enim ceteri edd. monent. Fiorillo ad Herod. Att. Rel. p. 151. legi iubet τοῖσιν δ' ἠβῶσι ποιηταί. Ad φράζει *Reisk.* adſcripſit: „Senſus κολάζει flagitat. vide num metrum admittat?"

1083. Schol. ἔστι δὲ Λυκαβητὸς ὄρος Ἀθηναίων. *Bergl.* Suid. V. Λυκαβητός laudat h. l. ſed corrupte, emendatus a Kuſt. in notis. Eſt autem mons Atticae, vt idem docet et Plin. H. N. IV, 7. Ait autem Suidas Λυκαβητοὺς et Παρνασσῶν μεγέθη dici ἐπὶ τῶν εἴς τι μεγαλαυχούντων. Παρνασσῶν μεγέθη dicit, quod eius montis altitudo celebratur ab antiquis. v. Bochart. Geogr. p. 469. *Duck.*

1084. (1057. Br.) Παρνασσῶν, vnico σ. Sic IV. codd. et primariae edd., recte. Sic etiam in poëtarum Latt. ac-

---

gam habet, metro repugnat. *Kuſt.* In cod. Bau. totus verſus deeſt.

curatis edd. ſemper legitur. Virg. Ecl. X, 11. Nam neque Parnaſi vobis iuga etc. *Brunck.*

1085. (1090. K.) *ὃν χρὴ φράζειν ἀνθρωπείως.* Strato Comicus ap. Athen. IX. p. 383. de quodam, qui verbis vtebatur a vulgari vſu alienis: *πλὴν ἑστούω γ' αὐτον, ἤδη μεταβαλεῖν ἀνθρωπίνως* (humano more) *λαλεῖν τε. Bergl.*

1086. *τά γε ῥήματα.* Iſtud *γε*, quod primi editores iam intruſere, eſt a mala manu et expungendum. Non eſt in cod. (E.), quem nunc verſo, et animaduertere debebam, particulam illam non vnum agnoſcere codicem e tribus, quos ante excuſum textum adhibui *a)*. Nullus dubito, quin abſit etiam in C., cuius rurſum adeundi facultas mihi amplius non ſuppetit. Satis ſit, in quatuor codd., qui nunc ad manum ſunt, illam non comparere: omnes habent: *ἴσα καὶ τὰ ῥήματα τ.* Addatur hoc exemplum iis, quae enotaui ad Pl. 1065. *Brunck.* in Suppl.

1089. (1062. Br.) *ἀμοῦ, ἃ ἐμοῦ.* Duae vocales per craſin in vnam coaleſcunt, vt produci poſſit, metro ita flagitante. Perperam in vett. edd. excuſum *ἃ 'μοῦ*: peius in Kuſt. *ἃ ἐμοῦ b). Brunck.*

1090. (1093. K.) *τοὺς βασιλ. ῥᾴκι' ἀμπίσχων.* Hoc nomine Euripides falſe ridetur a Comico noſtro in Acharn. 411. ſqq. *c). Kuſt. ἑλσεινοί.* Vulgo legitur *ἐλσεινοί*, ſyllaba vltra numerum excurrente, ita vt octonarius ſit acatalecticus, quo metro Ariſtophanem numquam vſum fuiſſe, nec vllum poëtam, conſtat. Iam typis deſcripta erat haec fabula, verſu ſic emendato, quum harum, quibus otium noſtrum impendimus, literarum decus et columen *David. Ruhnkenius*, donum mihi miſit pretioſiſſimum, Homericum in Cererem hymnum, quem praeter omnem exſpectationem e tenebris Meſcuae erutum ab erudito Germa-

---

a) Deeſt etiam in Elb. et Bau.

b) ἃ 'μοῦ. Ita edd. priſtinae; non ἃ ἐμοῦ. *Bergl.*

c) In Ach. 414. Εὐριπίδην, δὸς μοι ῥάκιόν τι τοῦ παλαιοῦ δράματος. In illo loco ſatis multi recenſentur pannoſi, quos Euripides introduxerat in tragoediis. *Bergl.*

no, egregio illuſtratum commentario, plaudentibus Muſis, in lucem edidit vir praeſtantiſſimus. Ibi eamdem formam, eodem quo vſus ſum iure, *licentiam* dixerit Flos Criticorum noſtrorum, reſtituit in hoc verſu: *τοῦ δὲ κασίγνηται φωνὴν ἐχάκουσαν ἐλεινήν*, vbi vt hic codd. ap. Comicum exhibent *ἐλεεινοί*, Mosqu. codex habet *ἐλεεινήν*. Verſus eſt integrae editionis 283. *d)* ad quem formam hanc adſtructam videas. In heroico illo verſu, ſicut in Comici anapaeſto, quin ea reponeretur, nulla erat cauſa: in Soph. laudato ſenario Philoct. 870. *τλῆναί σ' ἐλεινῶς ὧδε τἀμὰ πήματα*, aliisque vbi occurrit, non ita manifeſta cauſa eſt, quod alibi expendemus *e)*. *Brunck.*

1091. (1064. B.) *φαίνοιντ' εἶναι*. In A. B. *φαίνονται εἶναι*. In C. *φαίνωνται εἶναι*. Vulgo *φαίνωντ' εἶναι*. Sermonis indoles optatiuum flagitat, quo pacto vitatur etiam diphthongi elifio. In meo cod. hic verſus et praecedens omiſſi ſunt *f)*. Scripto v. 1062. (1089.) librarius deflexit oculos ad alterum *τί δράσας* in fine v. 1064. (1091.), quod ſaepiſſime contigit. — *τοῦτ' οὖν ἔβλαψα; τί δράσας*; Aliter locum hunc accipit Reiskius, ſublato interrogandi ſigno poſt *ἔβλαψα*, hac conſtructione: *τοῦτο οὖν δράσας τί ἔβλαψα g)*; meo iudicio, melius. Praeſtaret adhuc: *τοῦτ' οὖν ἔβλαψά τι δράσας*; *Num quid ergo hoc facto damni dedi? Brunck.*

1092. (1065. Br.) *τριηραρχία* munus erat publicum *h)*, ciuibus pro facultatum cenſu impoſitum. Qui illud declinare volebant, pauperes ſe eſſe cauſſabantur. Vid. in hanc rem Petitum de Legg. Att. p. 355. ſqq. *Brunck.*

---

d) 284. ed. recentiss. Atticos numquam *ἐλεεινός*, ſed ſemper *ἐλεινὸς* dixiſſe, docet Porſon. praef. ad Eur. I. p. VIII.

e) Brunk. tamen ibi (857. ed. Erf.) cumque eo alii *ἐλεινῶς*, Stephani emendationem, retinuerunt.

f) Etiam in Bau. deſunt.

g) In Reisk. Animm. legitur: *τ. οὖν δράσας τὶ ἔβλαψα.*

h) Rationem eius accuratius explicuit Wolf. Prolegg. ad Demoſth. Or. Leptin. p. C. ſs. Hoc tempore erat in eo, vt trierarchus naues publice aedificatas remigio et armamentis inſtrueret et tueretur.

1093. περισιλούμενος legi, metro aduerſante, iubet *Reiſk.* Mox χιτῶν (ἐξ) οὐλων ἐρίων eſt *tunica e molli lana texta*, quam *ſubtus* (ὑπένερθε) i. e. ſub pannis, habere dicuntur diuites.

1095. (1100. K. 1068. Br.) κἂν ταῦτα λέγων ἐξαπατήσῃ. Friſchlinus locum hunc male vertit, cuius ſenſus hic eſt: *Et cum his verbis homines deceperit, in foro piſcatorio identidem conſpicitur:* ad piſces nempe delicatiores, (quibus luxurioſi inter Graecos praecipue delectabantur) emendos. Ceterum in Ms. Vatic. pro παρὰ τοὺς ἰχθύας legitur περὶ τοὺς ἰχθ. quod magis placet. *Kuſt.* παρὰ τοὺς ἰχθῦς. v. ad Lys. 557. Perſpicue in IV. meis codd. παρὰ ſcriptum, non περί. Illud agnoſcit etiam Schol., ſiquidem in vocum textus expoſitione ſic habet: παρὰ τ. ἰχθῦς ἀνεκ. παρὰ τὰ ἰχθυοπώλια *i)*. Quod autem Kuſt. ait, in Vat. cod. eſſe περὶ τοὺς ἰχθῦς, id fide illius nititur, qui in eius vſum variantes illius codicis excerpſit. Probabile eſt, eum deceptum fuiſſe nota compendiaria librariis adhiberi ſolita pro παρά, tenuiſſimo diſcrimine ab ea differente, qua περὶ pingebant, quod obſeruaui ad Eurip. Phoen. 893. παρὰ cum Accuſat. tam in motus ſignificatione quam absque ea conſtruitur. Vid. quae notaui ad Apoll. II. 496. p. 76. et 222. Eurip. Phoen. 243. χορὸς γενοίμαν ἄφοβος παρὰ μεσόμφαλα γύαλα Φοίβου. Thesm. 489. ἡρεισόμην παρὰ τὸν Ἀγυιᾶ. *Brunck.*

1096. (1101. K.) λαλιὰν ἐπιτηδεῦσαι *k)*. Quod vtique λαλιᾶς ſ. loquacitatis in Eurip. vitium non vnus hic redarguit Aeſchylus, vt id iam ad v. 91. vidimus, adductis inter alia Plutarchi ea de re verbis, ſed quam in rem notabilia ſunt inprimis et quidem vbi de Aeſchylo et Sophocle tamquam ab ea garrulitatis labe, qua laborauerit Euripides, immunibus agit, et quae integra ad h. l. diſtulimus Ariſtidis verba Or. p. Quatuoru. p. 221. T. III. [Cant. f. 133. T. II. Iebb.] ὁρῶ δέ τι καὶ περὶ τὴν τραγῳ-

---

i) Apud Atticos enim ſaepe rerum nomina ponuntur de locis et foris, vbi illa venduntur. v. Pierſon. ad Moer. p. 551. ſ. vbi etiam vſus voc. ἰχθύες illuſtratur. Add. Schweighäus. Anim. ad Athen. II. p. 219.

k) In Nubb. 931. λαλιὰν μόνον ἀπεῖναι. *Bergl.*

δίαν, Αἰσχύλον μὲν αἰτίαν οὐ σχόντα, ὡς εἰσαγάγοι λαλιάν, οὐδὲ τὸν ἥδιστον εἰπεῖν Σοφοκλέα, οὐδαμοῦ ταῦτ' ἀκούσαντα, ὡς ἐπῆρεν Ἀθηναίους λαλεῖν, ὅτι οἶμαι τῆς σεμνότητος ὡς οἷόν τε μάλιστα ἀντείχοντο, καὶ πρεῖττονα ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς τὰ ἤθη παρείχοντο. Εὐριπίδην δὲ λαλεῖν αὐτοὺς ἐᾶσαι καταιτιαθέντα, ἀφελεῖν τι δόξαντα τοῦ βάρους καὶ τῶν καιρῶν· καὶ μετ' ἐκεῖνον (quae postrema supra iam adduximus ad v. 91.) αὖ πλεῖν ἢ ταδίᾳ λαλίστερα Ἀριστοφάνης μειράκια γενέσθαι φησι. Nempe vt istud proximis hic verbis dicitur, quod haec Euripidis loquacitas καὶ τὰς πυγὰς ἐνέτριψε τῶν μειρακίων. *Spanh.*

1097. ἢ ξενένωσεν τάς τε παλαίστρας. In Nubb. 1052. ταῦτ' ἐστι, ταῦτ' ἐκεῖνα ἃ τῶν νεανίσκων ἀεὶ τῆς ἡμέρας λαλούντων πλῆρες τὸ βαλανεῖον ποιεῖ, κενὰς δὲ τὰς παλαίστρας. *Bergl.* τὰς πυγὰς ἐνέτριψε *l)*. Qui rhetoricae, poëticae, aliisque huius generis artibus operam dabant, impudicitiae crimine notantur a Comico, tamquam aetatis flore magistris minerual soluentes *m)*. Idcirco Praxagora Conc. 112. disertissimos iuuenum esse ait, ὅσοι πλεῖστα σποδοῦνται. Hinc facetissimus iocus est Eqq. 428. *Brunck.*

1098. (1103. K.) Παράλους pro quibusuis *remigibus* hic dici notat Schol. Praeter vero duas illas sacras ac notissimas Athenn. triremes, Πάραλον et Σαλαμινίαν dictas, quaeque simul recensentur Auu. 1204., tres alias postea additas docet Vlpian. ad Midian. p. 367. quae Ἀντιγονίς, Πτολεμαὶς et Ἀμμωνιὰς sint dictae, et qua postrema ad Iouem Ammonem sacra deferebantur. *Spanh.*

1100. (1105. K.) μάζαν παλέσαι. Remigum nempe victus, panis vino et oleo maceratus, iuxta Thucyd. III, 49. Notum vero, μάζαν promiscue de quouis id genus edulii genere, oleo, aqua vel vino permixti, ab Atticis dictum. Hesych. μάζα· ἄλφιτα πεφυρμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ *n)*. *Spanh.*

---

l) Ridiculum est, quod *Reisk.* legi voluit συνέτριψε.

m) Rhetoras tamquam cinaedos perstringit. In Nubb. 1088. συνηγοροῦσιν ἐκ τίνων· ἐξ εὐρυπρώκτων. In Eccl. 102. λέγουσι γὰρ καὶ τῶν νεανίσκων, ὅσοι πλεῖστα σποδοῦνται, δεινοτάτους εἶναι λέγειν. *Bergl.*

n) Add. Zonar. Lex. II. p. 1330.

ῥυππαπαί. Nauticum celeusma, quo remiges excitabantur, vt hic in Scholl. dicitur, et quod similiter exstat infra Vesp. 904. o). Vnde ap. Hesych. omnino emendandum, vt coniecerat Florens, vbi hactenus *ῥυπαπτεί p), ναυτικὸν ἐπιφώνημα.* Ipse alioquin, quem remiges edebant, dum remos impellerent, strepitus *πίτυλος* dicebatur, vt Aesch. S. C. Th. 861. *ἐρέσσετ' ἀμφὶ πρατὶ πόμπιμον χερσῖν πίτυλον.* Vbi Schol.: *πίτυλος ἐξὶ κυρίως ὁ ὑπὸ τῶν ἐρεσσομένων κωπίων γενόμενος θόρυβος.* Vnde verbum *πιτυλεύσας* Vesp. 673. vbi Schol. *πίτυλος καλεῖται ἡ καταβολὴ τῆς κώπης·* quo sensu *πίτυλος* adhibetur etiam ab Eurip. Iph. T. 1346. *ταρσῷ κατήρει πίτυλος ἑπτερωμένου remorum impulsorum strepitum velocem.* Hunc autem in remorum impulsu sonum *ῥάθαγον* etiam dictum notat, vt obiter hoc addam, Nicandri Schol. ad Ther. 194. *ῥάθαγος δὲ κυρίως ὁ τῆς κώπης κτύπος.* Occurrit alioquin Acharn. 307. verbum *ῥοθιάζουτ',* iuxta Schol., *μετὰ κτύπου φωνῆς ὁρμῶσι,* alibi vero *ῥόθιον,* iuxta Hesych. *κῦμα μετὰ ψόφου γινόμενον. Spanh.*

1101. *τῷ θαλάμακι.* Praeter ea, quae e praeclaris ad h. l. Scholiis *q)* et aliunde quoque de tribus antiquis remigum, secundum nauis altitudinem, non longitudinem, ordinibus notarunt iam viri praestantes, iique inprimis ad h. l. a Kustero memorati, et iuxta eos ad Traiani Columnam Fabretti p. 119. addendus insuper insignis eam in rem apud ipsum Aeschylum, qui hic apud Comicum loquitur, locus Agam. 1626. *Σὺ ταῦτα φρονεῖς, νεοτέρᾳ προσήμενος κώπῃ, πρατούντων τῶν ἐπὶ ζυγῷ δορός.* Schol. ibidem: *νεοτέρᾳ προσήμενος, ἐν ὑποθεεστέρᾳ καθέδρᾳ ὤν· οἱ γὰρ ζυγοὶ τῶν θαλαμίων ἄνωθέν εἰσι.* Dicti nempe *θαλάμιοι, θαλαμῖται r),* et hoc apud Comicum

---

o) Praeter locum Vesp. 912. etiam Eqq. 598. laudat *Bergl.*

p) *ῥυπαπαὶ* vno loco ap. Zonar. II. p. 1622. sed altero p. 1623. recte scribitur *ῥυππαπαί.*

q) V. Kust. not. ad Schol. et Palmer. Exercc. p. 176. ff.

r) Schol. ad h. l. *ἦσαν δὲ τρεῖς τάξεις τῶν ἐρετῶν· ἡ μὲν κάτω θαλαμῖται· ἡ δὲ μέση, ζυγῖται· ἡ δὲ ἄνω, θρανῖται.* Ad Acharn 161. *τῶν μὲν ἐρεττόντων οἱ μὲν ἄνω ἐρέττοντες, θρανῖται· οἱ δὲ μέσοι ζυγῖται· οἱ δὲ κάτω, θαλάμιοι.* Itaque idem et *θαλάμαξ* dicitur et

loco θαλάμακες, inferiores id genus remiges, et quidem a θαλάμαις, inferioris nauis, ad quae remi adligabantur, foraminibus, quorum fit infra mentio, Pac. 1331. τηδὶ δισὶς τὴν χεῖρα διὰ τῆς θαλαμιᾶς. Vbi Schol.: κυρίως γὰρ ἡ κάτω τῆς νεὼς τρώγλη θαλαμιὰ λέγεται. *Spanh.*

1102. (1108.) μινθῶσι τὸν ξύσσιτον s). Haud dissimilis legitur ap. Demosth. locus, vbi non remigum quidem sed Cononis filiorum in Aristonem ac συσσίτους eius contumeliam refert, adu. Conon. p. 668. [p. 1257. T. II. Reisk.] καὶ τὰς ἁμίδας κατεσκεδάννυον καὶ προςεούρουν (matulis petebant ac permingebant;) et quidem vt κοινῇ πάντες οἱ σύσσιτοι praetorem (quod addit, quo de illatis sibi id genus iniuriis quererentur) conuenirent. Ita Aeschylum redarguit Athenaeus I. p. 17. quod is alicubi Graecos ebrios inducat, qui matulas illiisis mutuis plagis frangerent. *Spanh.*

1103. (1076. Br.) Cod. E. tria verba in infinitiuo exhibet: ἀντιλέγειν, ἐλαύνειν, πλεῖν, superscripta primo glossa ἀνέπεισεν αὐτούς. Sincera est ista lectio: sed e proximo repetendum: νῦν δ' οὐκ ἐπίσανται ἄλλο, ἢ ἀντιλέγειν — Inficeta est h. l. transitio a plurium numero ad singularem. *Nunc autem nihil nisi obloqui remosque non amplius agere et huc illuc nauigare temere. Brunck.* in Suppl.

1104. (1077. Br.) ναῦθις ἐκεῖσ' αὖ [vt Br. ed.]. Sic ad anapaestici metri legem scribi debuit. Perperam vulgo ναῦθις ἐκεῖσε. Comico, vt poëtis quibusuis frequentatum ναῦθις αὖ. Thesm. 552. 862. Ach. 854. Supra 304. nec 1234. (1261.) et multis aliis in locis. *Brunck.* Facilius metro consuluit Inu. scribendo ex vtroque libro: ναῦθ.; ἐκεῖσεν.

1106. (1112. K.) τιτρώσας ἐν τοῖς ἱεροῖς. Schol. dicit, Euripidem scripsisse Augen, quae in templo enixa sit.

θαλαμίτης et θαλάμιος, imo et θαλαμικός, vt ex Suida apparet; etiam mediorum remigum nomen diuerso modo dicitur, vt apparet ex istis locis itemque ex Hesych. et Etym. *Bergl.*

s) Operarum errore in Kust. edit. τῶν ξ. quam mendam religiose seruauit editor Batauus nobilissimus. *Brunck.*

Apud Comicum mulier, quae erat in loco sacro et se parturire simulabat, inuocat Lucinam, vt inhibeat partum, vsque dum veniat in locum, vbi possit parere, v. 745. *ὦ πότνι' Εἰλείθυι', ἐπίσχες τοῦ τόκου, ἕως ἂν εἰς ὅσιον μόλω γὼ χωρίον. Bergl.*

1108. *καὶ μιγν. τ. ἀ.* Vide de nuptiis Macarei cum Canace sorore, et quidem *ὁμομητρίᾳ*, *vterina*, quae notaui ad Nub. 1375., quos *γάμους ἀνοσίους* ab Euripide inductos exprobrauit ei iam ante v. 874. idem Aeschylus. *Spanh.* Schol. *ὡς αἱ τοῦ Αἰόλου θυγατέρες.* Scripsit autem Aeolum Euripides, ex quo fragmenta quaedam exstant. Homerus de Aeolo et eius liberis Od. *κ*, 5. *τοῦ καὶ δώδεκα παῖδες ἐνὶ μεγάροις γεγάασιν, ἓξ μὲν θυγατέρες, ἓξ δ' υἱέες ἡβώοντες. ἓξ δ' ὅγε θυγατέρας πόρεν υἱάσιν εἶναι ἀνείτας.* Vid. in Nub. 1375. Ceterum Euripides hoc barbarorum esse dicit in Androm. 173. *τοιοῦτον πᾶν τὸ βάρβαρον γένος· πατρί τε θυγατρὶ παῖς τε μητρὶ μίγνυται, κόρη τ' ἀδελφῷ. Bergl.*

1109. (1114. K.) *καὶ Φασκούσας* — Monet Schol. *t)*, respexisse hic Comicum ad locum illum Eurip. in Phryxo:

τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν;

Atqui eamdem sententiam ex Hippol. Eurip. citat Schol. quidam infra 1525. et ex Polyido [n. 2. vbi v. Musgrau.] Schol. Eurip. ad Hipp. 191. Quare existimo, Schol. nostrum confundere citatum locum Eurip. cum alio simili eiusdem Tragici, quem producit Stob. Ecl. CXIX. [Phryx. fr. 11. Musgr.] *τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν, τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί;* Posterior sententia potuit esse sumta ex Phryxo Eurip.; prior vero vel ex Polyido vel ex Hippolyto. *Kust.*

---

t) Schol. *Ὅτι παρὰ τὸ ἐν Φρύξῳ Εὐριπίδου· τίς δ' οἶδ' εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν.* Deinde statim subiungit: *ἀλλ' ὁ λέγων* (male vulgo *ὀλίγων*) *ἐστὶ Φρύξος· οὗτος δὲ ὡς παρὰ γυναικὸς αὐτὸ λέγει εἰρημένον. ἰδεῖν οὖν χρή, μήποτε τὸν αὐτὸν νοῦν παρ' Εὐριπίδῃ γυνὴ λέγῃ, καὶ μήποτε τὸ ὑπὸ τῆς τροφοῦ ἐν Ἱππολύτῳ λεγόμενον· Ἄλλο τι τοῦ ζῆν φίλτερον, ἄλλο σκότος ἀμπίσχον κρύπτει νεφέλαις καὶ τὸ ἐξῆς.* Exstat autem iste locus in Eurip. Hipp. 191 [vbi v. Valck.] et ita recte est impressus in Ald. ed. Eurip., vt ego eum adduxi: de illo loco, qui dicebatur esse ex Phryxo Eurip., v. infra ad 1518. *Bergl.*

1111. (1116. K.) ἀνεμεστώθη. Ms. Vat. U. ἀνεστομώθη, ſed inuito metro. *Kuſt.* Per γραμματέας intelliguntur ſcribae publici, quibus demagogi et oratores ad recitandas leges vtebantur, fortaſſis etiam ii, qui a plebe ad varia negotia ſorenſia adhibebantur. *Conz.*

1114. (1119. K.) λαμπάδα δ' οὐδεὶς — v. Caſaub. ad Theophr. Char. p. 132. *Kuſt.* Ad cap. 3, 2. vbi oſtendit (p. 44. Fiſch.) fuiſſe λαμπαδουχίας certamina varia Athenis, in quibus, quis maximas faces geſtare currendo poſſet, certauerint.

1115. ὑπ' ἀγυμνασίας. Lampadum nempe, quarum fit mentio in ſuperiori verſu, et de quibus hic agitur, decora geſtatio in aliquot ap. Athenn. feſtis, Prometheis, Vulcaniis et Panathenaeis erat praeſcripta, et quidem ab inſtitutis eam in rem, quique feſtis illis praeerant, gymnaſiarchis. Hinc Xenophon de redit. Ath. c. 4. circa finem [§. 52. vbi v. Zeun.] πλείω ἢ ἐν ταῖς λαμπάσι (decurſione cum facibus) γυμνασιαρχούμενοι. Iſaeus vero Or. V. p. 474. [154. T. VII. Orr. Grr. Reisk.] κεχορήγηκε δὲ τραγῳδοῖς, γεγυμνασιάρχηκε δὲ λαμπάδι (certamini lampadum ſ. facum praefuit), et qui inde emendandus ſequenti Or. VI. p. 496. *v*) (vti id a Meurſio, et erat certe obuium, iam occupatum video in Fer. Graec. V. Προμήθεια) γεγυμνασιάρχηκα εἰς Προμήθεια τοῦδε τοῦ ἐνιαυτοῦ φιλοτίμως, ὡς οἱ φυλέται πάντες ἴσασιν. Προμήθεια enim, quod aliunde notum et hic in Scholl. traditur, vnum e tribus ſtatis Athenn. feſtis, in quibus illa ſolemnis lampadum decurſio locum habuit, quomodo ap. Lyſiam Or. p. 423. [Απολ. δωροδ. p. 699. T. V. Reisk. p. 34. T. II. Aug.] εὐθὺς ἐγυμνασιάρχουν εἰς Προμήθεια. *Spanh.*

1116. (1121. K. 1089. Br.) Euſtathius ad Odyss. A. p. 1387, 2. ed. Rom. loci huius mentionem faciens, legit ἀπαφαυάνθην: at Suidas ἐπαφαυάνθην h. v., quae lectio reliquis praeſtat. Verbum enim eſt ἀφαυαίνεσθαι, vnde Fut. Pass. I. ἀφαυανθήσομαι occurrit ap. Comicum Eccl. 146. Hinc eſt ἐπαφαυαίνεσθαι, compoſitum ex ἐπί, ἀπό, et αὐαίνω· quod proprie quidem ſignificat ξηραίνεσθαι ex-

---

v) P. 184. T. VII. Orr. Reisk. vbi iam a Reisk. ita emendatum eſt.

ſiccari, *areſieri;* at metonymice, *enecari*, *exanimari;* quia mortui ſicci ſunt et aridi ſuccoque vitali carent. Sed de hac ſignificatione vocis αὔος et αὐαίνεσθαι plura diximus ad Thesm. 853. *Kuſt.* ἐπαυαφάνθην bene Suidas *x)*, quod non adſerere ſolum, ſed etiam recipere debebat Kuſterus. Librariorum errore vulgo legitur ἀπεφαυάνθην *y)*, quod verbi monſtrum tuetur quidem Biſetus, ſed fruſtra. Simplex eſt αὔω, compoſitum ἀφαύω, bicompoſitum ἐπαφαύω, ἐπὶ relationem ad cauſam notante: ἀφαυάνθην γελῶν ἐπὶ τούτῳ ὅτε — φαύω, φαυαίνω ne graeca quidem ſunt. Eſt boni commatis verbum φαύζω, ſed eius ſignificatio tam e loco Rheſi, quem Biſetus profert, quam ab hoc Comici aliena eſt. Fucum Biſeto fecit praua quae ap. Eurip. obtinebat ſcriptura ante Musgrauii editionem, in qua legitur Rhes. 322. ἡνίκ' ἐξώστης Ἄρης Ἔθραυσε λαίφη τῆσδε γῆς μέγας πνέων. Operarum errore in Kuſt. edit. excuſum οὐ δῆτ' ὥστ', rurſusque v. 1112. (1138.) οὐκ ἔτ' οὕτω. Neutram mendam corrigere ſustinuit Batauus editor. *Brunck.*

1119. (1124. K.) ὑπολειπόμενος id eſt, *poſtremus.* v. Kuhn. ad Poll. VI, 8, 44. Pro βραδὺς autem in verſu praeced. ſi legeretur βραχύς, hoc vtique praeferrem: nam hominibus breuibus et pinguibus vtique moleſtior eſt curſus; ſed et breues ſolent magis incuruo capite et ceruice incedere, praeſertim ſi pingues: adde, quod non neceſſe erat, bis idem dicere; nam ex eo, quod ὑπολειπόμενον dicit, ſatis intelligitur, eumdem βραδὺν fuiſſe. *Duck.*

1120. (1125. K.) δεινὰ ποιῶν, id eſt, *miros motus et geſtus edens*, non, vt Friſchlinus, *aegre affectus.* Vid. etiam Nub. 387. 583., vbi eadem phraſis, quamuis ſenſu paulo diuerſo, occurrit. *Kuſt.* κεραμῇς *z)*. Perperam A.

---

x) Etiam Zonar. Lex. T. II. p. 820.

y) Si recte habet ſcriptura ἀπεφαυάνθην, videtur eſſe a φάος, φῶς, *ignis*, vnde φαύω *vro*, vt patet ex voce φαύστιγγες quae ſignificat idem quod φῷδες ſ. φωΐδες, nempe *maculas* ſ. *puſtulas ab igne:* ab illo φαύω eſſet φαυαίνω, vnde aor. 1. pass. ἐφαυάνθην, in comp. ἀπεφαυάνθην. Aut potius ἀπαφαυάνθην legendum, vt ſit ſine augmento ab ἀπαφαυαίνω ex ἀπὸ et ἀφαυαίνω· vnde ἀφαυανθήσομαι Eccl. 146. *Bergl.*

z) Κεραμῇς pro Κεραμεῖς, Attice. Schol. οἱ τὸν Κεραμεικὸν οἰκοῦντες. *Bergl.*

C. *περαμεῖς*. Sic etiam in B. Sed altera lectio ſuperſcripta. Meus perſpicue Atticam formam ſaepe in codd. obliteratam repraeſentat, *περαμῆς*. v. ad Nub. 210. *Brunck.*

1123. (1128. K.) *ταῖσι πλατείαις*. Subauditur *χερσὶν* aut *μάσιξιν*, aut ipſae plagae dictae ſunt *πλατεῖαι*. Schol. *Bergl.*

1124. ſ. vertunt haec vulgo, quaſi poſt *ὑποπερδόμενος* eſſet comma. Imo ſubinde pedendo exſtinxiſſe facem dicitur.

1126. *a)* (1131. K.) Schol. ait *στροφὴν* et *ἀντιστροφὴν* ſingulas eſſe 10. verſuum *ἐπιμεμιγμένων τριβραχέσιν*; et quidem 1. 4. 6. et 10. eſſe trochaicos tetrametros catalecticos, reliquos trochaicos dimetros acatalecticos; niſi quod ſeptimus verſus *στροφῆς* ſit anapaeſticus *πενθημιμερής*, octauus autem dimeter brachycatalecticus. Septimus vero eſt: *ὅτι περ | οὖν ἔχε | τον ἐρί | ζειν*; qui mihi videtur *ἑφθημιμερὴς* atque inſuper prima ſede tribrachyn habet, quod ap. Ariſtoph. in anapaeſticis obſeruare non memini. Octauus: *λέγετον | ἔπιτον | ἀνκδαί | ρετον*: in quo rurſus duo tribrachys. Quae autem porro Schol. dicit de numero verſuum 1. 4. 6. 10. ea tantum *ἀντιστροφῇ* [vt vulgo lecta eſt] conueniunt. Nam in *στροφῇ* ſunt trochaici tetrametri, immiſto pede tribrachy, 1. 2. 3. 5. et 9. Sed mihi incidit ſuſpicio ex eo, quod Schol. *στροφῆς* et *ἀντιστροφῆς* verſus pares facit, ſecundum verſum *στροφῆς* diuidendum eſſe in duos trochaicos dimetros *b)* eo, quod alioquin in ea non 10. ſed tantum 9. ſunt verſus, et quod ſecundus in fine abundat ſyllaba vna: *χαλεπὸν | οὖν ἔρ | γον δι | αιρεῖν | ὅταν ὁ | μὲν τεί | νῃ βι | αίως*: quem ſi diuidas, duo erunt trochaici dimetri: Χαλεπὸν οὖν ἔργον διαιρεῖν Ὅταν ὁ μὲν τείνῃ βιαίως. Quo pacto omnia conſtabunt. *Duck.* Multum ſe torquet Duckerus in declaratione metrorum huius ſtrophae et antiſtrophae, deceptus a Schol. qui hic plane delirat. Septimus ſtrophae dimeter eſt trochaicus acatalectus: *ὅ τι περ | ουν ε | χετον ε | ριζειν*. Sic etiam qui illi

---

a) Praefigitur vulgo *στροφὴ κώλων ἑ.*

b) Id quod recentius factum eſt. v. ad ſeq. v.

opponitur in antiſtr. *αἱ φυ | σεις τ' αλ | λως κρα | τιϛαι.* Qui, malum, prior haberi potuit pro anapaeſtico, cuius primus pes trium temporum eſt, quales metrum anapaeſticum nullos admittit, ſed pedes tantum quatuor temporum: quocirca proceleusmaticum non auerſatur, qui tamen infrequens eſt. Octauus in ſtropha et in antiſtr., quos declaraui, non magis quam praecedentes formam anapaeſtorum habent. Fuit Duckerus vir ſane quam doctus, praeclaraque quam in Thucyd. praeſtitit opera magnam ab eruditis omnibus iniit gratiam: ſed metrorum doctrina non ſatis erat inſtructus, vt poëtas eodem ſucceſſu quo hiſtoricos tractare poſſet. *Brunck.* in Add.

1127. (1100. Br.) Hic et ſequens verſus perperam vulgo in vnum coaluerunt, ita vt ſtrophe nouem tantum eſſet verſuum, tametſi in Kuſt. edit. praefixus eſt ei titulus cubitalibus literis ΣΤΡΟΦΗ ΚΩΛΩΝ Ι'. *Brunck.*

1128. *τείνειν βιαίως* de contentione valida et impetu vehemente accipiendum, ſed *ἐπαναϛρέφειν* eſt conuertere ſe atque repellere aggredientem, et *ἐπερείδεσθαι τορῶς* ſcite obniti. Iubet chorus altercantes *μὴ ἐν ταυτῷ καθῆσθαι,* non in eodem loco, eadem altercationis ratione, commorari, quum multi alii etiam (*χἄτεραι* vulgo male ſcribitur) aditus (opportunitates) callide excogitatorum argumentorum, argutiarum, pateant, quum variis et callidis rationibus aggredi ſe poſſint.

1133. (1106. Br.) Eſt hic verſus dimeter trochaicus, vt octauus antiſtrophae, ſeu 1116. (1141. Inu.) *νῦν δὲ καὶ παρηκόνηνται.* Vulgo autem legitur metro iugulato: *λέγετον, ἔπιτον, ἀναδαίρετον,* vbi pes tertius anapaeſtus *c)* eſt, quartus iambus, quorum hic nullo loco recipitur, ille paribus locis tantum. Praeterea *ἀναδαίρετον* eſt plane vox nihili. Quod Comici interpretum nulli ſuboluerat, id Daweſius intellexit *d).* Sed diu ante eum idem monue-

---

c) Ap. Brunck. male legebatur *Dactylus,* quod Höpfn. repetiit.

d) Miſc. Crit. p. 240. Poſtquam animaduertit vulgatum metro et linguae aduerſari, pergit: Si *ἀναδιαίρετε* a poëtae manu profectum ſit, facile fieri potuit, vt aliquis in eius locum ſufficeret *ἀναδιαίρετον,* vt cum dualibus *ἔχετον* etc. accuratius quadraret, neſcius interim pedem vltimum hoc pacto creticum effi-

rat H. Stephanus Thes. Ind. col. 410. Ἀναδκίρετον *explicate, denudate, et aperte. Ita v. l. ex Ariſtophane, ſed non ſine manifeſto mendo.* Veteris lexici auctor vocis ſenſum e gloſſa aliquatenus aſſecutus eſt, ſed bis lapſus eſt, tum quia ſcripturae mendam non animadvertit, tum quia verbum modi imperatiui pro aduerbio habuit. Loci huius corrigendi fruſtra conatum cepit Daweſius, eo tantum nomine laudandus, quod vulgatum ἀναδαίρετον ineptum et barbarum eſſe declarauerit. Codd. IV. habent: λέγετον, ἔπιτον, ἀναδέρετον. In B. et D. additum in contextus ſerie, tamquam auctoris verbum, προφέρετε, quae pars eſt veteris gloſſae. In C. et D. verbo ἀναδέρετον ſuperſcripta gloſſa ἀναπαλύπτετε. Iam vides, vnde venerit illud ἀναδκίρετον. Qui vel vnum graecum codicem verſauit, nouit nihil librariis ſolemnius fuiſſe permutatione elementorum αι et ε, quae illi eodem efferebant ſono. Sed et illud ipſum ἀναδέρετον, quod ſententiae aptum eſt, metro non congruit, cui examuſſim conueniet, ſi correcto librariorum errore, pro actiua mediam formam repoſueris ἀναδέρεσθον. Et haec eſt vera poëtae manus. Cod. E. ad verum proxime, vt ceteri *e*), ἀναδέρετον. Sed librario bene fit, quod integram deſcripſerit gloſſam, e qua ſuſpicatus fueram verbum προφέρετε in duorum codd. textum irrepſiſſe. Sic illa ſe habet: ἀνακαλύπτετε καὶ εἰς τὸ μέσον προφέρετε. *Brunck.* Vertit ille locum: *hoc dicite, percurrite, et reuelate tam vetera quam recentia.* *Reisk.* haec adſcripſit: „num ἀνὰ δ' αἴρετον per tmeſin, pro, *in medium ferte*, ſed rectius ἀναδείρετον."

---

ci; nam vltimis dimetrorum ſyllabis nulla apud Graecos permiſſa eſt licentia. Hoc autem poſtea per librarii oſcitantis incuriam in corruptum ἀναδαίρετον qui migrauerit, conceptu facillimum eſt. Sin ſcripſerit Comicus vel ἀναδιέλετον, vel ἀναδασασθον, quorum vtrumuis tam metro quam ſententiae aptiſſime conuenit, ἀναδιαίρετον interpretamentum primo fuiſſe cenſendum eſt, temporis autem progreſſu in contextum receptum, forma denique altera, quae hodie obtinet, dehoneſtatum. Erit autem loci ſenſus, ſiue ἀναδιαίρετε, ſeu ἀναδιέλετον ſeu ἀναδασασθον legeris, *accurate dispertite.* Hes. et Suid. Ἀναδάσασθαι· ἀναμερίσασθαι. Vterque fortaſſis ex aliquo huius loci interprete reuera deſcripſit: ἀναδάσασθον· ἀναμερίσασθον. Haec *Dawes.*

o) Etiam Elb. et Bau. ita ſcribunt.

1136. His vulgo praefixum: Ἀντιστροφὴ κώλων ι. Sed versus hunc sequentes ita diuisi sunt, strophae conuenienter:

τοῖς θεωμένοισιν, ὡς τὰ
λεπτὰ μὴ γν. λεγόντοιν,
μηδὲν ὀρρ. τοῦθ'· ὡς οὐκ ἔσθ' οὕτω ταῦτ' ἔχει.
ἐστρατευμένοι γάρ εἰσι·
βιβλίον τ' — δεξιά·
αἱ φύσεις τ' ἄλλ. πράτισαι·
νῦν δὲ καὶ παρημόνηνται.
μηδὲν οὖν δείσητον, ἀλλὰ
πάντ' ἐπεξ. — σοφῶν.

Corrupti sunt versuum numeri in libro Rau. quem sequutus est Inu. Non necessarium erat, vt θεωμένοισ' ab eo cum apostropho scriberetur.

1138. (1112. Br.) *Reisk.* iam scribi iussit οὐκ ἔσθ' οὕτω, quod vt deinde ἔχειν, contra metri leges recepit Inu. Neque vero sententia ita melior exstitit.

1139. Comma post ἕκαστος delendum est. Verba praecedd. ἐστρατευμένοι *f)* γάρ εἰσι (sunt homines, qui expeditionem fecerunt) illustrat Lessing. Obss. Crit. p. 63 — 68. ita vt Bergleri versionem vituperaret, qui male intellectis Schol. verbis reddidit: nam exercitati sunt. Nimirum respici putat ad illos, quibus expeditio nuper suscepta et praelium ad Arginusas ius ciuitatis dederat, et cum eo etiam prudentiam dedisse videbatur, ita vt de certaminibus tragicis adeo iudicare possent.

1140. (1113. Br.) αἱ φύσεις τ' ἄλλως. Sic IV. codd. [etiam cod. Elb.]. Perperam vulgo pro τ' est δ'. *Brunck.* δ' retinuit Inu. sed τε antecedentia postulant. — πράτισαι. Captat beneuolentiam spectatorum. Supra etiam 680. τὸν πολὺν ὀφομένη λαῶν ὄχλον, εὖ σοφίαι μυρίαι κἀθηνται. Habebantur autem Athenienses pro sapientissimis Graecorum. Herodot. I. [c. 60.] ἐν Ἀθηναίοισι τοῖσι πρώτοισι λεγομένοισιν εἶναι σοφήν. Demosthenes epist. III. [p. 1477. T. II. Reisk.] τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων

f) ἐστρατευμένοι εἰσι Attice pro ἐστράτευνται, vt supra 36. βαδίζων εἶμι et quae ibi notamus. *Suhn.*

συνέσει καὶ παιδείᾳ πάντων προέχειν δοκοῦντα. *Bergl.* Post κράτισαι colon ponendum.

1141. παρημόνηνται acriores facti sunt, acutius eorum ingenium est. μηδ' οὖν δείσ. quod Inu. recepit, et metro aduersatur et sensui; nam opponitur πάντα.

1142. (1140. K.) θεατῶν — σοφῶν. Sic Eqq. 228. καὶ τῶν θεατῶν ὅσις ἐσὶ δεξιός, *tum spectatorum quisquis est peritus et intelligens*, non vt ibi interpres, *vir probus*. Sic paullo ante 1145. (1140.) μανθάνει τὰ δεξιά· imo quo sensu σοφῶν hic itidem de *peritis* tragoediarum spectatoribus dicitur. *Spanh.* Θεατῶν γ' οὕνεχ' est, *quod quidem ad spectatores attinet.*

1143. (1150. K. 1119. Br.) g) σοι (vt Br. edidit) τρέψομαι. Sic optime membr. In B. D. omisso plane pronomine h) προλόγους τρέψομαι. Demum in C. vulgata lectio est προλόγους σου, quae est absurdissima i). Euripides Bacchum alloquitur, vt e versu abhinc secundo atque etiam tertio liquet; et Bacchus ei respondet. σοι hic eleganter abundat, vt Conc. 136. Ἰδού γέ σοι πίνουσι. Soph. Phil. 261. ὅδ' εἰμ' ἐγώ σοι πεῖνος — Similem mendam elui sine librorum ope in Lys. 202. vbi vid. not. et ad 1074. Sic locum hunc verterat Berglerus: *Igitur ad prologos tuos me conuertam, vt primam tragoediae partem primo examinem, quid habeat boni: erat enim obscurus in rebus enunciandis.* Quis non sentit haec male cohaerere? Nam si Euripides Aeschylo dicit: *ad prologos tuos me conuertam*, addere debet: *eras enim obscurus*, non vero *erat*. Tum αὐτοῦ τοῦ δεξιοῦ non significat, *quid habeat boni*, sed, *sciti illius poëtae. Brunck.*

1146. (1153. K.) ἀσαφὴς — Supra 952. σαφὲς δ' ἂν εἶπεν οὐδὲ ἕν. *Bergl.*

---

g) Vulgo hic constituitur act. V. scena 1.

h) Deest etiam pronomen in Elb. et Bau.

i) Inuern. qui σου cum Rau. retinuit, censet Euripidem primo Aeschylum, tum Bacchum alloqui, quae subita conuersio non est probabilis.

1148. (1124. Br.) Ὀρεσείας *k*). Sic tres codd. [et Flb.] Solus C. vt vulgo Ὀρεστείας. In Thesm. 135. eadem forma eſt Λυκουργίας. Ex Aeſchyli Lycurgo verſum profert Longinus ſect. XV. p. 102. ed. Lips. [Mori, ſ. p. 62. ed. Weisk.] ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει σέγη. *Brunck.* Aeſchyli *Oreſtia*, vt hic a Schol. dicitur, e tribus eius dramatibus conſtabat, *Agamemnone*, *Choëphoris*, et *Eumenidibus*; quibus additus *Proteus ſatyricus* tetralogiam tragicam efficiebat. Trilogia vero, vt in Scholl. ſequitur, ab aliis dicta eadem *Oreſtia*, quod reuera tria, vt modo diximus, eſſent Aeſchyli dramata, quae ad Oreſtem reſpicerent, quum *Proteus* ille *ſatyricus* nihil commune cum illo haberet et alterius eſſet plane argumenti. Etſi vero in priore ex tribus illis tragoediis ſ. Agamemnone obiter tantum fiat Oreſtis mentio: quia tamen mors illius regum regis et Oreſtis parentis occaſionem et argumentum ſuppeditat duobus ſequentibus eiusdem Tragici dramatibus, Choëphoris et Eumenidibus, in quibus praecipuae ſunt Oreſtis partes, hinc *Oreſtiae* nomen huic τριλογίᾳ vel τετραλογίᾳ indi omnino potuit. Mitto quod caeteroquin in aliis dictis veterum Tragicorum, quarum fit ſubinde mentio a priſcis auctoribus et Grammaticis, tetralogiis haud opus fuerint, vt quatuor, e quibus illa conſtabant, dramata vnius eſſent vel ſimilis argumenti, quod ſtatuit tamen Caſaubonus in eruditiſſimo de ſatyrica veterum poëſi libello p. 63. Quod vel abunde refellit ad Medeae argumentum adducta a veteribus Criticis Euripidis Τετραλογία, nempe Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισαὶ Σάτυροι, vt bene poſtrema verba emendat in diſſert. Malelae addita p. 15. Rich. Bentleius. Quibus adde Xenoclis Tetralogiam ab Aeliano memoratam Var. H. II. 8. *Oedipum*, *Lycaonem*, *Bacchantes* et *Athamantem ſatyricum*. Accedit alia inſuper ipſius Aeſchyli *Tetralogia*, cuius meminit vetus auctor argumenti tragoediae ad *Perſas*, vbi Aeſchylum dicit viciſſe Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποντιεῖ, Προμηθεῖ. *Spanh.*

1150. (1157. K.) Ἑρμῆ χθόνιε *l*). Hic et duo ſequentes verſus tres primi ſunt Choëphororum, ſecundi

k) Ex Euſtath. ad Il. κ. principio videtur legendum eſſe Ὀρεσείας, idque probat Stanlei. ad Aeſch. in Not. ad Catal. p. 709. Bentleio etiam in ep. ad Mill. p. 19. Ὀρέστεια dicitur. *Duck.*

l) Principium ex Choëphoris Aeſchyli, vbi Oreſtes in patriam

Aeſchyli *Oreſtiae* dramatis. Quid vero in iis redarguat Euripides, mox videbitur. *Spanh.*

1151. Laudat hunc v. Tho. M. V. Αἰτοῦμαι p. 22. ex Aeſch. et ostendit Attice hoc Medium pro Actiuo adhiberi.

1152. (1128. Br.) *m)* ἐς γῆν. Sic IV. codd. [etiam Elb.] hic et infra, vbi eadem repetuntur verba. Impreſſi minus bene εἰς. Ex hoc Comici loco Stanleius initium Choëphorarum Aeſchyli, quod deſideratur, partim reſtituit *n)*. *Brunck.*

1154. (1161. K.) τρία *o)*. Subintelligitur ἔπη aut ἰαμβεῖα, vt dicit Schol. Pherecrates: πώμνυουσι μὴ πιεῖν ἀλλ' ἢ μίαν· ſubaudi πύλικα, ap. Athen. XI. p. 481. *Bergl.* Pro πάντα f. leg. πῶλα: *tota iſta dictio non conſtat pluribus quam tribus verſibus. Reisk.*

1157. Senſus: praeter tres illos iambicos verſus etiam plurium reus eris, h. e. plures perſtringentur tui iambici verſus.

1158. (1134. Br.) ἐγὼ σιωπῶ τῷδ'; — ἐὰν πείθῃ γ' ἐμοί. Sic diſtincte in membr. et optime, quem ad modum, vulgo etiam recte expreſſum v. 1229. (1253. L.) ἐγὼ πρίωμαι τῷδ'; — ἐὰν πείθῃ γ' ἐμοί. In B. D. ſcriptum hic, vt vulgo legitur: ἐγὼ σιωπῶ τῷδέ γ'; ἄν — In C. non interpolita Bacchi perſona τῷδε ἂν πείθῃ. — Lys. 530. σοί γ', ὦ καταράτε, σιωπῶ γώ *p)*; *Brunck.*

---

redux venit ad tumulum patris cum Pylade, vt patet ex illis, quae hodie exſtant; quamuis ibi verſus iſti, quos Comicus adducit, deſiderentur et alii plures: in edit. autem Stanleii hinc ex Ariſtoph. illud principium reſtitutum eſt. *Bergl.* Add. ad Choëph. Schütz. et Both. qui etiam Ἑρμῆν χθόνιον, cui mortui curae erant, illuſtrant.

m) Ex Aeſch. hunc verſum laudat Tho. M. V. Ἥκω p. 418. et V. Κατέρχομαι p. 511.

n) Nam partim ex Schol. Pindari reſtituit.

o) Ante Br. legebatur: ταῦτά γ' ἐς', ἀλλ' ἢ τρία. Mutauit ille — ἐς' ἄλλ', ἢ τρία.

p) Vſum Coniunctiui σιωπῶ, *taceam*, illuſtrat *Dawes.* M. Cr. p. 78.

1159. (1166. K.) *οὐράνιόν γ' ὅσον* immane quantum. Hesych. *οὐράνιον ἄχος· δηλοῖ καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ ὑψηλόν.* *Spanh.* Vid. ad 793. In Vesp. 1520. *ῥίπτε σκέλος οὐράνιον,* vbi v. Not. Eurip. Alc. 229. *βρόχῳ δέργν οὐρανίῳ* (sublimi) *πελάσαι.* *Bergl.*

1160. (1136. Br.) *ὁρᾷς ὅτι ληρεῖς.* Absurde vulgo haec verba Aeschylo tribuuntur, qui nondum scit, quid in suis versibus carpere velit Euripides; ideo mox ab eo percontatur, quid in eis peccauerit. Sunt ista Euripidis ad Bacchum, ad quae hic etiam respondet: *ἀλλ' ὀλίγον γ' ἐμοὶ μέλει.* Accedit codd. auctoritas. Sunt ista verba in B. D. Euripidi continuata. *Brunck.* Recte in vulgg. Aeschylo tribuuntur: is, tacere iussus, audita tam graui accusatione, Baccho dicit: viden' te nugari, quum mihi silentium imponis? nam talibus obmutescere, ignaui esset. Ad quae Bacchus: *ἀλλ' ὀλίγον γέ μοι μέλει,* quae formula est aegre concedentium. Similiter 1174. deus retunditur a magnanimo poëta. Euripidi qui dictum suum nullis etiam argumentis adstruxerat, ita loqui, tamquam re confecta, minime conueniens *q).* *Hotib.* *ἀλλ' ὀλίγον* etc. Ms. Vat. his verbis rectius praefigit personam Euripidis. *Kust.*

1162. Corrigendum in ed. Lips. *ἐποπτεύων.*

1163. Perperam ante Br. legebatur *σὺκοῦν* puncto post *τεθν.* posito.

1168. (1175. K.) *τὸν Ἐριούνιον.* Quomodo Mercurius duobus ap. Hom. locis dictus legitur Il. *υ,* 73. et *ω,* 360. vbi postremo loco *μεγαλωφελὴς* in breuibus Scholl. redditur. *Spanh.* *ἐυεῖνον.* Schol. *τὸν δόλιον δηλονότι, ἀλλὰ τὸν ἐριούνιον.* Nempe, quia dixerat: *δόλοις λαθραίοις.* Erat autem *δόλιος* cognomen Mercurii. V. ad Plut. 1158. vt et *Ἐριούνιος* ap. Homerum. *Bergl.* Nimirum *ἐριούνιος* est emolumenta adferens, *ὠφέλιμος.* v. Apoll. Soph. L. Hom. h. v. Zonar. II. 859. intpp. Hom. l. l. *χθόνιον γέρας* est non terrestre munus, nec *χθόνιος Terrestris,* vt redditur, sed, quod ad inferos pertinet, vnde lepide Bac-

q) Mihi etiam videntur magis Aeschylo conuenire, propter ea, quae ille deinde dicit; verba autem sequentia Euripidi tribuenda puto.

chus eum dicit a patre accepiſſe munus veſpillonis (*τυμβωρύχου*).

1174. (1181. K. 1150. Br.) Citat Erotianus [p. 284. ed. Franz.] V. *Οἶνος ἀνθοσμίας* et Suidas V. *Ἀνθοσμίας r). Kuſt.* Erotianus in expoſitione vocum Hippocr.: *οἶνος ἀνθοσμίας, ὁ εὐώδης καὶ ἡδύς. ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις καὶ Θεσμοφοριαζούσαις.* Poſteriores Thesmophoriazuſas intelligit: nam in prioribus, quae exſtant, nomen illud non reperitur. *Brunck.*

1175. (1182. K.) *τὸ βλάβος* Attice pro *βλάβη*. Antiphon Or. XIV. p. 133. [p. 754. T. VII. Orr. Gr. Reisk.] *ἐν δὲ τοῖς ἀνημέροις πλέον βλάβος τὸ μετανοεῖν. Spanh.* Add. Tho. M. p. 144. et Moer. p. 103. atque vtriusque intpp.

1176. *σωτὴρ* — Haec ab illis pendent, quae ex Choëphoris adducebat Aeſchylus ſupra 1167. (1160.). *Bergl.*

1179. (1155. Br.) *πῶς δίς;* Hoc bene in C. D. Baccho, vt vulgo, tributum: in duobus aliis Aeſchylo. *Brunck.*

1181. (1189. K. 1157. Br.) *ἥκω δὲ* — Perperam vulgo *ἥκειν*, manifeſto errore. In meo, bona ſyntaxi ſed peſſundato metro, ſcriptum eſt: *ἥκειν δὲ ταυτὸν ἐσι τῷ κατέρχεσθαι s).* Haud imperite iudicauit librarius, vtrumque verbum eiusdem modi eſſe debere: ſed ipſa Aeſchyli verba repetenda erant. In C. hic verſus omiſſus eſt. Scripturam huius et ſeq. verſus dudum ſic emendaueram non inſpecto Gellii loco, quem protulit Kuſterus, ſed quod in eo praecipuum erat, omittens *t).* Dum has notas ſcribo,

---

r) Vide ſi lubet meas ad Plut. notas v. 809. *Spanh.* Scholiaſtes: *οἷον κραιπαλῶς ἱκανῶς καὶ ληρεῖς, σκληρὸν οἶνον πιών, ἀλλ' οὐχ ἡδὺν οὐδὲ ἁπαλόν. Bergl.*

s) Ita tamen legi iuſſerat Waſius in Senario p. 14. ratus *σ* ante *θ* non raro liqueſcere poſt vocalem breuem. *κατέρχεσθαι* etiam in Elb. legitur eumdemque Infinitiuum praetulit Trendelenburg. ap. Harl.

t) Verſum hunc et tres ſequentes citat Gellius XIII, 24. vbi ait: „Videturne tibi vtroque in loco M. Cicero duobus verbis idem, ſicuti tu putas, ſignificantibus inepte et frigide eſſe vſus,

forte fortuna recordor bonae operae, quam praestitit idem mihi Gellius ad Thesm. 456. et negligentiae, cuius ibi reum Kusterum egi, et versus huius sab. 356. e Gellio etiam emendati. Illum itaque adeo, experiri cupiens, an eum mihi consentientem sim habiturus. Sic autem apud eum XIII, 24. Comici versus leguntur:

δὶς ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος.
ἥκω γὰρ εἰς γῆν, φησί, καὶ κατέρχομαι.
ἥκω δὲ ταυτόν ἐστι τῷ κατέρχομαι·
νὴ τὸν Δί', ὥςπερ εἴ τις εἴποι γείτονι,
χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βούλει κάρδοπον.

Comico non fecisset iniuriam Kusterus, si, quae sunt in his bonae lectiones, eas illi restituisset. *Brunck. v)*. Sic sugillatus ab Eubulo Comico Tragicus Chaeremon iuxta Casaub. apud Athen. II. p. 43. in versu [T. I. p. 165. Schweigh.] *ὕδωρ τε ποταμοῦ σῶμα διεπεράσαμεν·* nempe quod bis idem dixerit, quum sufficeret vel *ὕδωρ* vel *ποταμοῦ σῶμα* de *aqua* ibi dictum. Etsi hanc fuisse Eubuli ibi mentem, vt eo nomine Chaeremonem redargueret, haud vtique manifesto liqueat. Verum idem poterat huic Comico verius obiici, dicenti non solum Plut. 288. *ὥς' ἥδομαι καὶ τέρπομαι,* sed insuper Pac. 290. *ὥς' ἥδομαι καὶ τέρπομαι καὶ χαίρομαι,* vbi non *bis* solum, vt in adducto hic Aesch. versu, sed *ter* idem dicitur, nisi quod alii sunt comicae licentiae, alii tragicae grauitatis fines. *Spanh.* ineptè —

1182. (1158. Br.) *ὥςπερ εἰ* (vt Br. ed.) Vulgo *γε* inserunt [*ὥςπερ γ' εἰ*]: immo in membr. geminatur: *ὥςπερ γ' εἴ τίς γ' εἴποι.* Tam a poeta est vnum, quam alterum. *Brunck.*

1185. (1192. K. 1161. Br.) Versus [e vulg. lect.] claudicat, vtpote vno pede breuior, quem Ms. Vat. U. integrum nobis sic exhibet: *Ἄνθρωπε, ταῦτα 'ς', ἀλλ' ἄρις' ἐπῶν ἔχει x)*. Lectio haec vulgatae, vtpote non solum

---

ac tali ioco dignus, quali ap. Aristoph. facetissimum Comicorum Euripides Aeschylum insectatus est, quum ait: *Δὶς ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος· Ἥκω γὰρ εἰς γῆν, φησὶ* etc. — *Kust.*

v) Abresch. Anim. ad Aesch. I. p. 405. Aeschylum tuetur ita, vt nec prorsus idem valere *ἥκειν* et *κατέρχεσθαι* obseruet, et non inusitatum esse moneat, coniungi verba fere idem valentia.

x) Pro vulgato *ταύτῃ* minus recte tamen Vatic. *ταῦτα*. Et sic

mutilae, sed etiam frigidae, longe praestat, cuius sensus est: *Haud sane, o blatero et verbose homo*, haec ita comparata sunt; sed (versus hic omnium) versuum optime se habet. Nimirum praecedens versus, vt huic respondeat, sic scribendus est: Οὐ δῆτά γ' οὕτως, ὦ κατεσφυλμένε. *Kust.* Vulgo sic legitur hic versus toto pede defectus: ἄνθρωπε, ταύτῃ 'ς', ἀλλ' ἑτέρως ἔχον. Meliorem lectionem Kustero suppeditauerat Vat. cod. collatio. At vero optima est et sincera, quam dedi e meis *y*): ἄνθρωπε, ταὔτ' ἐς', ἀλλ' ἄριστ' ἐπῶν ἔχον. Tres habent ἔχον· solus B. ἔχει. Tres ταὔτ', bene: solus C. ταὐτ' cum glossa οὕτως. Euripidis criminationi ἥκω ταυτόν ἐσι τῷ κατέρχομαι, et δὶς ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν respondet Aeschylus: οὐ δῆτα τοὔτο τὸ αὐτό ἐσιν, ἀλλ' ἔσιν ἄριστα ἔχον τῶν ἐπῶν. ἔσιν ἔχον valet ἔχει, eleganter in altero membro participio ἔχον posito, ab ἔσιν prioris membri pendente. Sic Pl. 371. τὸ δ' ἔσιν οὐ τοιοῦτον, ἀλλ' ἑτέρως ἔχον. Minus bene ibi legeretur ἔχει. Scripta iam hac nota animaduerto eamdem plane quam dedi lectionem esse in ed. Bern. Iuntae, vnde enotata fuit in Excerptis Scaligeri. In minoribus Batauis integer saltem senarius legitur: ἄνθρωπε, ταύτῃ γ' ἐσίν, ἀλλ' ἑτέρως ἔχον. Sed haec lectio ab interpolatore [Biseto] concinnata fuit. *Brunck.*

1186. (1190. K.) καθ' ὅτι δὴ λέγεις. Sensus gratia legere malim: τοῦθ' ὅ τι δὴ λέγεις. *Kust.*

---

iste versus cum praeced. recte cohaeret hoc modo: οὐ δῆτα τοῦτό γ', ὦ κατεσφυλμένε Ἄνθρωπε ταύτῃ 'ς', ἀλλ' ἄριστ' ἐπῶν ἔχει· *haud sane iſtud, o garrule homo, hoc modo eſt comparatum; ſed optime* omnium *verſuum* iſte *ſe habet.* Alias in praeced. versu pro τοῦτο foret οὕτως scribendum cum Kust. Biſetus in quibusdam vetustis exemplaribus inuenit hunc versum ita scriptum: —, ταὔτ' ἐς', ἀλλ' ἄριστ' ἐπῶν ἔχον. Quae lectio est non mala, si modo hic etiam ταύτῃ scribatur hoc modo: Οὐ δῆτα τοῦτό γ', ὦ κατεσ. Ἄνθρωπε ταύτῃ 'ς', ἀλλ' ἄριστ' ἐπῶν ἔχον· *haud ſane iſtud* carmen — *ita comparatum eſt, ſed omnium optime ſe habet.* ἔσιν ἔχον pro ἔχει, vt Pac. 354. ἐς' ἀναγκαίως ἔχον. Biſetus tamen sic emendat versum: Ἄνθρωπε, ταύτῃ γ' ἔσιν, ἀλλ' ἑτέρως ἔχον, non male. *Bergl.*

y) Scriptus in cod. E. hic versus, vt eum exhibet textus noster. *Brunck.* in Suppl. Sic etiam vterque cod. *Inu.* ἄριστ' ἐπῶν etiam in Elb. et Bau.

1187. (1194. K.) Verſum hunc et ſequentem male interpretatus eſt Friſchlinus, quorum ſenſus hic eſt: *in patriam ἐλθεῖν dicitur ille, qui eius particeps eſt* (ſiue, *cui quouis tempore in eam redire licet*). *Nam nullo antea exilio mulctatus in eam venit. Exul autem in patriam et ἥκειν et κατέρχεσθαι dicitur.* Nimirum κατέρχεσθαι dicitur de illis, qui poſt exilium in patriam redeunt, volentibus hoc ipſum et permittentibus aliis ciuibus. At alii, quibus numquam reditu in patriam interdictum fuit, ſimpliciter ἥκειν vel ἔρχεσθαι in eam dicuntur. Hic eſt verus huius loci ſenſus, quem interpres latinus minime intellexit, vt ex eius verſione ſatis colligi poteſt. *Kuſt.*

1189. (1196. K.) κατέρχεται. Schol.: ἰδίως δὲ ἐπὶ τῶν φυγάδων χρῶνται τῷ κατέρχεται. De omnibus, qui in patriam veniunt, poſſumus vti verbis ἐλθεῖν et ἥκειν, et de exulibus; ſed de iſtis peculiariter vſurpatur v. κατελθεῖν ſ. κατέρχεσθαι. Demoſth. c. Ariſtocr. [p. 636. T. I. Reisk.] ὅθεν γὰρ μηδὲ ἐξέπεσέ τις τὴν ἀρχήν, οὐκ ἔνι δήπου κατελθεῖν εἰς ταύτην. Ap. Aeſch. Eumen. 465. Oreſtes, de quo hic ſermo eſt, dicit: κἀγὼ κατελθών, τὸν προτοῦ φεύγων χρόνον. Soph. Antig. 206. de Polynice: φυγὰς κατελθών. *Bergl.* add. Porſon. ad Eur. Med. 1011.

1191. (1198. K.) οὔ φημι etc. id eſt, *nego Oreſtem exulem impetrata venia domum rediiſſe.* Interpres rurſus aliud hic egit. *Kuſt.*

1192. (1199. K.) λάθρα γὰρ ἦλθεν. Ap. Eurip. Electr. 88. Oreſtes dicit: ἀφῖγμαι δ' ἐκ θεοῦ χρηστηρίων Ἀργεῖον οὖδας, οὐδενὸς ξυνειδότος — τοὺς κυρίους. Aegiſthum et Clytaemneſtram intelligit. *Bergl.*

1195. (1202. K.) σὺ δ' ἐς τὸ κακὸν ἀπόβλεπε. Hoc ſupra 1182. (1175.) dixit: σὺ δ' ἐπιτήρει τὸ βλάβος. *Kuſt.*

1196. τύμβου — Haec cum illis cohaerent, quae recitabat v. 1183. (1176.). *Bergl.*

1197. (1170. Br.) τοῦθ' ἕτερον. Sic quidem codd., ſed, vt opinor, mendoſe. Scribendum ταὔθ' ἕτερον — id eſt, ἕτερον τὸ αὐτὸ αὖθις λέγει, quod in verſione expreſſi. *Brunck.*

1199. (1175. Br.) τεθνηκόσιν. Perperam vulgo ν finale omiſſum, cum verſus labe: emendata in membranis eſt

ſcriptura et in C., quod quum obſeruo, vereor ne ſtulte diligens videar. *Brunck.*

1200. (1207. K.) Quod de mortuis ter inuocatis hic a Baccho tangitur, ad receptum pridem apud Graecos ritum reſpiciunt *z)*, iuxta quem defunctorum peregrinis in oris animas ter magna voce erant ſoliti vocare ſuperſtites ſocii, quo illae domum ſcilicet repeterent. Cuius vtique rei luculentum exſtat ap. Hom. exemplum, apud quem poſt interfectos ſex a Ciconibus Vlyſſis ſocios, naues non ex eo littore prius dicuntur receſſiſſe Od. *ι*. 65. *πρὶν τινα τῶν ἀειλῶν ἑτάρων τρὶς ἔκαστον ἀῦσαι, οἳ θάνον ἐν πεδίῳ Κικόνων ὕπο δηϊωθέντες.* Quod velut *ἀρχαῖον ἔθος*, adducta ritus illius cauſa, in breuibus ad poëtam Scholiis et ap. Euſtath. etiam tangitur. Hinc apud Maronem Aeneas, viſo trucidato in inferis Deiphobo, Aen. VI, 505. „Tunc egomet tumuium Rhoeteo in limine inanem Conſtitui et *magna* manes *ter voce* vocaui:" vbi adduci a viris eruditis haud diſſimilia Auſonii verba video quae exſtant Parental. 1, 13., hunc vero Homeri locum, quem ante oculos habuit Maro, quique idoneus eſt vetuſti illius ritus index, vt nunc de huius Comici noſtri eam in rem verbis ſileam, quantum equidem norim, praetermitti *a)*, et de quo ſilet ibidem Seruius. Haud omiſit vero eumdem Maeonidae locum ad Auſonium Vinetus, vti nec alium Theocr. Id. XXIII, 43. poſtremus Auſonii apud Batauos editor, vir doctus: *Χῶμα δέ μοι κοίλανον, ὅ μεν κρύψει τὸν ἔρωτα, Κἢν ἀπίκῃ, τόδε μοι τρὶς ἐπάϋσον· ὦ φίλε, κεῖσαι. Spanh.*

1202. (1209. Br.) *κἦν που δίς.* Hoc propterea Comicus facit Euripidem dicere, vt contra ſeipſum ſententiam ferat; nam Euripides ſaepius eamdem rem bis dicit, vt v. g. Phoen. 1371. de Eteocle et Polynice: *ὁσσῶ στρατηγῶ καὶ διπλῶ στρατηλάτα·* vbi duae priores voces plane idem ſignificant, quod duae poſteriores, et alterutrae hoc loco

---

z) „Alludit ad antiquum morem, mortuos ter inclamandi; Hom. Od. IX, 65. *πρὶν* etc. Virg. VI. Aen. 506. et magna manes etc." Stanleius ad Aeſchylum. *Bergl.*

a) Nec recentiores Virg. interpretes, quos inſpexi, eum laudarunt.

ſunt prorſus ſuperuacaneae; nam nulla exaggeratione opus ibi eſt, in qua alias cumulari poſſunt voces eiusdem ſignificationis, aut etiam eaedem repeti. Hinc rectiſſime ad illum locum Barneſius: *inanis*, inquit, *et friuola tautologia b)*. Stanleius ad illum Aeſch. locum, quem Euripides ſugillat: „Ab hoc vitio *δὶς ταυτὸ λέγειν*, quod Aeſchylo impingit, immunem ſeſe gloriatur Euripides ap. Ariſtoph. in Ranis: an ſatis recte, haereo; quid enim aliud in Oreſte 140.? *σῖγα, σῖγα, λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης Τιθεῖτε*, (*τίθετε* Pors.) *μὴ κτυπεῖτε, μήδ' ἔϛω κτύπος*." deinde pergit: „Nec vero idem tantum eſt *μήδ' ἔϛω κτύπος*, quod *μὴ κτυπεῖτε*, ſed, quod frigidius, minus eſt." Haec ille. Sed non animaduertit vir acutiſſimus, quam optime et decore id ibi fecerit poëta; nam illa verba dicuntur ab Electra, quae fratri aegro et iam dormienti aſſidet, ad chorum venientem non ſine ſtrepitu, adeo vt periculum ſit, ne excitetur dormiens, quod Electra minime voluiſſet; nam dicit ibi: *ἐμοὶ τόνδ' ἐξεγεῖραι συμφορὰ γενήσεται*. Itaque vix poteſt ſatis verborum inuenire, vt oſtendat, quantopere cupiat ſilentium eſſe *c)*. Non debuit ergo ille locus reprehendi, quum ſit longe elegantiſſimus; quod fatebitur, qui et ſequentia ibi legerit. Praeterea cur dicit minus eſſe *μήδ' ἔϛω κτύπος*, quam *μὴ κτυπεῖτε*? imo etiam plus eſt; nam poteſt eſſe ſtrepitus, etiamſi ego non ſtrepam. *Bergl.* — *ϛοιβήν*. Sic Comicus noſter eleganter appellat voces iſtas, quae fulciendi tantum metri gratia in verſum a poëtis inculcantur, ſenſum autem nihil iuuant; cuiusmodi eſſe ſolent otioſa illa epitheta, *τὰ ὑπερείδοντα τὸ πίπτον τοῦ μέτρου καὶ ἀναπληροῦντα τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ*, vt Lucianus inquit initio Timonis. *Kuſt.*

1204. (1180. Br.) *οὐ γάρ μου ἐϛίν*. Senſum ſic ſupplet gloſſa: *γνῶναι πρὸ τοῦ ἀκοῦσαι*, quod paulo longius arceſſitum videtur. Quidni? *οὐ γάρ μου ἐϛὶ λέγειν*. Rem transegit Berglerus, haec verba in verſione omittendo, qua

---

b) Valckenar. autem docuit, eum verſum ſpurium eſſe, e duobus Sophocleis conflatum, et a conditore ita ſcriptum: *διϛὼ ϛρατηγὼ καὶ διπλὼ ϛρατηλάτα*, deleuit etiam Porſonus (v. ei. not. ad. 1380.).

c) Arnaldus legi voluit *μὴ ψοφεῖτε*. At Valck. ad Eurip. Ph. l. l. p. 593. ed. ſec. tuetur vulgatum et poëtam defendit.

ratione nihil profecto tutius vel facilius eſt. Perperam in cod. E. [vt in Rau.] ἀκουσέον, neglecto eleganti Atticismo. Subobſcurus eſt hic locus, in quo plenum ad ſenſum aliquid deficit. Salebram tranſiluit Berglerus. Ego, quod maxime probabile videbatur, in verſione expreſſi *d*). Sed aliter ſententiam ſupplet gloſſa codicis: *οὐ γὰρ μούσὶ πρὶν ἀκοῦσαι γνῶναι· non enim mihi fas eſt iudicare prius quam audierim; μούσὶ* accepto pro *μοι ἐσί. Brunck.*

1206. (1213. K. 1182. Br.) ἦν Οἰδίπους. Schol. ἐξ Ἀντιγόνης Εὐριπίδου. ἔσι δὲ ἀρχὴ τοῦ δράματος. Non exſtat hodie. *Bergl.* Ms. Vat. U. rectius [pro vulg. εὐτυχὴς] εὐδαίμων ἀνήρ. *Kuſt.* Sic optime Vat. cod., quod absque eo etiam reponi poterat ex Aeſchyli reſponſo: *Non hercle εὐδαίμων ſed κακοδαίμων.* Hoc illud tibi opponi flagitat: loci gratiam corrupit, qui e gloſſa interpolauit vulgatum εὐτυχής. Idem Euripidei prologi vocabulum repetit etiam Bacchus v. 1195. (1219. vulg.), vbi εὐτυχὴς metrum admittere non grauabatur. *Brunck.*

1207. μὰ *e*) τὸν Δί' οὐ δῆτα. Quam priorem Oedipi felicitatem ei prorſus hic abnegat Aeſchylus, in eo tamen idem agnouerat Sept. Theb. 778. Τίν' ἀνδρῶν γὰρ τοσόνδ' ἐθαύμασαν Θεοὶ καὶ ξυνέσιοι πόλεως, Πολύβοτός γ' αἰὼν βροτῶν, Ὅσον τότ' Οἰδίπουν τίον. Cui adde Soph. Oed. Tyr. 1214. τίς γάρ, τίς ἀνὴρ πλέον τὰς εὐδαιμονίας Φέρει etc. *Spanh.* κακοδαίμων Φύσει. Sane et ipſe Euripides aliter in Phoen. 1589. vbi Oedipus dicit: ὦ μοῖρ', ἀπ' ἀρχῆς ὥς μ' ἔφυσας ἄθλιον. Confer totum iſtum locum; nam ibi vsque 1605. eadem fere dicuntur, licet aliter, quae hic apud Comicum vsque ad v. 1226. *Bergl.*

1208. (1184. Br.) ὄντινά γε, πρὶν φῦναι μέν, ὦ πόλλων ἔφη. Sic e membr. edidi *f*), in quibus tamen men-

---

d) Vertit: non enim meae ſunt loquendi partes, ſed auſcultandi etc. Conzius: denn mir gilt es nicht. Ich bin nur Ohr für deiner Prologen Meiſterhaftigkeit. Francogallus: Je n' ai rien à dire ici, mais je dois examiner ce que valent vos prologues.

e) Inu. ex vtroque ſuo libro νὴ τ. Δ. edidit; vſitatius eſt μὰ ſequente *ὠ*, vt paulo poſt.

f) Plane eadem cod. E. ſcriptura, quam e membr. enotauimus.

doſe Ἀπόλλων, verſu ob articuli defectum claudicante. Eadem plane eſt ſcriptura in C. Duo alii vt vulgo peruerſiſſime: ὃν τινά γε, πρὶν μὲν ἦ φῦναι, Ἀπόλλων ἔφη. ὦπόλλων eſt in Vat. g) cod. cuius ſcripturam ad eumdem modum iam emendauerat Valckenar. ad Eurip. Phoen. p. 539. [ed. prim.]. *Brunck.*

1210. Inu. qui antea cum Br. et, vt videtur, ſuis libris conſentientibus dederat εὐδαίμων, hic tamen εὐτυχὴς repoſuit ex iisdem. At probabilius eſt, Aeſchylum repetiiſſe vocab., quod Eurip. adhibuerat.

1213. Vulgo erat οὔμενουν. Mutauit Brunk. Senſus: non deſiit eſſe infortunatus.

1214. ἐν ὀρράκῳ id eſt, *in olla*. Omnia enim vaſa fictilia vel figlina Graeci ὄρρακα vocant. *Kuſt.* In χύτραις nempe ſeu *ollis* exponi ſolitos olim infantes tradit hic Schol., vnde χυτρίζειν id ſit ab iis dictum. Id vero tangit et illuſtrat manifeſtus eam in rem apud Comicum locus Thesm. 512. Τὸ δ' εἰςέφερε γράδυς ἐν χύτρᾳ τὸ παιδίον Ἵνα μὴ βοᾴη κηρίῳ βεβυσμένον, qua de re in Schol. ibid. et ad Acharn. 462. agitur. *Spanh.*

1216. (1192. Br.) ἤρρησεν. Gl. μετὰ φθορᾶς ἦλθεν. Eſt ab ἔρρω, cuius verbi vis et ſignificatio in gloſſis Heſychii ſatis explicata. Futurum Attici a forma contracta deriuant: ἐρρήσω, vt τυπτήσω. v. ad Lys. 459. In eadem fabula 1240. οὐκ ἐρρήσετ', ὦ μαςιγίαι; Ab hoc futuro deriuantur cognata tempora, vt aoriſtus hic et praeteritum Thesm. 1075. ὀχληρά γ' εἰςηρρήκαμας. *Brunck.* — οἰδῶν τῷ πόδε. ὅθεν νιν Ἕλλας ὠνόμαζεν Οἰδίπουν, in Phoen. Eurip. 27. *Bergl.*

Brunck. in Suppl. Eamdem in duobus ſuis inuenit Inu. atque recepit etiam Ἀπόλλων, quum non tantum propter articuli neceſſitatem ſed etiam metri cauſa legendum ſit ὦπόλλων.

g) Metrum verſus huius laborat. Quare praeferenda eſt lectio cod. Ms. Vat. U. qui ſic habet: ὃν τινά γε πρὶν ἦ φῦναι μὲν ὠπόλλων ἔφη. *Kuſt.* Cum Eurip. Phoen. 1613. ὃν καὶ πρὶν εἰς φῶς μητρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν, compararunt haec Valck. et Porſon. „Non video, ait *Reiske*, quid ſibi velit μέν?" Eſt *et quidem priusquam naſceretur.*

1219. (1195. Br.) Perperam vulgo et soloece εὐδαίμων ἂρ' ἦν h). Noſtra lectio [εὐδ. ἂν ἦν] perſpicue ſcripta eſt in B. v. not. ad Lys. 149. et ſupra 866. (891.). *Brunck.* Retinuit Inu. cum vtroque ſuo cod. vulgatum, neque ἄν non ſubintelligi poteſt.

1220. (1227. K.) Haec ironice dicta, quae miſerabilem Eraſinidae ſortem innuunt, manifeſte arguunt, hanc fabulam poſt eius viri condemnationem et mortem actam fuiſſe et cum aliis locis firmant noſtram et antiqui Schol. de eius didascalia ſententiam. Periit enim Eraſinides cum aliis ducibus eodem anno, quo ad Arginuſas pugnatum eſt, Callia archonte, anno belli XXVI. *Palmer.* [Exercc. p. 775.] Si vnus ex decem illis ducibus fuiſſet, qui puguarunt ad Arginuſas, ex quibus plerique, nempe qui Athenas redierant, vincti condemnati ad mortem fuerunt, quod illos, quos in praelio amiſerant, ſepulturae non dediſſent, vt eſt ap. Xenoph. I. Hell. [c. 7.] et ap. Schol. Dicit autem ironice; nam minime fuiſſet beatus, ſi vnus illorum fuiſſet. *Bergl.*

1221. (1197. Br.) καλῶς. Superſcriptum in C. καλοὺς pro varia lectione. *Brunck.*

1222. (1229. K.) νυίσω τὸ ῥῆμα. Inſra 1259. Ἵνα μὴ διακναίσῃ τοὺς προλόγους. *Bergl.* Senſus: non in ſingulis verſibus vnumquodque dictum vellicabo.

1224. (1200. Br.) ἀπὸ λημνιθίου σοι [vt Br. ed.] eleganter membr. Inde deprauata eſt vulgata lectio, quam repraeſentant C. D. ἀπὸ λημνιθίου σου. Meliorem exhibet B. ſed noſtrae non praeferendam: ἀπὸ λημνιθίου τοὺς σοὺς προλόγους διαφθ. *Brunck.*

1226. (1233. K.) ὡς ἐκαρμάττειν. *Ita facis prologos, vt quibusdam verſibus applicari poſſint voces iſtae:* λημνίθιον, κωδάριον, θυλάκιον *et ſimiles, ſaluo metro et ſenſu alio euadente ridiculo:* nempe quum verbo aliquo tertiae perſonae, vt ἀπώλεσεν, quod commode conſtrui poſſit cum aliquo nomine tertiae perſonae exſtante in ver-

h) Interrumpit hoc faceto dicto vtriusque poëtae orationem Dionyſus. Euripides, quae ſequuntur, non ad hunc, ſed ad Aeſchylum dicit.

bis Euripidis. Duo ergo obſeruanda ſunt, ſi quis velit alicubi applicare voces ληκύθιον ἀπώλεσεν, vt et metrum conſtet, et ſenſus fiat non ineptus. Male itaque applicarentur Prologo Phoeniſſarum illae voces hoc modo: ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδόν, καὶ χρυσοκολλήτοισιν ληκύθιον ἀπώλεσεν. Nam et ſenſus nullius eſt, et verſus alter abundat vno pede; commodius autem poſſunt applicari prologo Hecubae hoc modo: ἧκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπών, ἵν' ᾅδης ληκύθιον ἀπώλεσεν. Hic et verſus conſtat et eſt aliquis ſenſus: *venio, inferorum receſſu et tenebrarum portis relictis, vbi Pluto ampullam perdidit.* Nam credibile eſt illos, qui in tenebris degunt, ampullam perdidiſſe; ſi enim haberent ampullam cum oleo, accenderent lucernam. *Bergl.*

1227. (1234. K.) θυλάκιον. Ne quis miretur, quomodo haec vox eodem modo poſſit ingredi in verſum, quo ληκύθιον aut ἀσκάριον, quum in iſtis prima ſyllaba ſit longa, in θυλάκιον autem in hoc ipſo verſu breuis *i)*; ſciendum eſt, illam alias produci, vt in Plut. 763. ὡς ἄλφιτ' οὐκ ἔνεσιν ἐν τῷ θυλάκῳ. *Bergl.*

1230. (1206. Br.) Ex Archelao Euripidis principium *k)*, vt quidam dixerunt, teſte Schol. *Bergl.* v. fragm. Eurip. Arch. I.

1232. (1239. K.) ληκύθιον ἀπώλεσεν. v. Rich. Bentlei. ad Fragm. Callim. CCCXIX. [p. 548. Ern. vbi ληκύθειος Μοῦσα.] *Kuſt.*

1233. (1209. Br.) Hunc verſum Euripidi, ſequentem Baccho tribuunt tres codd. Solus C. (et E.) iuxta impreſſos vtrumque Baccho adſcribunt. *Brunck.*

1235. (1211. Br.) Initium Hypſipyles Euripidis *l)*; tertii verſus clauſulam profert Schol., παρθένοις ξὺν Δελ-

---

i) Hanc ipſam ob cauſam inſigniter corruptum eſſe hunc locum cenſet Porſon. ad Eurip. Med. 150. p. 409. T. I. Lips., quum θύλακος ſemper primam producat. Sed quidni et hic producatur, vt vltimus pes ſit tribrachys, vti ſecundus et quartus anapaeſti?

k) Idem etiam Brunck. monuit.

l) Idem monet Bergl. cf. fragm. Eur. Hyps. 1. ed. Musgr.

φίσι m). Genuinam formam seruarunt membr. πεύκησι n), de qua vide Valckenario ad Eurip. Phoen. p. 23. et nobis ad Mede. 482. notata. In Lys. 330. vulgo etiam legitur δούλησιν ὠσιζομένη. Παρνασὸν est in IV. codd. o) vt supra 1057. (1084.). *Brunck.* Vid. Macrob. Saturn. I, 18. vbi etiam loci huius Euripidei mentionem facit. *Kust.* θύρσοις etc. Eurip. Bacch. 137. de Baccho: νεβρίδος ἔχων ἱερὸν ἐνδυτόν. Ibid. 176. θύρσους ἀνάπτειν καὶ νεβρῶν δορὰς ἔχειν (thyrsos aptare et hinnulorum pelles habere). Ceterum vt hic καθαπτός, ita Eccl. 504. συναπτός. Ab ἅπτειν est ἐνημμένος, de quo ad Nub. 72. *Bergl.*

1236. (1243. K.) ἐν πεύκησι etc. Quod de Baccho tradit similiter Eurip. Bacch. 306. πηδῶντα σὺν πεύκαισι δορυφόρον πλάκα (saltantem cum facibus in bicipiti rupe s. Parnasso): et Iph. Taur. 1243. τὰν βακχεύουσαν Διονύσῳ Παρνάσιον κορυφάν. Immo prout a Comico supra dictum Nub. 603. Παρνασίαν θ' ὃς κατέχων Πέτραν σὺν πεύκαις σελαγεῖ p), vbi Aeschyli praeterea adduxi eam in rem et alia loca. Adde Catull. Epithal. Thet. [LXIV.] 391. Saepe vagus Liber Parnassi vertice summo. *Spanh.*

1241. (1248.) οὐκ ἔστιν — Sthenoboeae principium, teste Schol. ad 1250. q). Ceterum hunc primum versum laudat Nicostratus Comicus ap. Stob. Serm. CIII. οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν συντόμως γε φιλτάτε Εὐριπίδη τὸν βίον ἔθηκας εἰς σίχον. Et Diphilus ap. eumdem Serm. CVI. Ὅταν ἀτυχεῖν σοι συμπέσῃ τι, δέσποτα, Εὐριπίδου μνήσθητι, καὶ ῥᾴων ἔσῃ· Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ. Qui Diphilus et ap. Athen. X. p. 422. egregio encomio ornat Euripidem: εὖ γ' ὁ κατάχρυσος εἶπε πόλλ' Εὐριπίδης. *Bergl.*

---

m) Idem Bergl. e Schol. attulit.

n) Nam vulgo, etiam in vtroque cod. Inu. fuit πεύκαισι.

o) Ita etiam Elb. habet.

p) Eumdem locum et suas notas ad eum laudat *Bergl.*

q) Initium Sthenoboeae Euripidis. Tertii versus finem habet Schol.: πλευσίαν ἀμοῖ πλάκα. *Brunck.* v. Fragm. Sthenob. 1. Supplementum illud etiam Bergl. affert et veritum reddit: aut ignobili genere natus diuitem agrum arat.

1244. (1251. K.) *ὑφέσθαι μοι δοκεῖς.* id est, *vela mihi contrahere videris.* Metaphora enim sumta est a nauigantibus, qui vento increbescente vela nimis turgida submittere vel contrahere solent; quod Graeci *ὑφέσθαι* vocant. Eleganter Sophocles Electr. p. 97. ed. Henr. Steph. [v. 337. f. 329. Erf.]: *νῦν δ' ἐν κακοῖς μοι πλεῖν ὑφειμένῃ δοκεῖ* (nunc in malis mihi nauigandum videtur submissis velis). Schol. ad illum locum: *ὑφειμένῃ· μὴ ὅλον τὸ ἱσίον ἀνπετασάσῃ* (quae totum velum non explicuit) *ἀντὶ τοῦ, δοκεῖ μὴ ταπεινῶς διαλέγειν* (loquendum esse) *καὶ ὑπηκόως. μεταφορικῶς δὲ λέγεται ἀπὸ τῶν πλεόντων, οἳ πρὸς τὴν βίαν τῶν ἀνέμων οὐκ ἀντίσχοντες ὑφιᾶσι τῶν ἱσίων.* Postquam ergo poëta noster voce *ὑφέσθαι* eo, quo diximus, sensu vsus est, in versu sequ. coeptam metaphoram continuat, dum ait: *τὸ ληκύθιον* etc. *nam lecythulus hic validum emittet turbinem r).* Ceterum sensui huius loci multo aptior et conuenientior lectio foret *δοκεῖ* pro *δοκεῖς*, vt Bacchus Euripidi dicat: *censeo, Euripides, vela tibi submittenda esse. Nam lecythulus hic validum emittet flatum* (a quo nauiculae tuae periculum imminet). Apud Graecos autem *δοκεῖ μοι ὑφέσθαι* (pro, *censeo vela esse submittenda)* eodem modo dicitur, quo *δοκεῖ μοι ποιεῖν videtur mihi esse faciendum*, et in citato loco Soph. *δοκεῖ μοι πλεῖν videtur mihi esse nauigandum;* et sexcenta alia. *Kust.*

1245. (1221. Br.) *τοῦτο πνευσεῖται.* Insertam vulgo particulam *γε* omittunt tres Regii. *πνευσεῖται* forma est dorica Atticis poëtis in futuris mediis frequentata *s).* Vid. quae notaui ad Eurip. Hipp. 1104. Plut. 496. Menander ap. Stob. p. 59. Floril. Grot. *εἰ τοὺς ἀδικηθέντας, πάτερ, φευξούμεθα. Brunck.*

1246. Per Cererem v. 913. iurauerat Aeschylus Eleusinius, quem inepte, vt et alibi, Euripides videtur imitari; nisi loqui haec potest tamquam *μεμνημένος.* cf. 386. 680. 1094. *Hotib.*

---

r) Vid. quae notaui supra ad 1030. (1026.) *Bergl.*

s) Cf. Fischer. Anim. ad Well. Gr. gr. II. p. 360. 428. et Matthiae Gramm. gr. p. 214. f.

1248. (1224. Br.) Hunc verſum Baccho recte tribuunt IV. codd. Manifeſto in impreſſis errore Aeſchylo adſcriptus eſt. *Brunck.*

1249. (1256. K.) Eſt verſus, vt monet Schol., ex Eurip. Phryxo poſteriore *t*), cuius etiam mentionem faciunt Lucianus in Macrob. p. 475. ed. Amſt. [c. 23. p. 226. T. III. Reiz.] Plutarchus in vit. Iſocrat. p. 837. [T. IX. p. 331. Reisk.] et Heſych. V. Γλυκερῷ Σιδωνίῳ. Locus autem huic ſimillimus occurrit apud eumdem Eurip. in Bacch. 170. ſ. Κάδμου ἐκπάλει δόμων, Ἀγήνορος παῖ, ὃς πόλιν Σιδωνίαν Λιπὼν etc. *Kuſt.* Initium eſt Eurip. Phryxi. Suppreſſam alterius verſus partem habet Schol. Ἵκετ' ἐς Θήβης πέδον. *Brunck.*

1251. (1227. Br.) ἀποπρίω τὴν λήκυθον. Hoc Bacchus Euripidi dicit, ſuadens ei vt peſtiferum illum lecythum emat: mox v. 1235. (1259.) Aeſchylo ſuadet, vt eum vendat. Manifeſtus ſenſus eſt: et ſi forte in verbi ſignificatione haeſitabat Bergierus, quidni Stephani Theſaurum conſulebat? non inepte vertiſſet: *vende lecythum.* — *Quid ita? egone huic vendam? Brunck.* Illud toties repetitum λήκ. ἀπωλ. alludit eo, quod ληκυθίζειν de iis, qui opera expoliebant et exornabant, dictum eſt, ita vt ad artificioſam et quaeſitam dicendi rationem Eurip. reſpiciatur. *Conz.*

1252. (1259. K.) διακναίσῃ. Strattis: Εὐριπίδου δὲ δρᾶμα δεξιώτατον διέκνισε (drama elegantiſſimum corrupit); ap. Schol. Eurip. Or. 269. *Bergl.*

1256. (1232. Br.) Principium ex Iphigenia apud Aulidem, vt dicit Schol., et exſtat hodienum. *Bergl.* εἰς Πίσαν. Sic bene A. C. Foediſſima menda vulgo: Πίσσαν. *Brunck.*

1257. (1264. K.) θοαῖσιν ἵπποις. Reliqua pars iambi: Οἰνομάου γαμεῖ κόρην. *Bergl.*

1259. (1235. Br.) ἀπόδου vende. Sic perſpicue in membr. vt perite emendauit Daweſius *v*). Vulgata lectio

---

t) v. Fragm. Phryx. 1.

v) Miſc. Cr. p. 241. vbi docet, actiuum ἀποδιδόναι non habere

ἀτόδος alienam huius loci significationem habet: *redde, restitue* [supra 272. *solue*]. *Brunck.*

1260. (1267. K.) λήψει. λαμβάνειν et καταλαμβάνειν pro *emere* ab Aristoph. inter alios saepe adhibitum erudite iam ad Lucian. p. 959. T. I. [ed. Amst.] monuit Graeuius, quod hic quoque locus comprobat. *Spanh.* καλήν τε κἀγαθήν. Hoc ex vsu loquendi et formula, qua nihil tritius, reponere quiuis *x)* potuisset. Sic in IV. codd. Vulgo καλήν γε κἀγαθήν. *Brunck.*

1262. (1238. Br.) Est ex prologo Meleagri, cuius hoc erat exordium *y)*:

Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, Πελοπίας χθονὸς
ἐν ἀντιπόρθμοις, πεδί' ἔχουσ' εὐδαίμονα.
Οἰνεὺς δ' ἀνάσσει τῆσδε γῆς Αἰτωλίας,
Πορθάονος παῖς· ὅς ποτ' Ἀλθαίαν γαμεῖ,
Λήδης ὅμαιμον, Θεσίου δὲ παρθένον.
οὗτός ποτ', ἐκ γῆς πολυμετρον λαβὼν κάχνυ
θύων ἀπαρχάς, οὐκ ἐθύτευεν ἐν μέρει
Ἀρτέμιδι —

Brunck.

1267. (1243. Br.) ἔα ὑτόν, ὦ ὑτάν. Sic perspicue scriptum in E. D. Perperam vulgo ἔ' αὐτόν *z)*, tamquam si in ἔα elidi posset vltima, quae longa est. v. ad Lys. 945. Male in membr. scriptum [vt in ed. Kust.] ἔα αὐτόν· peius in C. ἔασον αὐτόν *a)*. Poetae Attici semper in vnam syllabam ἔα contrahunt. Nub. 932. ὀσῦρ' ἴδι, τοῦτον δ' ἔα μαίνεσθαι. Soph. Oed. Tyr. 1451. ἀλλ' ἔα με ναίειν — Antig. 95. ἀλλ' ἔα με καὶ τὴν — Vt in illis versibus ἀλλ' ἔα pes est spondeus, sic ἀλλ' ἔα ὑτὸν est antibacchius, qui senarium inchoat. Sic scripserat idem Soph. in versu Oed.

---

vendendi notionem, quam Frischlin. in versione expressit, sed Medium.

x) Reponendum ita esse docuit Dawes. p. 243. et legitur etiam in Elb. et Bau.

y) Fragm. Meleag. 1. ed. Musgr.

z) ἔ' αὐτὸν edd. priscinae; non ἔα αὐτόν. *Bergl.*

a) Melius vterque cod. Inn. ἔασον, ὦτάν.

Col. vexatissimo 1255. ed. Iohns., cuius sensum solus percepit Dawesius, veramque lectionem adseruit, sed praua scribendi ratione [ἀλλ' ηὐτὸν] obscuratam: ἀλλ' ἔα 'υτόν b)· εἰσὶ χ' ἁτέροις γοναὶ κακαί. Sibi habeant auferantque secum nugas suas viri clarissimi, qui Sophocli adfingere voluerunt, alter ἀλλ' εὔτοι (pro εὖ τοι), alter ἁλὶς (pro ἅλις) αὐτόν· quae suo loco, vt par est, explodentur. [v. Brunk. Not. ad Soph. l. l.]. *Brunck.*

1268. (1244. Br.) Initium est prologi Melanippae sapientis:

Ζεύς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο,
Ἕλλην' ἔτικτε.

Brunck. [v. Fragm. Melan. 2. ed. Musgr.]

1271. (1278. K.) Loci huius meminit Pollux II, 65. De significatione autem voc. σῦκον, qua vlcus palpebrarum notat, vt h. l., vid. Foësium Oecon. Hippocr. V. Σῦκα [p. 593.] *Kust.* Hesych. Σῦκα· τὸ ἐπὶ τοῖς βλεφάροις νόσημα, οἵτινες σύκωσιν. *Spanh.*

1274. (1281. K.) ταὔτ'. ταύτ' scribenda est haec vox cum acuto in penultima; non vero, vt priores edd. habent, cum circumflexo; quia τὸ πλῆρες est ταυτά, vt recte Schol. monet. *Kust.*

1281. (1258. Br.) ὅπη μέμψεται. Sic quatuor codd. c). Soloece vulgo legitur μέμψαιτο, quod habet etiam B. Foedissimam mendam, si minus e perspecta loquendi ratione, saltem e Scholiasta eluere poterant editores: hic enim metra declarans hunc versum constare ait ἐκ διτροχαίου καὶ βακχείου ἢ ἀμφιβραχέος, quod verum est in nostra lectione, in vulgata secus deprehenditur. *Brunck.*

1283. (1290. K.) τὸν βακχεῖον ἄνακτα. Aeschylum quasi *regem* in arte tragica, seu Tragicorum vt vidimus throno insidentem his verbis exornat chorus h. l. et *Bacchium* inde vocat; quomodo Διονυσιακοὶ dicti olim *histriones* apud Graecos, quod in Bacchi honorem tragoediae sint

---

b) Musgrau. edidit: ἀλλ' αὐτὸν — sed varia coniecit.

c) Nempe A. C. D. E., tum etiam Elb. et Bau. et haud dubie etiam Inu. codd.

repertae et inſtitutae, ac ſi Panathenaea excipias, in ſolis etiam Dionyſiis ſ. Bacchi feſtis ap. Athenn. ederentur. Sic *Regi Artis*, fabrilis nempe, de Vulcano dictum legitur in praeclaro, de quo alibi egimus *d)*, Claudii Gothici numo; prout ἄνακτες a Graecis caeteroquin appellati in quauis arte praeſtantiſſimi, ſeu doctores eius et magiſtri, ap. Aeſch. Eum. 16. de Delpho rege, ſeu rectore regionis Delphicae: Δελφός τε χώρας τῆσδε πρυμνήτης ἄναξ. Vt mittam, quod alibi remiges ab eodem Pers. 378. κωπῶν ἄνακτες dicuntur ac ſimiliter ab Eurip. Cycl. 86. Inde etiam χειρώναξ ab eodem ap. Stob. in Exc. H. Grotii p. 71. χειρώνακτες ἄνθρωποι λόγων *viri ſermonis artifices;* et παιδώνακτες qui puerorum inſtitutioni praeerant. Heſych. παιδώνακτες (non, vt ibi hactenus παιδάνίκται, quod viderunt iam alii), οἱ προϊσάμενοι τῆς τῶν παίδων εὐκοσμίας. *Spanh.*

1285. (1292. K.) δείξει δὴ τάχα. Plenius in Lys. 377. τοὔργον τάχ' αὐτὸ δείξει, vbi v. Not. *Bergl.* Inchoatur hinc act. V. ſcena II.

1287. (1263. Br.) Verſum hunc libri omnes ſcripti et impreſſi, etiam poſterior editio Veneta, Baccho tribuunt, ita vt typothetae errore, non Bergleri iudicio, adſcriptus ſit Aeſchylo in nouiſſima Bataua. *Brunck.* Lepide Bacchus dicit: fragmenta carminum melicorum Aeſch. computabo, ſumtis calculis. Tibicen Diaulium accinit, vt praeeat voce ſequens melos.

1288. (1295. K. 1264. Br.) Ridiculi huius centonis *e)* duo primi verſus ſunt ex Myrmidonibus Aeſchyli: tertius eſt e Pſychagogis: quinto et ſexto diuerſam ſedem tribuunt veteres Critici: vnde eſſent, Ariſtarchus et Apollonius ignorarunt, aliis ad Telephum, aliis ad Iphigeniam eos referentibus. *Brunck.* Φθιῶτ' Ἀχιλεῦ. Ex Myrmidonibus Aeſchyli: ſuntque verba legatorum ad Achillem, quem vocabant ad opem ferendam ceteris Graecis, quum a Troianis iam premerentur: ex Schol. Notandum autem,

d) Vid. Raſchii Lex. numism. IV, I, 811. Eckhel. Doctr. num. vett. VII. 473.

e) Ita explicatur εἰς ἓν συντεμεῖν, concidere et fragmenta coniungere.

quod mox Schol. ſcribit: προφέρει καὶ Εὐριπίδης εἰς γέλωτα ἄλλα ἐξ ἄλλων δραμάτων συναγαγών, διὸ καὶ ἀσαφῆ, μίαν ἁρμονίαν οὐκ ἔχοντα· οὐκ ἄρα τὰ μὴ ξυνετὰ ζητητέον. *Bergl.* ἀνδροδαΐκτον (virorum caedes). Hac voce praeter Myrmidonum drama, in quo, vt e Scholl. liquet, eam adhibuerat Aeſchylus, vſus eſt inſuper Choëph. 860. *Spanh.*

1290. *f)* (1297. K.) Ex Aeſchyli Pſychagogis, vt ait Schol. *Bergl.*

1292. (1299. K.) ἰήκοπον *[heu laborioſum]*. Athen. IX. p. 363. τὸ δαιμόνιον ἵλεων ἠξίουν γίνεσθαι, ἐπιφωνοῦντες ἰή, ἰή. Ceterum hic verſus intercalaris eſt in ſequentibus *g)*; proprie autem ad praecedentia Aeſchyli verba pertinet, vt dicit Schol. ad 1290. — οὐ πελάθεις etc. Eurip. Rhes. 557. τί ποτ' οὐ πελάθει (appropinquat) σκοπός; *Bergl.*

1293. δύο κόπω. Nempe quia bis illud ἰήκοπον occurrerat, ita vt duplex labor ſe defendendi Aeſchylo eſſet.

1294. (1301. K.) Ariſtarchus et Apollonius ap. Schol. videndum eſſe aiunt, vnde haec ſint depromta: ibidem refertur, alium Grammaticum putaſſe, ex Telepho Aeſchyli haec eſſe; alium, ex eiusdem Iphigenia. Ego inuenio in Suppl. Aeſch. 14. κύδις' ἀχέων ἐπέκρανε *h)*. Quod fere ſimile eſt illis, quae ap. Comicum ſunt: κύδις' Ἀχαιῶν — πολυκοίρανε, ſed longe aliud ſignificant. *Bergl.*

1295. (1270. Br.) μάνθανε παῖ. Sic membr. omiſſo μου, quod pronomen vulgo inſeritur. *Brunck.* Videtur μου etiam in Elb. et Bau. aliisque fuiſſe, in libris Inu. defuiſſe. Et hos duo verſus, atque 1298. ſ., vt 1301. ſ. in vnum verſum contrahendos puto. Sic aequalia omnia fiunt.

1297. Quum antea Αἰσχύλε lectum fuerit, aut hic ex vtroque libro Inu. non reponendum ὦ 'σχύλε, aut an-

---

f) Ap. Brunck. 1290. 91. vnum efficiunt verſum, antea ita, vt ap. Inu. diuiſi.

g) Videtur Euripides eum adhibuiſſe ad exemplum τοῦ, λῃκύθιον ἀπώλεσεν. *Conz.*

h) Ad q. l. huius noſtri non memores fuerunt interpretes.

tea idem etiam legendum erat, quamquam articulo non eſt opus.

1298. (1273. Br.) εὐφημεῖτε μελισσονόμοι. Vertit Bergl. *bona verba dicite, apiarii.* Quid, quaeſo, apiariis rei eſt cum Dianae templo? Μελισσονόμοι ſunt Meliſſarum, ſeu ſacerdotum Dianae, praeſides. Mulieres fatidicas, quae in templis miniſtrabant, μελίσσας dictas fuiſſe notum eſt. *Brunck.*

1299. In C. non ὄμον ſed δρόμον ſcriptum, et iſta habetur gloſſa: εὐφήμως λέγετε οἱ δίκην μελισσῶν νεμόμενοι ἐν τῷδε τῷ τῆς θεᾶς ἄλσει. *Brunck.*

1301. (1308.) κύριος etc. Hic et ſequens verſus *i)* deſumti ſunt ab Eurip. ex Aeſch. Agam. 103. ſed vbi pro ὅσιον κράτος *k)* legitur, ὅδιον κράτος, de quo loco iam ante vidimus ad v. 925. *Spank.* ὁσίων ad ἀνδρῶν relatum meliorem ſenſum dare videtur. Sed neutrum ſincerum eſt. In Aeſch. Agam. vnde hic verſus deſumtus eſt, exſtat v. 104. ὅδιον, quod cur Comicus mutaret, nulla erat ratio. Immo ὅσιον ex Aſclepiadis interpolatione eſſe tradit Schol., cuius verba ab exſcriptoribus male habita recte emendat Pawius ad Aeſch. locum: ἐν τοῖς πλείοσιν ὅδιον· Ἀσκληπιάδης δὲ ὅσιον. Illud a lectore reponi velim. In B. κύριός εἰμι λέγειν — Vides gloſſam pro genuino auctoris verbo. *Brunck.* Ex Agam. Aeſch., vt et Schol. vidit, v. 104. vbi integer locus ita habet: κύριός εἰμι θρασεῖν ὅδιον κράτος αἴσιον ἀνδρῶν ἐκτελέων· *potis ſum enarrare viſum in itinere potentiam auſpicatam virorum praefectorum. Bergl.*

1304. (1311.) ὦ Ζεῦ βασιλεῦ. In Nub. 2. ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν ὅσον. *Bergl.*

---

i) Sunt enim vulgo duo, ita vt priori verba θεῖον κράτος, ſecus quam ap. Inu., addantur, ſed Brunk. vnum inde fecit.

k) Ita vulg. fuit, Br. dedit ὁσίων, Inu. e Ran. reſtituit θεῖον κρ. eumque Höpfn. ſequutus eſt. De loco ipſo v. Schütz. in Comm. p. 166. (qui interpretatur: poſſum celebrare laudium virorum principum ad bellum proficiſcentium robur), ſed prorſus mutauit lectionem Bothius, reponens: Κύριός εἰμι θρασεῖν δεικάζοντες αἴσιον ἀνδρῶν κ. τ. λ., vocabulo et ſenſu incommodo.

1305. (1312. K. 1279. Br.) *βούλομαι.* Subintelligitur *τρέχειν* aut ſimile. In Plut. 953. *ἐς τὸ βαλανεῖον τρέχε. Bergl.* Ms. Vat. U. poſt *βούλομαι* addit *ἀπελθεῖν*, apte quidem ad ſenſum, ſed non ad metrum, quippe quod verbum hoc, vt ſuperfluum, reſpuit. Poteſt autem verbum hoc cum metro quoque conciliari, ſi verſus iſte ita ſcribatur: *ἐγὼ μὲν ἀπελθεῖν ἐς βαλανεῖον βούλομαι.* Et ſic ſcripſiſſe Ariſtophanem nihil credere vetat. *Kuſt.* Cod. B. in contextus ſerie exhibet *ἐς τὸ βαλανεῖον βούλομαι ἀπελθεῖν.* Vltimum verbum gloſſema eſt, in C. D. verbis textus ſuperſcriptum. De huius verbi et ſimilium frequentiſſima ellipſi et Kuſteri commento gloſſam in verſum intrudentis, v. Doruill. ad Charit. p. 796. ſſ. *Brunck.*

1306. *νεφρὼ* hic forte pro *ὄρχεις*, vt ap. Athen. IX. p. 382. Philippides: *καλοί γε φασὶν οἱ νεφροί*, qui *ὄρχεις* ibidem paullo ante appellantur. *Spanh.* Senſus eſt ex ambiguitate facetus: prae *πόποις* (laboribus) renes mihi intumuerunt.

1308. (1315. K.) *κιθαρῳδικῶν νόμων.* Quorum auctor exſtitiſſe Terpander a Plut. de Mus. p. 1132. [T. X. p. 652. ſ. Reisk.] aliisque dicitur. Inter quos *κιθαρῳδικοὺς νόμους* locum habuit, qui appellatus eſt *ὀρθιος νόμος*, ab eodem quoque Plutarcho memoratus p. 1134. [p. 658. X. Reisk.], et quo vſum Aeſchylum a Timachide tradi, docet h. l. Schol. De *πυῤῥίχης* ſaltatione, quod illa exigat *τοὺς ὀρθίους νόμους* tradit Athen. XIV. p. 631. *Spanh.*

1309. *κόπον μ. πρ.* h. e. non adhibe illum verſum intercalarem, in quo *κόπος* occurrit.

1310. (1284. Br.) Parodia eſt canticorum Aeſchyli, centonis itidem in modum concinnata e verſibus variorum illius dramatum. In Agam. 109. iſti leguntur *l*):

---

l) Ὅπως Αχ. Ex Agamemn., vt et Schol. indicauit; ſunt autem haec non longe ab illis, quae paulo ante adducebat inde, et plenius ita leguntur: Ὅπως — αἶαν· *quo pacto Achiuorum geminos duces* Agamemnonem et Menelaum, *iuuentutemque Graeciae, exercitum vnanimem miſerit, cum armis poenam exacturis bellicus ales in Teucrorum terram.* Quae poſtrema verba, paucis aliunde interpoſitis, mox citabit Euripides. *Bergl.*

ὅπως Ἀχαιῶν
δίθρονον κράτος, Ἑλλάδος ἥβας
ξύμφρονα ταγάν,
πέμπῃ ξὺν δορὶ δίκας πράκτορι
θούριος ὄρνις Τευκρίδ' ἐπ' αἶαν.

E Sphinge defumtus eſt iſte:

Σφίγγα δυσαμερίαν, πρύτανιν κύνα, πέμπει.

Verſus intercalaris vnica voce conſtat a Comico ficta *m)* ad deridendum ſtrepitum inanem verborum Aeſchyli, vt probabiliter Berglero videtur. Apud Aeſch. male vulgo legitur Ἑλλάδος ἥβαν. Stanleius merito ἥβας praeferebat, et ſic apud Comicum edi oportuit ad vetuſtiſſimorum codd. fidem *n)*. Quippe in membr. et C. perſpicue ſcriptum ἥβας, cum gloſſa in poſteriore codice ἀκμῆς, ἰσχύος, quod doctam plane confirmat Stanleii coniecturam. Cohaerent apud Tragicum ταγὰν ξύμφρονα ἥβης Ἑλλάδος. Iocum inde captans Comicus pro ξυμφρ. ταγὰν alios e Sphinge adſuens verſus ſubſtituit πρύτανιν κύνα, σφίγγα δυσαμερίαν: quod ridiculum eſt et facetum. In cantici fine fruſtra nexum ſententiarum quaeras et probabilem aliquem ſenſum: de induſtria hos Aeſchyli e diuerſis dramatibus verſus coagmentauit Comicus, perſonandis ſpectatorum auribus ſine vllo animi motu; niſi forte verſus ita delegit, vt Athenienſium in memoriam reuocaret Tragici cantica quaedam, quae ob nimiam grandiloquentiam et κομποφαελορρημοσύνην in reprehenſionem incurriſſent. A graecis nimium recedit latina verſio *o)*, quam ſic reforma-

---

m) τὸ φλαττοθραττοφλαττόθρατ. Hac voce fictitia videtur voluiſſe ſignificare inanem ſtrepitum verborum Aeſchyli. Simile eſt θριττανελὸ in Plut. 290. et βομβυλοβομβὺξ Thesm. 50. *Bergl.* Probabiliter ita modi citharoedici, quibus vſus eſt Aeſch., perſtringuntur, quod iis genuina muſica ars fuerit corrupta. Nam nec cum Schloſſero exiſtimari poteſt, alludi ad frequentem reditum literarum *aaa, ooo, eee,* in Aeſch. choris, nec cum aliis, obiici Aeſchylo, cantica eius omni carere ſenſu. *Conz.*

n) Ita e duobus ſuis codd. edidit Inu. Schützius et ap. Aeſch. recepit, ſed Both. ſcripſit:

ὅπως ἀγαυὸν δίθρονον κράτος
Ἑλλάδος ἀκμᾶς ξ. τ.
πέμπει ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι etc.

o) Ea ita ſe habet ap. Brunk.: Vt in Achaeorum duplex impe-

tam vellem: *Quomodo Achiuorum geminum imperium, Hellenicae pubis, — Sphingem triſtificam, rectorem canem mittit — cum haſta et manu vindice impetuoſus ales, incidere faciens in audaces canes aëra peruagantes — quod ad Aiacem inclinat — Brunck.*

1313. ſ. *p)* Σφ. δυσάμ. Ex Sphinge Aeſchyli, vt ait Schol. *Bergl.*

1314. (1321. K.) πρύτανιν κύνα. Non ea hic repetam, quae vel de vario voc. πρύτανις vſu diximus in edita de Veſta et Prytanibus Graecorum diatriba, et quibus locis ibi adductis hic quoque addendus eſt, vel quae de diverſis etiam *Sphingum* (qualis Thebana in ſuperiori verſu) memoratis apud veteres, ac *Simiarum* inter alias, ad quas accederent Sphinges, κυνοκεφάλων a *canino capite* dictarum, ſpeciebus alibi tangimus Diss. de Praeſt. Num. p. 240. etc. *Spanh.*

1315. σὺν — ὄρνις *q)*. Haec vulgo duo verſus efficiunt, quorum alter eſt θούρ. ὄρν.

1319. (1327. K.) ἰταμαῖς κυσί. Schol. τοῖς ἁρπακτικοῖς ἀετοῖς· et obſerua, quae ſtatim Schol. ibidem dicit: ταῦτα δὲ ὡς ἀσαφῆ πάρελθε *haec autem tanquam obſcura*, praeteri. *Bergl.* Neque ſemel ab Aeſchylo, quod ei itidem hic tribuitur, *canum* nomine vocantur *aquilae.* Sic Prom. 1020. πτηνῶν κύων δαφοινὸς ἀετός, et de aquilis itidem Agam. 139. πτανοῖσι κυσὶ πατρὸς *velocibus canibus parentis*, nempe Iouis. *Spanh.*

1321. (1329. K.) τὸ συγκλινὲς — Apollonius ap. Schol. ex Threſſis Aeſchyli ait eſſe. *Bergl.*

1323. ſ. (1296. Br.) Vulgo ſic locus erat diſtinctus:

---

rium, Graeciae pubem, Phlattothrattophlattothrat, ſphingem triſtificam, rectorem canem mittit, Phlatt., cum haſta et manu ſtrenua bellicoſus ales, Phlatt., poſtquam permiſit audacibus canibus, aëra peruagantibus, vt inciderent, Phlatt., in eos, qui ad Aiacem vna inclinarent, Phlatt.

p) Apud Br. hi duo verſus vnum efficiunt, non in prioribus edd.

q) Ap. Aeſch. loco, quem citaui ad 1317. ξὺν δορὶ δίκας πράκτορι. *Bergl.*

τί τὸ Φλαττόθρατ; τοῦτ' ἐστὶν ἐκ Μαραθῶνος; ἢ πόθεν συνέλ. (f. ξύνελ. vt Br.) —

Ita, vt in Inu. ed. scriptus, interpungi eum Brunk. in Suppl. iussit.

1324. (1332. K.) ἰωνιοσρόφου μέλη. Infra Conc. 351. ἀλλὰ σὺ μὲν ἰωνικήν τιν' ἀποπατεῖς, iuxta Tan. Fabrum: *sed tu funem cacas.* Ἰωνικὰ nempe, quod hic in Scholl. dicitur, *funis fitularum*, qui vt plurimum in puteis pendebat *r)*. Vnde ἰωνικὸν de *cantu* dictum, quem canebant οἱ ἀντληταί, qui aquam e puteis hauriebant, hic in Scholiis adducto eam in rem Callimachi versu, legitur; et cuius aliqua fit etiam a Suida mentio *s)*. Quod vero hic in priori versu ab Aeschylo quaerit Bacchus, an ex Marathone adduxerit repetitum illud aliquoties Φλαττοθραττοφλαττόθρατ, ad haec duo videtur respicere: vnum quod celebri illi ad Marathonem pugnae interfuisse Aeschylus, seseque strenue ac fortiter in ea gessisse *t)*, quum in eius vita ab Anonymo descripta, tum a Pausania dicitur I. p. 26.; alterum, quod iuxta Schol. flos, dictus φλέως, copiosus esset in campo Marathonis, paludoso quippe loco. *Spanh.* Schol. οἷον σχοινιοσρόφου μέλη. Glossae: *Restio*, σχοινιοσρόφος. Videtur autem vocem illam Φλαττοθρ. *restionis carmen* dicere, quia *restis* instar longa est, et quia quasi ex voc. φλοῦς est composita, quae *scirpum* significat, vt est in glossis; possunt autem ex scirpo ἰωνικαὶ siue funes fieri a restionibus. In Eccl. 352. facete dicit illum, qui diu cacabat, quasi longum funem cacare: ἀλλὰ σὺ μὲν ἰωνικὴν ἀποπατεῖς. Ceterum videtur ille φλοῦς in campo Marathonio praecipue prouenisse; hinc versu praeced. dicit: ἐκ Μαραθῶνος etc. *Bergl.*

1326. (1334.) Comparat hunc Phrynichum *v)* cum auicula; clarius in Au. 741. et 749. — ἔνθεν ὥσπερ ἡ μέ-

---

r) v. Zonar. Lex. II. p. 1108. ibique Tittmann. et Phot. p. 83.

s) Sunt igitur ἰωνικὰ μέλη proprie carmina, aut modi, quos serui, haurientes aquam, cantant (Brunnenmelodieen). *Conz.*

t) Hanc rationem sequenti praetulit *Conz.* recte.

v) Intelligitur non Tragicus, sed Melius, qui videtur ex antiquioribus lyricis poetis hausisse. *Conz.*

λιττα, Φρύνιχος ἀμβροσίων μελῶν ἀπεβύσατο κηρόν. *Bergl.*

1327. (1300. Br.) λειμῶνα Μουσῶν ἱερόν. Sic ſcribi debuiſſe *x*), ſtatim deprehendit, qui metra primis labris adtigit. Sic eſt in C. D. E. Vulgo peſſumdato verſu et quod ad ſyntaxin minus eleganter ἱερῶν. *Brunck.*

1329. (1337. K.) σκολιῶν Μελίτου. Multa de illo carminum genere, quod σκολιὸν dicebatur et in comeſſationibus cani conſueuerat, hic in Scholl. traditur; quibus gemina habet Proclus in Chreſtomathia: τὸ δὲ σκολιὸν μέλος ἤδετο περὶ τοὺς πότους· διὸ καὶ παροίνιον αὐτὸ καλοῦσιν. Add. Athen. XV. p. 694. *y*). Horum quoque σκολιῶν fit mentio Acharn. 531. et Veſp. 1217. *Spanh.* Μελίτου. Hunc frigidum poëtam fuiſſe dicit Schol. *Bergl.* Copula καὶ [quae vulgo fuit ante Καρ. αὐλ.] hic delenda eſt non ſolum metri cauſa (nam ſyllaba ſecunda in praeced. voce Μελίτου longa eſt, vti et in v. Μελιτίδαι ſupra 1022.), ſed etiam quia voculam illam nec agnoſcit Ms. Vat. U. nec Suidas V. Μέλιτος et V. Σκολιά, vbi loci huius mentionem facit. Ceterum totum h. l. Friſchlinus peſſime interpretatus eſt, qui ſic latine vertendus erat: Hic vero (Euripides cantica ſua) ſumit ab omnibus meretriculis, Scoliis Meliti, Caricis tibiae modis, lenis, choricis cantilenis. — Reprehendit nimirum Euripidem, quod mele ſiue cantica dramatum ſuorum vndique corrogarit, parum penſi habens, vtrum maieſtati et grauitati tragoediae conuenirent, an non. Sed haec non ex rei veritate, ſed tantum comica quadam licentia poëta noſter Euripidi obiicit. *Kuſt.* Perperam vulgo καὶ Καρικῶν. A mala manu inſerta fuit copula, quae ſermonis venuſtati et metro officit. Secunda in Μέλιτος longa eſt, vt obſeruatum ad v. 991. (1018.). „Quis non animaduertit, ſi καὶ interponatur, multum elegantiae loco decedere? nam tota ſententia progreditur ſine aliqua particula, qua membra copulantur. Sed vt nullus dubitandi locus relinquatur amplius, hic ipſe verſus citatur a Suida in Μέλιτος, nec ibi apparet καί." Verba ſunt

---

x) Ἱερὸν legi iam *Reisk.* inſit.

y) De his copioſius expoſuit Ilgenius in Comm. de Scoliis vett. praemiſſa eius editioni Scoliorum.

Bentleii in diss. Phalaridea de orig. trag. p. 168. Istud καὶ plane abest in membr. et in meo: primo scriptum fuit in C. postea litura inductum, vt vix appareat, quid prius scriptum fuerit. *Brunck.* Καρικῶν αὐλημάτων. Barbari nempe et agrestes habiti olim a Graecis reliquis Cares; vnde βαρβαρόφωνοι ab Homero, quod obseruat in v. βάρβαρος Stephanus περὶ Ἐθν., quidem appellati Il. XV, 867. z). Ita βαρβαρίζειν dictum quasi καρίζειν, vt notat ad eum locum Eustath. p. 367. Adde Cicer. Orat. c. 8. „Itaque Caria, Phrygia et Mysia, quod minime politae minimeque elegantes sunt, adsciuerunt aptum suis auribus opimum quoddam et tamquam adipatae dictionis genus." *Spanh.*

1329. τάχα, ταχὺ mox legi maluit *Reisk.*

1331. Höpfn. putat Euripidem haec ad scenam conversum dicere. ἐπὶ τοῦτον mox est: *ad istum* (Euripidem), apud eum, h. e. quum huic cantica recitanda a me sint.

1332. (1340. K.) ἢ τοῖς ὀστράκοις — Nimirum pauperiores olim, inopia meliorum instrumentorum musicorum, fictilibus crepitaculis siue figlinis acetabulis vti solebant, qua de re vid. quae notauit Casaub. ad Athen. lib. V. c. 4. *Kust.* De musica quae fiebat complosis testis vel conchis v. Casaub. ad Ath. V, 4. et ad Suet. Ner. 20. Scaliger ad Copam Virg. p. 255. *Duck.*

1334. (1342.) ταῦτ' ᾄδειν [vt olim vulg.] Ms. Vat. U. rectius: ἐπιτήδεια τἀδ' ἐς ᾄδειν μ. *Kust.* Tacite recepit Brunk.

1335. (1308. Br.) ἐλεσβίαζεν. Quasi de meretrice, ita loquitur de Euripidis Musa, et paulo ante dicebat eum a meretriculis sumere cantilenas. Nota est obscoenitas Lesbidum: in Vesp. 1344. μέλλουσαν ἤδη λεσβιᾶν τοὺς ξυμπότας: ergo idem fere esset ac si dixisset eius μέλη esse κατεγλωττισμένα, vt Agathonis Thesm. 137. Aut alludit ad prouerbium: Λέσβιος ᾠδός, quod de eo diceba-

z) Add. Phot. Lex. V. Καρικὴ Μοῦσα p. 100. Seruiles modos fuisse putat *Conz.* (Sclavenmelodieen), quia serui plerique fuerunt Cares.

tur, qui Muſicam corrumperet et ad ſcurrilitatem flecteret. V. Henr. Stephan. Schediasm. c. IX. p. 244. et Schrevel. [aliique Intpp.] ad Heſych. V. Λεσβιος ᾠδος. Infra 1534. dicit Euripidem abieciſſe Muſicam, ἀποβαλόντα τὴν Μουσικήν. *Bergl.* οὔκ [vt in fine verſus edidit Brunk. cumque eo Höpfn.] Vid. ad Lys. 873. Vulgo οὔ *a*). In membr. haec vocula Euripidi tribuitur. De verbo λεσβιάζειν, quod Latinis eſt *fellare*, digna habet Euſtath., quae hic proponantur, p. 741. vbi laudato Comici loco, ſic pergit l. 20. εἰσὶ βλασφημίαι καὶ ἀπὸ ἐθνῶν καὶ πόλεων καὶ δήμων πολλαί, ῥηματικῶς πεποιημέναι· ἐθνῶν μὲν, οἷον κιλικίζειν καὶ κίγγυττιάζειν (Thesm. 922.), τὸ πονηρεύεσθαι, καὶ πρωτίζειν, τὸ ψεύδεσθαι. ἐκ πόλεων δέ, οἷον λεσβιάζειν, τὸ κισχροποιεῖν. εἶτα παραγαγόντες Φερεκράτους χρῆσιν ἐν Ἰάμβῳ, τό· δώσει δέ σοι γυναῖκας ἑπτὰ Λεσβίας· ἐπάγουσιν ἀμοιβαῖον τό· καλόν γε δῶρον ἕπτ' ἔχειν λικμασρίας· ὡς τοιούτων οὐσῶν τῶν Λεσβίων γυναικῶν. ἐκ δήμων δὲ βλασφημία, τὸ αἰξωνεύεσθαι ἤγουν κακολογεῖν. Αἰξωνεῖς γὰρ δῆμόται Ἀττικοί, σκωπτόμενοι ὡς κακολόγοι, καθὰ καὶ οἱ Σφήττιοι ἐπὶ ἀγριότητι· ὅθεν ὁ Χαιρεφῶν Σφήττιος ἔσκωπται. In mererriculam huius ad finem turpitudinis ludens Martialis, illam exinde *Lesbiam* vocat [II, 50.]: Quod fellas et aquam potas, nil, Lesbia, peccas: Qua tibi parte opus eſt, Lesbia, ſumis aquam. *Brunck.*

1336. (1344. K.) Priusquam oſtendam, vnde hoc ex Eurip. ſumſerit Aeſchylus, adſcribam ex Scholl. quaedam: χαρακτηρίζει τὰ Εὐριπίδου μέλη, ὡς ἐκλελυμένα (characterem odarum Eurip. oſtendit, quaſi illae ſint diſſolutae; deinde ad v. ſequ.: ἐξ ἄλλων καὶ ἄλλων Εὐριπίδου δραμάτων κόμματα τίθησι, καὶ οὐδὲν κατὰ τὸ ἑξῆς λέγει μῦλος. ἔστι δὲ τὸ προκείμενον ἐξ Ἰφιγενείας τῆς ἐν Αὐλίδι. Vbi etiam debuiſſet addere: haec non ad verbum ita referri vt habentur in Euripide, ſed mutata. Quod autem ait iſtum locum eſſe ex Iph. in Aul., in eo fallitur vt puto; nam ibi hodie nihil tale eſt; ſed in Iph. Taur. eſt aliquid ſimile, nempe v. 1089. Ὄρνις, ἃ παρὰ τὰς πετρίνας Πόντου δειράδας, Ἀλκυών, Ἔλεγον οἷον ἀείδεις. In ſequentibus et alia quaedam inde eſſe ſumta parebit. Etiam paulo poſt in Comico eſt εἰλίσσετε, et Tragico quoque pau-

a) οὖν pro οὔ legit voluit *Reisk.*

lo poſt praedictum locum *εἱλίσσουσαν. Bergl.* Eadem ratione conſutus eſt hic cento e diuerſis Eurip. canticis, ac ſuperior ille in deriſionem Aeſchyli. Initium traductum ex Iphig. T. 1096. *ὄρνις — ἀείδεις.* Locum indicauit Berglerus; vbi paulo infra vſus eſt Eurip. v. *εἱλίσσω: λίμναν δ' εἱλίσσουσαν ὕδωρ πυκνειον.* Sed aliud quid reſpexiſſe videtur Comicus: nam quae hic profert, nimium quantum ab Euripideis illis immutata ſunt. *ἀενναόις* [pro olim vulg. *ἀενάοις*] ſcriptum eſt in IV. codd. *b). Brunck.*

1338. *νοτίοις*, quod ex vtroque ſuo cod. dedit Inu. pro vulg. *νοτερῇς*, debebat potius eſſe *νοτίῃς*, vt *νοτίας ἅλμας* Eurip. Hipp. 150. Pro *πτερῶν* legi *πτερὸν* iubet *Reisk.*

1341. ſ. Haec in edd. praecedd. etiam Brunk. vnum conſtituunt verſum atque ſic ſcribuntur:

εἰ εἰ εἰ εἰ εἰ εἱλίσσετε δ. Φ.

Etiam in Elb. ſunt duo verſus, aliter tamen quam ap. Inu. diſtincti, et in Bau. *εἰ* ſepties legitur.

1342. *πηνίσματα.* Schol. *ὑφάσματα*, nempe de *textura veſtium*, et inde pro *veſtibus*, vt *ὕφασμα* ap. Aeſch. Choëph. 229. 1015. et alibi. *Πήνιον* vero, quod notum, de *ſtamine* ab Homero pridem dictum, Iliad. *ψ*, 762. et Lycophr. 145. *πῆνα.* Vnde ap. Eurip. Or. 838. *χρυσοπηνήτων Φαρέων*, et in Anthol. I. c. 70. ep. 5. *μίσθια νῦν σπαθίοις πενιχροῖς πηνίσματα προύει mercedis cauſa nunc inſtrumento textorio miſero telam pulſat. Spanh.*

1344. (1316. Br.) *κερκίδος ἀοιδοῦ* appoſitio eſt ad *πηνίσματα.* Praepoſita vulgo copula *c)* gratium omnem loci corrumpit: eam non agnoſcit cod. meus. Sumtus eſt hic verſiculus, teſte Schol. ex Eurip. Meleagro. *Radium ἀοιδόν, canorum*, appellat, non *quia*, vt ait ille, *textrices inter opus faciundum canere ſolent d)*; ſed ob ſtri-

b) Etiam in Bau.

c) Vulgo enim in fine praeced. verſus poſt *πηνίσματα* addebatur *καί.*

d) Cantatorem dicit radium textorium; quia, vt ait Schol. *αἱ ὑφάντριαι — γυναῖκες ἐν τῷ ὑφαίνειν ᾄδουσιν.* Virg. I. Georg. 293.

dulum quem edit ſonum, dum inter fila ſtaminis traiicitur, cuius ſoni tamquam muſici et iucundi ſolemne eſt poëtis graecis laudem adiungere, ſicubi pectinis meminerint. Leonidas Tar. epigr. 8. τὰν ἄτρια πριναμένην περκίδα, τὰν ἱσῶν μολπάτιδα. Antipater Sid. epig. 22. περκίδα δ' εὐπολητον, ἀηδόνα τὰν ἐν ἐρίθοις, Βακχυλίς, εὐκρίκτους ἃ διέπρινε μίτους. ep. 26. περκίδα, τὰν ἐρθρινὰ χελιδονίδων ἅμα Φωνᾷ Μελπομέναν, ἱσῶν Παλλάδος ἀλκυόνα. ep. 9. περκίδα τὰν Φιλαοιδὸν Ἀθηναίᾳ θέτο Βιττώ. Hinc illud Virgilii: Arguto tenues percurrens pectine telas. *Brunck.* Quod ex Eurip. Meleagro deſumtum hic a Schol. dicitur, legitur etiammum in illius dramatis fragm. ap. Stob. Serm. 73. ed. H. Grot. p. 309. *e)* εἰ περκίδων μὲν ἀνδράσιν μέλοι πόνος. Verum alia ſunt in reſiduis illius Tragici dramatibus loca, vbi περκίδος mentio, modo vt *radii textorii*, ſicut Hecub. 563. Iph. T. 212. Bacch. 1334. modo pro *tela* ipſa, ſeu texta iam veſte, in priori ſeu Hecubae dramate de Troianorum virginibus v. 1153. ἔχουσαι περκίδ' Ἠδωνῆς χερὸς *tenentes telam Edonicae manus* etc. h. e. Macedonicae, iuxta Schol., nempe quam Ἠδωνίδ' αἶαν vocat Aeſchylus Pers. 495. *Spanh.* Totus locus vertitur ſic a Br.: et vos, quae ſub tectis in angulis habitantes araneae e e e e euoluitis digitis extenta iugo fila, pectinis arguti curas.

1345. (1317. Br.) Hic et ſeq. verſus deſumti ſunt ex Eurip. Electr. *f)* vbi legitur v. 438.

ἵν' ὁ Φίλαυλος ἔπαλλε δελφὶς
πρῴραις κυκνεμβόλοισιν εἰλισσόμενος.

Brunck. Poſtrema μαντεῖα καὶ σαδίους abrupta et aliunde petita videntur. Nam commodo ſenſu deſtituta ſunt haec, quae vulgo vertuntur: vbi tibiarum amans delphin

---

Interea longum cantu ſolata laborem Arguto coniux percurrit pectine telas. *Bergl.*

c) Musgr. Fragm. Eur. Mel. XI. a quo tamen diſtinguitur id, quod h. l. legitur, Fr. III.

f) Idem ex Schol. monuit *Bergl.* et verba Eurip. reddit: *vbi tibiae amans delphinus exultabat proris caeruleis circumvolutus.* Monuerat etiam *Kuſt.*

exſultabat proris caeruleis (circa proras, quarum roſtra ſunt caerulea), oracula et ſtadia *g*).

1348. (1356. K. 1320. Br.) Ex Eurip. Hypſipyle deſumta haec dicuntur a Schol. *h*). In Phoen. vero eiusdem Tragici 238. legitur: *πολύκαρπον οἰνάνθας ἱεῖσα βότρυν fecundam florentis vitis producens botrum.* Qui verſus adducitur in Schol. ad Aū. 591. *τὰς οἰνάνθας οἱ πάρνοπες οὐ κατέδονται.* Vt vero *οἰνάνθας* hic vocat *γάνος ἀμπέλου*, mox *βότρυος*, ſic idem Tragicus Bacch. 381. *ὁπόταν βότρυς ἔλθῃ Γάνος ἐν δαιτὶ θεῶν.* Alioquin iam ante apud ipſum, qui haec in Euripide redarguit Aeſchylum, ſed absque addita ſimul, vt hic ab Eurip., voce *βότρυος* legitur, Pers. 627. *ἀμπέλου γάνος* de vino ſimiliter; quomodo etiam Eurip. Cycl. 414. *Διονύσου γάνος. Spanh.* Ex Eurip. verſu in Hypſipyle *i*), qui ſic ferebatur iuxta Schol.: *οἰνάνθα φέρει τὸν ἱερὸν βότρυν.* Ex eodem dramate eſt etiam v. 1322. (1350.). Simile eſt, quod exſtat in Phoen. 314. *ἀμφίβαλλε μασὸν ὠλέναισι ματέρος.* In Hypſipyle erant etiam haec verba: *ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον ἄστρον*, cuius epitheti ſignificatio apud Tragicum obſcura eſt: ſed hic facete Cyrenae tribuitur, nobili ſcorto, cuius mentio Thesm. 98. Omnes illa Veneris figuras exprimebat, quas Philaenis Elephantisque obſcenis deſcripſerunt libellis. Supra 1301. (1328. Lips.) aduerſario obiecerat Aeſchylus, eum a quibusuis meretriculis carmina ſua ſumere. *Brunck.*

1349. (1355. K.) *ἔλιπε παυσίπονον.* Idem Eurip. Iph. T. 451. *παυσίπονος finem adlaturus*, quod praeceſſerat, miſeriis. Idem vero Troad. 525. *ὦ πεπαυμένοι πόνων (defuncti laboribus). Spanh.*

1351. (1358. K.) Obſerua, *ποῦς* hic ſignificare *ῥῆσιν* metricam, ſiue, vt Schol. exponit, *ῥυθμὸν ἢ μέλος rhythmum vel carmen k)*: quo ſenſu etiam capiendus eſt ce-

---

g) Bergl. habet: vbi (apud maris fluctus) — delphin ludit proris caerulea roſtra habentibus oracula et ſtadia.

h) Idem inde monet *Bergl.*

i) vid. Fragm. II. et III. Musgr.

k) Schol. *τὸν ῥυθμὸν ἢ τὸ μέλος· ἀπὸ μέρους· per ſynecdochen partis pro toto. Bergl.*

lebratus ille et simul vexatus *τοῦς ἐναγώνοις κηρύκων* (i. e. *ῥῆσις* rhythmica siue carmen, quod praecones in commissionibus pronuntiare solebant, cuius mentio fit ap. Lucian. in Demonacte extr. [c. 65. T. II. p. 395.] Polluc. IV, 91. et alios. *Kusl.* *πόδα* de *ῥυθμῷ* hic dici notat Schol. Rhythmi nempe, quod de eo tradunt veteres musicae auctores et Hermogenes. vt iam ante vidimus ad Nub. 651., Commentarii p. 400. duae erant partes, *ἄρσις καὶ θέσις* et quidem *ἐπὶ τῶν τοῦ ποδὸς προυμάτων ἄνω καὶ κάτω ὁρμὴν λαμβάνοντες, elatio et positio quae iuxta pedis pulsus supra vel infra se mouerent;* quodque *βάσις* dicebatur, vt aliunde liquet, et in iisdem quoque commentariis tradi diximus. Quibus addam id solum, quod *κροαίνειν* de illo motu pedum in cantu a Graecis dictum sit, vt ap. Anacr. Od. 56. [Fragm. 1, 6. ed. Fisch. qui cfr.] *λιγυρὸν μέλος κροαίνων argutum carmen strepens.* Vnde Hesych. *κροαίνων· τοῖς ποσὶ κρούων l). Spanh.* Ambiguitas in eo est, quod Aeschylus versus pedem, Dionysus pedem proprie intelligit.

1355. (1362. K.) *ἀνὰ τὸ δ.* Ex Hypsipyle, vt ait Schol. vbi: *ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον ἄντρον.* Κυρήνης. Haec valde fuit subacta meretrix, et profitebatur duodecim schemata coitus. Cum istis schematibus componit carmina Euripidis; supra etiam v. 1336. a meretricibus dicebat Euripidem sumere carmina: *οὗτος δ' ἀπὸ πάντων μὲν φέρει πορνιδίων.* Deinde v. 1342. de Euripidis Musa dicit: *αὕτη ποθ' ἡ Μοῦσ' οὐκ ἐλεσβίαζεν; οὔκ;* Cyrenes huius mentionem facit etiam Thesm. 103. *Bergl.* Praeter hanc impudicam *Cyrenem*, sed alio sensu, *δωδεκαμήχανος* dictus Xenocles Tragicus a Platone Comico in Sophistis, iuxta Schol. ad Pac. 794. *Spanh.* Sensus: qui duodecim Cyrenes figuras melicis carminibus imitaris.

1357. (1364. K.) *ταῦτα.* Pro *τοιαῦτα.* V. ad Plut. §. *Bergl.*

1359. (1366. K. 1331. Br.) Asclepiades ap. Schol. putat haec ad imitationem illorum esse facta, quae sunt in Hecuba Eur. 68. *ὦ ϛεροπὰ Διός· ὦ σκοτία νύξ· τί ποτ' αἴρομ' ἔννυχος οὕτω δείμασι, φάσμασι.* Ego autem et huc

---

l) Add. Zonar. II. 1259. eiusque interpr.

puto Comicum reſpexiſſe, et ſimul, propter voces *νυκτὸς ὄρφνα*, ad illud Iph. Taur. 151. *οἵαν ἰδόμαν ὄψιν ὀνείρων νυκτός, τᾶς ἐξῆλθ' ὄρφνα*; *Bergl.* *κελαινοφαὴς*. Sic quatuor codd. [A. B. D. E. *m*)] cum primariis edd. *n*). In aliis *κελαινοφανὴς* quod eſt etiam in C. Conficta haec ad imitationem monodias Hecubae in cognomine dramate v. 68. *o*). Propter voces *νυκτὸς ὄρφνα* putat Bergl. reſpexiſſe etiam Comicum ad Iph. T. 151. Verſus digeſſi vt ſunt in membr. e quibus et ex meo Doricam formam *δύσανον* recepi, quae eſt etiam in cod. E. *Brunck.*

1360. ſ. Ante Brunk. legebantur ita:

ὄρφνα τίνα μοι δύσηνον
ὄνειρον πέμπεις ἐξ ἀφανοῦς
Ἀΐδα πρόσπολον —

1361. (1368. K.) *πέμπεις — Ἀΐδα.* In Iph. T. 159. *ἀΐδα πέμψας Plutoni mittens. Bergl.* *Ἀΐδα πρ.* Sic *Ἀΐδα νόσμον* idem Eurip. Mede. 981. *Ἀΐδα Φόνον* Androm. 1048. et *Ἀΐδα τε πύλας* Alc. 123. pro *ἀΐδος* in ſingulis illis locis, vt id ei in ea voce familiare exſtitiſſe liqueat. *Spanh.* *πρόπολον.* Sic membr. et B. Vulgo *πρόσπολον p*). Cod. E. nec *πρόσπολον* nec *πρόπολον* agnoſcit, ſed *πρόμολον*, qua voce neſcio an augeri debeant Lexica. Adpoſita gloſſa: *πρόδρομον καὶ θανάτου σημαντικόν. Brunck.*

1362. ſ. Vulgo ſunt tres verſus:

ψυχ. ἄψ. q) ἔχοντα
μελ. νυκτ. παῖδα
Φρικ. ὀ. ὄψ.

---

m) Alludit eodem *μελαινοφαὴς* in Bau.

n) Ed. Ald. *κιλαινοφανὴς*· quamuis in Scholl. eiusdem edit. *κιλαινοφανὴς* etiam legatur. *K ſt.* *κιλαινοφαὴς* edd. priſtinae, non *κιλαινοφανὴς*, niſi Aldina in Scholiis. *Bergl.*

o) Parodia eſt iuxta Schol. ex Eur. Hec. 68. ſenſus proinde potius quam verborum ratione habita. *Spanh.* Aliter legiſſe putat Ariſtophanem Porſon. ad Eur. Hec. 70. quia *δύσανον ὄνειρον – μελαίνης νυκτὸς παῖδα* vocat.

p) Perpetua in his formis varietas. v. Plut. 670. *Höpfn.*

q) *ψυχὰν ἄψυχον.* Vid. ad 1576. (1367.) *Bergl.*

μελ. νυκτ. παῖδα. Hic somnum vocat noctis filium; et in Hecuba somniorum mater dicitur terra, v. 70. ὦ πότνια χθών, μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων. Haec ex Schol. *Bergl* Φρικ. δεινὰν ὄψιν. Nempe Hecub. 77. εἶδον γὰρ φοβερὰν ὄψιν. *Spanh.*

1364. f. μελανονεκ. — δερη. Hi vnum efficiunt versum (1336.) ap. Brunk. μελανονεκυείμων dicitur qui *ferali pulla veste est indutus.* Φόνια δερόμενος *cruento* i. e. truculento, *adspectu.*

1367. fs. Aliis verbis idem dicit Eurip. Hec. 609. Σὺ δ' αὖ λαβοῦσα τεῦχος, ἀρχαίᾳ λάτρι, Βάψασ' ἔνεγκε δεῦρο πουτίας ἁλός, Ὡς παῖδα λούτροις τοῖς πανυστάτοις ἐμήν, Νύμφην τ' ἄνυμφον παρθένον τ' ἄπαρθενον λούσω. Quem locum adduxi totum propter illud Comici ψυχὰν ἄψυχον v. 1362. *Bergl.*

1368. (1377. K.) Aqua (δρόσος) quae situla (καλπίδι) e fonte puro haurienda hic dicitur, quo manus continuo post infaustum somnium lauentur, quodque ex Euripidis Eumenidibus *r)* petitum hic docet Schol. Quomodo iam ante solemnis huius moris, infausta somnia marinae vel fluuiatilis aquae ablutione auerruncandi, exemplum Aeschylus in Persis adtigerat, vbi Atossa, Xerxis mater, somnio quo curru excussus filius Xerxes, adstante mortuo iam ante patre Dario, perterrita ait Pers. 201. ἐπεὶ δ' ἀνέσην καὶ χερῶν καλιρρόου Ἔψυσα πηγᾶς σὺν θυηπόλῳ χερὶ (religiosa manu) libum, quod addit, auerruncis diis continuo obtulit. Ita quoque Circe post infausta somnia abluit se aqua marina ap. Apoll. Rhod IV, 670. Τῷ καὶ ἐπιπλομένης ἠοῦς νοτίδεσσι θαλάσσης Ἐγρομένη πλοκαμούς τε καὶ εἵματα φαιδρύνεσκε. E quibus fat, vt opinor, hic Comici locus illustratur, et quod mox additur 1379. (1370.) ὡς ἂν θεῖον ὄνειρον ἀποκλύσω vt *hoc diuinitus immissum somnium aqua abluam. Spanh. s).*

1370. (1379. K. 1340. Br.) Veteres tristi aliquo somnio viso, vt minas eius a se auerterent, aqua vel marina,

---

r) At Euripides non scripsit Eumenides, et Apollonius ap. Schol. simpliciter Eumenides (Aeschyli) memorat.

s) Verba v. seq. θέμεσθ' ὕδ. versui praecedenti addidit Brunk.

vel, vt hic, fluuiali se abluere solebant. Hinc Anna, soror Didonis, ap. Silium Ital. VIII. [124. s.] diro somnio exterrita: Sub lucem (inquit) vt visa secundent Oro Coelicolas, ac viuo purgor in amni. Vide ad eum locum Dan. Heinsii Crepundia [aliosque intpp. in ed. Drakenborch.]. *Kust.* Qui triste insomnium viderant, primo mane se lustrabant marina aut fluuiali aqua. Huius moris exemplum est in Apoll. Arg. IV, 663. vbi viso sub Medeae et Iasonis aduentum somnio exterrita Circe ἐπιπλομένης — φαιδρύνεσκε. *Brunck.* Persius Sat. 2. [v. 16.] *et noctem flumine purgat,* quem locum citauit Stanleius ad Persas Aesch. v. 200. vbi Atossa, insomniis territa, dicit se, lotis prius manibus, sacrificare diis, vt auertant mala: Καὶ ταῦτα μὲν δὴ νυκτὸς εἰσιδεῖν λέγω. Ἐπεὶ δ' ἀνέστην καὶ χεροῖν καλιῤῥόου Ἔψαυσα πηγῆς σὺν θυηπόλῳ χερὶ (sacrifica manu) Βωμῷ παρέστην, ἀποτρόποισι δαίμοσι Θέλουσα θῦσαι πέλανον. *Bergl.*

1371. (1380. K.) πόντιε δαῖμον *t)*. Neptunus nempe, vt in Scholl. dicitur, et ap. Soph. Oed. Col. 1126. τὸν πόντιον Γαιάοχον, quique alias ποντομέδων, quod apud veteres Tragicos itidem obuium, est dictus. *Spanh.*

1372. (1381. K.) τοῦτ' ἐκεῖν'. Hoc illud est, quod mihi per somnum portendebatur; nempe Glyce mihi furata est gallum. Ridicule autem maiestati tragicae tribuit humilitatem plebeiam, quae Comicis propria est. De τοῦτ' ἐκεῖνο vid. ad Au. 353. *Bergl.*

1375. *v)* Φρούδη. Iph. T. 155. οἴμοι Φροῦδος γέννα (eheu interiit meum genus). In Hecub. 163. Φροῦδος πρέσβυς, Φροῦδοι παῖδες. Haec quidem vox alibi etiam saepe occurrit; sed haec loca propterea adduxi, quia et antecedentia inde erant. *Bergl.*

1376. (1385. K.) νύμφαι ὀρεσίγονοι. Ex Eurip. Xantriis, vt ait Asclepiades ap. Schol. *Bergl.*

θέρμειν pro θερμαίνεσθαι illustrat Toup. Emm. in Suid. etc. III. p. 518.

t) Iph. T. 157. Ἰὼ δαῖμον, ὃς τὸν μόνον με κασίγνητον συλᾷς. *Bergl.* 1371. et 72. apud Brunk. vnus versus.

v) Apud Brunk. 1375. et 76. in vnum versum sunt contracti.

1377. (1345. Br.) Μανία eſt nomen mulieris et forte ancillae *x*); in Thesm. 738. *Ἴομεν ἐπὶ τὰς κληματίδας, ὦ Μανία.* Machon ap. Athen. XIII. p. 578. *Ἴσως δ' ἂν ἀπορήσαι τις, εὐλόγως δ' ἅμα, Τῶν νῦν ἀπροκτῶν ἥτις Ἀττικὴ γυνὴ Προσηγορεύετ' ἢ ἐνομίσθη Μανία. Αἰσχρὸν γὰρ ὄνομα Φρυγιακὸν γυναῖκ' ἔχειν, Καὶ ταῦθ' ἑταίραν ἐν μέσῃς τῇς Ἑλλάδος.* Sic et *Manes* ſerui nomen Phrygium videtur fuiſſe. Schol. aliter exponit Comici locum: *τὸ δέ, μανία ξύλλαβε, νῦν λέγει διὰ τὸν ἄτοπον ὄνειρον, εὐχομένη μανίας τυχεῖν* (optans, vt rabioſa fiat), *ἵνα μηδενὸς τούτων αἰσθάνοιτο.* Cuius expoſitionis mentionem feci, ſi forte alicui placeat. *Bergl.*

1380. (1389. K.) *y*) *λίνου μεσὸν ἄτρακτον* — Eurip. Or. 1431. *Ἃ δὲ λίνον ἡλακάτᾳ Δαπτύλοις ἔλισσε* (linum in colo digitis voluebat). *Bergl.*

1381. Ter tantum legitur *εἰ* in edd. ante Br., quater in cod. Bau.

1382. (1391. K. 1349. Br.) *κλωσῆρα ποιοῦσ'.* Priori voce, vti et altera *λίνου*, quae praeceſſit, vſus ipſe Aeſchylus Choëph. 505. *κλωσῆρα σώζοντες λίνου* (contortum ſervantes linum). Κλωσὸν vero de contortis nauticis funibus dixit alibi Euripides, nempe Troad. 537. *κλωσοῦ δὲ ἀμφιβόλοισι λινέοισι. Spanh.* Pro *πνεφαίως* Schol. legit *πνεφαῖος*, quod praeſtat. *Kuſt.* *πνεφαῖος* legendum pro *πνεφαίως*, cum Schol.; edirio Farrei etiam habet *πνεφαίος*, ſed ſic accentus non recte habet. Hom. hymn. in Merc. 17. *ἠῶς γεγονὼς μέσῳ ἤματι ἐγιθάριζεν Ἑσπέριος βοῦς κλέψεν.* Virg. [Aen. VIII, 465.]. Nec minus Aeneas ſe *matutinus* agebat. Idem [Georg. III, 538.] *nocturnus* obambulat. *Bergl.* *πνεφαῖος.* Ita edd. priſtinae, non *πνεφαίως.* Idem *Bergl.* Sic codd. et primariae edd. tres, quod e Schol. repoſuit Bergl. Peccarunt operae in officina Cratandri *πνεφαίος* exprimentes, quae menda in Venetas transiit, et poſtea male correcta vulgatum peperit *πνεφαίως. Brunck.*

---

x) Μανία eſt nomen ancillae, vt Thesm. 728. a Μάνης deductum, quod eſt nomen ſerui. *Brunck.*

y) 1379. et 80. vnum verſum ap. Br. efficiunt. In 1378. cod. E. Brunck. pro ἔτυχεν habet ἐτύγχανον.

1383. (1350. Br.) Articulum *τὴν* ante *ἀγ.* cum Rau. omisit Inu. reponendo *εἰς ἀγορὰν* pro vulg. *ἐς τὴν ἀγ.* vti mox *ἐς αἰθέρα* est. Cod. E. (in Suppl. Br.) habet *ἀποδοίμην ἄν*, ex interpretatione. Sensus: glomerem faciens, vt primo mane in forum ferrem et venderem.

1388. (1397. K.) *ἔβαλον, ἔβαλον z)*. Imitatur in istis repetitionibus earumdem vocum Euripidem, qui multus est in illis, vt v. g. Helen. 195. *τίς ἔμολεν ἔμολεν, δάκρυα δάκρυσί μοι Φέρων.* Ibid. 208. *ἀΦανές, ἀΦανές.* In Iph. T. 138. *τί με πρὸς ναοὺς ἄγαγες, ἄγαγες;* et alibi saepissime. *Bergl.*

1389. (1356. Br.) Ex Cretensibus Eurip., vt ait Schol. *a)*. *Bergl.* Ἴδας, Dorica forma, habent tres codd. *b)*. *Brunck.* Hic et sequens versus e Cretensibus Eurip. desumti sunt. Glossam nomini *κῶλα* superscriptam protuli *c)*, vt ostenderem veteres Criticos ei non eamdem significationem tribuisse, quam Bisetus, id est, pro *retibus* non accepisse, quibus parum conuenire videtur verbum *ἀμπάλλετε*. Ista notio adsciuisset *ἀμπετάσατε, ἀμΦιβάλλετε*, vel simile quid. *Brunck.* in Add.

1391. (1400 K.) *d) τὰ κῶλα τ' ἀμπάλλετε*, id est, *et crura leuiter mouete.* Nam tam Frischlini quam Biseti interpretatio a vero aliena est. *e)*. Κῶλον autem apud poëtas graecos saepe significare *crus* vel *pedem*, res est notissima. Sic Eurip. Phoen. 1421. *κῶλον δεξιὸν προβάς·* Hecub. 1164. *τὰς ἐμὰς εἶχον χέρας καὶ κῶλα.* Vide nos etiam ad Schol. v. 296. Vti autem hic dicitur *ἀμπάλλετε κῶλα*, ita Eurip. Troad. 325. eodem sensu legitur: *πάλλε πόδ' αἰθέριον. Kusl.* *ἀμπάλλετε* pro *ἀναπάλλετε.*

---

z) Cod. E. bis Ἔβαλλον. *Brunck.*

a) v. Musgr. Fragm. Crett. 1.

b) Nam vulgo Ἴδης legebatur.

c) Nempe in not. ad 1391. Brunck. habet: „*τὰ κῶλα.* Glossa: *τοὺς πόδας ὑμῶν.*"

d) Hic et sequens v. vnum efficiunt ap. Brunck.

e) Interpres: *membra.* Immo *retia*, vt recte Bisetus, probante Iungerm. ad Poll. V, 4, 27. *Duck.*

Eurip. Bacch. 149.: *δρόμῳ καὶ χοροῖς ἐρεθίζων ἰαχαῖς τ ἀναπάλλων* (clamoribus excitans). Apud eumdem Troad. 325. verbum simplex eamdem vim habet, quam apud Comicum compositum: *πάλλε πόδ' αἰθέριον vibra pedem sublimem:* quem locum indicauit Kuſt. Hic in Ran. 348. *γόνυ πάλλεται γερόντων.* Comicus Lys. 1315. verbum compositum conſtruit cum Dat. *ἀμπάλλοντι πυκνὰ ποδοῖν. Bergl.*

1393. (1359. Br.) Vox Ἄρτεμις, quae forte ex gloſſa ſe intruſit, ſine vllo dispendio abeſſe poſſet. *Brunck.*

1394 — 99. Seni hi verſus trinos ap. Brunk. efficiunt, binis in vnum contractis.

1395. (1360. Br.) In meo cod. *διὰ δόμων ταχύ. Brunck.* Sic et Bau. cod.

1396. (1406. K.) *διπύρους ἀνέχ. λαμπ.* id eſt, *vtraque manu tenens facem;* quomodo etiam in quibusdam veterum numis conſpicitur Diana, quae inde *ἀμφίπυρος* dicitur a Soph. in Trach. vt erudite monet Spanhem. ad Callim. p. 132. [h. in Dian. v. 11. p. 164. Ern. *f*)]. *Kuſt.* Hecate nempe, quae inde *φωσφόρ' Ἑκάτη* apud Eurip. invocatur Hec. 576. cuiusque ſtatua cum *λαμπαδουχίαις* colebatur in inſula Zeryntho, vt ap. Lycophr. legitur 1179. De Dianae vero ſeu Lunae ſimulacris cum face in vtraque manu res obuia et contrita e priſcis auctorum, lapidum ac numorum monumentis, qua de re obiter iam ad Plut. vidimus. *Spanh.* Eurip. Ion. 716. *ἵνα Βάκχιος ἀμφιπύρους ἀνέχων πεύκας λαιψηρὰ πηδᾷ. Bergl.* In C. *διαπύρους* cum hac gloſſa: *διακαεῖς, ἢ διπύρους, ἤτοι διπλᾶς. Brunck.*

1398. (1362. Br.) Tres codd. *ὀξυτάτας* ad *λαμπάδας* relatum, minus bene. Vulgatum habet E. *Brunck.*

1399. (1408. K.) *παράφηνον ἐς g)* Γλύκης i. e. *praeluce mihi in domum Glyces, vt ingreſſa rem furtiuam*

---

f) Hanc Spanh. notam ad Call., vbi etiam numum profert, in quo eſt Diana, vtraque manu facem tenens, laudat etiam *Duck.*

g) Ante Brunk. legebatur *ἐς.* Tum ὅπως huic verſui addebatur.

in ea deprehendam. Γλύπης recte ed. Ald. habet; at quaedam edd. male γλύπυς. *Kuſt.*

1400. (1363. Br.) ὅπως ἂν εἰσ. φ. Verſus eſt iambicus *h*). Particulam ἄν, quae vulgo omiſſa eſt, exhibent codd. A. C. Rariſſime Comicum ὅπως, *vt*, ſine ἄν adhibere obſeruaui ad Lys. 384. *vt ingreſſa perſcruter ad deprehendendum furtum.* Hac ſignificatione adhibitum verbum φωρᾶν Nub. 499. *Brunck.*

1401. (1364. Br.) Ex hoc ſenario perperam vulgo duos verſus faciunt. *Brunck.* Coniunxit etiam Elb.

1402. (1412. K. 1365. Br.) Sic ſcriptus vulgo hic verſus toto deficiente pede: ἐπὶ τὸν σκθμὸν γὰρ ἀγαγεῖν βούλομαι. Kuſterus e coniectura ſic ſupplet: ἐπὶ τὸν σκθμόν γ' ὑμᾶς γὰρ ἀγαγεῖν βούλομαι *i*), parum concinne et falſo ſenſu: Aeſchylus enim ſolum Euripidem ad libram ducere vult. Friſchlinus ex vi ſententiae bene verterat: *Nunc ad ſtateram volo virum hunc deducere.* Et illud ipſum eſt, quod graece dedi, haud quidem e coniectura, quam tamen facile quiuis facere poterat, ſed e tribus codd. qui verſum ſic exhibent: ἐπὶ τὸν σκθμὸν γὰρ αὐτὸν ἀγαγεῖν βούλομαι. In B. eodem ſenſu, integroque verſu ſed minus modulato: ἐπὶ τὸν σκθμὸν γὰρ τοῦτον ἀγαγεῖν βούλομαι. *Brunck.*

1406. (1416. K. 1369. Br.) Mendoſe in impreſſis omnibus, ne quidem excepta hac mea edit., fertur hic verſus, quod me imprudente contigit: nam eum recte emendatum habebam. Vulgo ſic legitur, peſſumdato metro: ἀ. π. τυροπωλῆσαι τὴν τέχνην *k*). Quod excudi paſſus ſum, τυροπολῆσαι, ne quidem graecum eſt. Legendum: ἀ. π. τυροπωλῆσαι τέχνην. Articulum τὴν et ſententiam et metrum inutili grauantem onere non agnoſce-

h) Vulgo εἰσελθοῦσα φωράσω in hoc verſu legebatur.

i) Eſt procul dubio verſus iambicus, vti et ſequentes, ſed cui integer pes deeſt. Quare non ſolum metri ſed etiam ſenſus gratia addendum puto ὑμᾶς, verſumque hunc ita ſcribendum: ἐπὶ τὸν σκθμὸν γ' ὑμᾶς γὰρ ἀγαγεῖν βούλομαι. *Kuſt.*

k) Articulus τὴν in verſu redundat, qui proin ſpongia corrigendus. Syllaba enim prima voc. τυροπωλῆσαι producitur. *Kuſt.*

bant membr. nec meus cod. eumque poſtmodo vidi abeſſe etiam in C. *l)*. Sic optime etiam cod. E. omiſſo articulo. Gl. *ἐριοπωλικῶς ζυγῆσαι. Brunck.*

1408. (1418. K.) *τόδε.* Edd. omnes *τὸ δὲ*, male. *Bergl.*

1411. (1374. Br.) *μὰ τὸν m)* — Subauditur *Δία* vel *Ἀπόλλω* vel *Ποσειδῶ*, vel alius cuiusuis dei nomen, quod religionis ergo ſupprimebant, qua de re videndi Schol. et Spanhem. Diuerſa ratione iſtud *μὰ τὸν* adhibet Strato in venuſtiſſimo epigr. XLIII. vbi nomen dei non ſupprimit ex vſu illo loquendi, ſed iuraturus ſe reprimit, inchoatumque non abſoluit iuramentum:

εἰ μὴ νῦν Κλεόνικος ἐλεύσεται, οὐπέτ' ἐκεῖνον
δέξομ' ἐγὼ μελάθροις, οὐ μὰ τὸν . . . οὐκ ὀμόσω.

Ad eumdem modum dicebant *οὐ μὰ τὴν* quod Heſych., apud quem perperam excuſum *οὐ μάτην*, exponit *οὐκ ἀληθῶς*, in quam gloſſam vid. Bentleius ad Menandri fragm. p. 49. *Brunck.*

1413. (1376. Br.) *ἐπιθόμην.* Sic recte B. [etiam Elb.] Vulgo reclamante metro *ἐπειθόμην.* Sunt enim iuxta Schol. metricum verſus iſti omnes trochaici. In tertio *νεοχμὸν* pes eſt trochaeus per ſynizeſin duarum vocalium. Non tamen refragarer, ſi quis mallet verſum illum dimetrum iam-

---

l) Abeſt etiam ab Elb. Bau. Rau.

m) Adhibitum quandoque id iuramenti genus apud veteres, vt maioris venerationis ergo nomen ipſius dei, per quem iuraret quis, omitteretur. Praeclarus eſt et opportunus valde ad h. l. illuſtrandum Philonis locus de ſpectaculo p. 770. [de ſpecial. legg. T. II. p. 271. Mang.] vbi, quum laudem iis deberi dixiſſet, qui, quum vrgentur iurare, cunctando religionem iniiciunt non ſpectatoribus ſolum, ſed ad iurandum prouocantibus, addit continuo: *εἰώθασιν γὰρ ἀναφθεγξάμενοι τοσοῦτον νὴ τόν, ἢ μὰ τόν, μηδὲν προσλαμβάνοντες, πρόφασει τῆς ἀποκοπῆς, τραυοῦν ὅρκον μὴ γενόμενον ſolent enim quidam hoc ſolum proferre per . . . parum ſolliciti, an ex eo, quod reticuerunt, illud pro vero iuramento habeatur, nec ne. Spanh.* Scholion in margine cod. E.: *δεῖν εἰπεῖν μὰ τὸν Δία, μὰ τὸν εἶπε μόνον. καὶ ἔστι τοῦτο εὐλαβείας ἕθιον τὸ πεφεισμένως καὶ ἐλλειπτικῶς τοῦ ὅρκου ἅπτεσθαι.* Simile exemplum eſt in Philodemi feſtiuo epigr. VIII.:

πέντε δίδωσιν ἑνὸς τῇ δεῖνα δ δεῖνα τάλαντα,
καὶ βινεῖ φρίσσων, καὶ, μὰ τόν, οὐδὲ καλήν.

Brunck. in Suppl.

bicum dicere, et duos poſtremos ſic digerere, vt iambici itidem eſſent:

ἐπιθόμην, ἀλλ' ὠόμην
ἂν αὐτὸν αὐτὰ λῃρεῖν.

Brunck.

1415. (1425. K. 1378. Br.) *n)* πλάσιγγ'. Nicander Ther. 651. πλάσιγγα πεσοῦσαν, et 955. πλάσιγγι itidem de *lance*, vt Comicus h. l. vſurpat: infra vero Pac. 1247. πλάσιγξ dicta *patella*, cuius vſus erat in ludo κοττάβων, vbi conſuli poteſt Schol. et ante in eadem fab. ad 342. Apud Aeſch. vero Choëph. 288. πλάσιγξ pro *flagello* dicitur: χαλκηλάτῳ πλάσιγγι λυμανθὲν δέμας· apud Eurip. de *bulla*, equorum collo circumdata, Rhes. 303. χρυσῇ δὲ πλάσιγξ αὐχένα etc. *Spanh.* ἴδευ et mox (1418.) ἐχόμεθα Aeſchylo vulgo adſcripta, membr. tribuunt Euripidi. Prius in B. tributum Aeſchylo, poſterius Euripidi. De meo codice nihil eſt, quod referam: nam deſunt in eo 154. verſus, incipiente lacuna poſt 1369. [1406.]. At in C. perſonae multo melius indicatae *o)*, vtrique, Aeſchylo ſimul et Euripidi, tributis illis. Sic plane in fabulis noſtris ſaepe duae aut plures perſonae ſimul proloquentes paucis verbis conſenſum ſuum ſignificant. *Brunck.*

1417. (1380. Br.) μεθεῖσθον iuxta impreſſos [vett.] membranae etiam, male. Vetandi particula μὴ verbum aoriſti temporis in ſubiunctiuo flagitat. v. ad Lys. 1036. *p)*. In B. et C. [vti in Rau.] recte ſcriptum μεθῆσθον, quod reponi debet [et repoſuit Inu.]. *Brunck.* κοπύσω. In Conc. 31. ὁ κήρυξ ἀρτίως — δεύτερον ἐκόκκυσεν. Eſt cuculorum *q)*. In Auu. 506. εἶτ' οἶδ' ἢ κόκκυξ εἶποι κόκκυ. *Bergl.*

---

n) Conſtituitur hic act. V. ſcena tertia. Magna autem trutina in ſcenam allata eſt, ad quam poetae accedunt. ἴθι δή quod pro ἴθι νυν e Rau. recepit Inu., gloſſemati ſimilius eſt.

o) Verbo ἐχόμεθα (1418.) vt et voci ἴδευ et vocibus ἄγε ἴδευ 1590. (1427.) praefixa in cod. E. duplex perſona ſimul loquentium Aeſchyli et Euripidis. *Brunck.* in Suppl. Eam rationem Höpfn. et Conz. in omnibus illis locis ſequuti ſunt.

p) Thom. M. in Μὴ addit *Höpfn.*

q) cf. Sturz. Prol. III. de voc. anim. p. 14.

1418. (1381. Br.) εἰς τὸν σαθμόν [vt Br. edidit]. Sic tres Regii [atque Elb.] Vulgo ἐπὶ τὸν σαθμόν, eadem praepositionum commutatione, quae obseruata fuit supra ad v. 620. *Brunck.* qui reddit: versum iam recitate *ad* stateram. — Recitant autem poëtae, dum eam manu tenent.

1419. (1382. Br. 1429. K.) Euripidis versus initium est Medeae: Aeschyli versus erat in illius Philoctete *r*). *Brunck.* διαπτᾶσθαι pleraeque editiones tam Eurip. quam Aristoph. Verum tum debebat esse verbum πτάομαι, πτῶμαι, quod nullum est. Attici enim adhibent πέτομαι, πέταμαι. Optime dedit Kust. [cumque eo Bergl.] διαπτάσθαι, cui accedunt Lascaris et Eustath. ad Il. δ. p. 452. 33. etc. *Porson.* ad init. Med. p. 387. f. Lips. ed. sec.

1420. (1430. K.) βούνομοί τ' ἐπισροφαί. Frischlinus inepte: *pascuique vortices.* Sensus est: *et pascua*, in quibus boues versantur. Ἐπισροφὴ enim interdum significat locum, in quo aliquis *versari* vel *commorari* solet. Hesych. ἐπισροφαί· διατριβαί, δίαιται. Conf. Suid. V. Βουνιτῆσι, vbi locum hunc citat. *Kust.*

1421. μεθεῖτε bis habet Aristophanes Ran. (hic et 1430.) quod ex pristina verbi forma ἔω deductum est. Lege vtrobique μέθεσθε, in media voce, quae longe aptior, vt λαβομένω 1416. μεθῆσθον 1417. etc. *Porson.* ad Eurip. Or. 141.

1421. (1431. K.) κόκκυ. μεθεῖτε. Ita videtur distinguendum. Etymol. et ex eo Suidas, vt emendant Edit. κόκκυ, οἱ Ἀττικοὶ τὸ ταχύ. Hesych. τὸ ἐλάχιστον. Eustath. in Od. δ. p. 1479, 43. ait, apud Comicum esse aduerbium. Respexit forte ad h. l. Mihi videtur esse vox ficta h. l. Nam quum paulo ante dixisset καὶ μὴ μεθῆσθον — κοκκύσω pro λέξω vel βοήσω, voce ea, vt videtur, ridiculi gratia vsus, nunc ob eamdem causam inclamat κόκκυ. *Duck.*

1422. τὸ τοῦδε. Supplent fere ἔπος. Sed intelligenda potius est lanx (μέρος τοῦ σαθμοῦ), cui Aeschylus versum quasi imposuit ita grauem, vt ea lanx deprimeretur et inferius vergeret.

---

r) Vtrumque etiam ex Schol. animaduertit *Bergl.*

1423. (1386. Br.) ὅτι εἰςέθηκε. Sic tres Regii. Perperam vulgo ὅτ' s) εἰςέθηκε. *Brunck.* ἐριοπωλικῶς. Loci huius meminit Suidas V. Ἐριοπωλικῶς. *Kuſt.*

1425. ἔπος ἐπτερωμένον *alatus verſus*, eſt, admodum leuis, qui lanci impoſitus facit, vt illa ſurgat. ἀντισῆσαι valet, viciſſim appendere. Verſum 1426. (1436. K.) Aeſchyli verba eſſe vult *Reisk.*

1427. (1390. Br.) ἦν' ἰδού t). His vocibus rurſus in C. duplex praepoſita perſona, Aeſchyli et Euripidis: ſolius Aeſchyli in membr. *Brunck.* Vid. ad 1415. λάβεσθε ſcil. τοῦ ςαθμοῦ. Iam prehendunt ſtateram, a qua antea manum retraxerant.

1428. (1391. Br.) Verſus eſt ex Antigone Euripidis: ſequens ex Aeſchyli Niobe, iuxta Schol.: nam qui plenius Aeſchyli fragmentum protulerunt Stobaeus et Euſtathius v) dramatis non meminere. Verſus ipſos ſubiungam cum Grotii verſione:

μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ·
οὐδ' ἄν τι θύων οὐδ' ἐπισπένδων λάβοις,
οὐδ' ἐςὶ βωμὸς οὐδὲ παιωνίζεται·
μόνου δὲ Πειθὼ δαιμόνων ἀπέχεται.

Neſcit Deum Mors vna muneribus capi:
non ſanguis illi, non merum templo fluit,
non dulce reſonat carmen, aut arae calent.
hanc quippe ſolam Suada non nouit deam.
Brunck.

1430. Iungendae particulae καί γε; dimittite ſtateram; etenim rurſus Aeſchyli lanx vergit.

---

s) Nam vltimam literam voc. ὅτι non elidi, docuit pluribus locis laudatis etiam *Höpfn.*

t) ἦν ſine apoſtropho ſcripſit *Höpfn.* Nam Grammatici vett. ἦν ψιλὸν pro ἰδοὺ poni monent. v. Phot. h. v.

v) Ex Niobe Aeſchyli, teſte Schol. vnde et Stobaeus Serm. 117. locum adducit plenius: Μόνος θεῶν γ. Θ. εὖ δ. ἑ. Οὔτ' ἄν τι θ. οὔτ' ἐ. λάβοις. Οὐ βωμός ἐςιν οὔτε π. Μόνου — ἔχει. Vbi in ſecundo verſu λάβοις ſcripſi pro ναοῖς, quia ita legitur et commodius ap. Euſtath. ad Il. IX. quem locum indicauit Stanleius. *Bergl.* v. Aeſch. Fragm. ed. de Pauw. T. II. p. 642. Aliter verſum ſecundum ſcripſit Bothius p. 578. Grotii verſio ναοῖς exprimit.

1434. (1444. K. 1397. Br.) *ζητεῖ τι.* Ms. Vatic. U. rectius *ζητεῖτε.* Vtrique enim et Aeſchylo et Euripidi Bacchus iſta dicit. *Kuſt.* Niſi *ζητεῖ τι τῶν* ſcriptum ſit in C., quod obſeruaſſe non memini, lectionem hanc nullus agnoſcit cod. In membr. mendoſe *ζητεῖτε τῶν x).* In B. *ζήτει τῶν* claudicante verſu. Demum in quinto cod. (E.) reperio *ζήτει γε τῶν,* quod ſincerum eſſe videtur. *Brunck.* in Suppl.

1436. (1399. Br.) *μου 'σι* ſcriptum eſt in membr. In B. *μοῦσι.* In C. *μοῦσι.* Eſt pro *μοι ἐσί* et excudi debuit *δῆτά μοι 'σί;* quod quum vbiuis ob perſpicuitatem praeſtat, tum hic etiam ob euphoniam. Ingratum enim quid ſonat quater repetita diphthongus *ου. Brunck.*

1437. (1447. K. 1400. Br.) *βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα,* id eſt, *iecit Achilles duo puncta et quatuor;* ſiue *ſex.* Duabus nempe teſſeris puncta *duo* (ſingulis videlicet *vnum*) et vna ſiue tertia teſſera *quatuor.* Κύβος enim in h. l. non ſignificat ipſam teſſeram, vt male Friſchlinus exiſtimauit, ſed punctum ſiue *μονάδα* teſſerae, vt recte ex vett. Grammaticis locum hunc Comici exponens monet Euſtathius ad Od. A. p. 1397, 18. ſs. Verba eius haec ſunt: Κύβον, φασί, διχῶς ἔλεγον, αὐτό τε τὸ ἀναρριπτούμενον καὶ τὴν ἐν αὐτῷ μονάδα. Ὅθεν λυθείη ἂν καὶ τὸ ζητούμενον ἐν τῷ παρὰ Ἀριστοφάνει κωμῳδουμένῳ σίχῳ· Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα. λέγει γὰρ δύο μονάδας καὶ τέτταρα. ἔκειτο δ' ὁ σίχος ἐν τῷ Εὐριπίδου Τηλέφῳ σὺν ἄλλοις ἰαμβικοῖς, ἔνθα κυβεύοντας τοὺς ἥρωας εἰσήγαγε y). περιῃρέθη, δέ, φησιν, ὅλον ἐκεῖνο τὸ ἐπεισόδιον, χλευασθέντος ἐπ' αὐτῷ τοῦ ποιητοῦ. Haec vtique bonae notae ſunt, vtpote ex veteri Grammatico Herodoto, qui nunc intercidit, excerpta, vt Euſtath. ibidem monet. *Kuſt.* In Euripidis deriſionem vtitur hoc verſu Comicus, quem ille fecerat in Telepho z), vbi he-

x) Manifeſtum enim eſt, Dionyſum haec tantum ad Euripidem, cui fauet, dicere. In Elb. eſt *ζητεῖ τε.* Trendelenb. etiam *ζητεῖτε* male praefert.

y) Eurip. Fragm. Teleph. 4. ed. Lips. vbi vid.

z) Alii in Iphigenia Aul., alii in Philoctete, alii in Myrmidonibus hunc locum quaeſiuerunt. Probabilius Ariſtophanes

roës inducebantur teſſeris ludentes, quod epiſodium, quia theatri riſum excitauerat, poëta ſuppreſſit. Hic vero idem ſignificat, quod nobis formula e teſſerarum etiam ludo deſumta, *à vous le dé a)*. Hunc verſum veterumque ad eum Criticorum obſeruata illuſtrat Dan. Souterius in libello de tabula luſoria et aleatoribus p. 49. *Brunck.*

1438. (1448. K.) σάσις. Ms. Vat. U. φράσις, quod magis placet. *Kuſt.* Immo aptiſſimum eſt vulgatum: dicite (alloquitur vtrumque poetam): nam haec vltima eſt ponderatio.

1439. (1402. Br.) Verſus eſt ex Euripidis Meleagro *b)*: ſequens ex Glauco Potnienſe Aeſchyli *c)*, cuius locum pleniorem profert Schol. Eurip. ad Phoen. p. 750. edit. Valckenar. [primae]:

ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα καὶ νεκρῷ νεκρὸς
ἵπποι δ' ἐφ' ἵπποις ἦσαν ἐμπεφυρμένοι.

Brunck.

1442. (1405. Br.) δύο. Vulgo legitur δύω. Atticis δύω vſitatum non fuiſſe obſeruauit Daweſius aurei libelli p. 347. (338.) *d)*. Idem adſeruit Valcken. ad Phoen. p. 220. [585. p. 289. ed. ſec.], Atticam formam δύο Tragicis ſaepe reſtituendam eſſe monens, partemque nobilis ex Erechtheo ῥήσεως tantillae rei ignoratione penitus obſcuratam fuiſſe. Locus, quem innuit, hic eſt [Fragm. 1. v. 39. ſs. vbi vid. Not. in ed. Lips.]:

---

ipſe, alludens ad ſimilem quemdam Eurip. locum, hunc verſum Dionyſo tribuit, ſignificaturus, Aeſchylum eſſe qui in hoc ludo vicerit. *Conz.*

a) Hoc eſt: veſter nunc iactus eſt. Sed hunc ſenſum Graecis ineſſe, parum credibile eſt. *Conz.*

b) Idem ex Schol. monuit *Bergl.* v. Eurip. Fragm. Mel. 4.

c) Ex Glauco Potnienſi Aeſch., vt ait Schol. Scholiaſtes Eurip. ad Phoen. 1201. adducit locum plenius Ἐφ' ἅρματος — ἐκπεφευγμένοι, quem ibi locum imitatus fuerat Euripides: Τροχοὶ τ' ἐπήδων ἄξονες δ' ἐπ' ἄξοσι. Νεκροὶ δὲ νεκρῶν ἐξεσωρεύοντ' ἐμοῦ. *Bergl.* In poſtremo fragm. verſu Bergl. habet ἐκπεφευγμένοι, Bothius p. 567. ἐκπεφασμένοι (occiſi).

d) Repugnauit tamen Fiſch. ad Well. II. 156. auctoritate Grammaticorum vett. cf. Sturz. ad Maitt. p. 46.

τῇ μὴ δὲ παιδὶ στέφανος, ἢ μία μόνη
πόλεως θανοῦσα τῆσδ' ὑπερδοθήσεται,
καὶ τὴν τεκοῦσαν καὶ σὲ δύο θ' ὁμοσπόρους
σώσει.

Legebatur cum foediſſima ſententiae et metri labe — δὺ' ὁμοσπόρους. In re manifeſta ſummis viris fidem derogandam eſſe non duxi, ipſeque in eorum ſententiam conceſſi ad Eurip. Or. 857. vbi verſum ex Helena 1099. prout legi debet, protuli: μέγας γὰρ ὦγὼν καὶ βλέπω δύο ῥοπάς. At ecce vir longe eruditiſſimus Regius Profeſſor [Vauvilliers], qui ſibi verba dari non facile patitur, quique callide nouit, *quantum inter dicta et probata interſit* (v. not. in Soph. El. 1024.), nos omnes ad ferulam ſuam reuocat in not. ad Soph. Ai. 319. Daweſium reprehendens, quod in ſenarii Euripidei fine δύο pro δύω reponendum eſſe ſtatuerit. Iam cupisne ſcire, quo argumento ille oſtendat poſteriorem formam Atticos non refugiſſe? Vndenam corruptelae tuendae potius tela arceſſiuiſſet, quam ex ipſius corruptelae armamentario? Sic ſolent boni iſti homines mendam menda defendere, non animaduertentes vix vnicum eſſe graecum vocabulum, in quo deſcribendo diuerſis modis non lapſi ſint librarii. Verſum ex Comici noſtri Eqq. protulit 1347. quem ſic in impreſſis legerat: καὶ νὴ Δία γ', εἰ δύω λεγοίτην ῥήτορε. Sed diſcat clariſſimus Profeſſor, verſum illum deinceps ſic lectum iri: καὶ νὴ Δία γ', εἰ δύο σοι λεγοίτην ῥήτορε. Quid mirum, ſi librorum olim deſcriptoribus, hominibus imperitis parumque adtentis, δύω ſaepe pro δύο in calamum venerit? Hic in duobus Regg. codd. quos adhibueram, ſcriptum repereram δύω, quod mihi ſcrupulum non iniecit, nec in mora fuit, quin Atticam formam reponerem. Demum in C., qui codex maioribus exaratus eſt calami ductibus, perſpicue quantum poteſt ſcriptum reperio ΔΥΟ *e*). Hoc tibicine non egebat mea emendatio. In cod. E. δὺ' ἅρματ' εἰςήνεγκε. *Brunck.* Ita, non εἰςήνεγκεν, quod metro obeſt, e Rau. ſcribi debebat pro vulg. εἰςέθηκε, quod tamen neſcio an praeferendum ſit.

1443. Οὓς *f*) οὐκ ἂν ἄρκιντ'. Citat Suidas V. Ἄρκιτο. *Kuſt.* Aegyptios vt baiulos a Comicis perſtringi notat

e) Ita et cod. Rau.

f) Ita iam in priſtinis edd. et Kuſt. legitur, quod ſe ex Rau.

hic Schol. *g*). Sic infra Anu. 1133. *οὐκ Αἰγύπτιος πλινθοφόρος* (non Aegyptius laterum baiulus), vbi ſimiliter Schol. *οἱ Αἰγύπτιοι ἐκωμῳδοῦντο ὡς ἀχθοφόροι.* Hinc *Aegyptius* dicta Exod. XX, 2. *domus ſeruitutis;* nempe quod Hebraei in ea coacti fuiſſent non *πλινθοφορεῖν* ſolum, ſed inſuper *πλινθουργεῖν lateres coquere*, quodque *πλινθείας* et *πλινθουργίας* vocibus ab iisdem Senioribus dicitur, et inde *ſeruilia opera*, quod additur Exod. 1, 14., praeſtare. Vt proinde facile liceat adſequi, cur Aegyptii ad deſignanda ſeruilia, quibus adſueti erant, opera *πλινθοφόρων* voce a Comico hic appellentur. *Spanh.*

1444. *κατ' ἔπος.* Reddunt: ſingulis verſibus certet; quaſi verbum ſit omiſſum. Sententia eſt: ex ſingulis verſibus ponderetur, h. e. ſinguli verſus ſtatera examinentur.

1445. (1408. Br.) *αὐτός, τὰ παιδί', ἡ γυνή,* Κηφ. *h*). Omnis Veneris expertium mala librariorum manus gratiam huius verſus corruperat, copulam inſerendo, quae nulla aut ſaltem triplex eſſe debebat. Sic enim vulgo legitur: *αὐτός, τὰ παιδία, χ' ἡ γυνή,* Κηφ. In B. (et cod. E. in Suppl. laudato) *χ' ἡ γυνὴ χὠ* Κηφισοφῶν. Poſteriorem copulam metrum admittere grauatur; vtramque reſpuit ſermonis venuſtas. Eleganter ſupra 587. Bacchus ait: *πρόῤῥιζος αὐτός, ἡ γυνή, τὰ παιδία, κἀκεῖ' ἀπολοίμην.* Cont. not. ad 1302. (1329.). Quum ſic a me fuiſſet editum, idem etiam Reiskio placuiſſe vidi. *Brunck.*

1448. (1458. K. 1411. Br.) *i*) *φίλοι.* Ms. Vat. U. et ed. Ald. *σοφοί*: nullo ſenſus discrimine. *Kuſt.* Tres Re-

---

reſtituiſſe ait Inu., quum Brunck., neſcio an operarum vitio, dederit *ὡς οὐκ* — Nihil enim ea de re admonuit.

g) Qui adſueti erant geſtandis oneribus, quum aſſidue cogerentur a Regibus portare materiam, ad exſtruendas praecipue pyramides. *Bergl.*

h) Simul mentionem facit vxoris Euripidis et Cephiſophontis, quia iſte eum in ſcribendo adiutabat et cum eius vxore rem habebat. Scholiaſtes: *ὡς οὐ μόνον συμποιοῦντος αὐτῷ τοῦ Κηφισοφῶντος τὰ δράματα, ἀλλὰ ὡς συνόντος αὐτοῦ τῇ γυναικί. Bergl.*

i) Inchoatur hinc actus quinti ſcena quarta, qua ſuperioribus accedit Pluto.

gii cum Vatic. et primariis edd. *ἄνδρες σοφοί*, quod longe praeſtat et reponi debuit. *φίλοι* primum editum fuit in officina Phil. Iuntae, neſcio vnde *k)*: ſed mutationis cauſam deprehendere mihi videor. Verba haec corrector eſſe credidit in Vocatiuo et ad chorum directa, vt ea acceperunt etiam interpretes, quos temere ſequutus ſum. Sunt autem in caſu recto, ſubaudito verbo *εἰσί l)*. Corrige itaque verſionem etiam: *Sapientes ſunt iſti viri.* Niſi ita intelligatur, quî inferri poſſit ſequens copula? *nec litem eorum discernam.* *σοφοὶ* retinuit prior Baſileenſis, et ex ea ſeruatum fuit in vtraque Veneta. Illud *φίλοι* prorſus auctoritate caret. *Brunck.*

1449. (1459. K.) *δι' ἔχθρας — γενήσομαι.* Aeſchylus Prom. 120. *τὸν πᾶσι θεοῖς δι' ἀπεχθείας ἐλθόντα.* Sic *δι' ἡσυχίας εἶναι quieſcere*, apud Herodotum in Clione [I, 206.] *m)*. *δι' ἀπεχθείας ἐλθεῖν* idem eſt quod *εἰς ἔχθος ἐλθεῖν.* Eurip. Phoen. 886. *εἰς ἔχθος ἦλθον παισὶ τοῖσιν Οἰδίπου.* Ibid. 482. *καὶ μὴ δι' ἔχθρας τῷδε καὶ φόνου μολών.* *Bergl.*

1450. (1460. K.) Diſſident hic, vt e Schol. liquet, veteres Grammatici, dum Ariſtarchus prius illud (*τὸν μὲν γὰρ ἡγοῦμαι σοφὸν*) de *Euripide* dici, alterum (*τῷ δ' ἥδομαι*) de *Aeſchylo* ſtatuit; contrarium vero tuentur alii. Verum conſultum omnino videtur Ariſtarcho ſuffragari, vt per *σοφὸν* intellexerit Euripidem, cui id nomen, vt vidimus ad v. 788. magno veterum conſenſu tributum legitur, et quidem addere hic liceat Iſidorum Pelus. IV. ep. 125. *πῶς δὲ Εὐριπίδης ὂν σοφὸν εἶναι ὁρίζετε*; *Spanh.*

1451. Bergl. in verſione haec verba interrogatiue expreſſit. Ita et Conz.

---

k) Male cod. E. *ἄνδρες φίλοι*, quod in alio nullo repereram. *Brunck.* Videntur tamen *φίλοι* etiam vterque cod. Inu. et Elb. atque Bau. habere.

l) Dubito an non ita omitti potuerit *εἰσί*, et aduerſatur Brunkii rationi verſus 1450. vbi vnus tantum (Euripides) *σοφὸς* dicitur. Itaque puto haec potius ad ſpectatores eſſe dicta, lectione tamen *σοφοὶ* ſeruata, vt v. 700. (712.) illi *σοφώτατοι* dicuntur. *καὶ* in *κἀγὼ* explico: *fane*, vt 1385. (1422.). *Conz.*

m) Add. Viger. de Idiot. p. 585. f. Herm. et Fiſch. ad Weller. IV. p. 169. ſſ.

1452. ἄπει perperam Bergl. et Conz. de Imperatiuo accipiunt. Recte Brunk. *abibis.*

1454. (1464. K.) Φέρει δή [vt olim editum]. Particula δή in verſu redundat, quae proinde recte deeſt in Ms. Vat. U. *n*). *Kuſt.* Pro ταδί in C. τοδί. *Brunck.*

1455. (1418. Br.) *o*) In ed. Ald. perſona *Aeſchyli* hic (ante τοῦ χάριν) deeſt; quae etiam delenda eſt ex ſententia Schol., cenſentis perſonam Bacchi hic continuari. At ego aſſentior potius Msto. Vatic., qui loco huic praefigit perſonam Πλ. i. e. *Plutonis. Kuſt.* Haec interrogatio (τοῦ χ.) in tribus codd., vt in edd. Bern. Iuntae, Cratandri, et Venetis Plutoni tributa eſt *p*); in Ald. prorſus omiſſa perſona: in recentioribus adſcriptus Aeſchylus; mihi Euripides, idque, vt reor, veriſimilius: eum enim, tamquam petulantem et proteruum, priorem ſemper in verba erumpere facit Comicus. Eiusdem perſonae debet eſſe haec percunctatio ac altera 1424. (1461.) ἔχει δὲ περὶ αὐτοῦ τίνα γν. Poſteriorem Aeſchylo duo codd. tribuunt: vnus, cui conſentio, Euripidi. *Brunck.*

1457. (1420. Br.) ὁπότερος οὖν ἂν *q*) — Vulgo inverſae voculae cum metri labe, ἂν οὖν. Nihil ab impreſſis differebant prius inſpecti codd. Nunc demum in C. quem reſtitui vocum ordinem reperio. *Brunck.* Sic etiam cod. E. *Idem* in Suppl.

1460. δυσκοπεῖ difficulter parit, eſt omnino, dubia eſt, neſcit quid agat.

1461. (1424. Br.) In cod. E. vt in membr. tributa haec percontatio Aeſchylo [cui et olim adſcripta fuit]. Melius, vt mihi videtur, in B. adſcripta Euripidis perſona. *Brunck.* in Suppl.

---

n) Tacite omiſerunt recentt. edd.

o) ἐπὶ ποιητὴν eſt, ad poëtam arceſſendum. Ad Aeſchylum et Euripidem haec a Dionyſo dici cenſet Conz.

p) Adſcripta etiam in cod. E. Plutonis perſona. *Brunck.* in Suppl. In Elb. Euripidis. Vidit etiam Höpfn., non incommode haec Plutoni tribui poſſe. Euripidi tribuunt Inu. et Conz.

q) Ita iam Reisk. legi iuſſerat, transpoſitione facta.

1462. (1472. K.) Haec de Alcibiade dicta innuunt, iam eo tempore Alcibiadem abſentem eſſe poſt infelicem ad Epheſum Antiochi eius ſubpraefecti pugnam, poſtquam in Cherroneſum feceſſit, vt notat antiquus Schol. ad vocem Ἀλκιβιάδου, qui quidem optime de eo tempore iudicauit: ſed ei ſcholio aſſutus eſt peſſimus cento ex altero Schol. qui ait eum tum iuiſſe Lacedaemonem et Spartiatas de munienda Decelea monuiſſe; quod eſt reiiciendum vt falſum et contrariam iis, quae optime decernuntur in ſcholii initio. *Palmer.* Exercc. p. 775. Verſus huius mentionem facit Plutarchus in Alcib. p. 199. [c. 16. p. 29. T. II. Reisk.]. *Kuſt.* Suidas V. Σιγῶ refert verſum Ionis, quem Ariſtoph. hic imitatur et adducit Schol: *σιγᾷ μέν, ἐχθαίρει δέ, βούλεταί γε μήν* r). Deinde in Σίφνιοι· ἐκ τῶν Ἴωνος Φρουρῶν. *Φησὶ δὲ καὶ* Ἀρισοφάνης· ποθεῖ μὲν cet. quae ad locum illum non pertinent ac forte male diuulſa ſunt ab iis, quae refert idem in *σιγῶ*. Kuſt. ad Suidam V. *σιγῶ* ait, verſum illum eſſe Euripidis, teſte Schol. Ariſt. h. l., in quo notanda eſt eius incuria. Nam Schol. ait eſſe ἐκ τῶν Ἴωνος Φρουρῶν. Portus in Σίφνιοι hoc vertit *ex Ionis opere de praeſidiis;* male. Φρουροὶ nomen eſt dramatis, quod Ion ſcripſerat. Meminit eius Athen. l. 4. c. 25. et Heſych. in Νιφόεσσα Ἑλένη. v. Caſaub. ad Athen. p. 318. Ceterum pro *βούλεται δ' ἔχειν*, quod eſt ap. Suid., Schol. habet: *βούλεταί γε μήν. Duck.*

1464. (1474.) ὠφελεῖν etc. Eurip. Hecub. 862. — *θέλοντα μέν μ' ἔχεις Σοὶ ξυμπονῆσαι, καὶ ταχὺν προσαρκέσαι* (promtum ad ſuccurrendum)· Βραδὺν δ', Ἀχαιοῖς εἰ διαβληθήσομαι. *Bergl.*

1465. (1428. Br.) s) *μέγα δέ γε βλάπτειν ταχὺς* B. iuxta impreſſos. A. C. *μεγάλα δὲ βλ. τ.* vt et Suidas in

---

r) Ad hunc Ionis locum, quem vertit: *tacet quidem, ſed odit, vult tamen*, alludi etiam monet *Bergl.* Sumtus hic verſus, teſte Schol., ex Ionis Chii Φρουροῖς. In alio eiusdem Tragici dramate, cui titulus erat Φοῖνιξ ἢ Καινεύς, erat heroicus iſte verſus, quem in rem ſuam traduxit Comicus ſupra v. 706. (718.)

εἰ δ' ἐγὼ δρᾶν ἐθέλειν βίον ἀνέρος, ᾧ πολιῆται.

De Ione Chio vid. Bentleius in Epiſt. ad Millium [et Fabric. Bibl. Gr. II. p. 307. f. ed. Harl.] *Brunck*, in Suppl.

s) Quod e Rau. pro vulg. πέφυκε edidit Inu. φανεῖται, dubitari poteſt, an ex interpretamento fluxerit.

Σίφνιοι. Vulgatum praetuli, in quo βλάπτειν absolute positum et μάλα γε ad ταχὺς refertur. *Brunck.*

1466. (1476. K.) Ἀμήχανον. Eurip. in Mede. 408. εἰς μὲν ἔσθλ' ἀμηχανώτατα (ad bona quidem ineptissimae), κακῶν δὲ πάντων τέκτονες σοφώτατοι. Synesius epist. 47. ὦ πρὸς τὰ καλὰ πάντων σὺ ποριμώτατε. *Bergl.*

1468. (1478. K. 1431. Br.) Οὐ χρὴ λέοντος — Citat idem Plutarchus loco laud. et Suidas V. Οὐ χρὴ λέοντος. Meminit etiam Valerius Max. lib. VII. cap. *de sapienter dictis et factis* [2.] n. 9. [7.] extern. vbi ait: *Aristophanis quoque altioris est prudentiae praeceptum, qui in comoedia introduxit remissum ab inferis Periclem, vaticinantem, non oportere in vrbe nutriri leonem: sin autem sit alitus, obsequi ei conuenire.* Recte quidem cetera, sed de Pericle quod ait, memoriae lapsus est. Nam non Pericli, sed Aeschylo sententia ista ab Aristoph. hic tribuitur. *Kust.* Etsi hanc sententiam Aeschylus hic pronunciet, tamen illa occurrit apud Eurip.; nudis verbis, non allegorice, in Troadd. 718. de Astyanacte, Hectoris filio, occidendo: λέξας, ἀρίστου παῖδα μὴ τρέφειν πατρός. Allegorice autem, vt hic ap. Comicum, in eiusdem Eurip. Heraclid. 1005. vbi Eurystheus, qui Herculis liberos sibi interficiendos putabat, dicit ad Alcmenam: Οὐκοῦν σύ γ' ἀναλαβοῦσα τὰς ἐμὰς τύχας, Ἐχθροῦ λέοντος δυσμενῆ βλαστήματα Ἥλωνες ἂν κακοῖσιν; ἀλλὰ σωφρόνως Εἴασας οἰκεῖν Ἄργος; οὔ τιν' ἂν πίθοις. (Nonne vero tu, si meam fortunam experta fuisses, infesti leonis inuisos catulos exagitatiles malis? sed humaniter eos siuisses habitare Argis? Nemini poteris persuadere). *Bergl.* Inter versus Οὐ χρὴ λ. et Ἦν δ' ἐκτραφῇ τις etc. medius insertus hic comparet in edd. omnibus: μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν *t*). Parum emunctae naris fuerunt, qui fraudem Comico factam statim non olfecerunt; furcillis expulissent suppositititium versum, si tantillum arte critica valuissent. Eum satis damnabat cum suamet ipsius ineptia, tum Plutarchi auctoritas, qui hanc sententiam proferens in Alcib. p. 21. nullam adulterini versus mentionem facit.

---

t) Spurium versum, quem e textu eieci, habet cod. E. *Brunck.* in Suppl. Est etiam in Rau.

Sed qui ante noſtram aetatem veteres tractabant poetas, quiduis potius paſſi fuiſſent, quam vnum alicui verſum eximi, etiamſi eſſet longe abſurdiſſimus. Et ſunt etiamnum boni viri, coaeuis ſuis adeo iniqui, vt ſi ſoloecismum quempiam atrociſſimum perite emendemus, nos veterum ſcripta temerare clamitent: iidemque, ſi media in barbaric inſulſus aliquis librarius inter venuſtos poëtae verſus abſoni quid *infercierit* v), id pro genuino haberi volunt; tantum apud eos valet quatuor vel quinque plus minus ſeculorum auctoritas. Nec per eos licet a germanis ſpuria ſegregare: ſin quis id aggrediatur, ei confeſtim violatae antiquitatis crimen intentant, quo ſi me nunc arceſſant, tam eis opto, vt ineptiarum non damnentur, quam me maieſtatis abſolutum iri confido. Quippe fideiuſſores habeo tres codd., quorum ne in vno quidem vel tenuiſſimum apparet veſtigium reiecti a me verſus. Hic ſubſiſtere poſſem, vt feci in Apoll. Rhod. II, 1117. Non tamen fruſtra ſatagere videbor, ſi inquiram, quaenam fuerit mens hominis, qui non diu multum ante Suidae aetatem pannum hunc Comico adſuit. Scilicet quia ſententiam ſuam dixerat Euripides tribus concluſam verſibus, lepidiorem ille locum futurum credidit, ſi par Euripidi faceret Aeſchylus, totidemque verſibus ſuam proponeret ſententiam: itaque verſum illum labore non magno, ſententia nulla, cudit. Arreptum eum poſtea ludimagiſtri, quum plus ſapere quam illius conditor vellent, alius eum Euripidi, alius Baccho, quin etiam alius choro, tribuere; verecundiores nihil decreuerunt. Hoc declarat poſterior pars ſcholii ad h. l. Pars prior, vsque ad verba *ἔν τισι*, bonae notae eſt et e vett. Criticorum commentariis excerpta; ſpectatque illa tres Euripidis verſus et duos Aeſchyli, quales eos exhibent codd. et noſtra editio. Quae ſequuntur, nauci non ſunt, et tam verſus conditor, quam illius interpretes fungi fuere. *Brunck.*

1470. (1481. K.) *δυσκρίτως γ' ἔχω.* Eurip. in Erechtheo ap. Clem. Alex. Strom. VI. [fragm. 12. in coll. Musgr.] *Αἰδοῦς γὰρ αὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι· καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς,*

v) Ita Brunk. conſulto videtur, neſcio quem reſpiciens, qui ita in Grammaticen peccauerit, pro *inferſerit* ſcripſiſſe.

κᾆσιν οὐ κακὸν μέγα. Aeſchylus in Prom. 663. χρησμοὺς ἀσήμως δυσκρίτως τ' εἰρημένους. *Bergl.*

1473. σωτηρία h. l. eſt ſalutis ratio et via: quam habetis, iudicare poteſtis, rationem ſalutis publicae reſtituendae. Nam vt σωτηρίας legatur (περὶ τῆς πόλεως σωτηρίας γνώμην), non probabile eſt.

1474. (1485. K. 1437. Br.) εἴ τις πτερώσαι [vt Bergl. edidit]. Eſt 3. pers. aor. 1. Optat. Edd. omnes: εἴ τις πτερώσας. *Bergl.* Recte, o bone, editiones omnes; nec ſolum eae, ſed etiam codd. omnes: nec aliter poëtam ſcripſiſſe manifeſtum eſt: nam cum tua tertia perſona, priori verbo alterum ſine copula ſubiici non poteſt: εἴ τις πτερώσαι — καὶ αὖραι αἴροιεν. An loquendi formam alioquin minime inſolitam Kuſterus tibi non ſatis declarauerat *x*)? Nominatiuus eſt abſolutus pro Genit.: εἰ, πτε-

---

x) Suidas V. Λεύκριτος, vti locum hunc citat, pro Κλεύκριτον legit Λεύκριτον. Deinde notandum eſt, πτερώσας τις hic dictum eſſe pro πτερώσαντός τινος, vt ex Corintho de dial. Att. iam monuimus ad Plut. 277. Secundum conſtructionem enim grammaticam verba huius loci ita collocanda ſunt: εἰ αὖραι αἴροιεν πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα (Κλεύκριτον καὶ Κινησίαν) πτερώσαντός τινος Κλεύκριτον Κινησίᾳ. Nimirum Nominatiuum apud Atticos ſaepe poni pro Genitiuo abſoluto, pluribus oſtendimus ſupra ad Plutum loco indicato. Ceterum verſum hunc et quatuor ſequentes, vt ἐμβολιμαίους et a ſenſu loci alienos, obelo olim confixerant Ariſtarchus et Apollonius Grammatici, teſte Schol.; quorum cenſuram non puto eſſe repudiandam. Nam ne dicam verſus illos frigidos mihi videri, iisdem etiam ſublatis ſeries orationis et ἀκολουθία ſenſus multo clarior erit et manifeſtior; quippe tunc Baccho praecipienti et hortanti

ἀλλ' ἔτι μίαν γνώμην ἑκάτερος εἴπατον,
περὶ τῆς πόλεως ἥντιν' ἔχετον σωτηρίαν·

Euripides ἐμέσως et apte reſpondebit: ἐγὼ μὲν οἶδα καὶ θέλω φράζειν: quae omnino coniungi debere et male interiectis quinque illis verſiculis dirimi, res ipſa attentum lectorem docebit. Nihilominus verſus illi non ſolum in omnibus edd. ſed etiam in Mſs. reperiuntur. *Kuſt.* Ariſtarchus illos verſus repudiavit, tamquam indignos feſtiuo Comici ingenio, quae cauſa leviſſima eſt; Apollonius, quod nexum turbarent, nec ipſi inter ſe bene iuncti eſſent, quae grauior ratio eſt. Et quum Brunkii emendatio v. 1479. ἕτερον μὲν οἶδα nimis violenta ſit, exiſtimo his ἐγὼ μὲν οἶδα reſponderi verbis v. 1473. vnde interiectos vicinis incluſi, inprimis, quum iis interpoſitis nimis fero Aeſchylus loqui incipiat. *Conz.* Ita et *Hoepfn.* Num fortaſſis

ῥώσαντός τινος Κλεόκριτον Κινησίᾳ, αὖραι αὐτοὺς ἄϊροιεν πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα. Qui tot putidiſſimas mendas ſilentio praeteriiſti, nunc demum corrigere incipis, vt, quod non modo ſanum, ſed etiam elegans eſt, peruertas et corrumpas! At tibi non ita ſum iniquus, quin credam, te ineptam hanc notulam deleturum fuiſſe, ſi, antequam prelo ſubiiceretur, lucubrationem tuam retractauiſſes. De nominatiuo et accuſatiuo abſolute poſitis vid. Gregorius de dial. Att. §. 7. et 35. Saepe dubitari poteſt, vtro caſu, rectone an quarto, ſic poſitum ſit participium neutrum, vt in Lys. 13. εἰρημένον δ' αὐταῖς ἁπαντᾶν ἐνθάδε — Sed indubitati nominatiui exempla vbiuis obuia. Vid. Valcken. ad Eurip. Phoen. p. 101. et ad Hippol. 23. Sophocl. Antig. 259. λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐρρόθουν κακοί, φύλαξ ἐλέγχων φύλακα. Sed haec tralatitia ſunt. Ariſtarchum et Apollonium, nobiles Grammaticos, verſum hunc et quatuor ſeqq., proindeque etiam v. 1452. et 1453. (1489. 90. Lips.) tamquam Ariſtophane indignos obelo notaſſe refert Schol., quorum Kuſterus iudicium probat. Vtique male cohaerent cum reliquis: ideo v. 1442. [1479. L.] edidi ἕτερον μὲν οἶδα pro eo, quod in libris omnibus legitur: ἐγὼ μὲν οἶδα. Hoc ſi quis non probet, ſeptem verſus, qui tamen inſulſi non ſunt, quibusque ineſt aliquid comicae laſciuiae, prorſus repudiet, loco ſic conſtituto poſt v. 1436. (1472.).

περὶ τῆς πόλεως — σωτηρίαν.
Εὐρ. ἐγὼ μὲν οἶδα κἀγὼ Θ. Φρ. Δ. λέγε.
Εὐρ. ὅταν τὰ νῦν ἄπιςα etc.

1488. Δ. εὖ γ' ὦ Παλάμ. — φύσις.
τί δαὶ λέγεις σύ; Αἰσχ. τὴν πόλιν νῦν μοι φράσον. *Brunck.* Facile crederem cum priſcis et accuratis Criticis, Ariſtarcho et Apollonio, quibus etiam ſuffragatur Kuſterus, hunc et quatuor ſeqq. verſus eſſe ὑποβολιμαίους, nec ab Ariſt. profectos, et verſum 1490. (1479.) ἐγὼ μὲν οἶδα etc. reſpondere ei, quo ab Euripide quaerit Bacchus 1484. (1473.) *quam de republica ſalutis ſpem haberent?* Nec mirum videri deberet, ſi iidem quinque verſus in hodiernis Ariſtoph. codicibus reperirentur, quum iam in iis exſtarent, qui Ariſtarchi et Apollonii aetate proſtabant. Sed

---

poëta ipſe hos verſiculos ſerius adiecit, nexus non habita iuſta ratione?

ne hoc praeteream, id forte obstare videtur, quod quum quarto ex iisdem quinque versibus ὀξίδων fiat mentio, ab Euripide vero postea quaerat Bacchus v. 1500. (1489.) an ipse vel Cephisopho auctor esset eorum, quae modo dixerat, respondet Euripides *y)*, a se solo id profectum, nisi quod τὰς ὀξίδας repererit Cephisopho. *Spanh.*

Κλεόκριτον Κινησίαν. Haec satis faceta sunt, sed oportet prius scire, quales isti duo fuerint. Cleocritus erat valde vastus et magnus; hinc Auu. 877. matrem ei tribuit struthiocamelum, quam facit Magnam Deum matrem. Si ergo talis fuit, minus facile potuisset volare, quam alius aliquis, qui esset leuissimo corpore; vt erat Cinesias, qui licet etiam esset procerus, tamen supra modum erat gracilis. Athen. XII. p. 551. ἦν δ' ἔντως μακρότατος καὶ λεπτότατος Κινησίας. Huius ergo tantam leuitatem corporis esse vult dicere, vt, si iste Cinesias loco alarum applicetur Cleocrito, quamuis magnae molis homini, vtrumque venti sint in sublime sublaturi. Quam rem per iocum dicit vtilem fore Athenn. reip. Nam si isti duo sublime volantes in praeliis naualibus aceto conspergant hostium oculos, vt videre non possint, facilius eos vincent Athenienses. *Bergl.*

1477. (1440. Br.) Vulgo sic legitur hic versus: εἰ ναυμαχοῖεν ἄν, κατέχοντές *z)* τ' ὀξίδας — In membr. scriptum reperi, vt etiam est in C.: εἰ ναυμαχοῖεν κατέχοντες ὀξίδας *a)* — Inde procliue fuit, veram restituere lectionem: εἰ ναυμαχοῖεν, κἄτ' ἔχοντες ὀξίδας — κατὰ et κἄτα saepe a librariis commutata fuere, vt obseruatum fuit ad v. 958. Particula ἄν hic prorsus est inutilis: importuna copula et aliena significatio verbi κατέχειν. Iam has notas scribens primarias edd. ad manus habeo et Scaligeri Excerpta. Sicubi textus meus a Kusteriano differt, primarias illas inspicio, deinde Scaligeri Excerpta, si forte

y) Sed et ille locus ab iisdem Criticis pro spurio habebatur, et potuit ab eodem, qui superiores versus fecerat, confingi.

z) Non κατέχοντέ τ', vt in not. Inuern.

a) Lego κατέχοντες ἐξίδας sine coni. τε, vt Schol. *Bergl.* [Ita etiam legi voluit Toup. Emendd. in Suid. et Hesych. III. p. 518. vbi pro 'οξίδαι in Hes. repositum 'οξίδας ex h. l.]. Sic scriptus est hic versus in cod. E. εἰ ναυμαχοῖεν, κατέχοντές τ' ἐξίδας. *Brunck.* in Suppl.

harum varietates ab eo enotatae fuerint. Aldina, quam, vna excepta, reliquae omnes expreſſerunt, vulgatam lectionem habet, Scaliger ad hunc verſum nihil. At vnica illa, quae a reliquis diſſentit, quaenam ea eſt, quidue habet? Eſt editio Bern. Iuntae, omnium optima, quam neglexerunt editores omnes, quam Kuſterus ne quidem novit, in qua haec ipſa noſtra lectio totidem exſtat literis, ne vno apice mutato *b)*. Idem iam obſeruauimus ſupra in v. 1161. (1185.) Mirari ſubit, quî Barthol. Zanettus, cuius ex officina prodiit elegans XI. comoediarum editio, Baſileenſem Cratandri potius expreſſerit, quam illam Bern. Iuntae. Fueritne iam tum rarior, quae hodie eſt rariſſima? *Brunck.*

1479. (1442. Br.) Cod. E., vt libri ceteri omnes, ἐγὼ μὲν οἶδα *c)*, vnde ſatis liquet, conſtituendum eſſe hunc locum, vt in notis declaraui. *Brunck.* in Suppl. Reponi illud debet, pro verbis ἕτερον μὲν οἶδα, quae ſola coniectura nituntur.

1480. (1491. K.) Verſum hunc et nouem ſequentes citat Suidas V. Σαφέστερον. *Kuſt.* τὰ νῦν γ' ἄπιστα. Dicere nequeam, quo caſu quaue mea incogitantia hic ſe intruſerit partic. γε, quam in nullo libro reperio: eam deleat lector *d)*. *Brunck.*

1481. (1492. K.) τὰ δ' ὄντα πίσ', ἄπιστα. Sic ſenſu exigente reſcripſi pro, τὰ δ' ὄντ' ἄπιστα πιστά: nulla literarum facta mutatione, ſed tantum ſeparatis, quae male coniuncta erant. *Kuſt.* οὐ μανθάνω etc. Haec imitatus eſt Strato Comicus ap. Athen. IX. p. 382. — οὐ μανθάνω τούτων οὐδέν, οὐδὲ βούλομαι. ἀγροικότερός εἰμι· ἀσὶ ἁπλῶς μοι διαλέγου. *Bergl.*

---

b) Eadem confirmatur auctoritate cod. Rau.

c) Quaſi illud commentum de aceto ſpargendo non ſit ipſius Euripidis, ſed alius cuiusdam; nunc dicit, ſe velle proprium ſuum commentum afferre. Facit autem Comicus id Euripidem dicere, quia vult eum notare, quaſi non proprio Marte faciat fabulas, et praemunit viam ad illa quae v. 1500. (1489.) ad Euripidem Bacchus dicturus eſt; cui Euripides dicit, iſtud de aceto ex acetabulis ſpargendo eſſe Cephiſophontis commentum. *Bergl.*

d) Male in ed. Inu. eſt ſeruata.

1486. (1448. Br.) *χρησαίμεσθ' ἴσως σωθείμεν ἄν* [vt Br. edidit) perite emendauit Daweſius *e)*, cuius iudicium confirmant codd. A. C. (etiam E.), in quibus *ἴσως σωθείημεν ἄν*, vt ap. Suid. in *σαφέστερον*, forma Grammaticis tradi ſolita, cuique aſſueti erant librarii, ſed quae Atticis ſaltem poëtis inuſitata fuit. Conf. Toup. ad Suid. I. 49. Hic loquendi ratio optatiuum flagitat, et ſoloecum eſt, quod vulgo legitur: *ἴσως σωθῶμεν ἄν*. *Brunck.*

1488. (1499. K.) Verſum hunc et duos ſequentes producit Suidas V. *Κηφισοφῶν*. *Kuſt.* Scholiaſtes: *πρὸς Εὐριπίδην. ὅτι εἰκὸς ἐκ Παλαμήδους πεπλάσθαι ταῦτα* (quia videntur haec ex eius Palamede efficta), *ἢ ἐπειδὴ ὁ Παλαμήδης μηχανητικὸς καὶ ἐφευρετὴς ἦν — διὰ τοῦτο Παλαμήδην τοῦτον καλεῖ*. Poſterius videtur veriſimilius. Eupolis ap. Athen. I. p. 17. *Παλαμηδικόν γε τοῦτο τοὐξεύρημα καὶ σοφόν*. *Bergl.*

1491. Non ſine vi quadam dicitur, quod e Rau. editum eſt: *τί δαί; σὺ τί λέγεις* — pro vulg. *τ. δ. λέγεις σύ* —

1492. (1503. K. 1455. Br.) *πόθεν*; Haec interrogatio idem valet quod *μηδαμῶς minime*, vt et Schol. dicit. In Eccl. 971. *οὗτος τί κόπτεις; μῶν ἐμὲ ζητεῖς*; deinde alter *πόθεν*; Ibid. 331. addit partic. *οὐ· οὔτι που Κινησίας σοῦ κατατετίληκεν*; alter *πόθεν*; *οὐκ. ἀλλὰ* — v. ibi Not. *Bergl.* Negatio morata per interrogationem. Sic Conc. 976. percunctanti anui reſpondet adoleſcens *πόθεν*; id eſt *οὐδαμῶς*, ſed, vt ait Heſych. *μετ' ὑποκρίσεως*. V. Hemſterh. ad Lucian. Tim. p. 115. *Brunck.*

1494. (1505. K.) *πρὸς βίαν*. In Eccl. 468. *ἀναγκάσουσι πρὸς βίαν*, vbi v. Not. nec non ſupra ad 1029. et ad Ach. 73. *Bergl.* *χρῆται πρὸς βίαν eis vti cogitur: vi*

---

e) Miſc. Crit. p. 243. vbi, Librarius opinor, inquit, qui iſta Grammaticorum inſomnia τυφθείητον, τυφθειήτην, τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν, imberbis didicerat, vera quam ignorabat ſcriptura offenſus in eius locum alterum iſtud ſuffecit, neſcius interim primo terminationes optatiuas ειητον etc. αιητον etc. οιητον etc. ſcriptoribus vere graecis ignotas fuiſſe; ac deinde voculam ἄν cum forma ſubiunctiua niſi cum certis itidem comitibus numquam conſtrui. — Inuern. e Rau. dedit: *τούτοισι χρησαίμεσθα, σωθείημεν ἄν*. Sed vel *ἴσως* non recte omittitur.

vtitur coacta f). Acharn. 73. *πρὸς βίαν ἐπίνομεν cogebamur bibere.* Varii ſubſtantiui cum praepos. *πρὸς* adverbiorum vicem ſuſtinent. *πρὸς βίαν, vi: πρὸς ἀνάγκην, vi, neceſſario: πρὸς καιρὸν opportune: πρὸς εὐσέβειαν pie; πρὸς ἡδονὴν iucunde:* aliaque multa, quae recenſere meum non eſt; non enim lexicon facio. *πρὸς βίαν* perperam acceperunt Sophocl. interpretes in Electr. loco, quem bene diſtinctum dedi, v. 1460. *g)*:

ὡς, εἴ τις αὐτῶν ἐλπίσιν κεναῖς πάρος
ἐξῆρετ' ἀνδρὸς τοῦδε, νῦν ὁρῶν νεκρόν,
σώμια δέχηται τἀμά, μηδὲ πρὸς βίαν,
ἐμοῦ κολαστοῦ προστυχών, φυσῃ φρέναϛ.

Ordo eſt: *μηδέ, προστυχὼν ἐμοῦ κολαστοῦ, φύσῃ φρέναϛ πρὸς βίαν.* Quod non intellexiſſe Pariſinum Profeſſorem, ad eum locum oſtendam. *Brunck.*

1495. Formam loquendi *πῶϛ — ἂν σώσειε* illuſtrauit Dawes. M. Cr. p. 207.

1496. (1507. K.) *μήτε χλαῖνα, μήτε σισύρα.* Quarum illa nempe e lana, haec e pilis caprinis, vt monet etiam Schol., parabatur; atque ita, quarum illa leuius indumentum, haec grauius ad euitandum frigus. Quamquam *χλαῖνα* et *χλανίϛ* de veſte hyberna contra frigus fuerit etiam dicta ap. Pind. Ol. IX, 146. *ψυχρᾶν εὐδιανὸν φάρμακον αὐρᾶν frigidarum tepidum remedium aurarum:* quod, vt a priſcis ad eum locum Grammaticis dicitur, *ἐν Πελλήνῃ χλαῖνα ἐδίδοτο τῷ νικῶντι χειμῶνος ὥρᾳ*, et cuius *χλαίνης Πελληνίδος* fit ap. Athen. mentio X. p. 414. Ita Veſp. 1127. *χλαῖνα* quaſi ad ſuffocandum foret idonea veſtis et eadem cum *σισύρᾳ* 1129. et 1133. *Spanh.* Nec laneum nec pelliceum ſtragulum ei conuenit, eſt omnino, nulla ratio et via omnino congrua eſt.

1497. *ἀναδύσει* referunt interpretes ad vrbem, hoc ſenſu: reperi aliquid, ſi (an) forte e malis emergere rurſus

---

f) Imperite Friſchlinus: *ſed illis ad vim faciendam vtitur.* Verte: *ſed vtitur* (illis) *coacta. Kuſt.* Perperam Schloſſer. vertit: ad iniuriam faciendam (um ihre Ungerechtigkeit auszuführen). *Conz.*

g) Eum ſequutus eſt Erfurdt. in ſua edit. eius tragoediae v. 1457. ſs.

possit, praeeuntibus antiquis Scholl. sed mihi videtur potius secunda persona Futuri medii esse: siquidem emergere rursus (ad superos) vis. Ita quod sequitur ἐκεῖ, quod est *apud superos* (male enim Schlosserum reddidisse, *in illo angulo*, obseruat *Conz.*), melius conuenit. Ita Caesar ap. Plut. vit. Pomp. c. 57. extr. dixit: ὅπου γὰρ ἂν τῆς Ἰταλίας ἐγὼ προύσω τῷ ποδὶ τὴν γῆν, ἀναδύσονται (e terra emergent) καὶ πεζικαὶ καὶ ἱππικαὶ δυνάμεις.

1499. (1462. Br.) Metri gratia scribendum est: ἐνθάδ' ἀνίει, vt recte habet Ms. Vatic. U. *Kust.* Itane, o bone? Videamus ergo, quibusnam, recepta hac lectione, pedibus incedat versus:

μὴ δῆ | τα συγ' ἀλλ' | ενθαδ' α | νιει | τὰ | γαθα.

In quarta sede spondeus est: sed concedam tibi iambum esse, quia ignorabas, verbum ἵημι primam semper producere, vt obseruaui ad Lys. 150. Quid facies quinto pede tam misere fracto? ἐνθάδ' habet etiam cod. C., sed in duobus aliis, vt in impressis, est ἐνθένδ', quod genuinum esse facile deprehendit quicumque metra primoribus labris adtigit. *Brunck.*

1500. (1511. K.) Citat Suidas V. Τὴν γῆν. *Kust.* Aristides Panathenaico [T. I. p. 265. Canter. I. 1. p. 152. Iebb.] μόνοι γὰρ ἀνθρώπων τῶν εἰς τὸ κοινὸν πολιτευσαμένων τὴν μὲν οἰκείαν ὥςπερ ἀλλοτρίαν ἐνόμισαν· τὴν δὲ ἀλλοτρίαν, οὐχ αὑτῶν ἀλλοτρίαν, ἀλλὰ τῶν σὺν κακίᾳ νεμομένων. *Bergl.*

1502. (1513. K.) πόρον inter alia de *lucro*, *emolumentis*, *ratione redituum* alicuius vrbis vel loci ab Atticis dictum, vel vnus docere potest Xenophontis liber inscriptus Πόρος ἢ περὶ προσόδων *h*), et prout ab Aesch. dicitur Prom. 111. μέγας πόρος *magnum lucrum* s. *emolumentum*. Simile vero, quod hic dicitur, de praecipua Athenn. vi in nauibus sita Perielis ad eos consilium tangit hic Schol., quod legitur in oratione. qua eos ad bellum Peloponnesiacum hortatur, Thucyd. 1, 143. vt nempe aedificiorum et agrorum ratione ab iis spreta suam vim nauibus committerent, et si terrestribus copiis agrum Athenn. infestent Peloponnesii, Athenienses classe incursionem in eorum ditio-

h) Inscribitur πόροι. Cf. Sturz. Lex. Xenoph. III. p. 632.

nem faciant. Πόρος proinde Atticis *ratio parandae pecuniae*, vt in dicto Xenoph. libro et ap. Demoſth. Phil. I. p. 35. [I. p. 48. Reisk.] πόθεν οὖν ὁ πόρος τῶν χρημάτων, et mox πόρου ἀπόδειξις, vbi docet praeſidia pecuniam comparandi. Idem περὶ Συμμορ. p. 107. [p. 184. T. I. Reisk.] ὑπὲρ δὲ χρημάτων καὶ πόρου φανεροῦ (iam quod ad pecuniam adtinet, et manifeſtam aliquam eam comparandi rationem). Hinc Iulianus Imp. Or. I. p. 21. χρημάτων δὲ ἀπενόησε πόρους. Vnde πορισταὶ apud eosdem Atticos, *vectigalium collectores*, vti paulo poſt dicuntur v. 1553. In ſequentibus autem his verbis ἀπορίαν δὲ τὸν πόρον, πόρος ibi de terreſtris Athenienſis exercitus *transitu* ſeu expeditione intelligitur, prout πόρος inter alia ὁδόν, διάβασιν, itidem, *viam*, *transitum*, notat; quo ſenſu infra Pac. 624. καὶ τίς πόρος σοι τῆς ὁδοῦ γενήσεται; Ἀπορία vero hic, vti Thucyd. II, 19. pro ἀδυναμίᾳ, vt ibi Schol.; nempe quod, vti in nauibus ſeu claſſis apparatu ſalus et emolumenta Athenn. erant poſita, ſic viciſſim in terreſtri expeditione imbecillitas eorum futura ſit manifeſta. *Spanh.* Illos reditus et quaeſtus, quos tunc percipiebat ciuitas, non haberi debere pro reditibus aut quaeſtibus dicit, ſed pro contrario. Intelligit autem, vt Schol. dicit, τὰ θεωρικά, ἢ δικαστικά, ἢ ἐκκλησιαστικά, i. e. *pecuniam, aut illam quae ad res ſacras et feſta celebranda plebi diſtribuebatur, aut quae ex iudiciis redibat, aut quam accipiebant, qui in concionem veniſſent.* Sed praecipue illam pecuniam videtur intelligere, quae ex iudiciis redibat, vt patet ex verſu ſequenti. Athenienſes enim ciuitatibus illis, quae ipſis erant ſubiectae, ius dicebant: et oportebat illos, qui litem aut controuerſiam de re aliqua inter ſe haberent, Athenas proficiſci, et ibi rem in iudicium adducere: et ſycophantae, quorum Athenis erat magnus prouentus, ſexcentas inueniebant cauſas, vt litibus inuoluerent et peregrinos Athenienſibus ſubiectos et incolas et ciues; hinc Athenienſium ciuitas aſſidue erat occupata in iudicando: nec id ingratum erat plebi; nam ex mercede iudiciaria alebantur plerique. Hos ergo reditus pernicioſos eſſe reip. vult dicere Aeſchylus apud Comicum. *Bergl.*

1503. (1466. Br.) πλὴν ὁ δικασὴς *i)* (vt Br. edidit) duo codd. et primariae edd. Particulam γε neſcio vnde

i) Diximus iam antea de pecuniis, quas in litibus perſequendis profundebant Athenienſes. *Spanh.*

adſciuerunt recentiores, in quibus πλήν γ' ὁ — Peius in C. et E. εὖ γε πλὴν ὁ — *Brunck.*

1506. (1469. Br.) μεμνημένος νυν — Vulgo eſt νῦν. In B. μεμνημένος νῦν δὴ τῶν — Vides voculam δὴ interpretamentum eſſe alterius νυν, quod olim ſuperiori tum in textum translatum fuit. Poſt verba οὓς ὤμοσας cod. C. habet in contextus ſerie πρὶν κατελθεῖν: quod aliud gloſſema eſt. V. ſeq. ad τοὺς φίλους; gl. ἐμέ. *Brunck.*

1508. (1519. K. 1471. Br.) ἦ γλῶσσ' — Codd. vt impreſſi ἦ γλῶττ' — Sunt ipſius Euripidis verba, quorum forma mutari non debuit. *Brunck.* Euripides iugulatur proprio gladio; dum enim Bacchum iubet iusiurandum obſeruare, Bacchus, quaſi ab Euripide doctus, contemnit iuramentum. Alludit enim, vt et Schol. notauit, ad illud in Hipp. 611. ἦ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Vid. v. 101. Similiter in Thesm. 201. Euripidem capit ipſius Eurip. verbis; quum enim ibi rogaret Euripides Agathonem, vt ſua cauſa vellet aliquid facere, Agathon videns id periculoſum eſſe, dicit: Εὐριπίδη — ἐποίησάς ποτε, Χαίρεις ὁρῶν φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς; vbi, quum Euripides dixiſſet, ἔγωγε, Agatho inquit: μὴ νῦν ἐλπίσῃς τὸ σὸν κακὸν ἡμᾶς ὑφέξειν. v. mox ad 1523. (1512.). *Bergl.*

1509. (1520. K.) ὦ μιαρώτατ' ἀνθρώπων *k*). Oblitus eſt, ſe ad deum loqui. Sic Auu. 1637. Hercules ad Neptunum dicit: ὦ δαιμόνι' ἀνθρώπων Πόσειδον. *Bergl.*

1510. (1473. Br.) In fine codd. etiam habent οὖ, perperam. *Brunck.*

1511. (1522. K.) αἴσχιστον — προσβλέπεις. Demoſth. contra Dionyſod. [p. 1289. T. II. Reisk.] τοιοῦτα διαπεπραγμένος οὐδὲν ἧττον τολμᾷ βλέπειν εἰς τὰ ὑμέτερα πρόσωπα. Eſt autem impudentis, turpi facinore commiſſo non vereri conſpectum aliorum. In Acharn. 286. ἀναίσχυντος εἶ καὶ βδελυρός, ὦ προδότα τῆς πατρίδος· εἶτα δύνασαι πρὸς ἐμ' ἀποβλέπειν. V. ad Eqq. 1234. *Bergl.*

---

k) ἀνθρώπων, ἀνδρῶν, ita Superlatiuis additum illuſtrat Porſon. praef. ad Eurip. I. p. LXII.

1512. (1523. K. 1475. Br.) τοῖσι θεωμ. Sic membr Vulgo τοῖς. Vide ſupra ad 286. 772. Eſt autem hic verſus parodia Euripidei verſus in Aeolo [fr. 1.]:

τί δ' αἰσχρόν, ἢ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ *l*).

Eumdem verſum ſalſe in Euripidem retorſit Laïs, meretrix, cuius dictum ex Machone refert Athenaeus p. 582. C. Verſus, quia faceti ſunt, hic ſubiungam:

Λαΐδα λέγουσι τὴν Κορινθίαν ποτὲ
Εὐριπίδην ἰδοῦσαν ἐν κήπῳ τινὶ
πινακίδα καὶ γραφεῖον ἐξῃτημένον
ἔχοντ', Ἀπόκριναί, φησιν, ὦ ποιητά μοι,
τί βουλόμενος ἔγραψας ἐν τραγῳδίᾳ·
Ἔῤῥ' αἰσχροποιέ; καταπλαγεὶς δ' Εὐριπίδης
τὴν τόλμαν αὐτῆς, καὶ γάρ, ἔφη, τίς μοι δοκεῖς
σύ γ' αἰσχροποιός. ἡ δὲ γελάσασ' ἀπεκρίθη·
τί δ' αἰσχρόν, ἢν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;

Verba iſta ἔῤῥ' αἰσχροποιὲ ſunt in Eurip. Mede. 1346. *Brunck.*

1514. (1525. K. 1477. Br.) Parodia eſt verſuum Eurip. in Phrixo [fr. 15. Musgr.] quos ſeruauit Stobaeus *m*):

---

l) Alludit ad illud ex Aeolo, quod Schol. adducit: τί δ' αἰσχρ. εἰ μ. τ. χ. δοκεῖ [ita olim lectum]. Capitur ergo hic etiam Euripides propriis verbis, vt v. 1519. Eodem iſto verſu et Lais meretrix vſa eſt contra Euripidem apud Machonem, referente Athen. XIII. p. 582. ἀπόκριναί φησιν — ἔῤῥ' αἰσχροποιέ; — ἡ δὲ γελάσασ' ἀπεκρίθη· τί δ' αἰσχρόν, εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκεῖ; Abſurde autem et inepte vſurpauerat vocem αἰσχροποιὸς Euripides in Mede. 1348. vbi Iaſon dicit ad Medeam: ἔῤῥ' αἰσχροποιέ. Nam illa vox tantum de rebus obſcenis vſitate dicitur. *Bergl.* εἰ — δοκεῖ etiam in Athen. Schweighäus. V. p. 104. legitur; add. Animaduu. VII. p. 145.

m) Praeter Suidam V. Τίς δ' οἶδεν, multi quoque alii ſcriptores verſus huius Euripidei mentionem faciunt; vt monuimus iam ad dictum Lexicographum. Verſum autem hunc alii ex *Phryxo* Eurip., alii ex *Hippolyto*, alii ex *Polyido* ſumtum eſſe aiunt; de quo ſententiarum diuortio vid. quae notauimus ad 1114. *Kaſt.* Schol. ad h. l. et ad 1114. dicit eſſe ex Phryxo Eurip. Scholiaſtes Eurip. ad Hipp. 191. dicit eſſe ex illius Polyido; forte in vtraque fabula eadem ſententia inuenta eſt, vt videmus in Hipp. 191. quem locum adduxi ſupra 1114. Locus integrior profertur varie; Schol. ita: Τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν, ὑπνοῦν δὲ τὸ κατθανεῖν. Apud Laërt. in Pyrrhone [IX, 73.] ſic: τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν νομίζεται βροτοῖς. Ap. Stob. Serm

τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ' ὃ κέκληται θανεῖν
τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστί; πλὴν ὅμως βροτῶν
νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὀλωλότες
οὐδὲν νοσοῦσιν οὐδὲ κέκτηνται κακά.

Id eſt, interprete Grotio, Floril. p. 494.

Quis ſcit, morine viuere, atque hoc, viuere
quod nos vocamus, ſit mori? hoc certe liquet:
morbis laborat vita; qui ſummum diem
obiit, miſeriis pariter et morbo vacat.

Eadem ſententia erat in Eurip. Polyido [fr. 2. coll. Musgr.]

τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται;

et diuerſis verbis in Hippol. legitur 197.:

ἄλλο τι τοῦ ζῆν φίλτερον, ἀλλ' ὃ
σκότος ἀμπίσχων κρύπτει νεφέλαις.
δυςέρωτες δὴ φαινόμεθ' ὄντες
τοῦθ', ὅτι τοῦτο σίλβει κατὰ γᾶν,
δι' ἀπειροσύναν ἄλλου βιότου,
κοὐκ ἀπόδειξιν τῶν ὑπὸ γαῖαν.
μύθοις δ' ἀλλως φερόμεσθα.

Brunck. Cum noſtro maxime conuenit ea ſcriptura fragmenti e Polyido, quae ap. Schol. eſt. Sed poſtremam partem noſter iocoſe inuertit: *et dormire*, (ſomnus) eſt vellus; velleribus enim incubabant dormientes. Senſus: quis ſcit, an non omnia ſint contraria? Dictum hoc aduerſus ſophiſtas, qui tum omnia peruertebant et paradoxa tuebantur. *Conz.*

1517. (1479. Br.) χωρεῖτε τ. ὦ Διονύσ' εἴσω *n*). Saepe cum Vocatiuo ſingulari verbum plurale adhibetur, quando ad plures directa oratione vnus tantum compellatur. Lys. 1166. ἄφετ', ὦ 'γάθ', αὐτοῖς *concedite illis*, o *bone*. Sic verti debuit, non vero o *boni*. Vesp. 975. οἰκτείρατ' αὐτόν, ὦ πάτερ, καὶ μὴ διαφθείρητε. Exempla apud Comicum noſtrum frequenter obuia. Sic etiam Latini. Terentius Adelph. circa finem: Nunc adeo ſi ob eam rem vobis mea vita inuiſa, Aeſchine, eſt — effundite, emite, facite, quod vobis lubet. Soph. Oed. Col. 1104. προσέλθετ', ὦ παῖ, πατρί. 1112. ἐρείσατ', ὦ παῖ, πλευρόν. 1102.

---

119. ſic: τίς οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν — οὐδὲ κέκτηνται κακά. *Bergl.*

n) Brunk. tacite edidit ἔσω.

ὦ τέκνον, ἦ πάρεσον; Egregie nugatur Heathius ad Philoct. 319. ὦ σχέτλι', ἦ τολμήσατ' — *Brunck.*

1518. (1529. K.) Ms. Vatic. U. ἀποπλεῖν [pro ἀπελθεῖν], nullo, quod ad ſenſum adtinet, discrimine. *Kuſt.* Vulgo legitur: πρίν γ' ἀπελθεῖν — εὖ λέγεις. In membr. et C. ſcriptum πρὶν ἀποπλεῖν. — εὖ λέγεις o). In B. πρὶν ἀπελθεῖν. — εὖ λέγεις. Primo vides, particulam γε a nullo codice agnoſci: nec eam in Vatic. eſſe, cuius varietas Kuſtero non ſatis accurate indicata, quauis ſponſione contendam: tum ἀποπλεῖν cum Vat. tres Regios, eosque optimos praeferre p). ἀπελθεῖν nihil aliud eſt, quam gloſſema. Sed laborabat metrum. In ἀποπλεῖν ex Comici vſu media produci non debet: exciderat ſyllaba, quam haud infeliciter reſtituiſſe me confido: εὖ τοι λέγεις. Vid. Pac. 934. Plut. 198. *Brunck.*

1519. (1530. K. 1482. Br.) Vulgo legitur μακάριόν γ' ἀνὴρ ἔχων. Kuſterus ſcribendum μακάριος ad Vat. cod. fidem cenſet q): nec tamen dicit, an codex ille partic. γε habeat nec ne. In duobus Regiis ſcriptum repereram μακάριος ἀνὴρ ἔχων r): eademque plane ſcriptura eſt in C. Ob codicum conſenſum μακάριος praetuli, ſtulte, vt quod res eſt dicam. Nam illud μακάριον longe elegantius non ſane correctorem ſapit: tuetur id Schol. et bene explicat s), quod non animaduerteram, fuitque procul dubio in codice, quo vſus eſt Aldus. Quod ad partic. γε attinet, eam retinui, vt hic verſus eiusdem cum ſequentibus omnibus eſſet metri, nempe trochaicus: ſin omittatur, pro trochaico dimeter erit paeonicus. μακάριον hic non ſolum

---

o) πρὶν ἀποπλεῖν etiam poſtremum inſpectus cod. (E.) Vid. not. ad fragm. XII. Senectutis. *Brunck.* in Suppl.

p) Accedit etiam cod. Elb.

q) Scribe μακάριος, vt habet Ms. Vat. U. *Kuſt.*

r) Minus eleganter etiam cod. E. μακάριος ἀνὴρ ἔχων. In Pl. 782. ὡς χαλεπόν εἰσιν οἱ φίλοι. Conc. 256. χρήματα πορίζειν εὐποριώτατον γυνή. Et ſic paſſim, adeo vt mirer librarios hic lapſos fuiſſe. Periit codicis E. folium, quod quinque vltimos fabulae verſus continebat. *Brunck.* in Suppl. Etiam cod. Elb. μακάριος ἀνὴρ —

s) Vulgare eſt, quod notat Schol., ſed tamen obſeruandum: λείπει δὲ τὸ πρᾶγμα, ἵν' ᾖ· μακάριον πρᾶγμα. *Bergl.*

elegantius eſt, ſed etiam ſententiae melius conuenit, quae generalis eſt: non enim hoc de Aeſchylo dicitur, ſed abſolute: *μακαρίου γε χρῆμά ἐσιν ἀνὴρ ἔχων ξύνεσιν*, quod deinde confirmatur Aeſchyli exemplo. Nihil frequentius ellipſi ſubſtantiui *χρῆμα t)*. Menander ap. Bentlei. p. 9. *εὑρετικὸν εἶναί φασι τὴν ἐρημίαν*. Ad quem verſum vide ſummi viri obſeruationem. Plena locutio eſt in Lys. 677. *ἱππικώτατον γάρ ἐσι χρῆμα κἄποχον γυνή*. Reponat itaque lector *μακάριον v)*. *Brunck.*

1521. (1484. Br.) Supra obſeruaui verſus iſtos trochaicos eſſe, quorum nonnulli crucifragio multati fuerant. Hic metri lex flagitat *πολλοῖσιν*, v. 1496. (1533.) *σεμνοῖσιν*, 1490. (1528.) *συνετός*, non vt vulgo *ξυνετος*. Iſta codicibus etiam refragantibus emendari debebant. In A. C. ſcriptum *συνετός*. *Brunck.*

1522. (1533. K.) *εὖ φρονεῖν*. Ita edd. Ald. et Iunt., non *εὐφρονεῖν*, vt poſteriores. *Bergl.*

1529. (1540. K.) *μὴ Σωκράτει παρακαθήμεν. λαλεῖν*. Quibus verbis omnino ad Euripidem reſpicitur, quem Socrati familiarem aliunde liquet exſtitiſſe, et e quo ſcilicet *λαλιὰν* ille ſuam, de qua ad v. 1101., hauſerit Euripides. *Spanh.*

1534. (1497. Br.) Perperam in C. *σκαρηφισμοῖσι* cum gl. *σκιαῖς*. *Brunck.* Sunt *σκαριφισμοὶ λήρων* ſubtiles nugae. Cf. ad Schol. Tertio abhinc verſu perperam Inu. e Rau. recepit *καὶ τὰ μέγιστα* — Non admittit metrum trochaicum dimetrum in primo pede dactylum. Reponendum igitur vulgatum: *τά τε μέγιστα* —

1537. (1548. K.) vulgo conſtituitur actus V. ſcena 5. — Ms. Vat. U. *ὦ σχύλε*. *Kuſt.* Non opus eſt articulo.

1540. (1503. Br.) *εἰσίν*. Sic ob metrum ſcribendum. Vulgo *εἰσί*. *Brunck.*

---

t) Non ea ellipſi opus eſſe, et abundare potius ſi addatur *χρῆμα* vel *τι*, docuerunt Fiſcher. ad Well. III, 1. p. 310. Schäfer. ad Bos. Ellips. p. 535.

v) Probauit hoc Brunkii iudicium eamque loquendi rationem illuſtrauit *Wakefield.* Silu. Crit. IV. p. 20. Inuern. tamen *μακάριός γ' ἀ.* retinuit.

1541. (1552. K.) *δὸς τουτὶ* — Reſtim mittit Cleophonti, vt ſe ſuspendat, vt putat Schol. Supra 690. de iſto tamquam omnino perituro dicebat: *ὡς ἀπολεῖται κἂν ἴσα γένωνται.* Ceteri etiam, ad quos dat mandata, vt cito veniant ad inferos, videntur homines fuiſſe luce non digni. *Bergl.* Κλεοφῶντι. De quo Cleophonte in penultimo huius fabulae verſu fit adhuc mentio, ac praeterea Thesm. 812. *καὶ μὲν δὴ καὶ* Κλεοφῶν *χείρων πάντως δήπου Σαλαβακχοῦς.* Nempe qui vt barbarus et peregrinus omnibusque vitiis contaminatus a Comicis perſtringatur. Mitto quae a Palmerio de eodem Cleophonte adducuntur. *Spanh.*

1542. (1553. K. 1505. Br.) *καὶ τουτὶ* — Sic A. C, Vulgo *καὶ τουτοις x). Brunck. πορισαῖς.* Haec vox hic, quod paullo ante diximus, de *φορολόγοις* ſ. *vectigalium collectoribus* a Schol. redditur. Antiphon Or. XVI. p. 163. [p. 791. T. VII. Orr. Gr. Reisk.] *οἵτινες καὶ νῦν τριακοντα μνᾶς λαβόντες παρὰ τῶν πορισῶν καὶ τῶν πολιτῶν y) καὶ τῶν πρακτόρων, qui nunc contra me triginta minis acceptis a quaeſtoribus, a ciuibus, ab exactoribus.* Verum quum *quaeſtores* vulgo ab Atticis, quod ex eorum oratoribus itidem conſtat, *ταμίαι* dicerentur, ſatius eſt eamdem *πορισῶν* vocem hic de *φορολόγοις* itidem interpretari. Apud Polluc. IV, 34. *πορισὴς* in genere de *largitore* dicitur. *Spanh.*

1543. (1554. K.) Νικομάχῳ. Hic eſt, vt reor, Nicomachus, contra quem Lyſias accuſationem inſtituit, quae exſtat. Fuit autem ſcriba, *γραμματεύς*, non *ὑποκριτής*, vt quidam Schol. male autumat. *Palmer.* Exercc. p. 775.

1544. (1555. K.) Ἀρχενόμῳ. Hunc Suidas V. Ἀδείμαντος vocat Ἀρχέμορον. *Kuſt.*

1547. (1510. Br.) *κἂν μὴ ταχέως ἥκωσιν, ἐγὼ* — Sic anapaeſto conſtant ſui numeri. Vulgo *κἂν μὴ ταχέως ἥκωσι.* Integer verſus erat ap. Suid. V. *δεῦρο*, quod Toupius indicauit *z)*: eandemque quam reſtituimus lectio-

---

x) Ms. Vat. U. rectius: *καὶ τουτοὶ τοῖσι π. Kuſt.*

y) Reiskius ex ingenio correxit *πωλητῶν*, idemque *πορισὰς* interpretatus eſt, Lieferanten.

z) Vidd. Eius Emendd. in Suid. et Heſych. I. p. 118. ſ.

nem, demum reperimus in C. In B. ſcriptum ἤπωσιν, ſed omiſſum ἐγώ. *Brunck.*

1548. (1559. K.) σίξας αὐτούς. Infra Veſp. 1287. ἐγὼ ὁ ἀπόλωλα σιζόμενος *(puncius)* βακτηρίαις. σίγματα nempe, quod tralatitium, vulgo ſeruis inuſta. *Spanh.*

1549. In ξυμποδίσας Atticismum vulgo neglectum ſeruant tres codd. *Brunck.* Etiam Elb. ξυμπ. pro olim vulg. σύμπ.

1550. (1561. K. 1513. Br.) Apud Platonem in Protagora [p. 315. ed. Serr. f. T. III. p. 98. Bip.] Adimantus vocatur filius Λευκολοφίδου, vt notauit Kuſt. ad Suid. in A. p. 5. n. 13. Ibi tamen Schol. noſter videtur legiſſe Λευκολοφίου. Apud Xenoph. Hell. I. p. 258. ed. H. Steph. Λευκοροφείδου, vbi in margine rectius: Λευκολοφίδου. In Eccl. 644. Λευκόλοφος. Ap. Schol. ad hunc in Ran. locum Eupolis de Adimanto: Οὐκ ἀργαλέον ὅῃτ' ἔσι πάσχειν τοῦτ' ἐμὲ Τὸν Λευκολόφου παῖδα; *Bergl.* Λευκολοφου videtur hic eſſe nomen appellatiuum e nomine proprio per deriſionem factum. Adimantus, de quo hic agitur, filius erat Leucolophidae. Xenoph. Hell. p. 25. *a)* vocatur Ἀδείμαντος ὁ Λευκολοφίδου. Sic enim ibi legendum eſt ad codd. fidem, non, vt perperam editum eſt, Λευκοροφείδου. Poteſt tamen etiam accipi pro nomine proprio, ſiquidem referente Schol., *Eupolis* in Vrbibus Adimantum hunc inducebat ſic de ſe loquentem: *οὐκ ἀργαλέον — παῖδα*; *Brunck.*

1552. (1563. K. 1515. Br.) τὸν θᾶκον. Vulgo τὸν θρόνον, gloſſa in locum genuinae vocis recepta, et ſic corruptis numeris. Vat. cod. teſte Kuſtero habet θῶκον *b)*. Sed hic vt infra 1522. (1559.) θᾶκον ſcribi debuit ex Atticorum vſu *c)*.

---

a) I, 4, 21. vbi v. Schneider. qui iam correxit, Hemſterhuſii et Brunkii auctoritate.

b) Ms. Vat. U. θῶκον, quam lectionem metrum requirit. Sunt enim verſus hi anapaeſtici dimetri acatalectici. θῶκος autem idem ſignificare, quod θᾶκος vel θρόνος, notum eſt. *Kuſt.*

c) v. Thom. Mag. p. 450. ſs. cum intpp. add. Zonar. I. p. 1019.

1554. (1517. Br.) *καὶ διασώζειν d).* Vulgo *καὶ σώζειν*, profligato metro. V. not. ad Lys. 408. Mendoſi ſunt in hoc verſu codd. Ab impreſſis non differunt A. B. In C. *τηρεῖν ἐμοὶ καὶ σώζειν. Brunck.* Librarii ſaepe compendii cauſa omiſerunt praepoſitiones verbis adhaerentes, inprimis ſi eas ad ſenſum nihil conferre arbitrarentur; poëtis autem compoſita ſimplicium vice ſaepius ſunt vſurpata. *Höpfn.*

1556. *σοφίᾳ πρίνω δεύτερον εἶναι.* Secundas nempe poſt ſe partes, ac proinde ante Euripidem, Sophocli tribuit hic Aeſchylus. Et Euripidem quidem quod attinet, cum maieſtate, ſplendore, ac ſuauitate ſimul orationis, ob quam poſtremam laudem Μέλισσα dici meruit Sophocles, adde et ob decorum in moribus, vinci ab eodem Euripidem, veteres iuxta et recentiores melioris notae Critici *e)*, et ex prioribus princeps Ariſtoteles haud obſcure decernunt: quam in rem poſt memoratum ſupra ad 972. diſertiſſimi iuxta et grauiſſimi auctoris, Dionis Pruſaeenſis, de Aeſchylo iudicium, illud quod dein de tribus illis Tragicorum coryphaeis idem paulo poſt protulit, nempe eadem orat. 52. p. 552. [p. 272. T. II. Reisk.] iuuabit huc adferre, et ex quibus cui e tribus illis thronum tragicum, de quo lis hic erat, adiudicet, licebit facile ſtatuere: *ὅ τε Σοφοκλῆς f) μέσος ἔοικεν ἀμφοῖν εἶναι, οὔτε τὸ αὐθάδες καὶ ἁπλοῦν τὸ τοῦ Αἰσχύλου ἔχων, οὔτε τὸ ἀκριβὲς καὶ δριμὺ καὶ πολιτικὸν τὸ τοῦ Εὐριπίδου, σεμνήν τε τινα καὶ μεγαλοπρεπῆ ποίησιν τραγικώτατα καὶ εὐεπέσατα ἔχουσαν, ὥσε πλείσην εἶναι ἡδονὴν μετὰ ὕψους καὶ σεμνότητος ἐνδείκνυτο* [*ἐνδεικνυσθαι*]. Sophocli certe primas ac tragicum proinde (quem ei, vt ſubſidiario tantum et ne eum occupet Euripides, relinquit in inferis rediturus inde Athenas Aeſchylus) thronum tribuit haud obſcure Cicero in Orat. c. 2. *Nam in poëtis non Homeri ſoli locus eſt, vt de graecis loquar, aut Archilocho, aut Pindaro, ſed horum vel ſecundis vel etiam infra ſecundos.* Idem ve-

---

d) Confirmauit hoc cod. Rau.

e) V. *Iacobſii* iudicia de Sophocle in Additt. ad Sulzeri Theor. Art. (Nachträge zu Sulzer's Theorie) IV. p. 84. ſs. de Euripide ib. V. p. 334. ſs. inprimisque p. 417. ſs.

f) Recte a Reisk. editum eſt ὅ δὲ Σ.

ro ancipitem inter tres illos Tragicos victoriam relinquit de Orat. III, 7. *Atque id primum in poëtis cerni licet, quibus eſt proxima cognatio cum oratoribus, quam ſint inter ſe Ennius, Pacuuius Acciusque diſſimiles, quam apud Graecos Aeſchylus, Sophocles, Euripides, quamquam omnibus par pene laus in diſſimili ſcribendi genere tribuatur.* Ita cuinam tragicus ille thronus, Sophocline nimirum an Euripidi, a quibus ſuperatum in arte tragica Aeſchylum ſtatuit, cedi debuerit, pronunciare non ſuſtinet Quintilian. Inſtit. X, 1. *ſed longe clarius illuſtraverunt hoc opus Sophocles atque Euripides, quorum in diſpari dicendi via uter ſit poëta melior, inter plurimos quaeretur. Idque ego, quia ad praeparatam materiam nihil pertinet, iniudicatum relinquo.* Quae verba ſaepe ſe miratum tradit vir praeter alia decora editis quoque tragoediis inclytus D. Heinſius de Conſtit. trag. C. XVII., dum, qui nempe ex alteris duobus, Sophocle et Euripide, alteri in poëſi praeſtet, metu quaſi omittat Fabius; quum neque ei in foro, neque in ſcena nobis, vt ait, magnopere de hoc ſit dubitandum, et primas ibi continuo in vtroque Sophocli tribuat. *Spanh.*

1559. (1570. K. 1522. Br.) In membr. recte ſcriptum θᾶκον, in C. θῶκον g): in B. θόκον. Vide, quae de huius nominis ſcriptura obſeruaui ad Aeſch. Prom. 280. et ad Eurip. Bacch. 343. et interpp. ad Lucian. Iou. Trag. II. p. 660. θάκημα eſt ap. Soph. Oed. Col. 1380. τοιγὰρ τὸ σὸν θάκημα καὶ τοὺς σοὺς θρόνους κρατοῦσιν. *Brunck.*

1561. (1572. f. K.) De Aeſchylo *ab inferis educendo* loquens videtur reſpexiſſe ad locum in Eumenidd. illius, vbi de iſtis deabus *ad inferos deducendis* v. 1008. πρὸς φῶς ἱερὸν τῶνδε προπομπὸν ἴτε (ad lucem ſacram, harum deductricem, ite). Ibid. 1025. πέμψω τε φέγγη λαμπάδων σελαςφόρων (lumina lampadum lucentium) εἰς τοὺς ἔνερθε καὶ κάτω χθονὸς τόπους. *Bergl.* Alloquitur Plutus chorum Initiatorum.

1563. (1574. K. 1526. Br.) In vulgata huius verſiculi ſcriptura nec vola metri nec veſtigium eſt: τοῖς τούτου

g) Ms. Vatic. U. ἐς τὸν θῶκον, vt et paullo ante. *Kuſt.* Etiam Elb. h. l. θῶκον. Ad 989. Nubb. amandat nos Harl.

τοῦτον μέλεσι *h*). Numeros ad membr. *i*) fidem reſtitui. In duobus aliis ſaltem eſt τοῖσι, ſed bis omiſſum ν finale. Sequens verſus in A. C. omiſſus. μολπαῖσιν ob metrum ſcribi debuit *k*). *Brunck.*

1565 — 1576. Hi vulgo ſunt ſex hexametri, bene deſcripti nec loco huic atque cantici generi incongrui.

1565. (1576. K.) πρῶτα μέν. Ex Aeſchyli Glauco Potnienſi, vt notat Schol. qui locum adducit: Εὐοδίαν (carmina felix iter precantia) μὲν πρῶτα ἀπὸ ϛόματος χέομεν *l*). *Bergl.* Ad h. l. Comici reſpexiſſe videtur Pollux IX, 161. *Kuſt.*

1569. f. (1578. K.) τῇ τε πόλει. Ex Eumenidd. Aeſch. 1015. εἴη δ' ἀγαθῶν ἀγαθὴ διάνοια πολίταις (ſit bonarum rerum bona voluntas ciuibus). *Bergl.*

1573. (1580. K. 1532. Br.) Κλεοφῶν *m*). Erat enim ille Cleophon de numero eorum, qui pacem reſpuebant, et ante hoc tempus poſt victoriam Athenn. ad Cyzicum Endio Laconi legato pacem petenti multum aduerſatus fuerat, vt ait Diodor. l. XIII. [c. 53. vbi v. Weſſeling.] et iterum poſtea poſt pugnam ad Cynoſſema, Theopompo archonte, vt ait Eurip. Schol. ad Or. p. 153. et 202. *Palmer.* Exercc. p. 776.

---

h) Verſus gratia ſcribendum eſt: τοῖσιν τεύτου etc. vt habet Ms. Vat. U., et in verſu ſequ. μολπαῖσιν ob eamdem rationem. *Kuſt.* τοῖσι et μολπαῖσι in Elb.

i) Quibuscum conſentit Rau.

k) τοῦτον μέλεσι. Non quod omnes illi verſus, qui mox recitabuntur, ſint Aeſchyli; nam in illis Cleophontis eſt mentio, qui fuit poſt Aeſchylum; ſed quia quaedam ex illo depromta ſunt. *Bergl.*

l) Praetermiſerunt de Pauw et Bothius.

m) Ariſtoteles ap. Schol. dicit, hunc aduerſatum eſſe paci, quam Lacedaemonii eam peterent aequiſſimis conditionibus. Supra 684. tamquam barbarum hunc perſtringebat et peregrinum; propterea hic addit πατρίοις ἐν ἀρούραις. *Bergl.* Cleophontem tamquam peregrinum taxauit Comicus v. 678. quapropter eum hic pugnare iubet in patrio ſuo ſolo, apud barbaros. *Brunck.* ξύνδοι ἐν ὅπλοις antea ſunt armorum conflictus.

COMMENTARII

IN

ARISTOPHANIS AVES *a)*.

Praemittitur in ed. Kuſt. primum hoc argumentum *b)*, quod in Brunk. et Inu. deeſt:

Δύο πρεσβῦται c) Ἀθηναίων Πεισθέταιρος καὶ Εὐελπις τὴν συκοφαντίαν φεύγοντες τὴν Ἀθήνησι, μετανίσασθαι δοκιμάζουσι καὶ κολοιὸν καὶ κορώνην πριάμενοι, παραγίνονται πρὸς ὄρνιθας τῆς παρ' αὐτοῖς ἐπιθυμοῦντες διαγωγῆς. οἱ δὲ ὄρνιθες τὸ μὲν πρῶτον ἀρνεῖσθαί φασιν, εἰ μετὰ ἀνθρώπων πολεμίων ὄντων οἰκήσουσι· μαθόντες δὲ ὕστερον, ἃ ὠφεληθήσονται, συγχωροῦσι μένειν αὐτούς. Οἱ δὲ πόλιν κτίσαντες ἐν τῷ ἀέρι, Νεφελοκοκκυγίαν ὠνόμασαν. ἀλλ' οὐδὲ ταύτην ἀνενόχλητον ἐῶσιν οἱ Ἀθηναῖοι. μάντεις d) γὰρ καὶ χρησμολόγοι φοιτῶσι, λαβεῖν τι βουλόμενοι· ἐν οἷς καὶ Μέτων. οὗτοι δὲ πάντες ἀποπέμπονται ἄπρακτοι. τελευταῖον δὲ καὶ θεοί, διὰ τὸ μὴ ἐᾶσθαι τὸν καπνὸν τῶν e) ἱερείων ἀνιέναι, λιμῷ φθειρόμενοι πρεσ-

a) Comoedia haec vulgo poſt Pacem et ante Eccleſiazuſas legitur; apud Brunk. poſt Nubes et ante Veſpas.

b) Nullum argumentum eſt in Iunt. I. III.

c) πρεσβῦται hic et inſra Ald.

d) Ald. perperam μάντης.

e) τὸν ed. Ald.

βεύονται πρὸς τοὺς ὄρνιθας. Ὁ δὲ σκοπὸς τοῦ δράματος, διασῦραι πάλιν τοὺς Ἀθηναίους ὡς φιλοδίκους. ἡ δὲ σκηνὴ ἐν πέτραις καὶ ὀρνέοις. ἐγράφη δὲ μετὰ *f)* τὸν Ἀλκιβιάδην ὑπὸ τῆς Σαλαμινίας νεὼς μεταπεμφθῆναι, διὰ τὴν περικοπὴν τῶν Ἑρμῶν, καὶ φυγεῖν εἰς Λακεδαίμονα.

P. 353. l. 1. ſs. Δύο εἰσὶν — Hoc argumentum ſecundo loco legitur in Kuſt. praemiſſo Ἄλλως (vt et Ald.), Brunk. non habet.

l. 3. ποία πόλις ἐστὶν Kuſt. Ald.

l. 4. τοῖς ὁδοῦ κ. Kuſt. Ald.

l. 8. Poſt πεποιημένων adduntur in Ald. Kuſt. haec, quae conueniunt cum iis, quae p. 356. leguntur, commate poſt πεποιημ. poſito: ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου ἄρχοντος εἰς ἄστυ διὰ Καλλισράτου· ὃς ἦν δεύτερος τοῖς Ὀρνισι· πρῶτος Ἀμειψίας Κωμασκαῖς· τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. ἔστι δὲ λέ. Φοβερὰ δὲ τότε τοῖς Ἀθηναίοις τὰ πραγματα. τότε γὰρ τὸ ναυτικὸν ἀπώλετο περὶ Σικελίαν· Λάμαχος οὐκέτι ἦν· Νικίας ἐτεθνήκει· Δεκέλειαν ἦσαν τειχίσαντες Λακεδαιμόνιοι· Ἄγις ὁ Λακεδαιμονίων στρατηγὸς περιεκάθητο τὴν Ἀττικήν· Ἀλκιβιάδης τὰ Λακεδαιμονίων ἐφρόνει, καὶ ἐκκλησιάζων συνεβουλεύσατο τὰ χρηστὰ Λακεδαιμονίοις. ταῦτα *g)* αἱ Ἀθηναίων συμφοραί· διὰ ταῦτα αἱ Ἀθηναίων φυγαί. καὶ ὅμως οὐκ ἀπείχοντο τοῦ κακοπραγμονεῖν καὶ συκοφαντεῖν.

L. 9. Hoc tertium eſt argumentum in Kuſt. et aliis, eique praemittitur Ἄλλως. Brunk. e duobus codd. A. C. emendatum dedit.

l. 10. αὐτόχθοσι γενέσθαι φιλοτιμία πρώτη, τῷ μηδεμιᾶς *h)* πόλεως φανείσης — Ald. Kuſt. In Brunk. *i)* ἀ. γενέσθαι· φ. πρ. τὸ μηδέπω μηδεμιᾶς —

l. 12. Poſt ἀναβλασῆσα plene interpungendum.

l. 13. Poſt προεσώτων recte additur πονηρῶν in Kuſt. Ald. Br.

---

f) Eſſe debet μετὰ τὸ τὸν —

g) Ita exhibet Ald. In Kuſt. legitur tantum: διὰ ταῦτα αἱ Ἀθηναίων συμφοραί. In Port. eſt: διὰ ταῦτα αἱ Ἀθ. φυγαὶ omiſſis verbis ταῦτα — συμφοραί.

h) τῷ μηδέπω μηδεμιᾶς Ald. Iunt. II.

i) Sic bini codd. *Brunck.*

l. 14. Δεκελεικοῦ. Sic bini codd. Mendose vulgo (in Ald. Kust. etc.) Δικελεικοῦ. Decelea a Lacedaemoniis munita fuit a. 3. Ol. XCI. anno post exhibitam populo hanc fabulam. *Brunck.*

l. 16. ἢ παρ' ἑαυτοῖς κατ. Ald. Iunt. II. ἢ παρ' αὐτοῖς κατας. *Kust.* In Brunk. etiam ἢ παρ' αὐτῶν κ.

l. 17. κωμικῆς ἀδείας Ald. Kust. Brunk.

P. 354. l. 1. ἐπὶ τούτου Ald. Kust. ἐπὶ τούτῳ etiam Brunk. sed vocab. ἐκκλησία deleuit, addita hac nota: οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ ἦν, λελῆθ. Sic membr. (A.) Vulgo οὐ γ. ἐπὶ τούτου ἦν ἐκκλησία. Postrema vox a mala manu est. Eam tamen agnoscit C. Sed in eo est etiam ἐπὶ τούτῳ.

L. 3. Male Ald. διανόηται.

L. 6. αἰνίττεται, ὥσανεὶ — Hic locus ad membr. fidem constitutus. Vulgo: αἰνίττεται, καὶ προεσῶτας ἑτέρους, ὥσανεὶ τῶν ὄντων κακῶν καθεξώτων. Oportuisset saltem ὥσανεὶ κακῶν ὄντων τῶν καθεξώτων. *Brunck.*

L. 8. εἰ δέοι, συμβουλεύει — recte Ald. Kust. Brunk. et al.

L. 9. καὶ ἡ μὲν ἀπότασις. Sic bini codd. Vulgo καὶ ἡμῖν ἀπότασις.

L. 11. προσδεῖσθαι recte Ald. Kust. Brunk.

L. 12. τῆς κατοικίας τῶν Ἀθηναίων τῶν ὄντων. Kust. τῆς κατ. Ἀθηνῶν τῶν ὄντων, Brunk.

L. 13. ἑαυτοὺς τῆς χώρας Kust. Br.

L. 14. ἕκαστος Kust. Br.

L. 17. f. ἀπαλλαγῆναι τῆς πονηρᾶς ἐνεστώσης πολιτείας ed. Brunk. Sic vt Inu. legitur in Kust. et al.

L. 18. ὑπὲρ τὸν ἀέρα Brunk. sed περὶ etiam Ald. Kust.

L. 19. Post τῆς γῆς addunt ἀπάσης Ald. Kust. Brunk.

L. 23. ἀπάντων προαιρ. Ald. Kust. Brunck. Mox in iisdem legitur χρηματίζοντας. Post hoc participium autem in Ald. Kust. et Brunk. legitur: εἶτ' ὕστερον καὶ τοὺς θεοὺς εἰς ἀπονοησίαν κωμῳδεῖ. τὰ δὲ ὀνόματα τῶν γερόντων πεποίηται, ὡς εἰ πεποιθοίη ἕτερος τῷ ἑτέρῳ καὶ ἐλπίζοι etc. (p. 355.) quod melius.

P. 355. l. 3. Φασὶ Ald. Kust. Br. — Mox τῶν ποιητῶν Br., cum hac nota: Sic vterque cod. recte. Vulgo τὸν ποιητήν.

L. 4. ἐν μὲν ἄλλοις. Has voces vulgo omissas e cod. C. reposui. In membr. hic locus sic habetur: τῶν ποιητῶν

τὰ ἐν ταῖς τραγῳδίαις τερατολογούμενα ἀεὶ μὲν διελέγχειν· ἐν δὲ τοῖς νῦν — *Brunck.*

L. 6. ἔδοκε male Kuſt. vt iam Ald.

L. 7. Quae ſequuntur ex veteribus didaſcaliis excerpta in codd. meis non comparent. *Brunck.* Χαβρίου Brunk. et Ald. Kuſt. H. l. non alibi in Iunt. II. Χᾶβρίου.

L. 8. Καλλίου. Pro Καλλίου ſcribendum eſt Καλλισράτου, vt recte paullo ante in Argumento ſecundo. Et deinde pro Ἀριμνήσου legendum eſſe Ἀρισομνήσου iam pridem monuit Meurſius de Archont. III, 9. *Kuſt.* Καλλισράτου bene repoſitum [a Br.] pro Καλλίου. V. not. ad Nub. 531. *Brunck.*

L. 10. Ἀρισομνήσου Br. Mox Χαβρίου Ald. Kuſt. Br.

L. 11. Artic. τὸν ante Ἀλκιβ. abeſt Ald. Kuſt. Br.

L. 12. ἐκμιμήσεως. Legendum puto ἐκμυήσεως, quod vocab. apud ſeriores Graecos videtur *profanationem* (Entweihung) ſignificaſſe.

L. 20. ἡμῖν παρὰ θάλασσαν. Kuſt. Br. Mox ἵνα Kuſt.

L. 21. κλητῆρα ἄγουσα ἔσωθεν Kuſt.

P. 356. L. 1 — 12. Haec non h. l. leguntur in Kuſt. Br.

L. 16. ἀπραγμόνων (quod metrum poſtulat) Ald. Kuſt. Br.

L. 17. εἷς δ' ὄρνις Kuſt. Br. — Argumenti metrici *k)* verſus 4. manifeſto corruptus eſt. Pro εἷς δ' ὄρνις aliud quid ſcriptum oportuit: forte εἷς πρέσβυς. *Brunck.*

P. 357. l. 2. ἐκ δὲ τοῦδε τοῦ Φαρμάκου Ald. Kuſt. contra metrum. Brunk. dedit: ἐκ δέ του γε Φαρμακου.

Ad nomina perſonarum:

Perperam ante Brunk. primae perſonae nomen ſcribebatur Εὐελπις. Inter Ἔποψ et Χορὸς ὀρνίθων in Kuſt. inſertum: ὄρνις τις ἄλλος. Contra nomina Φοινικόπτερος et Κήρυκες deerant.

L. 12. olim ſimpliciter Γεωμέτρης, Metonis nomine omiſſo.

L. 14. ψηφισματογράφος Kuſt. Brunk.

L. 15. In Kuſt. eſt:

---

k) In Ald. Iunt. II. hoc argumentum primo loco legitur.

Ἄγγελος.
Ἕτερος ἄγγελος.

L. 16. Post Ἶρις audebatur vulgo Κήρυξ.

L. 19. Πένης συκοφάντης Kuſt.

In Ald. nomina aliter disponuntur atque alia adduntur, vt, Θεράπων Ἔποπος, Ἕτερος Θεράπων Τροχίλος. In fine legitur: Οἰκέτης Πεισθέταιρος. Ita et Iunt. I. II. III.

Aues Drama

quando et quo ſucceſſu actum. Triceſimum quintum eſt Ariſtoph.

Ex *Sam. Petiti* Miſcell. I. c. 10. [p. 40. ſs.]

Exſtat hoc drama, quod productum eſt in ſcenam anno, vt iam diximus, ſecundo Olymp. XCI., Chabria archonte *a)*; egit Calliſtratus, Dionyſiis. vnde illa in dramate de luſcinia [683.] — φθέγμασιν ἑρινοῖς ἄρχον τῶν ἀναπαίστων. Vicit Amipſias in hac commiſſione, ſecundus fuit Ariſtophanes, tertius Phrynichus. Didaſcaliae: Ἀριστοφάνης ἦν δεύτερος Ὄρνισι etc. Quod ſequitur ibidem: ἔστι δὲ λεῖ, difficultate non caret, et ſignificat triceſimum quintum Arift. drama eſſe iſtud, cui titulus Ὄρνιθες. De quo vt conſtet obſeruandum eſt, ante annum tertium Olymp. XCIII., qui praetorem habuit Calliam, Comicos nonniſi tres quotannis fabulas docuiſſe; Panathenaeis, quorum fuiſſe Ὀλύμπια, τὴν Ἀθήνησιν ἀγῶνα, ſuſpicamur ex eo, quod drama Veſpas docuit Ariſtophanes ἐν τῇ πόλει Ὀλυμπίων: commiſiſſe quoque Liberalibus Lenaeis et Liberalibus τοῖς κατ' ἄστυ. Primum autem ſuum drama docuit Ariſtophanes Diotimo archonte, anno primo Olymp. LXXXVIII. Liberalibus τοῖς κατ' ἄστυ. Non plures igitur hoc anno fabulas docuit Ariſtophanes hac vna. Celebrata enim fuerant iam ante huius anni Panathenaea et Lenaea Liberalia. Reſtant huius Olympiadis tres anni, quibus ſingulis nulli dubitamus tres fabulas, pro caeterorum Comicorum more, doctas fuiſſe ab Ariſtoph. Ergo intra Olympiadem LXXXVIII. fabulas decem edidit: adde Olympiades duas. LXXXIX. et XC.: conſtabit intra has duas Olympiades acta fuiſſe dramata XXIV. Rurſum denique numerandae ſunt fabulae primorum duorum annorum Olympiadis primae ſupra nonageſimam, Ὄρνιθες fabula, quae

a) Cf. Corſini Faſt. Att. III. p. 218.

Liberalibus τοῖς κατ' ἄστυ acta est, h. e. vltima earum trium, quae commissae sunt anno primo Olymp. XCI.: haec, inquam, fabula erit sexta earum, quae actae sunt intra hos duos primos annos Olymp. XCI. Atque ex his omnibus exurget numerus fabularum XL., quas ab anno 1. Olymp. LXXXVIII. ad annum 2. Olymp. XCI., vtroque termino incluso, editas fuisse ab Aristophane colligere est. Fuit igitur drama Ὀρνιθες quadragesimum. Atqui veteres Critici numerant tantum με', tricesimum quintum. Ergo non veniunt in hunc censum, i. e. non numerantur, tamquam nouum drama Νεφέλαι δευτέραι, quae actae sunt anno secundo Olymp. LXXXIX. *b)*; sed idem drama esse censentur cum ταῖς πρώταις Νεφέλαις, quae commissae sunt anno 1. Olymp. LXXXIX.: vt certe αἱ δευτέραι Νεφέλαι nihil aliud erant, quam τῶν πρώτων recentatio. Rursum drama Σφῆκες bis actum est eodem anno, qui secundus erat Olymp. LXXXIX. prius quidem quum celebrarentur Athenis Olympia, posterius vero Lenaeis Liberalibus. Quare anno secundo Olymp. LXXXIX. non nisi vnum drama, Σφῆκες, imputandum est: neque enim altera *Vesparum* editio, aut τῶν δευτέρων Νεφελῶν commissio recensendae sunt. Constabit igitur, drama Σφῆκας *c)* tricesimum octauum esse ab Aristoph. commissum, nouum, non interpolatum aut iteratum. Atque hic numerus reponendus est: ἔτι δὲ λη', facilisque fuit lapsus propter eumdem sonum τοῦ ῆ in τὸ ῖ. *Petitus.*

Secundum scriptorem anonymum argumenti in hanc fabulam prodiit ea archonte Chabria (i. e. anno XVIII. belli Peloponnesiaci) Olymp. XCI. anno 2. Dionysiis τοῖς κατ' ἄστυ: quam sententiam probat Palmerius, cuius verba hic subiiciemus: „Quicumque sint illi, qui Anium hypotheses graece scripserunt, optime de eius fabulae didascaliae tempore pronuntiarunt. Sed is, qui secundam hypothesin scripsit, postquam eam Chabria archonte prodiisse in vrbe recte asseruit, pessime addit eo tempore classem Athenn. in Sicilia periisse, Lamachum et Niciam iam mortuum esse, et Agin ex Decelia Atticam infestasse, et in eo se prodit ἀνισόχρονον, et qui rationem temporum non curabat: nam annis duobus post vel paulo minus sub Cleocrito archonte ea clades euenit. Sed antequam ex ipsius fabulae locis fidem huic epochae adstruamus, aliquid dicendum est ad refellendam eam insulsam et falsam chronologiam. Et primum Aristophanes nec plane nec aenigmatice in tota fabula de clade Syracusana loquitur, quod mirum foret. Sed et periculosae plenum opus aleae fuisset tale negotium in theatrum inducere. Nam si mulctam grauissimam passus est Phrynichus ille, qui Mileti excidium coram populo repraesentauit, qualem mulctam putamus meritum fuisse Aristophanem, si de Athenn. calamitate fabulam fecisset, et risum ciere voluisset in re, quae omnium la-

b) Sed hoc ipsum non est verum. V. Comm. ad Nub. p. 17. et 52. s.

c) Haud dubie Petit. scribere voluit Ὀρνιθας. Wilandus, qui hanc fabulam vertit in Noui Musei Attici P. I. et II., in praef. P. I. Partic. III. p. 51. ex Petiti rationibus esse Arist. fabulam tricesimam nonam contendit.

crymas merebatur? Eam igitur opinionem vt falsam, et non solum a vero sed etiam a verisimili abhorrentem reiicimus et cum saniorib[us] asserimus, hanc fabulam scriptam fuisse non multo post Alcibiadis fugam, et eo potissimum tempore, quo Spartae agens ad muniendam Deceleam Lacedaemonios hortabatur, quod consilium vel ridet comicus noster, vel potius monet Athenienses, vt ad tale negotium animos aduertant et sic eos a bello Siculo oblique dehortatur, fauens vt semper Niciae et forte ab illo inductus, qui bellum illud Siculum iam ab initio auersabatur, et eius belli ducatum omnino recusabat, vt patet ex Thucydide. Quod caute admodum exsequitur in hac fabula nullam, de bello Siculo imminente mentionem faciens, ne populum offenderet in id maxime propensum. Sed per fuam νεφελοκοκκυγίαν deorum incommoda graphice repraesentans, et calamitates, quibus Athenas et Atticam vexaturi erant Lacedaemonii, satis clare innuens, si Decelia secundum Alcibiadis consilium et rumores, qui de illo negotio tunc maxime vigebant, in eorum vicinia muniretur. *Palmer.* [Exercc. p. 749. f.]. *Kusi.*

Oeconomia, Consilium, Mores, Indoles fabulae.

In regione agresti eaque montana intra rupes incedunt Euelpides atque Pisthetaerus nouam quaesituri sedem, viae ignari, quae ad Tereum ferat, et frustra aues, quas manibus tenent, consulentes. (— 12.) Conqueruntur igitur de hac sua sorte simulque profectionis causam exponunt (— 48.). Quum rupem, ad quam accesserant, pulsassent (tanquam fores domus), aperta ea prodit trochilus, a quo petunt illi, vt euocet dominum, Tereum (vpupam), quod quidem ille facit (— 91.). Prodit igitur epops, cuius habitus omnis et risum mouit et primam colloquendi dedit opportunitatem (— 106.). Ei igitur consilium suum animumque omnem aperiunt (— 142.) et, repudiatis aliis locis, inter aues se viuere velle docent, suadentque, vt aues nouam exstruant vrbem (— 197.). Quod quum epops ita probasset, si aliis quoque placuerit auibus, lasciniam ceterasque aues euocat (— 265.). Prodeunt igitur in scenam plurimae aues, quarum conspectus iocis variis et dicteriis in certos quosdam illius aetatis homines dat opportunitatem (— 307.). Hae, proditas se esse ratae, primum aggredi duos illos Atheniensis et perimere conantur valde trepidantes (— 365.), sed placantur ab Epope, et cognoscunt, quinam illi sint, quidque sibi velint (— 450.). Inducis factis iubetur Pisthetaerus verba facere (— 464.). Is igitur, festiue interdum ab Euelpide interpellatus, docet aues olim imperasse hominibus et populis singulis, vsus hanc in rem lepidis argumentis, easque tam sancte olim cultas esse, quam crudeliter nunc ab hominibus tractari soleant (— 557.). Et quum chorus pristinum recuperare imperium cupiat (— 559.), suadet, vt vna condant vrbem, muro intercludant aërem et terram, repetant a Ioue regnum, et si hic reddere noluerit, bellum diis

denuncient, hominesque iubeant sacra auibus facere, qui si nolint aues venerari vt deos, puniendi, sin colant, variis beneficiis afficiendi sint (— 610.). Ceterum minoribus eas fumtibus coli posse, quam coelestes deos, ostendit (— 625.). Probantur haec consilia atque ipsi sedibus auium excipiuntur (— 660.). Euocatur Procne (luscinia), nouorum ciuium aeriae ciuitatis causa, atque chorus auium tum fabulis cosmogonicis propositis auium regnum celebrat et quae commoda inde ad homines redundatura sint, si his nouis diis vtantur (— 735.), tum inuitantur spectatores, vt cum auibus viuant, vbi omnia facere, quae velint, commodeque viuere liceat (— 800.), insertis etiam canticis. Iam Pisthetaerus atque Euelpides redeunt in aues transformati ex Epopis sedibus, atque deliberatio instituitur de nouae vrbis nomine, atque deo tutelari, Euelpides autem amandatur ad vrbis aedificationem (— 845.). Interea Pisthetaero auctore recentibus diis sacra fiunt, sacerdote praeeunte, et nomina deorum dearumque vsitata auibus tribuente (— 903.). Dum, precibus finitis, in eo sunt, vt sacrificent, adest miser poëta, nouam vrbem Nephelococcygiam cantu celebraturus, qui acceptis quibus indigebat vestimentis abit (— 957.). Silentio a sacerdote, pro more, imperato, atque sacris iam coeptis, interuenit oraculorum interpres, oraculum Bacidis recitat, quo sibi alimenta expetat, sed, alio oraculo opposito, expellitur (— 991.). Eum statim excipit Meton, dimensurus et descripturus aërem, sed et ille verberibus expellitur (— 1020.). Eum sequitur inspector non benignius exceptus (— 1054.), hunc decretorum populi Athen. venditor (— 1055.), a quibus quidem importunis hominibus quum diu interpellata sint sacra, hortante sacerdote tandem Pisthetaerus aliique abeunt, intus sacrificaturi, choro remanente et tum sua beneficia, suamque sortem laudante, tum Atheniensium decreta ridiculis auium decretis aemulante, tum iudices praemiis poenisue lepidis propositis inuitante, vt huic fabulae primas decernant (— 1117.). Peractis sacris in scenam Pisthetaerus redit, cui nunciatur, murum nouae vrbis ingentem esse exstructum magna arte et solertia auium (— 1165.), ab alio autem referitur deorum aliquem clam in aërem inuolasse, ad quem comprehendendum aues instruuntur (— 1198.); sed Iris ipsa aduolat, et seuere examinata, se a Ioue missam esse ad homines profitetur, vt iis imperaret sacra Olympicis diis facienda, verum a Pisthetaero inustra monita, non esse deos nisi aues, discedere iubetur, choro edicente, ne quis deorum per nouam vrbem transuolet (— 1269.). Praeco, quem ad homines Pisthetaerus miserat, reuersus offert ei auream coronam, qua ab hominibus propter sapientiam ornetur, homines enim nunc maxime et venerari et aemulari aues, plurimosque venturos esse, qui alas petituri sint (— 1308.), quam auium honorificam conditionem celebrat chorus. Interea alae parantur (— 1339.), et aduenit primus parricida, qui auium ciuitati adscribi vult, quod in ea gulam patri frangere licitum putet, sed meliora illa monetur (— 1377.). Post eum adest Cinesias, poeta dithyrambicus, e nubibus nouam sibi petiturus sublimitatem (— 1427.). Eius vestigia premit sycophanta, qui alis instrui vult, vt volare per insulas atque socios in ius vocare et spoliare citius possit, sed flagris auolare cogitur, et Pisthetaerus cum alis abit (— 1477.). Chorus sycophantas et nocturnos grassatores perstringit (— 1501.). Prodit velatus Pro-

matheus nunciatque de diis nunc actum esse; quum enim victimae iis ab hominibus non amplius immolentur, famem exstitisse, et Iouem a barbaris diis compulsum esse ad inducias tentandas, quae non nisi reddito auibus imperio sint incundae (— 1559.). Non ita multo post Neptunus cum barbaro quodam deo atque Hercule ad aues legatus deorum adest ad pacem faciendam, et Hercules quidem, delinitus epularum, quas Pisthetaerus parari iusserat, dulcedine de reddendo auibus Iouis sceptro statim consentit, Neptuno etiam atque barbaro deo probantibus (— 1638.), at de Basileia (imperio) etiam auibus concedenda dissentit quidem Neptunus, sed duobus eius collegis consentientibus et ea promittitur Pisthetaero (— 1699.). Itaque, intercinente quaedam choro (— 1711.), paratur nuptialis pompa, atque tandem, nuncio quodam eam significante, choro acclamante et congratulante, Pisthetaerus, nouus rex, cum Basileia, sponsa, solemni pompa ad nuptias celebrandas inuehitur (— 1776.).

Est igitur admodum simplex haec fabula: duo Athenienses, pertaesi vitae in patria agendae, quaerunt nouas sedes, quas, quum inter aues reperissent, condi in nubibus nouam vrbem iubet Pisthetaerus, non illam nubibus ipsis firmiorem, et reddi auibus imperium a diis, quod tandem ipse, pace cum diis inita, occupat. Ea autem fabula multis, quae incidunt, euentis lepidisque fictionibus est amplificata et aucta. Ipsum drama multitudine personarum et varietate atque splendore apparatus scenici, machinarum ope saepe mutati, est insigne atque comparari hactenus cum iis nostris fabulis potest, quibus spectatorum oculi non magis quam aures animique occupantur *d)*. Quanta enim fuit varietas et pulcritudo personarum, quibus aues exhibebantur, inter quas nonnullae etiam ad similitudinem meretricularum effictae erant! quanta diuersitas aliorum, qui in scenam producuntur! quot et quantae pomparum et sacrae et nuptialis ornamenta!

Sed non minori splendet haec fabula lepide, facete, acute, ingeniose dictorum, grauiter praeceptorum, acriter notatorum, multitudine et varietate. Nunc enim obscurius indicat, ad quae alludit vel euenta illius temporis (495. 1500.) vel hominum nomina, nunc ea disertius exprimit (284. 1483. 823. 852. 1126.), nunc lenius ridet stultitiam opinionum (601. 785. 1285.), nunc acrius perstringit, quae vitiosissima sunt, vt sycophantarum malam sedulitatem (1460.) et proditorum studia (1028.); et vt ioci nonnulli admodum frigeant ineptique iudicentur (vid. v. 1529.), sunt tamen alia quam maxime comice dicta (1699. et ad eum locum Wiland.). Quo autem plura sunt festiue et ingeniose et false dicta, vt his nominibus haec fabula etiam aliis nonnullis praestare videatur, eo magis dolendum est, obscoenis locis atque iis, in quibus plebi placere voluisse videtur, offendi lectorum cultiorum animos. Ob quae loca qui reprehenderent nostrum acrius, eos iam olim mo-

d) Spektakelstücke nostrates appellant.

nui *e)* non secum reputasse, quum duplex comoediae genus sit, nobilius alterum et liberalius, alterum vilius et abiectius, non potuisse poëtam aliud eligere, quam quod suis temporibus esset aptissimum, neque quum depingeret plebeios mores, alios cum potuisse pingere, quam qui erant, improbi et turpes et obscoeni, et, quum non delectare modo sed monere etiam plebem constituisset, ingenio eius inseruire debuisse, et, quum ad risum omnia et plebis sensum converteret, non potuisse non interdum ei excidere, quae plebeia essent et inficeta. Nam in iis, quae impie dicuntur et deos atque sacra irrident (vt 1237. ss. 1525. ss. 1660. ss.), se non magis plebis quam eorum hominum ingeniis dedisse videtur, qui, sophisterum commentis seducti, patria sacra et religionem omnem contemnerent. Ridet autem non tantum deos populares, sacerdotes, et oraculorum interpretes (960. ff.), fabulas cosmogonicas (692. ss.), sed etiam poëtas illius aetatis dithyrambicos, quorum videntur ineptissima fuisse carmina (912. ss. 1378. 1394.); alludit vero etiam frequentius ad aliorum poetarum versus, Homeri (910.), Hesiodi (609.), Aesopi (471.), Aeschyli (807.), Sophoclis (100. 1342.), Euripidis (220.), Phrynichi (749.); notat Sophistas (181. ss.), Prodicum (691.), etiam Socratem (1562.); petit Chios (880.), sed multo saepius, et nunc quidem apertius, nunc tectius, Athenienses (1285.).

Primae partes sunt *Pisthetaeri*, in cuius ingenio multorum Athenienſium, nobilium maxime, quales tum erant, expressi sunt mores: est praesente rerum conditione non contentus, nouarum rerum studiosus, imperandi cupidus, callidus, sophisticis artibus bene subactus (481. ss.), patriorum deorum irrisor (554. ss.), idem tamen, vbi res et commoda postulant, Iouis cultor (1754.), nec ignarus salubrium praeceptorum (1566.). Eius comes, *Euelpides*, qui tamen non nisi in priori dimidia fabulae parte agit, multo etiam leuior est, inconstantior, ad iocos indecoros propensior, et patriae religionis contemtor ita, vt ne Mineruae quidem, tutelari Athen. deae, pepercerit (829. ss.). Quod ad ceteros attinet, *poëta* fingitur ineptus homo, qui victus quaerendi causa versus facit; *oraculorum interpres* superstitione populari ad lucrum capiendum abutitur; *geometra* (Meton) inflatus sua geometriae scientia; *inspector* arrogantissimus, qui tamen se facile cuiuis vendat; *psephismatum venditor*, mendax et habendi cupidus; vterque *nuncius* (1135. ss. et 1178. ss.) ridiculum in modum vanus, quales multi tum videntur nuncii fuisse, qui victorias resque praeclare gestas Athenas nunciarent; *Iris* deorum nuncia (quae non nisi risus captandi causa interponitur), *parricida*, *Cineſias*, *sycophanta*, iis, qui vel nominibus indicantur, vel aliunde noti sunt, mo-

e) Praef. ad Arist. Au. 1782. Quod autem tum scripsi, comoediam Aristoph. nostra aetate fibilis exceptum iri, de eo nunc secus statuo, postquam animaduerti magis illepidas, nec sale Aristoph. conditas nostris placere fabulas, ex quo genere sunt: *Rochus Pumpernickel*, *Vetter Jacob*, *Pachter Feldkümmel* etc.

ribus et ingeniis conſpicui ſunt; inter deos autem, qui inducuntur, *Hercules* voracitate inprimis eminet, quae propria ei eſſe, non minus quam bibacitas, exiſtimabatur. In choro autem auium *f)*, quae conſilii inopes, ſtupidae, credulae, facile cuique cedentes et ſeduci ſe patientes, ad quaeuis noua conſilia ſequenda, quosuis labores ſubeundos paratae finguntur, Athenienſium plerorumque, auium inſtar κιχηνότων, ingenia egregie videtur expreſſiſſe.

Quae ipſa res ad conſilium, quod poëta in hac fabula ſequutus videtur, recte intelligendum ducit. Non enim, quod olim exiſtimaui, quodque non improbauit Manſonus *g)*, hoc docere voluit poëta, in ea, quae tum erat, rerum conditione non poſſe Athenis commode viui et quiete, opus igitur eſſe mutatione omnis formae ciuitatis, adminiſtrationis eius, virorum qui rempublicam domi ac foris gerebant, iurisdictionis, religionis, morum et vitae rationis, ſed potius notare quum omnem ſtultitiam ac peruerſitatem Athenienſium, quae in publica eorum priuataque vita cernebatur, tum leuitatem iſtam populi atque temeritatem, qua abduci ſe patiebantur a demagogis aliisque, qui plebis imprudentia abutebantur, vt crederent et obſequerentur, mutarent temere conſilia et conditiones, nouas res et expeditiones ſusciperent, inanes conciperent atque alerent ſpes, in rebus aduerſis turpiter deſperantes et proni ad quaeuis conuertenda, in fecundis ridiculum in modum inflati et turgidi, imperium in alios tum affectarent tum facile ſibi paratum iri crederent, neque aliis conditionibus, quam imperio in omnes accepto, pacem vel inire vel ſeruare vellent. Nam primum ipſum nouae vrbis nomen, Νεφελοκοκκυγία, quod arcem in nubibus inter cuculos conditam ſignificat, oſtendit, non vere deſignari novam et certam atque firmam vrbem priſtina multo praeſtantiorem meliusque conſtitutam. Deinde ſi poëta docere voluiſſet, prorſus nouam eſſe vrbem faciendam, non potuiſſet de ea ironice dici (1211.). Tandem ipſae res illius temporis publicae confirmare illam ſententiam videntur. Bellum Peloponneſiacum pace illa, quae a Nicia nomen habet, ſepoſitum magis in aliud tempus, quam compoſitum erat, exſiterantque nouae turbae populorumque ſingulorum controuerſiae, in quarum aliquam ſocietatem et Athenienſes venerant et Lacedaemonii. Petierant tum Leontini et Egeſtaei exſules, vt opem ſibi aduerſus Syracuſanos ferrent Athenienſes *h)*, Nicia fruſtra repugnante atque cunctante (quo alludit apud noſtrum verbum μελλονικιᾶν 639. coll. Thuc. VI, 25.), ab Alcibiade potiſſimum, qui tum gratia plebis florebat, et a cuius in-

---

f) Quum fabellae multae, vulgo notae, ab animalibus, auibusque etiam, repetitae eſſent, non prorſus nouum erat, auium fingi ciuitatem, in qua viuere homines vellent, et cum iis agi.

g) Additam. ad Sulzeri Theor. Artium VII. p. 131. ſ.

h) vid. Thuc. VI, 8. ſs. Diod. S. XIII, 2. ſs. tum Plutarch. in vit. Alcib. et Andocid. in or. de myſt.

genio non multum Pisthetaeri mores abhorrent *i)*, persuaderi sibi passi sunt, vt, quantumuis propiores hostes nondum debellati essent et praenideri posset, fore vt Lacedaemonii Syracusanis succurrerent, et ingens exisset bellum, tamen, suis opibus et gloriationibus Alcibiadis freti, neque territi apparatus, quem Nicias postulauerat, magnitudine, decernerent barbaris *k)* auxilium ferre. Et habendi quidem imperandique cupiditas potissimum fuit, quae plerosque omnes ad hanc expeditionem impelleret *l)*. In medio expeditionis apparatu euenit, vt vna nocte plurima lapidea Mercurii simulacra (Hermae), quae Athenis erant, mutilarentur *m)*. Quum in facinoris auctores frustra inquireretur, de his quidem nihil nunciatum est, sed de aliis quibusdam statuis ab adolescentibus iampridem per lusum et ebrietatem concisis, deque arcanis sacris per contemtum domi factis. Quorum impie factorum quum etiam Alcibiadi culpa tribueretur, aduersarii eius, qui ipsi plebem regere cupiebant, in eum omnia haec crimina congesserunt. Is ita se defendit, vt ad iudicium subeundum paratum se esse ostenderet, rogaretque populum ne absentem inter reos reciperet. Verum inimici veriti, vt eum nunc opprimerent, persuaderi populo iusserunt, vt nunc abiret Alcibiades, et, si necessarium videretur, ad iudicium reuocaretur. Aestate igitur iam media, h. e. aut exeunte a. 1. Ol. XCI. aut ineunte 2. anno (b. Pelop. a. XVII.) profecta est classis, post cuius abitum facile se induci multitudo passa est *n)*, vt, Salaminia naui eam in rem missa, Alcibiadem, qui iam cum Siculis agebat, reuocaret ad iudicium. Quo tempore etiam populus multos, qui delati fuerant, quique num facinus illud commisissent, incertum erat, supplicio affecit, alios, qui fuga sibi consuluerant, capitis damnauit et praemia proposuit iis, qui eos interfeciſſent. Et paulo post quam Salaminia nauis Athenis erat missa, antequam Alcibiadem effugisse innotuerat, fabulam hanc esse actam,

---

i) Alcibiades enim erat στρατηγῆσαι τε ἐπιθυμῶν καὶ ἐλπίζων Σικελίαν τε δι' αὐτοῦ καὶ Καρχηδόνα λήψεσθαι, καὶ τὰ ἴδια ἅμα εὐτυχήσας χρήμασί τε καὶ δόξῃ ὠφελήσειν. Thuc. VI, 15.

k) Ita enim Egestaei dicuntur a Nicia ap. Thuc. VI, 11. extr. quo fortassis Au. 199. aut 1519. alludit.

l) ὁ δὲ πολὺς ὅμιλος καὶ στρατιώτης ἔν τε τῷ παρόντι ἀργύριον οἴσειν καὶ προσκτήσεσθαι (ita enim scribendum) δύναμιν, ὅθεν ἀίδιον μισθοφορὰν ὑπάρξειν, ὥστε διὰ τὴν ἄγαν τῶν πλειόνων ἐπιθυμίαν, εἴτω ἄρα καὶ μὴ ἤρεσκε, δεδοικὸς μὴ ἀντιχειροτονῶν κακόνους δόξειεν εἶναι τῇ πόλει, ἡσυχίαν ἦγε. Thuc. VI, 24. add. c. 30.

m) vid. Sluiter. Lectt. Andocidd. p. 31. ſs.

n) Cf. Sluiter. l. l. p. 52 — 62. Libertati enim suae metuebant (v. Thuc. VI, 53. 60.) atque videbantur εἰ ὁμνὰ ἐπὶ ξυναμοσίᾳ ὀλιγαρχικῇ καὶ τυραννικῇ πεπραχθαι· quo et in nonnullis Aun. locis alluditur.

probabile eſt (v. 147.). Nihil enim, quod poſtea euenerit *o)*, tangitur, plura, quae antea acciderant, vt Meli expugnatio (quo etiam ſpectat λιμὸς μήλιος), Diagorae proſcriptio. Iam non exiſtimandum eſt, omnia illorum temporum euenta in ſcenam eſſe ita producta, vti ea ſe habuiſſe conſtabat, aut produci potuiſſe (ita enim hiſtorica exſtitiſſet comoedia), ſed, quae inde omnino colligi poterant et notari vitia Athenn., congeſta, ad fabulam nouam compoſita, comico more exagitata, nonnullis tamen diſtincta ſunt, quae tum vere ita eueniſſent, quo etiam reliqua, quorſum ſpectarent, facile intelligeretur. Neque vero opponi poteſt, quod in extrema fabula nouae vrbis imperiique celebrantur hymno origines vna cum nuptiis. Nam haec vel ad ridendos poetas vel ad ſpectatorum oblectationem conficta ſunt, neque ad conſilium totius fabulae pertinent, neque docent, recentem vrbem atque nouam rerum conditionem multo eſſe priſtina meliorem eique praeferendam.

---

o) Quod enim exiſtimauit *Clodius* (Verſuche aus der Litteratur und Moral II, 240.), vrbem nouam eſſe Deceliam in Attica, et Piſthetaeri conſilium Iouem ceterosque deos fame enecandi non differre ab Alcibiadis conſilio, Decelia occupata, Athenienſes commeatu prohibendi, dudum eſt confutatum. *Brumoeus* (Theatre d. Gr. XII. p. 152.) fabulam tum eſſe ſcriptam putat, quum Lacedaemonii in eo eſſent, vt munirent Deceleam, et poëtam, qui id praeuiderit, monere populares, vt huic periculo occurrerent. Verum editor iam animadvertit, multa obſtare. Ceterum etiam *Boiuinus* (Mém. de l' Acad. d. Inſcr. T. IV. p. 553. ſs. e qua commentatione non multa diſcuntur) videtur, praeeunte tertio argumento, ad bellum Decelicum retuliſſe. Neque vero ad conſilium Deceleae muniendae ſpectare (vt exiſtimauit etiam *Gruberus* (Wörterb. zum Behuf der Aeſthetik I, I. p. 339.), inde patet, quod, antequam Alcibiadem Spartae verſari innotuiſſet, probabiliter fabula ſcripta eſt, neque ea Alcibiadem potiſſimum deridet. Quam *Wilandus* promiſit allegoriae huius fabulae explicationem, ea nondum in Attico Muſeo nouo propoſita legitur.

Fabulam hanc contulit Brunkius cum tribus Mſs. codd., A. Reg. membran. MMDCCXII., B. Reg. chartac. MMDCCXV., C. Reg. chartac. MMDCCXVII. — Scena exhibet agreſtem, ſaxoſam, fruticibus et arbuſtis implicitam regionem; in ima parte cernitur ſaltus; ab vna parte rupes fruticibus obtecta, Epopis ſedes; Euelpides graculum, Piſthetaerus cornicem geſtans, diuerſis partibus inter rupes incedunt, ita tamen vt inter ſe colloqui poſſint. *Wiland.*

1. Graculum alloquitur, quem gerebat, ſic vt alter cornicem; vt ambo ex iſtis auibus diſcerent, vbi ſit Epops, ad quem quaerendum et conſulendum iter ingreſſi fuerant: ſed non *bonis auibus*, vt ipſi putant; nam fruſtra oberrantes diu eum quaeſiuerunt. *Bergl.* Ad ὁρθὴν ſubintell. ὁδὸν ἰέναι, quod Heſych. V. Ὀρθήν, gloſſa ex h. l. petita, ſupplet.

Perſonae huic verſui praefixae in membr. nomen plene ſcriptum eſt Εὐελπίδης *a)*, recte: infra 645. nominatur Εὐελπίδης Θριῆθεν. E compendio ſcripturae orta eſt nominis deprauatio, quam exhibent edd. omnes, Εὔελπις. Sic maioribus literis ſcriptum in B. Sed vltimae ſyllabae ſuperſcriptum ΔΗ. Graculum, quem tenet, alloquitur Euelpides. *Brunck.*

2. πάλιν *b)*. Lys. 734. οὐκ εἶ πάλιν; Eurip. Or. 125. τῆς πάλιν μέμνησ' ὁδοῦ (reditus). *Bergl.*

---

a) Ita et Rau.

b) Eſt εἰς τοὐπίσω, et ſubint. ἰέναι. De hac ſignif. v. πάλιν v. Valck. ad Eur. Phoen. 1410. Markl. ad Eur. Suppl. 460. Ap. Aeſch. de f. leg. p. 197. Reisk. e cod. Harl. ſcribendum: ἐπανῆλθε πάλιν (quod vulgo deeſt) δεῦρο. διαῤῥαγείης *pereas cum tua aui.*

3. *ἄνω κάτω.* Lucian. in Tim. [c. 24. T. I. p. 137.] *ἄνω κάτω* (furſum deorſum) *πλανᾶσθαι περίνοσῶν.* Demoſth. II. Olynth. p. 22. T. I. Reisk. *ποττόμενοι δὲ αἰεὶ ταῖς στρατείαις ταύταις ταῖς ἄνω τε καὶ κάτω, λυποῦνται c)*: v. ad Nubb. 616. ad Eqq. 862. *Bergl.* Suidas: *πλανύτομεν· πλανώμεθα. Κωμικῶς παρῆκται Ἀριστοφάνης Ὄρνισι. Brunck.* Add. Phot. Lex. p. 318.

4. *ἄλλως* i. e. *μάτην d).* Veſp. 85. *ἄλλως φλυαρεῖν.* V. ad eandem fab. 924. *Bergl.* *προφορεῖσθαι* teſtibus vett. Grammaticis e) apud Atticos idem ſignificat, quod alias Graeci dicunt *διάζεσθαι* et *σήμονα σῆσαι*, latine *telam ordiri*, vel *telam iugo iungere:* per metonymiam autem conſequentis pro antecedenti accipi etiam poteſt pro *texere*, vt hoc loco, in quo *τὴν ὁδὸν προφορουμένω* proprie ſignificat *viam texentes* i. e. non recta pergentes, ſed huc illud curſitantes, ſue viam euntes redeuntesque; more ſcilicet *texentium*, qui, vt ſubtemen cum ſtamine connectant, fila vltro citroque ducere et reducere ſolent. *Kuſt.* Sine vllo ſenſu interpres: *aliter viam proferentes.* Vertendum: *peribimus, temere per viam vltro citroque curſitantes. L. Bos.* Obſs. Critt. p. 86. ſ. Gregor. Cor. de dial. p. 29. laudat ex Ariſtoph. *μάτην ἄρα τὴν ὁδὸν ἀνύτομεν,* quae ſi ad hanc fabulam pertinent, ex interpretatione orta ſunt.

5. *τὸ δ' ἐμὲ* — Gloſſa ſupplet *οὐκ εὐηθες f)*; et in fine ſequentis diſtichi: *οὐ μικρίας πλέων*; *Brunck.*

7. *τὸ δ' ἐμὲ* — Schol. *νοεῖται ἔξωθεν τό, οὐκ εὐηθες; οὐ μικρίας πλέον; ἤ τι τοιοῦτο·* affertque ſimile ex Nubb. 267. *τὸ δὲ μὴ* — *ἐλθεῖν ἐμὲ* — vbi v. Not. *Bergl.*

---

c) Plat. Hipp. min. extr. *περὶ ταῦτα ἄνω καὶ κάτω πλανᾶμαι.* Ouid. Met. XIV, 680. *toto* paſſim *vagus* errat in *orbe.*

d) Add. Ducker. ad Thuc. p. 260. Ruhnk. ad Tim. p. 198. ſ.

e) Suidas: *προφορουμένω· δεῦρο κἀκεῖσε πορευόμενοι εἰς τἀναντία. προφορεῖσθαι γὰρ λέγεται τὸ παρακφέρειν δεῦρο κἀκεῖσε τὸν σήμονα τοῖς διαζομένοις. Ἀριστοφάνης Ὄρνισι. Brunck.* Eadem Photius p. 344. vbi cod. Dresd. *προφερούμενοι* et *προφερεῖσθαι*, vt ap. Hes. Add. Poll. VII, 32.

f) v. Wyttenb. ad Plut. de S. N. Vind. p. 46. — *κορώνη* eſt *cornix, Krähe; κολοιὸς graculus, Dohle.* (choucas francog.) v. Camus ad Ariſt. H. A. II. 225. ſs. 261.

8. ἀποσποδῆσαι. Gl. ἀφανίσαι. Suidas: ἀποσποδῆσαι, ἀφανίσαι, ἀπὸ τῆς σποδοῦ. αὕτη γὰρ ἀφανίζει τὴν προϋπάρξασαν ὕλην τῶν ξύλων. ἢ ἀποκροῦσαι, ἀφανίσαι, καὶ τυπτομένου ἐκβαλεῖν. Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν· ἀποσποδῆσαι τοὺς ὄνυχας τῶν δακτύλων. *Brunck.* De ipso Euelpide intell. qui prae sollicitudine vngues mordet.

9. Sensus: *Sed nec vbi terrarum fimus, equidem amplius noui. Bergl.* οὐδ' ὅπου [vt Br. ed.] γῆς. Sic bene Daweſius g). Soloece vulgo: οὐδὲ ποῖ γῆς. In membr. ſcriptum: οὐδὲ πῇ γῆς. In duobus aliis, ad noſtram lectionem propius: οὐδὲ ποῦ γῆς. *Brunck.* Doruill. tamen ad Char. p. 120. docuit, has particulas inter ſe permutari, et Moeris p. 317. Attice ποῖ pro ποῦ poni obſeruat. add. Valck. ad Ammon. p. 113. et 121. De genitiuo huic ſimilibusque partice. loci addito v. Viger. de Idiot. p. 369. et Matthiae Gramm. gr. p. 482. Zonaras II. 1570. ποῖ γῆς explicat εἰς ποῖον τόπον. Rau. ποῖ ſeruat.

10. In fine huius verſus poni debuit interrogationis ſignum. *Brunck.* Et recte habent edd. Kuſt. Bergl.

11. Ἐξηκεστίδης h). Hunc tamquam ſeruum et barbarum notat infra 765. δοῦλός ἐστι καὶ Κὰρ ὥςπερ Ἐξηκεστίδης et 1525. βάρβαροι ὅθεν ὁ πατρῷός ἐστιν Ἐξηκεστίδης. Hic autem tamquam planum et erronem atque ἀνέσιον cuique *omne ſolum patria ſit, vbi bene eſt.* Haec enim ſententia, quamuis ſplendida, non poteſt probari, niſi in mundum introducatur Platonis politia et omnia fiant communia. *Bergl.* Non Wilandum fugit Execeſtidem tangi tamquam peregrinum. Quid igitur ſibi voluit vir clariſſimus ad h. v. annotans: Ariſtophanes ſignificat callidum iſtum hominem, quo magis pro ciue Athen. haberetur, ita ſibi

---

g) Miſc. Crit. p. 287. „ποῖ, inquit, geminum ſoloecismum efficit. Principio vtique poſtulat Attici ſermonis ingenium οἶδα ὅπου. Nam ποῖ non eſt niſi interrogantis. Deinde οὐδὲ ὅπου γῆς ἴσμεν οἶδα perinde eſt, ac ſi latine dicas: ne *quo* quidem terrarum (ſiue *quam* in terrae *partem*) fimus noui, pro, *vbi* terrarum ſ. qua in terrae parte. Hanc notionem ſuppeditabit ſcriptura, quam a Comici manu fuiſſe nullus dubitauerim: ἀλλ' οὐδ' ὅπου —"

h) V. infra ad 764. (1527.) et Suidam in V. *Brunck.* ἐνταῦθα pro ἐνταῦθα *eo, vbi fumus,* verſamur, *loco.*

notas reddidiſſe vias, quae Athenas ducerent, ipſaque vrbis loca omnia, vt facillime ea inueniret *i)*. Immo vlterius etiam iſtam terram barbaram ſe verſari dicit Ariſtoph., quamuis longiſſimam, vnde Execeſtides patriam agnoſcere ſibi viſus fuerit Athenas. *Hotib.*

12. *σὺ μὲν — ipſe ingreditor hanc viam, amice:* nempe illam, vbi οἴμοι clamandum eſt, vt tu modo clamabas *k)*. Scholia: εἰς τὴν οἴμοι ὁδὸν βάδιζε. Licet autem Graecis ita loqui. Eurip. (vid. ad v. 2.) τῆς πάλιν μέμνησ' ὁδοῦ. *Bergl.*

13. *τῶν ὀρνέων.* Ludit in vocibus ὄρνεα *aues* et Ὀρνεαί, quod eſt nomen oppidi in Peloponneſo; eodem modo et infra 400. ἀποθανεῖν ἐν Ὀρνεαῖς (φήσομεν). Vult autem Philocratem traducere, quia alat aut etiam vendat aues. *Bergl.* Heſych. ὄρνεα, ὀρνεοπώλια *l)*, καὶ πετεινά, καὶ τόπος. V. ad Lys. 557. Thesm. 448. Ran. 1068. *Brunck.*

14. ὁ πτηνοπώλης i. e. *auium venditor.* v. Polluc. VII, 197. *Kuſt.* Heſych. πτηνοπώλης· ὀρνιθοπώλης. τίλλοντες γὰρ αὐτὰ καὶ τιθέντες ἐπὶ πίνακος ἐπώλουν τὰ λεπτὰ ὁρμαθίζοντες *m)*. Ad quam gloſſam vide interpretem [T. II. p. 961. f.]. *Brunck.* Φιλοκράτης. De iſto infra 1077. exſtat edictum auium, quae iam in rempubl. coaluerant: ἦν ἀποπτείνῃ τις ἡμῶν Φιλοκράτη etc. *Bergl.*

15. νῷν iam ante Brunk. edidi pro vulg. νῶϊν metri et conſuetudinis Atticorum cauſa, qui iota in talibus omittebant (v. Gregor. Cor. p. 30. et 75. Koen.), atque nunc

---

i) Ex Schol. et Suida iſta petita videntur.

k) Non neceſſarium eſt, vt ita intelligatur.

l) Eſt enim h. l. *ille ab auiario foro*, vt bene interpretatur Brunk. *der hirnwüthige Kerl vom Vogelmarkt*, vertit Wiland. Ita ἰχθῦς et μῦρον de ἰχθυοπωλείῳ et μυροπωλείῳ, v. Kuſt. ad Eqq. 1372. σῶσμα de loco vbi venduntur, Tho. M. p. 791. *libelli* de taberna libraria, Voſs. ad Catull. 55, 4. ἐὰν, ὃ ἐκ ponitur pro ἐν, vt ἡ 'κ τῶν γειτόνων Plut. 435. οἱ ἐκ τῶν Ὀρνεῶν Thuc. p. 438. Duck.

m) Eodem fere modo Photius Lex. p. 317.

ſubſcribebant, nunc non, v. Gregor. p. 46. Pierſon. ad Moer. p. 266. 300. ſ. Hemſterh. ad Plut. p. 125.

16. *ἐκ τῶν ὀρνέων.* Scholia: *παρ' ὑπόνοιαν· ἔθει γὰρ ἐκ τῶν ἀνθρώπων.* Vid. ad 102. Quum autem praeterea Scholl. hic multa dicant, nihil afferunt, quod mihi placeat. Videtur autem voce *ὄρνεα* metaphor. ſignificare homines *ſuperbos*, aut *leues et inconſtantes n)*; hoc ſenſu: ex homine ſuperbo, aut leui et inconſtante, factus eſt ales ſuperbus, aut leuis et inconſtans. Ita voc. *εὔπτερος* vſurpauit Nubb. 798. *ἐκ γυναικῶν εὐπτέρων*, vti Schol. inter alia: *ἀντὶ τοῦ εὐγενῶν, ἢ κούφων, ὧν ὁ λογισμὸς ἵπταται· ἢ τῶν μετεώρων καὶ ὑπερηφάνων· ἢ μεταφορὰ ἐκ τῶν ὀρνέων. Bergl.* Diſtinxi commate poſt *ἐγένετ'* ad conſtructionem indicandam, quam ſic inſtituo: *ὃς ἔφασκε τῶδε (μόνῳ) ἐκ τῶν ὀρνέων φράσειν νῷν τὸν Τηρέα τὸν ἔποπα, ὃς ὄρνις ἐγένετο.* In impreſſis male iſta cohaerent, et quod in verſione legebatur, *qui ales factus eſt ex auibus*, eſt ſane quam inſulſum. Prae aliis, quae prolatae ſunt, explicationibus, maluiſſem legere *ἐκ τῶν Ὀρνεῶν.* Sed procul dubio verus eſt ſenſus, quem expreſſi, quemque percepiſſe videtur vnus e vett. magiſtris, cuius haec eſt nota: *ὃς ἔφασκε μᾶλλον τῶν ἄλλων ὀρνέων δύνασθαι προηγήσασθαι τῆς ὁδοῦ καὶ δεῖξαι ἡμῖν αὐτήν.* Schema *παρ' ὑπόνοιαν*, quod alii comminiſcuntur, ineptum eſt et niue frigidius. *Brunck.*

17. *τὸν μὲν Θαρρελείδου o).* Gloſſa ſupplet *υἱόν. Brunck.* Dicitur autem is (filius Tharrelidis) Aſopodorus fuiſſe in Schol. *Bergl.* Athenienſes omnino multa loqui ſolebant, ſed iſte inprimis garrulus fuiſſe videtur. *Wil.* Metro prorſus aduerſante Inuern. e ſuo cod. dedit: Θαρελλείδου. Vulgata ſcriptura eſt reponenda.

18. Vulgo, metro claudicante, *τήνδε δὲ τρ.* s produci non poteſt ante literas *τρ.* Hoc certo certius: nec vllus codicum lectionem hanc agnoſcit. In membr. ſcriptum:

---

n) Leuitatem et inconſtantiam Athenn. ſimul ita petere videri poteſt. Sed praeferenda Brunkii ratio.

o) *ἀποδίδοσθαι* eſt *vendere*. v. Ruhnk. et Valck. ad Xen. Mem. II, 5, 5. et Dawes. M. Crit. p. 242.

τὴν δὲ δι τρ. In B. vna voce τηνδεδί. In C. τήνδε δή, vnde feci τὴν δὲ δή. Particulam aduersatiuam δὲ praecedenti in priore membro μὲν reddi flagitat omnino linguae indoles. Est tamen in hac scriptura aliquid, quod minus placeat, nimirum τὴν positum pro ταύτην, quod Comicis in vsu non esse obseruaui ad Pl. 44. et Conc. 275. vnde praestat legere: τήνδε δ' αὖ τρ. Sic Thesm. 170. ὁ δ' αὖ Θεόγνις — τὰ μέν, τὰ δ' αὖ vid. in Ach. 974. passimque apud Comicum occurrit haec particula. Supra 2. ἥδε δ' αὖ — Necessaria est et certa haec emendatio. *Brunck.*

19. ἤσην. Quidam iam olim rectius hic legendum esse censuerunt ἴσην p) i. e. *norunt*, *sciunt*, teste Schol. et Suid. V. Ἤσην, vbi loci huius mentionem facit. *Kust.* Dualis numeri est ἤσην, vt Eqq. 978. οὐκ ἂν ἤσην σευήν. Dicitur autem οὐδὲν ἄλλο ἤσην πλὴν δάκνειν, (*at isti nihil aliud erant ergo quam morsus*) vt illud in Ran. 229. οὐδὲν ἐς' ἄλλ' ἢ κοάξ, vbi v. Not. Ceterum Schol. et ex eo Suid. annotant hic variantem lectionem: τινὲς δὲ διὰ τοῦ ί ἴσην· ἀντὶ τοῦ ἤδεσαν. Si ita legas, recte vertitur: *At isti nihil sciebant ergo, quam mordere. Bergl.* Primo excudi debuit τώδ', vt est in tribus codd. et in primariis edd. τὼ δ' [vulg.] pro τούτω δ', e superiore nota mendosum esse intelligitur: ἐσὸν e cod. B. adsciui; quae lectio mihi optima videtur. Sic Ran. 227. οὐδὲν γὰρ ἔς' ἄλλ' ἢ κοάξ. In impressis est ἤσην, vt scriptum est in duobus aliis codd. pro ἦσην, omisso ι, quod saepius obseruaui veteres librarios negligere solitos fuisse. Auctor Etym. M. p. 438. extr.: ἦσμεν. ἰστέον ὅτι ἀπὸ τοῦ ἤδειν, ἤδεις, ἤδει, τὸ δυϊκὸν, ἤδειτον, ἠδείτην· καὶ κατὰ συγκοπὴν τῆς ει διφθόγγου καὶ τροπῇ τοῦ δ εἰς ς γίνεται ἦσην· οἷον, τὸ δ' ἄρ' οὐδὲν ἦσην ἄλλο πλὴν δάκνειν. Inde deprauata est altera lectio, cuius meminit Schol. ἴσην. *Brunck.*

20. κατὰ τῶν πετρῶν vel, *in* rupes (vt κατὰ Ael. V. H. 8, 14. vbi intpp.) q) vel, quod malim, *de rupibus nos deiicies.*

---

p) Hoc (pro ἰστάτην) probauit Reisk. et olim recepi. At nunc praefero, quod e Ran. editum est ἦσην (pro ἤστην, v. omnino Zonar. I. p. 1010.), cuius interpretamentum est ἴσην, vt ἐσὸν τοῦ ἦσην.

q) Ita Wiland.: ist irgend eine Kluft in diesen Felsen, wohin du uns noch führen möchtest? *per rupes*, Brunck.

21. Senſus: *nos adhuc duces? non enim eſt hic vlla. Bergl.*

22. οὐδὲ — *nec hic ſane vsquam. Bergl.* ὁδὸς et ἀτραπὸς vt Lat. *via* et *ſemita* differunt. v. Ran. 123. quo Heſych. ſpectat.

23. f. *Reisk.* deleri perſonarum nomina volebat, quod non eſt neceſſarium. Vulgo *r)* poſt πέρι punctum erat, poſt οὐ non, quod ſenſu flagitante iam olim mutaueram. λέγειν, vt φράζειν, eſt, *ostendere, monere.*

24. μὰ Δία mendoſum eſt. In affirmatione Comicus numquam adhibet μά. Particulas illas μὰ et νὴ a librariis ſaepiſſime fuiſſe commutatas, obſeruaui pluribus in locis et ad Ran. 41. Inuitis etiam codd. legendum: οὔ· ταυτὰ κρώζει, νὴ Δία, νῦν τε καὶ τότε· eo, quem verſio noſtra exprimit, ſenſu *s)*. Fefellit interpolatorem negatio verſus initio, quicum μὰ Δία coniungebat, contra ſententiam, quae ita perſpicua eſt, vt in codd. etiam B. C. poſt οὔ ſic accentu notatum, diſtinctionem poſuerint librarii, de ſermonis proprietate alioqui parum ſolliciti. *Brunck.* in Suppl.

27. οὐ δεινὸν — nonne horribile, graue (entſetzlich) eſt? — Debebat dici εἰς ὄρνιθας ἐλθεῖν, ſed ioci cauſa cum formula male ominata (ἐς κόρακας) commutatum eſt. ἔπειτα et εἶτα poſt participia ponuntur ita, vt nunc redundent, nunc reddi poſſint, *tamen.* v. Koen. ad Greg. de dial. p. 62. Dawes. M. Cr. p. 284. Gronou. ad Ael. V. H. I, 1, 4.

30. Verſum hunc et ſequentem adducit Heſych. V. Σάπας. οἱ παρόντες ἐν λόγῳ *qui huic ſermoni intereſſis* etiam Acharn. 512. V. Suid. V. Ἐν λόγῳ, vbi loci huius meminit. *Kuſt.* Formula petita videtur ex foro Attico, vbi, qui intererant concioni, ita dicti; hinc ad *ſpectatores* translatum eſt.

---

r) Pro eo, quod in omnibus aliis edd. eſt, οὐδ' ἡ κ. Inu., e Rau. recepit: ἢ δ' ἡ κ. Sed non video, cur ἢδε dictum ſit.

s) *Non: eadem hercle nunc crocitat atque ante.*

31. Verſum hunc et quatuor ſequentes adducit Suidas V. *Νομάδες*. *Kuſt.* *Σάπα*. Ita vocabatur Aceſtor ſiue Aceſterus, poëta tragicus. Vid. ad Veſp. 1216. Erat et nomen ſeruorum. Pherecrates apud Athen. VI. p. 263. *οὐ γὰρ ἦν τότε οὔτε Μάνης, οὔτε Σάπης οὐδενὶ δοῦλος.* *Bergl.* Appellatur *Σαπᾶς*, vel quod eſſet homo ſeruilis ingenii, vel quod eſſet peregrinus, nam *Σάπες* dicebantur Thraces et barbari, v. Hes. V. *Σαπᾶς* et Phot. Lex. p. 367. *νόσος* de quouis morbo, vitio, vitioſa propenſione dicitur. v. Gramm. Ms. Sangerm. ap. Valck. Diatr. Eur. p. 80.

32. *εἰςβιάζεται* ſcil. *εἰς τὸ ἄστυ ciuitatem conſequi ſummopere ſtudet.* Ita *βιάζεσθαι* de acerrimo ſtudio dicitur. v. Thuc. 4, 48. Raphel. et Krebs. ad Luc. Eu. 16, 16. *φυλῇ καὶ γένει τιμώμενοι* ſunt *nobili tribu et gente orti.*

35. Citat Suidas V. *Ἀμφοῖν*. *Kuſt.* Qui Suidas perperam *ποδοῖν* pro *πτεροῖν* dictum putat. Nam illi nondum alas habebant, quas poſtea demum acceperunt; etſi *σοβεῖν* (de iis qui aues abigant, Veſp. 210. 458.) et *ἀνεπτόμεσθ'* auibus ſunt propria. De prouerbio *ἀμφοῖν ποδοῖν* v. Erasm. p. 237.

36. *ἐκείνην* redundat. Lucian. D. dial. XII, 2. *αὐτὴ μὲν γὰρ ἡ Ῥέα ποτὲ ἐκείνη.*

37. Olim *κ' εὐδαίμονα*. Sine cauſa olim ſcripſi *κἀυδαίμονα*, Marclando neganti *αι* in his elidi obſequutus.

38. *ἐναποτῖσαι χρ.* Ita dixit *παρ' ὑπόνοιαν t)*, vt ait Schol., pro *ἐμβιοῦν* aut *ἐνοικεῖν ad viuendum in ea* aut *habitandum:* vt perſtringat *τὸ Φιλόδικον* Athenienſium, et quod multi propter ſycophantas bona ſua perdant. Eſt autem praepoſitio *ἐν* in *ἐναποτῖσαι* non otioſa *v)*, vt nec in iſto Eurip. loco, Hipp. 1095. *ὦ πέδον Τροιζήνιον, ὡς ἐγκαθηβᾷν* (ad transigendam in te iuuenturem) *πολλ' ἔχεις*

---

t) Praeter exſpectationem pro *ἐμβιῶναι* et *ἐνοικεῖν*. *εἰς τὸ φιλόδικον τῶν Ἀθηναίων, ὅτι συκοφαντούμενοι οἱ πολλοὶ ἀπέτινον χρήματα.* *Brunck.* Ante *ἐναποτ.* igitur poni poteſt lineola, quae ſignificet dici aliud quam exſpectatum erat.

v) Ita *ἐντίκτειν* Ariſtot. H. A. 8, 27. et alia. v. Weſſel. ad Diod. S. II. p. 166.

εὐδαίμονα. *Bergl.* Athenienſes enim gloriabantur ſuam vrbem omnibus eſſe communem. v. Thuc. 2, 39. Poſt haec verba ſubintelligendum: ſed fugimus, quod Athenienſes litium ſunt amantiſſimi; de quo eorum vitio cf. Schol. Thuc. p. 52, 43. ibique Duck. et Taylor. ad Aeſch. c. Cteſiph. p. 402. ed. Reisk.

39. Hunc locum imitatus eſt Philemon, vt notat Schol. Comici: ἡ μὲν χελιδὼν αὐτὸ ϑέρος, ὦ γύναι, λαλεῖ· vbi ſine dubio ſequebatur: σὺ δὲ πάντα τὸν βίον, aut ſimile. *Bergl.* De cicadarum cantu, ſiue ſuſurro ſuaui, quem ope membranulae cuiusdam efficiunt, v. Toup. ad Schol. Theocr. 4, 16. Wart. ad Theocr. 5, 34. Voss. ad Virg. Ecl. 2, 13. et ad Georg. 3, 328. p. 607. Camus ad Ariſtot. II. p. 230. — πρώϑας *ficus* (Poll. IV, 129. Hes.) h. l. de quouis arborum genere dici, Schol. exiſtimat. cf. Theocr. Id. 16, 94.

41. ἐπὶ τῶν δικῶν. In Pac. 504. ad Athenienſes: οὐδὲν γὰρ ἄλλο ὁρᾶτε πλὴν δικάζετε. *Bergl.*

43. Citat Suidas V. Κανοῦν. Conf. etiam noſtrum Pac. 948. *Kuſt.* Schol. τὰ πρὸς ϑυσίαν κομίζουσι, ἵνα οἰκήσαντες [leg. οἰκίσαντες] ἐν τῇ ἱδρύσει ϑύσωσι *x*). Veru etiam ferebant, vt apparet infra 359. quae omnia cogunt in vſum armorum conuertere. Quod autem hic κανοῦν vocat, ibi 361. et 388. τρυβλίον. *Bergl.*

44. τόπος ἀπράγμων eſt locus, vbi lites (de quibus πράγματα Xen. Mem. 2, 9, 1.) non intenduntur, quietus.

45. Legendum ὅπου — *erramus locum inueſtigantes negotii vacuum*, vbi *perpetuam ſedem figamus*. Vulgo vtique habetur ὅποι *y*). Pro διαγενοίμ. autem malim διαγινοίμεϑ'. *Dawes.* M. Cr. p. 288. Vulgo ὅποι. In B. ὅπῃ. V. ſupra ad v. 9. *Brunck.* [qui ὅπου edidit.]

---

x) Apparatus ad vrbem recentem inaugurandam (non ad aues abigendas) deſcribitur.

y) Quamquam etiam Valck. ad Eurip. Hipp. 1247. cum Daw. facit, tamen auctor Append. ad Daw. p. 476. f. ὅποι retinendum cenſet. Ita etiam Doru. ad Char. p. 120. ſtatuit, et Inu. auctoritate Rau. tuitus eſt ὅποι.

46. ἐπὶ πρὸς τὸν T. [vt Br. edidit] z). Sic membr. Minus bene, vt vulgo, duo alii: παρὰ τ. T. *Brunck.* Vulgatum auctoritate cod. Rau. retinuit *Inu.*

47. δεομένων. Sic auctoritate Ms. Vat. U. refcripfi pro δεομένω. Refertur enim ad Genitiuum praecedentem νῷν. *Kuft.* In Scalig. Exc. coniicitur δεομένοιν, non male.

48. εἶδε πόλιν ἦ 'πέπτετο a). In vett. edd. erat: οἶδε πόλιν, ἦ πέπτηται. Kufterus e coniectura, vt videtur, dedit ἦ πέπτατο. Prius, licet minus bonum, reuocauit Berglerus, duabusque typographicis mendis b) vitiari finuit eius propola. In B. fcriptum: εἶδε πόλιν, ἦ πέπταται. Diphthongo fuperfcripta litera *o*, varia fcilicet lectio, πέπτατο. Sed neutrum fincerum eft. Inde εἶδε adfciui, quod Dawefius etiam coniecerat, tum 'πέπτετο repofui, prout illic certiffime emendauit c), probante Pierfono ad

---

z) πόλος etiam de *terrefiri* itinere dicitur. v. Tho. M. h. v. Xen. Anab. 2, 2, 5. 3, 1, 7.

a) Ita etiam cod. Rau. legit.

b) ἦ πέπταται. Notae *Bergl.* adiectae hae: „Ἦ πέπταται. Ita omnes, quas vidi priftinae. Nupera ἦ πέπτατο. Ibid. Ἦ 'πέπτατο pro ἦ ἐπέπτατο *illic vbi ipfe voluit*, fiue, *in illis locis, in quae ipfe peruenit volando.* Ita enim fcribendum, non πέπτατο, vt fit ab ἐφίπταμαι *aduolo.* Sic infra 279. πῶς ἄνευ καμήλου Μῆδος ὢν ἐπέπτατο; Sic ἀπέπτατο infra 89. εἰςέπτατο 1175. κατέπτατο 790. παρέπτατο Thesm. 1043." — At haec omnia ad noftrum locum non faciunt. Attici in praefenti adhibent πέτομαι, πέταμαι, in aor. ἐπτόμην, ἐπτάμην, Porfono ad Eurip. Med. 1. auctore.

c) πέπτατο exponit vir eruditus: *ficubi talem nouerit vrbem, qua pateat.* Atqui vt haec fententia haberetur, oportuit certe πέπταται. Sed ne huic quidem fimilem loquendi rationem repereris. Scribendum vero omnino videtur: ἦ πέπτετο h. e. ἐπέπτετο *ficubi locorum* quae fuperuolauerit *talem vrbem noverit.* Verbum εἶδεν neutiquam improbandum duco; at noui tamen quod alterum, fono quam fimillimum, quod ei facile praetulerim; εἶδε *(viderit).* Vtrique autem mutationi locus v. 1470. fs. mirum in modum fauet. Si quis πέπτατο, h. e. ἐπέπτατο retineri poffe exiftimet, eo quod ita non femel fcriptum legatur, me non ita incommodum habebit. Sed alteram fcripturam apud Atticos plerumque obtinere video. v. v. 35. *Dawes.* M. Cr. p. 288. f. Hic etiam facetia Comici Dawefium latuit. Scribendum fufpicor: εἶπον τοιαύτην εἶδε π. ἦ 'πέπτατο

Moeridis notam p. 311. *πέτομαι ἐν τῷ ο, καὶ πέτεται, Ἀττικῶς· πέταμαι ἐν τῷ α, Ἑλληνικῶς.* Iſtud cod. B. *πέπτατο* depraua tum eſt ex *πέπτετο*. Eadem forma in hac fab. ſaepius recurrit. Supra 35. *ἀνεπτόμεσθ'*. 1471. *ἐπεπτόμεσθα*. 1384. *ἀναπτόμενος*. Tum etiam Conc. 899. *πέτοιτο*. Lys. 55. *πετομένας*. Vide ad v. 90. Perperam in membr. *οἷς πτόλιν*, quod ideo obſeruo, vt *Cl. Reg. Profeſſor* inde argumentum ſumat, quo probet, vocalem corripi ante literas *πτ*. V. not. ad Thesm. 56. Nub. 967. In duobus aliis recte *πόλιν*. *Brunck.*

50. *Φράζει* i. e. *oſtendit*, vt vel patet ex v. ſequ. vbi *δεινύς τί μοι*. Sic Eurip. Hec. 1147. *ὡς κεκρυμμένας θήκας Φράσουσα*, i. e. *oſtenſura*. *Kuſt.* — *πάλαι* etiam de breuiſſimo temporis ſpatio dicitur (Phot. p. 270. *ἤδη*, Fiſch. ad Plat. Phaed. 27.). Conieceram olim *πάλιν*.

51. *ἄνω κέχηνεν ſurſum ſpectat ore hiante.* Vſurpatur enim pro praeſente *d)*: infra 1670. — *τί δῆτ' ἄνω κέχηνας — βλέπων*, et 268. *καί τοι κέχηνα — βλέπων*. *Bergl.*

52. Senſus: *neque poſſunt non hic eſſe aues.*

54. Ab hoc verſu vsque ad ſextum deinceps perperam vulgo politae ſunt perſonae *e)*, quas ad codd. fidem diſtinximus. *οἶσθ' ὃ δράσον*. De hac formula poëtis Atticis familiari et aliis in locis ap. Comicum obuia, vt v. 80. Eqq. 1158. Pac. 1061. vid. Koen. ad Greg. Cor. de dial.

---

nouerit vel aduolauerit. Tragici eiusdem, opinor, tautologia εἶδεν ἢ πίσατο, quam hic παρῳδεῖ Ariſtophanes. Similes phraſes ridet in Ran. 1184. 1205. *Tyrwhitt.* in App. ad Daw. p. 477. *πέπτατο* verte *volauit*, vt ſit ſenſus: *ſi talem nouit verbem in iis regionibus, quas peruolauit. Sanctamand.* ibid. *πέπτετο* ab *ἐπιπέτεσθαι*, tamquam magis Atticum praetulit Piers. ad Moer. p. 312. idque ipſe olim recepi. *πέπταμαι* ap. Etym. M. p. 662. Zonar. II. 1540. et Lex. Ms. ap. Koen. ad Greg. p. 311. habetur.

d) v. Clark. ad Hom. Il. 1, 37. 13, 756.

e) Vulgo v. 54. Euelpidi continuatur, 55. Piſthetaero, 56. *σὺ — λαβ.* Euelpidi, *πάνυ — δοκεῖ* Piſth., 57. *παῖ, π.* Euelpidi, 57. f. *τί λ. — καλεῖν* Piſth. 59. *Ἐποποῖ* Euelpidi, *ποιήσ. — αὖθις αὖ* Piſthetaero tribuuntur. Brunkium ſequutus eſt *Inu.*

Att. §. 11. [p. 7. f.]. *Brunck.* Inuerſum eſſe putatur pro ὁρᾶσον οἶσθ' ὅ. v. Fiſcher. ad Well. III, II, 52. Matthiae Gr. gr. p. 717. θένειν eſt *ferire.* v. Piers. Veriſim. p. 190. ſs.

55. διπλ. ὁ ψόφος. Sic bene A. [et Rau.] ad metri et linguae normam. In duobus aliis, vt in impreſſis, claudicat verſus omiſſione articuli. Nam διπλάσιος quatuor breuibus ſyllabis conſtat. Infra 1578. πρεςβεις | διπλασι | ως μαλλ | ον ἀγ | χειν μοι | δοκει. *Brunck.*

57. παῖ, παῖ. Aeſch. Choeph. 651. παῖ, παῖ, θύρας ἄκουσον ἑρκείας κτύπον. Τίς ἔνδον, ὦ παῖ, παῖ, μάλ' αὖθις ἐν δόμοις; — τὸν Ἑπ. παῖ *f)* καλεῖς; Veſp. 1305. κᾄτυπτε δή με νεανικῶς, παῖ, παῖ καλῶν. Vbi v. Not. *Bergl.* Ad aditum quaſi ſedis auium venerant, itaque exiſtimant veluti fores pulſandas eſſe, qua de re proprie κόπτειν dicitur; ianitores vocare ſolebant παῖ, παῖ, (Nub. 1142.) quae voces etiam ad dolorem exprimendum adhibebantur.

58. Malim σ' ἐχρῆν, vt Plut. 607. Eur. Androm. 1208.

59. Verſus (ποιησ. τι με) ſulciendi gratia ſcribendum eſt: ποιήσεις τι σύ με κ. *g)*. *Kuſt.* ποιήσεις ἔτι με κ. Sic B. In C. vt vulgo ποιήσεις τί με. In membr. ποιήσεις τοί με. *Brunck.* In Rau. hic verſus deeſt. Pulſata ianua, ianitor (παῖς, θεράπων) quaerebat, quis adeſſet, tumque aperiebat. Plat. Protag. ab init. p. 285. ed. Bas.

61. In Veſp. 161. Ἄπολλον ἀποτρόπαιε τοῦ μαντεύματός *h)*. *Bergl.* Aues qui repraeſentabant hiſtriones, capita habebant roſtris inſtructa magnis neque minoribus alis et habitu etiam reliquo ſimiles fingebantur ei auium generi quod referebant, quantum quidem fieri poterat.

---

f) Maiuſculis literis h. l. παῖ et mox ἐποποῖ ſcripſit Brunck.

g) Correxeram olim: ποιησ. τοι με κ. quod praeſtat et codice firmatur. A verbis v. ſeq. τίνες οὗτοι ſcena ſecunda vulgo incipit.

h) De hoc Genitiui vſu in exclamationibus v. Koen. ad Greg. p. 58. Toup. in Suid. I. p. 3.

Wil. Omnes perſonae huius fabulae videntur ingenti rictu fuiſſe, praeter Comicorum morem, quorum perſonae habebant *πρόσωπον οὐ κεχηνὸς* (vt tragicae) *ἀλλὰ συμμεμυκός*, v. Lucian. de Salt. II. p. 286. et de perſonis theatri Poll. IV, 133. ſs. Boindin dans les Mém. de l' Acad. d. Inſcr. IV. 333. ſs. *τρόχιλος* eſt, qui noſtris *Zaunkönig*, Francog. *roitelet*, *ἔποψ*, vpupa, noſtr. *Wiedehopf*, francog. *hupe*. v. Camus ad Ariſt. II, 731. ſ. et 441. ſs.

62. *ὀρνιθοθῆραι aucupes*, Heſych. Suid. Aeſop. fab. 46. ed. Ern. Eiusdem generis ſunt *θυννοθῆραι* (Sophr. ap. Valk. ad Theocr. Adon. p. 325. ſ.), *ἠροθῆραι* (Hes.) *λαγοθῆραι* (Philon. Vit. Mos. III. p. 684. E. Frſ.) et qui ab illis diſtant *νυκτοθῆραι* (noctu venantes) Xen. Mem. 4, 7, 4.

63. *οὕτω ᾽σὶ δεινὸν* — Senſus gratia lego *τοῦτ᾽ ἔσι δεινόν*. *Kuſt.* *οὕτω* legit et Scholſ. qui ſe torquet in expoſitione. Ego legebam: *οὔ τῳ* Attice pro, *οὔ τινι nemini*. Poteſt et *οὐπω*. *Bergl.* *οὖτος, τί δεινόν; οὐδὲ κάλλιον λέγεις i)*; Vulgo legitur: *οὕτω ᾽σὶ δεινόν, οὐδὲ κάλλιον λέγειν*. Quod connectunt cum praecedente Euelpidis ſermone: *qui rictus! adeo terribile quid hoc eſt et infandum dictu*. Vt poſterior verſus tamquam gloſſema priori interpretando ſeruiat; quod frigidum et inſulſum eſt. In membr. ſcriptum: *οὕτως τί δεινόν*. Vnde tantisper immutata ſcriptura bonam ſententiam reſtitui. *Brunck.* Sane vocalem antecedens *οὕτω* ferri non poteſt; ſed illud, *οὐδὲ κάλλιον λέγεις* aeque mihi languet ac vulgata. Vide igitur, an haud maiore mutatione expediatur locus hac: *οὗτος, τί δεινὸν οἶδε; κάλλιον λέγειν k)*. *Heus tu, qui*

---

i) Vertit Br.: *o bone quid conturbaris? cur non meliora loqueris?* quod quomodo a vulgatis, quae retinuit, ſenſu non differre dicat Inu., non video. Cum interrogatione verſum e vulg. ſcriptura proferri voluit *Reisk.*: *adeo terribiles tibi ſumus, vt nihil melius*, commodius, *mollius poſſes dicere quam οἵμοι τάλας?* Abreſch. ad Aeſch. II. p. 18. ſupplet: *ὥστε κάλλιον οὐδὲ λέγειν.*

k) Quis tandem ita dixerit? — *δεινὸν* pertinet ad *χάσμημα* (61.— interpellatur enim Euelpidis ſermo), ſubintellecta part. *ὥστε* (vt Herodo. 4, 52.) et *κάλλιον* pro *καλῶς* accepto, ſenſus eſt: adeo terribilis eſt rictus, vt ne recte quidem loqui poſſim.

videntur hice homines (i. e. nos) *timendi? Fausta loquere.* Trochilus, qui prae metu aufugerat, sic reuocatur. οἵδε de iisdem habetur 373. 408. neque insolens vsus pronominis in personis de se loquentibus: Soph. Oed. T. 521. τοῦδε τἀνδρὸς dixit pro ἐμοῦ (v. ibi Brunk.) et Trach. 296. τῆσδε γε ζώσης ἔτι *me* adhuc viuente. *Hotib.*

65. ὑποδεδιώς. Finxit nomen auis, vt ait Schol., a δεδιέναι *timere;* quasi dicas: *subtimidus, subtrepidus.* Addidit autem Λιβυκὸν ὄρνεον, vt videatur auis peregrina et vulgo ignota faciliusque lateat mendacium. *Bergl.*

66. *l)* ἔρου τὰ πρὸς ποδῶν, *roga illa quae vides in cruribus meis:* quae tesiabuntur me esse auem timidam: λέγει δὲ ὡς ὑπὸ τοῦ δέους ἐναφεικὼς vt ait Schol. (i. e. dicit hoc, quasi prae timore cacauerit in braccas); nempe vt merda per crura defluxerit *m).* Sic Ran. 476. Bacchus prae nimio terrore ἐγκέχοδεν. Simul autem eo respicit, quod qui aliam formam induunt, pedes tamen occultare vix possunt, quasi dicat: *certe quod ad pedes attinet, auis videbor,* quamuis humanam formam induerim. Sic τὰ πρὸς ποδῶν sunt *ipsi pedes,* vt et Schol. sentit *n),* qui exponit πυνθάνου τῶν ποδῶν. Sic de Cecrope in draconem desinente et loco pedum serpentis volumina habente, Vesp. 436. ὦ Κέκροψ ἥρως ἄναξ, τὰ πρὸς ποδῶν Δρακοντίδη. *Bergl.*

68. ἐπικέχ. Φασιανικός. Scholia: καὶ τοῦτο ὡς ὄρνιθος ἔπαιξε, παρὰ τὸ φαίνεσθαι αὐτοῦ τὸ σκώρ (merdam). Est autem ἐπικεχοδὼς *qui insuper etiam cacauit* prae timore, nempe, vt prior ille. Vox autem Φασιανικὸς hic triplici respectu dicitur: primo παρὰ τὸ φαίνεσθαι αὐτοῦ τὸ σκώρ, vt dicebat Schol.; deinde παρὰ τὸ φαίνειν, τὸ

Wilandus Brunkium sequutus vertit: guter Freund, wovor erschrickst du? hast du uns nichts Freundliches zu sagen.

l) οὐδὲν λέγεις est, *vana dicis, mentiris.* v. Zeun. ad Vig. p. 152.

m) Fingit se prae timore cacasse et defluente merda pedes inquinatos habere. *Brunck.* Varia lectio in Scholl. memorata ἔρου πρὸς τινῶν videtur a Grammatico orta, qui loci sordes amouere voluerit.

n) Perperam tamen ita censuit.

συκοφαντεῖν· nam Athenis, vnde iſti veniebant, plurimi ſunt ſycophantae o): deinde et a *Phaſi* fluuio; noti autem ſunt *phaſiani* inter aues. V. Athen. IX. p. 386. *p*). Nempe *φάσις* et apparentiam ſignificat, vt phaſes lunae, et ſycophantiam, vt ait Heſych., ſiue delationem, et Phaſis eſt fluuius Colchidis. In his poſterioribus ſignificationibus Iudit etiam in Acharn. 725. *ἐνταῦθα μήτε συκοφάντης εἰςίτω, μήτ' ἄλλος, ὅσις Φασιανός ἐς' ἀνήρ. Bergl.* Locum hunc citat Athen. IX. p. 387. A. vbi ſimul moner, auem a Comico noſtro *Φασιανικὸς* hic dictam, *Φασιανὸς* appellari ab eodem in Nubb.: quod verum eſſe puto. v. nos ad Nub. 109. *Kuſt.*

69. *ἀτὰρ σὺ* quod pro vulg. *ἀλλὰ σὺ* — e Rau. recepit Inu., magis tragicum eſt.

70. Huc ſpectat fragmentum illud Anonymi ap. Plutarch. T. II. p. 762. [Amat. c. 18. T. IV. P. I. p. 57. Wyttenb.] *ἕπτηξ' ἀλέκτωρ δοῦλον ὡς πλίνας πτερόν. Kuſt.* Scholia: *Φασικὸν τοῦτο ἐν ταῖς συμβολαῖς τῶν ἀλεκτρυόνων* (in gallorum commiſſionibus) *τοὺς ἡττηθέντας ἔπεσθαι τοῖς νενικηκόσι. Bergl.* Poſt bellum Perſicum Athenis inſtitutum eſt, vt quotannis pugna gallorum committeretur. v. Aelian. V. H. 2, 28. ibique intpp. Inde hoc exemplum legit.

73. *ἔχοι.* Sic recte B. diſtincte et perſpicue. Vulgo ſoloece *ἔχῃ*. V. not. ad Ran. 24. *q*). *Brunck.*

75. Editio Farrei: *οὗτος γὰρ οἶμαι·* vnde ſic legerem: *οὗτός γ' ἄτ' οἶμαι r*). *Bergl. οὗτος γὰρ ἄτ' οἶμαι.* Sic B., vt impreſſi: in duobus aliis *ἄτ'* omiſſum. *Brunck.*

---

o) Hoc nimis quaeſitum videtur.

p) Nimirum *φασιανικὸς* eſt pr. *auis* nomen *(Faſan)*, *φασιανὸς* equi, v. Tho. M. p. 885. Sed etiam *φασιανοὶ* dicuntur aues illae, quae a Colchide in Graeciam venerunt. v. Buffon. Hiſt. Au. p. IV. p. 76. Camus ad Ariſt. H. 529. Sallier. ad Herodi. p. 466. ſ. et Comm. ad Nubb. (T. IV.) p. 82.

q) Similiter ap. Anton. Lib. Metam. p. 52. ed. Verheyk. ſeruus Anthi cum domino ſit auis.

r) Id recepi olim ex ed. 1624. et nuper Inu. e Rau. Non ſunt hi Nominatiui abſoluti, ſed cum *ἐρᾷ, ἐπιθυμεῖ*, iungendi. Structura eſt paulo negligentior, vt in communi ſermone.

77. ἐπὶ ἀφύας *ad afferendas apuas*, quod genus piſcium minorum (*Sardellen*, v. Camus ad Ariſtot. H. A. II. p. 98. ſs.) Athenis in portu Phalero frequens et pauperum obſonium fuit. v. Archeſtrat. ap. Athen. VII. p. 285. Ariſtot. H. A. 6, 15.

78. δεῖ τε τορύνης κ. χ. Sic A. B. In membr. claudicante verſu, vt vulgo, omiſſa eſt vocula τε. Media in τορύνη ſyllaba corripitur. *Brunck.* χύτρα, τορύνη et ἔντος ſimiliter iunguntur Plat. Hipp. mai. c. 24. ed. Heind.

79. τροχίλος. Quia dixerat τρέχω, coniicit, eum eſſe trochilum, ex etymologia s): nam a τρέχω eſt τρόχις *curſor*, et ita ap. Aeſch. Prom. 940. vocatur Iouis nuncius et famulus Mercurius: ἀλλ' εἰκοτῶ γὰρ τόνδε τὸν Διὸς τρόχιν τὸν τοῦ τυράννου τοῦ νέου διάκονον. Noſter etiam trochilus dicebat ſe eſſe διάκονον Epopis. *Bergl.* Non modo eam auem, quae etiam βασιλεὺς τύραννος dicitur (Zaunkönig), ſed etiam littoralem auem (Strandvogel) ita dici, docuit Schneider. Lex. Gr. II. p. 541. Buffono etiam τροχίλος non eſt, qui Francogallis dicitur *le roitelet*; ſed *le troglodyte*, cui iſta agilitas propria eſt, quae h. l. trochilo tribuitur. v. Not. francog. interpr. Auu. in Brumoei Th. Gr. XII. p. 228. Itaque incertum tamen eſſe monet etiam Wiland. quae auis h. l. intelligatur. Ceterum pro ſe haec dicit Euelpides, quae autem ſequuntur, ad trochilum.

81. ἀρτίως *nunc modo*, ſecus quam praecipiunt Grammatici de diſcrimine voc. ἄρτι et ἀρτίως. v. Schol. Nubb. 1148. Eurip. Hipp. 433. Ariſt. Veſp. 742. 832. μύρτοι ſunt baccae myrti, quas dulces eſſe oſtendit Ariſtot. Probl. ſ. 20. §. 23. σίρφοι formicae alatae, Heſych. ibique Alb. aut potius muſcae. Phot. Lex. p. 375.

84. εἶνεκ'. Perperam vulgo εἵνεκ'. *Brunck.* Hoc enim Ionicum eſt. Trochilus intrat, Epopem excitaturus. Piſthetaerus alloquitur ſocium et reprehendit. Hic tertia ſcena vulgo inchoatur.

85. ὡς μ' ἀπέκτεινας. Sic duo codd. vt impreſſi. In membr. κακῶς σύ γ' ἀπόλοι', ὅς μ' ἀπ. δ. *Brunck.* ἀποκτείνειν vt *enecare* Ter. Eun. 3, 5, 6. v. Valck. ad Eur.

s) Sic εὔδρομος curſor Longi Paſtor. p. 104. Villois.

Hipp. 1064. Ruhnk. ad Tim. p. 42. f. Pierſon. ad Moer. p. 73. f.

86. χῷ κολ. μ' οἴχεται. Id eſt plene, μοι οἴχεται. θηρίον. In C. θηρίων t). *Brunck.* In Plut. 439. ὦ δειλότατον σὺ θηρίον, οὐ παραμενεῖς; *Bergl.*

88. Vulgo εἰπέ μοι. Tacite mutauit Brunk.

90. ἀπέπτετο. Vulgo ἀτέπτατο: in membr. ἀνέπτατο. Quam praetuli formam, adſtruunt obſeruata ad v. 48. Male infra 1173. εἰςέπταθ' relictum fuit pro εἰςέπτετ'. In Thesm. 1014. vbi altera forma e prioribus edd. remanſit, reponendum οὐ γὰρ ἂν παρέπτατο. Sed in melicis tuetur illa locum.

91. Pro ἄρ' reponendum ἆρ' metri cauſa. Ita iam olim edidi (cf. Doruill. Vann. Crit. p. 227.) atque ita etiam Brunk.

92. τὴν ὕλην pro τὴν θύραν, tamquam auis. *Bergl.* Cf. Schol. Hinc inchoatur ſcena quarta. Epops primum e longinquo auditur, mox prodit.

93. τριλοφίας. In Ach. 964. πραδαίνων τρεῖς κατασκίους λόφους. *Bergl.* τριλοφία enim eſt ingens criſta (Poll. I, 138. Musgrau. ad Eur. Or. 1499.) vt τρικυμία Eurip. Troad. 83. Epopi eſt inſignis criſta. v. Leskii Naturgeſch. I. p. 251.

96. οἱ δωδ. θεοὶ . . . abruptus eſt ſermo. Haec Epopi dicit Euelpides additurus, vt videtur: πάντα σοὶ δοῖεν ἀγαθά, vel ſimile quid v). Sed auertit ſe, et ſecum, ita vt ab Epope non exaudiatur, pergit εἴξασιν ἐπιτρέψαι σε. *Brunck.* Simpliciter dicebantur οἱ δώδεκα θεοὶ maiores illi dii, quos Athenienſes praecipue colebant, et quibus ara a Piſiſtrato, tyranni nepote, erat exſtructa. v. Thuc. VI, 54. cum intpp. et Arnald. de diis παρέδροις p. 32. f.

---

t) Ita e Rau. edidit Inuern.

v) Wilandus exiſtimat, dicere Euelpiden potius voluiſſe: *te perdant*, ſed mitigaſſe orationem, et dixiſſe: εἴξ. ε. σε. Ita Epopis reſponſum magis congruit.

96. εἴξασιν. Suidas V. Ὑγεία locum hunc Comici citans legit x) ἥξουσιν i. e. *venient*, a quo minimum discrepat Ms. Vat. U. qui habet ἥξασιν i. e. *venerunt*: vtrumque ab ἥκω *venio*. Haec lectionum diuersitas non videtur latuisse Scholiasten, quippe qui locum hunc sic interpretatur: ἢ ἐοίκασιν ἢ παρεγένοντο. Posterius sane scribere non poterat, nisi τὸ ἥξασιν animo eius obuersatum fuisset. *Kust.*

97. ἦν. Ex Atticorum vsu esse debebat ἦ *(eram)*, vt 1363. v. ad Plut. 77. Vesp. 1386. Ridiculus videri poterat Epopis habitus ex homine et aui compositus. γὰρ reddit causam sententiae subintelligendae: nolite mirari. v. Schol. ad Thuc. p. 14, 65. Duck. Marcland. ad Eur. Suppl. 8. 288. Zeun. ad Vig. p. 461. ss. 496.

99. Le bec de la huppe (Epopis) a deux pouces un quart. Il est légérement arqué; la pointe supérieure dépasse un peu celle du bec inférieur, l' une et l' autre sont assez mousses. *Buffon.*

100. Σοφοκλέης. Sic, vt impressi, C. In duobus aliis perperam Σοφοκλῆς. Sophoclem perstringit, qui in *Tereo* y) dramate regem illum introduxerat in auem conuersum, quem eodem, quo in tragoedia, habitu ornatum exhibuisse videtur Comicus. *Brunck.* λυμαίνεσθαι est *male tractare*. v. Ernest. ad Xen. Mem. I, 3, 6. Lennep. ad Phalar. Epp. p. 47. ss.

102. πότερον ὄρνις. Scholia: ἔπαιξε, δέον εἰπεῖν· ἄνθρωπος ἢ ταὼς z). Sic supra 16. ὄρνις ἐγένετ' ἐξ ὀρ-

---

x) In tribus codd. scriptum εἴξασιν. V. ad Nub. 341. *Brunck.* Et occurrit illud tum infra 383., quem locum Bergl. laudavit, tum alibi ap. Arist. v. Tittmann. ad Zonar. I. p. 642. Add. intpp. Moer. p. 147. Male olim edidi: ἥξασιν, quod et ἥξασιν et ἥξασιν legi posset.

y) Scholia: ἐν γὰρ Τηρεῖ Σοφοκλῆς ἐποίησεν αὐτὸν ἀπωρνιθωμένον, καὶ τὴν Πρόκνην· ἐν ᾧ ἔσκωψε πολλὰ τὸν Τηρέα (multa in eum iocatus est). *Bergl.* Add. tragoedia *Tereus*, quam a L. Vario profectam esse putabat Heerkensius, sed quae a Greg. Corrario scripta est. Vid. Harles. Suppl. Breu. Not. litt. Rom. I. p. 492. s.

z) Hoc iam olim repudiaui, interpretatus: esne auis vulgaris quaedam an pauo? quia cristas gerebat (vt pauones, Ael. N.

νέων. Bergl. Virum ales, an pauo? Luſus eſt in ambiguitate nominis ὄρνις, quod in genere *auem qualemcumque* ſignificat et ſpeciatim *gallinaceum*. Quaerit Euelpides: *virum gallinaceus, an pauo?* Epops reſpondet: *ales equidem*, ſed generali ſignificatione. Latinis ales, vt Graecis ὄρνις *auem* in genere et ſpeciatim *gallum* ſignificat. Hoc autem quaerit Euelpides, ſiue reſpiciens ad Epopis ſpeciem et ornamentum, ſiue quia gallinaceorum et pauonum ſpectacula publice Athenis exhibebantur. Ideo ex vtro harum auium genere ſit, percunctatur. Non placent Scholiaſtarum interpretationes: ἔπαιξε, δέον εἰπεῖν ἄνθρ. — ἢ ἔπαιξε τὸ γενικὸν εἰπών, εἶτα ἐπαγαγὼν τὸ εἰδικόν. Iſtiusmodi luſibus nihil frigidius. *Brunck.*

104. ὑπὸ νότου. v. Ariſtot. H. A. 8, 18. et de pauone 6, 9. Ap. Lucian. I. dial. D. 14, 209. τὰ πτερὰ διερρύηκε h. e. *euanuerunt*. Ariſtoteles monet 8, 16. eas tantum aues, quae in patria maneant, hieme πτεροῤῥυεῖν. v. Buffon. l. l. I. p. 46. f.

105. πάντα τἄρνεα. Sic bene ſcriptum in membr. *a*). Vulgo ingrato et inſolito cum hiatu τὰ ὄρνεα. Minus bene in primariis edd. τὰ ''ρνεα. α ο in ω coaleſcunt. V. ad Lys. 277. *Brunck.* Mentitur, quum dicit omnibus auibus euenire, quod epopi aut cuculo euenit: nempe non vult ſolus eſſe ridiculus: vt illa vulpes, quae quum caudam in tendicula amiſiſſet, ceteris vulpibus ſuadebat, vt ſibi caudas amputarent. *Bergl.*

106. αὖθις ἕτερα φύομεν. Aeſchylus ap. Clem. Alex. Strom. V. *b*) de eadem iſta vpupa: Νέας δ' ὀπώρας ἡνίκ' ἂν ἀνθῇ *c*) κάρυς Στιπτὴ νιν αὖθις ἀμφιέννυσι πτέρυξ,

---

A. 5, 21.) vel quia pauones rari erant (Athen. 14, 25.) et poſt Alexandri tempora demum frequentiores. v. Buffon. Hiſt. nat. Au. T. IV. p. 8. ſs. vers. germ. quamquam de ea re dubitat Camus ad Ariſt. H. A. II. p. 608. Nunc Brunkio aſſentior, quem et Wil. ſequitur.

a) Atque ita iam olim ediderat.

b) In Ariſtot. H. An. 9, 75. vnde inter Fragm. Aeſch. ex ed. Both. n. 30. p. 599. Probabiliter ex Aeſchyli Tereo deſumtum.

c) Immo αὐανθῇ legitur et redditur: autumni initio quippe quum aruit ſeges —

vere autem quando florent segetes, variegata ipsum rursus vestit pluma. Bergl. ἕτερα scil. πτερά, quod e verbo πτερόρρ. repetendum, vt saepe ad pronomina et verba subintelligenda sunt nomina, quae in superioribus vel qua originem, vel qua notionem latent. v. intpp. Lucian. I. p. 37. Iens. ad eumdem I. p. 234. f. *Φύειν πτερὰ* ap. Plat. Phaedr. c. 67. extr. quod c. 79. extr. ed. Heind. vno verbo *πτεροφυεῖν.*

108. *τριήρεις αἱ παλαί.* Hoc in laudem Athenarum. *Bergl.* Idque tanto rectius dictum est, quum non ita multo ante Athenienses classem insignem in Siciliam miserint. *Wiland.* v. Thuc. 6, 3. Diod. S. 13, 3.

109. *ἡλιαστά.* Homines forenses Heliaeae et foro et iudiciis addicti, vt plerique Athenienses. *Bergl.* Proprie ipsi iudices ita dicebantur, v. Eqq. 255. H. l. sunt *homines litium amantes.*

μὰ Δία, ϑατέρου τρ. Vulgo *μὴ ἀλλὰ d) ϑατ. τρ.*, quam lectionem in nullo cod. reperi. In membr. *μάλα ϑατέρου τρόπου.* In B. *οὐκ. ἀλλὰ ϑ.* In C. *οὐ μάλα ϑατέρου* — Primi codicis ΜΑΛΑ deprauatum est ex ΜΑ ΔΙΑ. Aliae deprauationes e glossis ortae sunt. Istud *μὰ Δία* simpliciter positum Grammaticus interpretatus fuerat per voces *οὐκ ἀλλά*, quae postea in textum illatae fuerunt, deinde *οὐκ* in *μὴ* ob metrum mutatum fuit. *μὰ* per se negat, vt Thesm. 748. Ran. 951. Plut. 400. et passim. *μὴ* positum pro *οὐκ* nullo modo locum tueri potest. *μάλα ϑατέρου* est in edit. quam curauit Fracinus. *Brunck.* Eurip. Mede. 807. *μηδείς με φαύλην κἀσθενῆ νομιζέτω, Μὴ ἡσυχαίαν, ἀλλὰ ϑατέρου τρόπου* (sed alius ingenii), *Βαρεῖαν ἐχθροῖς καὶ φίλοισιν εὐμενῆ. Bergl.*

110. *ἀπηλιαστά.* Π manet, vt in *ἀπηλιώτης. Bergl.* Sunt *litium osores, μισόδικοι* Suid. vbi v. Port. et Zonar. I. p. 232.

111. *σπέρμα.* Eurip. Hec. 254. *Ἀχαίρισον ὑμῶν σπέρμ'* (natio, genus) *ὅσοι δημηγόρους Ζηλοῦτε τιμάς. Bergl.* Pro *λάβοις* B. *λάβῃς* habet, quod foloecum est. *Brunck.*

---

d) μή· ἀλλὰ edideram obsequutus Marclando ad Eurip. Iph. A. 1010. atque inde *μάλα* ap. Suid. in ed. Port. V. *Ἀπηλιαστά* ortum putaueram.

112. πράγους δὲ τοῦ δὴ membr. [vt Br. ed.] Vulgo δὲ δὴ τοῦ — *Brunck.* πράγος occurrit et in Lys. 709. *Bergl.* add. Soph. Ai. 347. Oed. Col. 1214.

116. ſs. Vulgo poſt νῶ comma non fuit poſitum.

117. μεταλλάξας *e)* Φύσιν. Iulianus Epiſt. 18. εἰ δέ μοι θέμις ἦν, κατὰ τὸν Τήϊον ἐκεῖνον μελοποιὸν (Anacreontem) εὐχῇ τὴν ὀρνίθων ἀλλάξασθαι Φύσιν (optare vt auium naturam pro mea ſumam), οὐκ ἂν ὁπου πρὸς Ὄλυμπον οὐδὲ ὑπὲρ μέμψεως ἐρωτικῆς, ἀλλ' εἰς αὐτοὺς ἂν τῶν ὑμετέρων ὁρῶν τοὺς πρόποδας ἔπτην (ad ipſos montium veſtrorum pedes volarem). *Bergl.*

118. καὶ γῆν ἐπέτου. Non dubito, quin poëta ſcripſerit: κατὰ γῆν ἐπέτου. Nam conſtat τὸ κατὰ in καὶ et vice verſa ab oſcitantibus librariis ſaepe mutatum eſſe. *Kuſt.* καὶ γῆν — Sic tres codd. *f)*. Scribere potuit: κατὰ γῆν ἐπέτου κατά τε θάλατταν ἐν κύκλῳ. Quod ſane vulgato praeſtat. Quorſum enim articulus cum θάλατταν, quum praecedens γῆν eo careat? *Brunck.* Hinc iam olim conieci: καὶ γῆν ἐπέπτου καὶ θάλατταν — ἐπιπέτεσθαι ſaepe in hac fabula legitur. Probauit hanc meam coniecturam Porſon. ad Eur. Med. 1. p. 388.

120. ταῦτ' οὖν id eſt, διὰ ταῦτα οὖν. v. ad Nub. 319. *Brunck.* add. Fiſch. ad Aeſch. Socr. 3, 9. Koen. ad Greg. Cor. p. 11.

121. εὔερον. Schol. οἷον μαλακήν, ὥςπερ σισύρνην εὐέριον. Affert deinde Cratini locum: γλῶσσαν εὐέρων βοτῶν *linguam bonas lanas habentium pecudum:* ſermo autem eſt de ouibus, vt dicit Schol. *Bergl.* Malui olim ante εὔερον diſtingui, vt ſit μαλθακὴν ἐγκατακλιθῆναι (pro ἐνοικεῖσθαι) ὥςπερ σισύρνην εὔερον. σισύρα eſt veſtis ſtragula, vt Nub. 10. Veſp. 737. Conſtructionem ἀφίγμεθα — εἰ φράσειας illuſtrauit Schäfer. ad Long. p. 426.

123. Κραναῶν. Scholia: τῶν Ἀθηνῶν· διὰ τὸ τραχὺ καὶ τὸ λεπτόγεων· ἢ ἀπὸ Κρανάου βασιλέως. In Ach. 75.

---

e) Praegnanti ſignificatione ponitur: mutata humana aſſumtaque auium natura. De quo verborum genere v. Abreſch. Dil. Thuc. p. 494. ſs.

f) Etiam Rau. vulgatum tenet.

ὦ Κρανακὰ πόλις. Lys. 481. τὴν Κρανααὺν κατέλαβον. *Bergl.* Cranaae antiquum Athenarum nomen a rege Cranao. v. Meurs. Regn. Att. I, 13. *Brunck.*

124. οὐδὲν pro οὐ v. Heſych. eiusque intpp. et Veſp. 1469. πρόσφορον eſt ἁρμόζον, ἐπιτήδειον Phot. p. 347. Heſych. in Προσφορα (ex Eurip. Hipp. 112. 1362.) et πρόσφορον (ex Veſp. 805.).

126. τὸν Σκελλίου g). Demoſthenes contra Theocrin. [p. 1343. T. II. Reisk.] Ἀριστοκράτης μὲν ὁ Σκελλίου etc. Ludit autem in ἀριστοκρατεῖσθαι et Ἀριστοκράτης· et ſenſus eſt, vt Schol. interpretatur: μισῶ τὴν ἀριστοκρατίαν, ὅτι καὶ τὸν Ἀριστοκράτην, ὅτι κέκληται τῷ ὀνόματι τούτῳ. *Bergl.*

128. τοιαδί. Sic recte B. [etiam Rau.]. Vulgo τοιάδε. Illud Atticum eſt et ſuauius. v. not. ad Conc. 885. Vulgo etiam legitur Lys. 97. ὑμᾶς τοδὶ ἐπερήσομαι. ib. 1010. ἀποπέμπειν ἐνθαδί. ἐγὼ δ' — Nub. 431. ἀπὸ τουδὶ ἐν τῷ δήμῳ. His in exemplis centumque aliis, quae proferri poſſent, ſimilibus, quicumque teretes aures habet, percipit τοιάδε, ἐνθάδε, τόδε, τοῦδε, ab Attico poëta ſcribi non debuiſſe. *Brunck.*

πρῴ (h. e. πρωΐας) aliis ſcribitur πρῷ aut πρώ. v. Piers. ad Moer. p. 300.

130. Metri gratia ſic [pro vulgg. λέγοι μοι ταδί· πρὸς τοῦ Δ.] legendum eſt: λέγοι ταδί μοι πρὸς Διὸς τοὐλυμπίου h). Articulus τοῦ in verſu redundat: qui proinde delendus eſt. *Kuſt.* Oculis ſubiicienda eſt dimenſio huius verſus:

λεγοι | ταδι | προς του | Διος | τοὐλυμ | πιου.

Sic autem ſcriptus eſt non ſolum in codd. ſed etiam in primariis edd. Ant. Fracinus μοι primus inſerſit, quod e glos-

---

g) Scellii filio nomen erat *Ariſtocrates*. Luſus in paronomaſia. *Brunck.* Ioco quodam Euelpides ſuſpicionem ſtudii ariſtocratiae amouet. Videtur tum multis obiectum eſſe, fauere ipſos ariſtocratiae, etiam poëtae noſtro, qui populare imperium et demagogorum artes improbauit. *Wiland.*

h) Ediderant olim: λέγοι μοι τάδε· πρ. τοῦ Δ. τοῦ Ὑμπ. Nunc Brunkio adſentior.

ſa eaque inutili manifeſto ſubornatum et metrum iugulat. Satis mirari nequeo Kuſteri leuitatem et negligentiam. Curnam vero in praefatione dixit, ſe *Aldinae editionis fidem in recenſendo textu prae aliis ſequutum eſſe?* Si eam inſpexiſſet, coniecturis parſiſſet, ſinceramque repoſuiſſet lectionem. Quid vero Berglerus? Mendam intactam reliquit. Kuſteri notam probabile eſt, eum ne quidem intellexiſſe. Iambus an creticus in ſecunda ſenarii ſede eſſet, floccum ille non interdabat. *Brunck.*

131. *ὅπως παρέσει i)* id eſt, *vt coenes apud me.* Hac enim formula, vel ſimili, apud Graecos vtebantur illi, qui aliquem inuitabant ad conuiuium; quo ſenſu Latini quoque dicere ſolebant: *hodie apud me ſis volo:* vel, *vna ſimus.* v. Caſaub. ad Laërt. II, 70. *Kuſt.* Similiter ap. Plat. in Hippia mai. [c. 14. ed. Heindorf.] inuitat Socratem in auditorium Hippias: *ἀλλ' ὅπως παρέσῃ καὶ αὐτὸς καὶ ἄλλους ἄξεις.* Ellipſis perfrequens in *ὅπως. Bergl.* Subint. *ὅρα* vel *δέομαι,* Eurip. Cycl. 591. *ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ,* quod inde duxit Heliod. I. p. 23. Similiter *ὅπως μὴ* ponitur ſubintellecto imp. *βλέπε.* v. Valck. ad Herod. p. 477.

132. *λουσαμ. πρῴ.* In Lys. 1066. *ἥκετ' οὖν εἰς ἐμοῦ τήμερον· πρωῒ δὲ χρὴ τοῦτο δρᾷν λελουμένους, αὐτούς τε καὶ τὰ παιδία. Bergl.* Si *πρῴ* eſt, vt redditur *tempeſtive, tempori,* ex obſeruatis Euſtath. ap. Biſet. ſcribendum eſt *πρῷ.* Nam *πρῴ* dicit ſignificare *mane, πρῷ* eſſe *πρὸ καιροῦ.* At hoc discrimen ignorant Heſych. et Suid. qui h. l. laudans legit *λουσάμενος.* add. Ruhnk. ad Tim. p. 226. et Intpp. Tho. M. p. 762. *ἑστιᾷν γάμους* eſt, *nuptiales epulas parare.* Ita *γάμοι* dicuntur, proprie primus nuptiarum dies, v. Hes. et Poll. 3, 38. *ἑστιᾷν* autem interdum ſimpliciter eſt, *agere, celebrare.* v. Ael. V. H. 8, 7.

133. *ποιήσεις.* Sic membr. Vulgo *ποιήσῃς. Brunck.*

134. Citat Suidas. V. *Μή μοι ποτ' ἔλθῃς. Kuſt.* Proverbium eſt: *μή μοι ποτ' ἔλθῃς k), ὅταν ἐγὼ πράττω καλῶς·* in eos, qui amicos rebus in aduerſis deſerunt. Face-

---

i) Forma Attica pro *παρέσῃ.* v. Koen. ad Greg. Cor. p. 49.

k) Hinc recte ap. Ariſt. legitur: *μή μοι τότ' ἔλθ.* neque ſcriptura cod. Rau. *μή μοι τότε γ' ἔ.* praeferenda eſt.

te Comicus verbum iſtud in contrarium ſenſum inuertit. *Brunck.*

135. *ταλαιπώρων* ironice dicitur, vt 143. *κακά.*

139. *καλῶς* per ironiam. Demoſth. Philipp. III. [T. I. p. 128. Reisk.] *καλῶς Ὀλυνθίων ἐφείσατο. Στιλβωνίδη.* Aut Stilbonis cuiusdam filium intelligit *l)*, aut adiectiuum protulit in forma patronymici, vt ſit pro *στιλπνέ. ὦ λαμπρέ· ὦ ἀπὸ βαλανείων κεκαλλωπισμένε· o nitide, o in balneis comte*, vt loquitur Schol. *Bergl.*

140. *ἀπιόντ' m).* Sic libri omnes. Operarum errore in Kuſt. excuſum *ἀπόντ'*. Mendam correxit Berglerus. *Brunck.*

142. *ὠρχιπέδησας.* 'Inclementius eſt *ὀρχίπεδ' ἔλκειν* v. 442. *Bergl.* Suidas: *ὠρχιπέδησας· τῶν ὀρχεων ἥψω αἰσχρῶς.* Suauiores eſſent numeri, ſi ad iſtum modum verſus legeretur:

οὐκ ὠρχιπέδησας, πατρικὸς ὢν ἐμοὶ φίλος.

Brunck. add. Phot. p. 256. et Heſych. h. v.

143. Suidas V. Ὦ *δειλακρίων. Kuſt.* Suid. *ἀντὶ τοῦ, ὦ κακοδαιμονέστατε σὺ καὶ δειλότατε.* Anus in Plut. 973. *ἐγὼ δὲ κατακέκνησμαι δειλακρα·* id eſt, *ἄκρως ἀθλία. καὶ δειλακρίων, ὁ ἄκρως δειλός, ὁ ἐλεεινός, ὁ ταλαίπωρος ἢ ὁ ἐπίπονος. Brunck.* add. Zonar. I. p. 475.

145. Ἐρυθρὰ θάλασσα de Indico Oceano, de ſinu Perſico (Weſſel. ad Herod. p. 256, 10.), de arabico ſinu (Weſſel. ad Diod. S. I. p. 23.) dicitur. v. Reland. diss. de mari rubro, in Diss. miſc. — V. ſeq. *ἡμῖν* redundat e vi-

---

l) Haud dubie intelligit hominem Atticis ſpectatoribus notum; perſtringit autem nefandum puerorum amorem. v. Vulp. ad Catull. 62, 65. Warton. ad Theocr. 23, 5.

m) Ita edd. priſtinae, nupera *ἀπόντ'*. *Bergl. ἀπιόντ'* etiam *Reisk.* reponi voluit, atque olim repoſui. In gymnaſiis, quae ſaepe amori inſeruiebant, erant balnea publica, vnde *γυμνάσιον* auctore Suid. etiam de *balneis* dictum. v. Kuhn. de Lot. et Baln. Gr. in Schlaegeri diss. rariorum de antiqq. faſcic. nouo p. 177. ſq. Iuuenes Athenn. lubentius in balneis, quam in palaeſtris erant.

tae communis vſu. v. Weſſel. ad Herod. p. 649, 91. Burm. ad Phaedr. I, 22, 3. Drakenb. ad Sil. It. I, 46.

147. Auctor argumenti huius comoediae de h. l. ſic: Ἀθηναῖοι γὰρ πέμπουσι τὴν Σαλαμινίαν, Ἀλκιβιάδην μεταστελλόμενοι ἐπὶ πρίσει τῆς τῶν μυστηρίων ἐκμιμήσεως (quod imitatus eſſet myſteria). ὁ δὲ ἄχρι μὲν Θουρίου εἵπετο τοῖς μεθιᾶσιν (qui eum arceſſebant)· ἐκεῖθεν δὲ δρασμὸν ποιησάμενος εἰς Πελοπόννησον ἐπεραιώθη. Τῆς δὲ μετακλήσεως μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης ἀποκρύπτων μὲν τὸ ὄνομα, τὸ δὲ πρᾶγμα δηλῶν, ἐν οἷς γε φησι· μηδαμῶς ἡμῖν — ἡ Σαλαμινία. *Bergl.* ἡ Σαλαμινία ſimpliciter dicitur, ſubintell. voc. ναῦς. v. Ducker. ad Thuc. p. 410, 70. Etiam Paralo (altera publica naui) vtebantur interdum ad abducendos reos. v. Hudſon. ad Thuc. p. 185, 37. ἀνακύψεται *emerget*, eſt, *conſpicietur n)*. κλητὴρ dicebatur is, per quem actor in ius vocabat (calator). v. Harpocr. p. 217. atque inde Phot. p. 126.

ἔωθεν. Sic habet Ms. Vat. U. itemque ed. Ald. At reliquae Edd. minus recte ἔσωθεν *o)*. *Kuſt.* ἔωθεν codd. et primariae edd. Ant. Fracini errore ἔσωθεν inuectum fuit et in alias edd. transiit. Illud ex Kuſt. nota repoſuit Berglerus. *Brunck.* ἔωθεν eſt conſtans codd. omnium lectio, quam adhibuerunt primi editores, Aldus et Bern. Iunta. Inepte Ant. Fracinus inuexit ἔσωθεν, quod plane nihili eſt. Iſtam deprauationem qui amplexi ſunt, non perſenſere venuſtatem illius ἔωθεν, quod graece tantumdem valet, ac in vernaculo noſtro ſermone *un beau matin*. ἵνα ἡ Σαλαμ. etc. *ou par un beau matin on verra arriver la ſalamine portant un huiſſier chargé d' aſſignations*. *Idem* in Suppl.

149. Ad h. l. reſpexit Pauſanias Eliac. I. c. 5. [§. 3.] Vid. etiam Schol. ad Acharn. 724. et Suid. V. Ἀγορανομία. *Kuſt.* De nomine vrbis v. Morus ad Xen. Hell. III,

---

n) Verbum ἀνακύπτειν proprie de iis dicitur, qui caput erigunt. v. Hemſterh. ad Lucian. I. p. 18. Alludere poëtam ad reuocationem Alcibiadis, eamque ſibi improbari docere, monet Wiland. add. Palmer. p. 751.

o) Quid ſibi vult ἔξωθεν; quaerit *Reisk.* at haud dubie voluit ἔσωθεν. Reſpondi olim, ἔσωθεν eſſe *in eam vrbem*. Nunc ἔωθεν praefero. *an einem ſchönen Morgen*, vertit Wiland.

2, 18. Ducker. ad Thuc. p. 336, 38. de ſitu et fatis eius Waſs. ibid. p. 338, 20. Occuparant eam quatuor annis ante actam hanc fabulam Spartani et Helotas libertate donatos ibi depoſuerant; ob quam iniuriam Spartanos Elei a ludis Olympicis prohibuerunt. v. Diod. S. 12, 76. Wilandus coniicit, ideo exulibus conſuli, vt Lepreum migrarent, quod ibi multa regnauerit morum licentia.

150. ἐλθόνθ' redundat, vt III. ζητῶν, 1215. παρὼν (vt Eurip. Hipp. 1242.), 1309. ἰὼν (vt Xen. Hell. 4, 4, 5.). Sic Eurip. Phoen. 1096. ἐλθοῦσα τέρψω. Mox Abreſch. Diluc. Thuc. p. 319. f. emendauit: ὅ, τιὴ νὴ τοὺς θεούς; ὃς — *rogas tu per deos, cur non ad Eleum Lepreum incolendum migremus? qui etſi non viderim, abominor Lepreum.* Recte; alioqui ὃς plane redundat. ὁτιὴ eſt δι' ὅτι —

151. ἀπὸ Μελανθίου. Fuit poëta tragicus, atque *lepram* habuit, vt Schol. ait ad h. l. et ad Pac. 904. *Bergl.* Etiam Brunk. dicit, ideo eius meminiſſe Comicum, quod lepram habuerit. At videtur potius fuiſſe Lepreenſis et propterea commemorari.

152. Locri Opuntii vicini erant Boeotorum et Phocenſium nomenque a primaria vrbe acceperant. v. Strab. p. 638.

153. Ad h. l. reſpexit Euſtathius ad Il. B. p. 277. ed. Rom. vbi ait: καὶ τὸ ἐθνικὸν ἐξ αὐτοῦ Ὀπούντιος· ὡς ὑποδηλοῖ καὶ ὁ Κωμικός, ἔνθα Ὀπούντιόν τινα σκώπτει Ἀθηναῖον. v. etiam Suid. V. Ὀπούντιος. *Kuſt.* Ὀπούντιος *p)*. Hoc iam eſt nomen proprium viri, qui fuit vnoculus; infra 1294. Ὀπουντίῳ δ' (ᾗν ὄνομα) ὀφθαλμὸν οὐκ ἔχων κόρακ. Perinde ergo eſt, ac ſi dicat: *nollem altero oculo carere pro talento auri. Bergl.* De vi hac praepos. ἐπὶ (de conditione, *etiamſi acciperem*) vid. Ruhnk. ad Xen. Mem. 2, 2, 8. Villoiſon. ad Long. p. 207.

156. Cf. Suid. V. Τριβή. Ponitur illud vocab. h. l. pro διατριβή commoratio.

---

p) Hic nomen eſt proprium viri illius temporis, qui luſcus erat. Hinc petitus iocus. Perinde eſt, ac ſi dixerit: *equidem luſcus eſſe nollem pro talento auri. Brunck.*

158. *κιβδηλίαν.* Proprie de numis dicitur *q)*; infert autem hanc vocem, quia alter dicebat, ſine crumena i. e. ſine numis, viui apud aues. *Bergl.*

159. *νέμεσθαι* h. l. eſt *depaſcere*, vt *νέμεσθαι φερβὰ* Orph. Arg. 1111. *πισσὸν* Anton. Lib. f. 10. p. 68. Verh. *σήσαμα* ſunt fructus, grana ſeſami orientalis, quibus veſcebantur. v. Niclas. ad Geopon. III, 2, 4. add. Suid. V. *Σήσαμα.*

160. *μήκωνα.* Sic A. C. et edd. primariae ad metri normam *r)*. In Ald. emendate *μήκωνα*: in Iuntina, frequenti literarum permutatione, *μύκωνα.* Reliquae vett. omnes *μήκωνα.* Quia duo alia nomina pluralis erant numeri, *μήκωνας* edidit Kuſt., non animaduertens, verſum ſic peſſumdari, quod quia ne ſuſpicabatur quidem Berglerus, *μήκωνα* ex edit. Farrei non repoſuit. *Brunck. σισύμβριον* (etiam *σίσυμβρον*, v. Bodaeus ad Theophr. p. 690. ff.) eſt *mentha aquatica* (*Rauken* vertit Wil. *mente ſauvage* Francog.). cf. Linnaei Syſt. Nat. II. p. 439. ed. 13.

161. *νυμφίων βίον.* Quia illa omnia ſponſis dabantur, ſiue ad coronas ſiue in eduliis. *Brunck.* Schol. *σισύμβρια, φύλλα, οἷς ἐσεφανοῦντο οἱ νυμφίοι·* et ad Pac. 869. *ἐδόκουν γὰρ ἐν τοῖς γάμοις σησαμῆν διδόναι· ὅς ἐστι πλακοῦς γαμικὸς ἀπὸ σησάμου πεποιημένος, διὰ τὸ πολύγονον* (propter fecunditatem). *Bergl.*

162. *ἐξορῶ* imprudens et oſcitabundus ſcripſi in poſteriore apographo. Libri omnes habent *ἐνορῶ*, quod mutare nolui, et reponendum eſt, licet id, quod caſu dedi, aeque bonum ſit. *Brunck.*

163. *εἰ πίθοισθ' ἐμοί.* Soloecum eſt, quod vulgo legitur: *εἰ πείθεσθέ μοι.* V. not. ad Pl. 1037. Emendationem *s)* praeceperat Daweſius M. Cr. p. 218. [217. ed. ſec.]. *Brunck.*

---

q) Eſt *adulteratio numorum*, hinc *fallacia, fraudulentia*, vt *κίβδηλον κακὸν* Eur. Hipp. 616. *fallax malum*, ſpecioſum Ouid. Met. 11, 133.

r) Inde iam olim reſtitui, iubente Toup. Ep. Crit. p. 11. f. T. II. p. 418. ed. Oxon., et III. 166. quo poſteriore loco docet, coniungi ita interdum Singulares et Plurales.

s) Confirmauit eam cod. Rau. In ed. Scal. erat *πείθοισθε.*

164. *τί σοὶ πιθώμεσθ'*; *ὅ τι πίθησθε*; Sic ſcriptum oportuiſſe in aperto eſt, vt recte emendauit Daweſius loco ſupra laudato. Perperam vulgo: *ὅ τι πίθοισθε t)*; In B. vt in ed. Bern. Iuntae, duo verba in optatiuo modo ſunt, *πιθοίμεσθ'*; *πίθοισθε*; Sed modus hic non adhibetur cum interrogandi particulis absque altera *ἄν*. v. ad Lys. 912. Pl. 374. 438. *Brunck.*

165. *παυταχῇ* (ſine iota ſubſcr.) vulgo legitur. Brunk. ex ingenio repoſuit *παυταχοῖ*. v. eum etiam ad Lys. 1230. In membr. eſt *παυταχοῦ*. *κεχηνέναι* proprie auium pulli hiante ore pabulum exſpectantes omninoque aues aliquid exſpectantes dicuntur, inde omnes qui diducto ore aliquid exſpectant, vt Call. Ep. 52, 3. quod quum ſit fere hominum ſtupidorum, etiam hominis ſtulti exhibet imaginem.

166. Olim poſt *αὐτίκα* punctum ponebatur, et Schol. exponit *εὐθέως*, *ſtatim*. Poſui iam olim poſt *ἐϛίν*, vt *αὐτίκα* ad ſequentia pertineret, eſſetque *exempli gratia*. Ita etiam fecerunt Brunk. (qui vertit: quod vt argumento tibi ostendam) et Inu.

167. Loci huius ſenſus non parum eſt obſcurus et difficilis: cui vt aliquid lucis afferatur, pro *ἐκεῖ* ſcribendum puto *ἐπεί* i. e. *namque* vel *quia v)*; et deinde *ἄνθρωπος* Attice dictum exiſtimo pro Vocat. *ἄνθρωπε*, vt Comicus dicat

Nam apud nos (i. e. *apud homines*) *ſi de alitibus interroges,*
Quaenam auis haec? Teleas haec dicet:
O homo, eſt auis vaga etc.

Ceterum non ſatis conſtat, quare Teleae hic mentionem faciat Comicus. Nam quae Scholl. hic afferunt, rem non

---

t) E Rau. *πίθοισθε* reſtituit Inu. Sed antecedens interrogatio poſtulat Coniunctiuum.

v) Haec etiam coniectura e praua interpunctione orta neque neceſſaria eſt. *ἐκεῖ* per ſequens *παρ' ὑμῖν* explicatur. Brunk. vertit: *en illic apud nos ſiquis de inconſtantibus illis, quos volitare dicimus, interrogat* — ſed in Suppl. haec habet: „preſſius et ad Graeca propius, nec minus eleganter verti poterat: *en illic apud nos de inconſtantibus illis, quos volitare dicimus, ſi quaeras* —“

satis explicant. Non inepte autem ex h. l. quis colligat, Teleam fuisse augurem, qui hominibus ex volatu auium futura praedixerit: quod quidem si ita se habeat, omnes loci huius tenebras discussas puto. *Kust.* τοὺς πετομένους *x)* metaphorice accipio pro hominibus inconstantibus, variis et mutabilibus, et ita verto hunc locum: *Illic apud nos, si quis de illis, quos volitare dicimus, interroget: quaenam est haec auis? Teleas haec dicet: homo est, auis inaequaliter volitans, vaga* (itineris incerti), *numquam in eodem loco manens.* Haec autem Teleam de aliis dicere facit Comicus, quia Teleas ipse erat talis. *Bergl.*

168. Hunc Teleam tamquam helluonem notat in Pac. 1009. Forte et aues libenter comedebat; hinc de iis loqui scit, et infra 1025. ab isto se in Auium ciuitatem quidam missum dicit. A Phrynicho autem notatus fuit tanquam ἀνώμαλος, i. e. ἀσαθμητος, ἀτέκμαρτος, vt ipsius Teleae verbis vtar, vt suum ipsius ingenium describat. Locum Phrynichi citat Schol. ad v. 11. Λυκέαν, Τελέαν, Πείσανδρον, Ἐξηκεστίδην, Ἀνωμάλους εἶπας πιθήκους. Apud Suidam dicitur εὐμετάβλητος, *mutabilis. Bergl.*

169. ὄρνις *auis*, i. e. tamquam auis *y)*. ἀσαθμ. πετόμενος. Chion ep. 7. ἀλλὰ τὸ ἀσάθμητον αὐτοῦ καὶ πετόμενον οὐδὲ ταύτην ἐπιδέχεται τὴν Φρόνησιν. *Bergl.* Perperam vulgo inuerso vocum ordine: ἄνθρωπος ὄρνις ἀσάθμητος πετόμενος. *Brunck.*

170. ἀτέκμαρτος quod reddunt *vaga*, omnino esse videtur: *quae vbi futura sit, coniici non potest.* Hinc per id, quod sequitur, explicatur.

171. μωμᾶσθαι (verbum Homericum Il. 3, 412.) idem est quod ψέγειν Hesych. Suid. (ex h. l.). Idem hinc habet Ταυταγί, h. e. ταῦτα. v. Koen. ad Greg. Cor. p. 56.

172. τί ἂν οὖν ποιοῖμεν; Sic A. B. Vulgo ἂν οὖν ποιῶμεν; Perinde soloeca sunt ὅ τι πίθοισθε versu ante hunc

---

x) Dictum pro περὶ τῶν πετομένων. v. Abresch. Dil. Thuc. p. 520. f.

y) Sic Isocr. ad Demon. p. 16. ed. Batt. τόνδε λόγον δῶρον i. e.

octauo, et τί ἂν ποιῶμεν. Frequentissimus circa horum modorum permutationem librariorum error. V. ad Nub. 360. *Brunck.*

173. ὄρνιθες h. l. cum emphasi ponitur: aues, quae nullo modo vrbem possunt condere (οἰκίζειν), vt Eurip. Teleph. fr. 23. Eqq. 179. Act. 16, 21. Inprimis nomina propria sic leguntur. Valck. diatr. in Fr. Eur. p. 211.

174. ἆληθες *itane vero?* i. q. ὄντως, sed ironice ita adhibetur. V. ad Plut. 123.

177. Versus claudicat [ex olim vulg. lect. ἀπολαύσομαί γ' εἰ δ.], qui facile sic suppleri et fulciri potest: ἀπολαύσομαί τί γ' εἰ διαστρ. z) i. e. *an fructum aliquem inde capiam, si oculos distorsero:* vel potius sic: ἀπολαύσομαι γὰρ εἰ διαστρ. Similis locus occurrit Eqq. 175. εὐδαιμονήσω γ', εἰ διαστραφήσομαι. *Kust.* ἀπολαύσομαί τι γ' εἰ δ. a). Sic codd. B. C. et primariae edd. Ant. Fracinus, qui plus mendarum in textum inuexit solus, quam alii editores simul omnes, dedit ἀπολαύσομαι δ', εἰ διαστρ. Sed in quatuor seqq. edd. prior lectio seruata. Frobenius τι omisit, quod etiam in membr. librarii errore omissum est: ἀπολαύσομαί γ' εἰ διαστρ. Vocula τι, sine qua versus stare non potest, reposita fuit in duabus minoribus Batauis, de quibus exemplum non cepit Kusterus. Faceta est eius nota. Sed, o bone, parce coniecturis; harum tibi facimus gratiam. Promisisti editionem ad fidem Aldinae recensitam, et illam, vbi opus est, numquam inspicis. Berglerus veterem reposuit lectionem, addita nota erroris etiam plena. Quis non crederet, Farreum illum diuinum paene fuisse hominem, qui superiorum editionum omnium mendas ingenii spongia absterserit? Editionem Barthol. Zanet-

---

δὲ δῦρον. Tibull. 1, 1. ipse seram vites *rusticus*. add. Koen. ad Greg. p. 153.

z) Ita legitur hic versus in edit. Farrei; in aliis deest τι, quod tamen metrum requirit. *Bergl.*

a) Nescio vnde ediderit Inu. ἀπολαύσομαί τι δ' εἰ δ. et vereor ne δ' pro γ' ex operarum errore sit enatum. Neque enim quidquam admonuit. διαστρέφεσθαι est distorquere sibi oculos, collum — vnde διάστροφος Thom. M. p. 270. ἀπολαύσομαι ironice dicitur.

ti descripsit, in qua est illud τι, quod erat iam in ed. Cratandri et in duabus primariis, quodque post Farreum repraesentarunt ed. Wecheli, duae Batauae, aliaeque forte, de quibus haud immerito gallice dici potest: *le reste ne vaut pas l' honneur d' être nommé. Brunck.*

179. Οὐχ οὗτος οὖν δήπου ἐστὶν ὁ π. Sic tres codd. [etiam Rau. et edd. minores] Vulgo δῆτ' ἐστίν, immo mendose in Kust. et exinde in nouissima Batana, δῆθ' ἐστίν. *Brunck.*

180. Ἐπ. Πόλος; Πει. τίνα τρόπον; ὥσπερ — Nemo dubitabit, credo, quin personae in versu hoc ita collocandae sint: Ἐπ. Πόλος; τίνα τρόπον *b*); Πει. ὥσπερ — Sic enim omnia plana et clara sunt. *Kust.* Perperam vulgo: ὥσπερ εἴποι τις, τόπος. Particula εἰ ad sententiam omnino requiritur, vt 282. ὥσπερ εἰ λέγοις. In codd. eadem est personarum distinctio, quam exhibui; et sic iam notatae fuerant in minoribus Batauis. *Brunck.* [qui edidit: ὥς τις εἰ λέγοι, τόπος, incommode pro ὡς εἴ τις λ.] Suidas V. Πόλος (vbi seqq. versus laudat) monet πόλον dici aërem, coelum. Sic Eurip. Pirith. fr. 3. In τόπος, πόλος, πόλις, alliteratio est, Graecis non infrequens. v. Reisk. Misc. Lips. Nou. VI. p. 113. Valck. ad Herod. p. 373, 21.

181. τοῦτο. Leg. ταῦτα, aut alias leg. v. sequ. ἅπαν, διὰ τουτογί. *Reisk.* Immo τοῦτο est πόλος. Solent Attici potissimum ponere Neutrum, vbi praecedentia aliud genus postulant, quando ad vniuersam notionem respicitur. v. Gregor. Cor. p. 38. (ex Hom. Od. 12, 74.). Post τοῦτο abesse debet comma.

185. Conieceram olim ὥς τ' *et sic.* Nunc non necessarium puto. — πάρνοπες genus fuit *locustarum*, vitibus noxium. v. Pierson. ad Moer. p. 316.

186. λιμῷ Μηλίῳ. Melus insula fame expugnata est ab Atheniensibus *c*). *Bergl.* In prouerbium apud Grae-

---

b) Distingu. cum Leid. [1624.] πόλος; τίνα τρόπον; Πει. ὥσπερ — *Reisk.* Ita etiam censuit *Bergl.* et in ed. Bergl. distinctum est.

c) Nempe Olymp. 90. a. 4. v. Wessel. ad Diod. S. I. p. 535. Wast. et Duck. ad Thuc. p. 575.

cos abiit *fames Melia*. vt apud Romanos *fames Saguntina*. Verbi originem vide apud Thucyd. interpretes L. V. cap. vlt. *Brunck*.

187. Poſt γῆς ſupplendum iam olim putaui καὶ οὐρανοῦ. Ita et Wilandus. Nam in coelo erant dii, in aëre aues.

188. Citat Suidas V. Ὡς Πυθῶδε. *Kuſt*. Boeotia inter Atticam et Delphos media interiacebat. Strab. Geogr. p. 642. et 646. Alm. Si igitur Athenienſes Delphos (Πυθῶδε eſt εἰς Δελφοὺς v. Weſſ. ad D. S. I. p. 299.) ire volebant, tempore certe belli, a Boeotis *d)* transitus venia erat petenda.

192. διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας. Idem verſus occurrit etiam infra 1218. *Kuſt*. χάος h. l. pro ἀήρ.

193. οὐ διαφρ. i. e. *non transmittetis*, vel, *non dabitis transitum*. Locum autem hunc citat Etym. V. Διαφρῶ et Suid. V. Οὐ διαφρήσετε. *Kuſt*. διαφρήσετε. διαπέμψετε. Perperam in membr. διαφορήσετε. Eadem menda eſt in Suidae edd., quem e literarum ſerie liquet διαφρήσετε ſcripſiſſe, non διαφορήσετε *e)*. Hunc verſum citat auctor Etym. M. p. 271. vbi male excuſum διαφρήσετε. Integram notam apponam: διαφρῶ σημαίνει τὸ διακομίζω, καὶ εἰσιέναι καὶ ἀφιέναι ποιῶ. εἴρηται παρὰ τὸ ῥῶ, ὃ σημαίνει τὸ ἀφίημι, ὅπερ καὶ ἀφῶ λέγεται καὶ προῶ· εἶτα κατὰ συγκοπὴν πρῶ. φρῶ· καὶ κατὰ δευτέραν σύνθεσιν, διαφρῶ καὶ εἰςφρῶ. Ἀριστοφάνης· τῶν μηρίκων τὴν κνίσσαν οὐ διαφρήσετε. γέγονε δὲ ἡ τροπὴ τῆς προ, ὡς ἐν τῷ προοίμιον φροίμιον, πρόουρος φρουρός *f)*. Male etiam ibi κνίσαν excuſum, qui error in codd. frequentiſſimus. Idem auctor alibi p. 522. κνίσα — τὸ νι βραχύ. εἰςφρήσομεν occurrit Veſp. 892. *Brunck*.

---

d) Boeoti erant hoſtes Athenienſium. *Bergl.*

e) Suidas explicat per διαφερήσετε, vt Zonar. I. p. 756. et videntur hi putaſſe ex διαφορεῖν eſſe contractum. At deducendum eſt a διαφρεῖν (*durchlaſſen* noſtris) quod vt ἀφρεῖν et εἰσφρεῖν apud Ariſt. dicitur.

f) Eadem Zonar. I. p. 641. vbi κνίσσην — διαφρήσεται, et mox προυρός.

194. *νεφέλας.* Schol. *εἶδος δικτύου θηρευτικοῦ.* Infra 527. *Bergl. nebulas.* Retis est tenuissimi genus. *Brunck.* add. Pollux 10, 171. Idem 5, 27. *δίκτυα* esse monet venatorum retia in campis posita. Ioci causa poëta auem per retia iurare facit. Ita Babrius in Tyrwhitt. diss. de Babr. p. 8.: *ὄμνυμί σοι φύλλα πάντα καὶ πηγάς.* Eurip. Cycl. 264. *μὰ θ' ἱερὰ νύματ'.*

195. *νόημα κομψότερον* est, commentum elegantius, callidius. v. de voc. *κομψὸς* Etym. M. p. 527. et Zonar. II. p. 1231. atque Ruhnk. ad Tim. p. 161.

198. *διηγεῖσθαι* est *exponere*, narrare (vortragen), vt Xen. Mem. 2, 1, 29. Plutarch. de S. N. V. p. 85.

199. *βαρβάρους.* Herodotus in Euterpe [II, 57.] *ἕως δὲ ἐβαρβάριζε, ἐδόκεέ σφι ὄρνιθος τρόπον φθέγγεσθαι. Bergl.* Barbarorum lingua Graecis videbatur similis auium sonis. cf. ad Ran. 93.

202. *αὐτίκα μάλα* est i. q. *εὐθὺς continuo*, vt Lucian. de hist. conscr. c. 16. *ἔπειτα* habet tantum copulandi orationem vim (v. Moschop. ad Hesiod. Op. et D. 174.) vt Latt. partt. *inde* et *deinde.* v. Drak. ad Liu. 5, 20, 7.

203. *τὴν ἐμὴν g) ἀηδόνα.* Terei coniux fuit Procne, in luscíniam mutata. vid. v. 660. et 666. *Bergl.* Add. Palmer. ad Schol. et Vos. ad Virg. Ecl. VI, 79. p. 336. vbi triplicem monet variam fuisse traditionem, sed eam, quam Bergl. expressit, antiquiorem Atticam fabulam.

204. *καλοῦμεν ἂν αὐτ.* [vt Kust. edidit]. Constructio est *ἀνακόλλητος.* Praecedunt enim nominatiui singulares *ἐμβὰς* et *ἀνεγείρας*, quibus hic subiungitur verbum plurale, *καλοῦμεν*, quod recte quidem etiam obseruauit Scholiastes, sed immerito Aristophanem ipsum eo nomine reprehendit: qui procul dubio scripserat *καλοῖμ' ἂν αὐτούς*, vt habet Ms. Vat. U. *h*). *Kust. καλοῦμεν αὐτούς.* Sic tres codd. [etiam Rau.] et primariae edd. Recte.

---

g) Est *meam vxorem.* Saepe ita *γυνὴ* omittitur. v. Fabrett. ad Inscriptt. vett. p. 56. f.

h) Hoc olim cum Bergl. recepi.

καλοῦμεν futurum est Attico more formatum. v. ad Ran. 202. 298. *Ego et coniux mea luscinia aduocabimus eas.* Perperam Ant. Fracinus edidit καλεῖω ἂν αὐτούς. Bonam lectionem retinuerunt Cratander, Veneti, Wechelus. Binas confundunt minores Batauae καλοῦμεν ἂν αὐτούς, quod neutiquam credas Scholiastam agnoscere. Ad depravatam lectionem Portus, aut nescio quis alius, Scholiastae verba accommodauit: illud ἂν in Scholl. Ald. edit. non comparet, nec in secunda Scholiorum edit. Hic rursus Aldinam inspicere dedignatus est Kusterus, qui ista nescivit expedire. Nihil habet insoliti transitio a singulari numero ad pluralem, quae hic omnino necessaria est, vt intelligatur Epopem et luscinam coniunctim ceteras aues vocaturos esse: si enim legas, καλοίω ἂν αὐτούς, *aduocabo eas*, quorsum plurale, quod sequitur, pronomen οἱ δὲ νῷν τοῦ φθέγματος ἦν ἐπακούσωσι? Si solus aues vocaturus est Epops, emendandum etiam erat οἱ δ' ἐμοῦ τοῦ φθέγματος — Sed libri omnes habent οἱ δὲ νῷν, quod aliter stare non potest, quam seruata codd. et vett. edd. lectione καλοῦμεν αὐτούς. Loquendi schema librario cod. Vat. incognitum mutandae lectioni ansam dedit, quod saepissime accidit in locis, vbi ἀνακολουθία est. Simile exemplum est Soph. Philoct. 645.: ἀλλ' εἰ δοκεῖ, χωρῶμεν, ἔνδοθεν λαβών, Ὅτου σε χρεία καὶ πόθος μάλις' ἔχει. Quem locum, vt par erat, scilicet temere et imperite, nuper sollicitauit ὁ θεῖνα [Vauvilliers]. Ineptam eius crisin, vbi opportunum erit, confutabo. Eam traditionem sequitur Comicus, iuxta quam Procne in luscinam, Philomela in hirundinem conuersa fuit. Manifestum est hoc e v. 665. Recte itaque Schol. ἀηδόνα, τὴν Πρόκνην γαμετὴν οὖσαν, ἥτις εἰς ἀηδόνα μετεβλήθη. Longa Palmerii nota omitti poterat. Non soli Aristophani Procne luscinia est. Apollodorus mythologicae historiae scriptor optimus III. [14, 3.] καὶ Πρόκνη μὲν γίνεται ἀηδών, Φιλομήλα δὲ χελιδών. Sicque a plerisque mythographis traditum est, quos laudat Hygini interpres ad fab. XLV. *Brunck.*

205. θεύσονται δρόμῳ. In Eqq. 482. θεύσει γὰρ ἅξας. *Bergl.*

207. Quod pro vulg. ἀντιβολῶ σ', ἄγ', ὡς — Inu. e Rau. edidit: ἀντιβολῶ σ' ἔγ', ὡς — displicet propter elisionem literae ω in ἐγώ.

209. De fabula Procnes et Philomelae, vnde horum verſuum interpretatio pendet, vidd. Periz. ad Ael. V. H. 12, 20. et intpp. Anton. Lib. p. 70. Varie traditur. In Hom. Od. τ, 518. luſcinia dicitur filia Pandarei, maritus Zethus, filius Itylus. Altera eſt narratio de Tereo, Dauliae in Phocide, quae tum Thracibus parebat, rege (vnde luſcinia *Daulias ales* dicta), quam Thucyd. II, 29. retulit. Procne in luſciniam, Philomela in hirundinem, mutatae dicuntur. (v. Vulp. ad Catull. 64, 13. f.) Haec invertit tertia narratio. Ab his abit Antonin. fab. 11. qui Aëdonem filiam Pandarei Epheſii, eius maritum Polytechnum, ſceleris cauſam litem iocoſam facit. v. Heyn. ad Apollod. T. II. p. 331. et Clavier. ad eumdem T. II. p. 477. f.

σύννομε i). Scholia ὡς μετέχουσα τοῦ αὐτοῦ βίου καὶ τῆς αὐτῆς νομῆς (conſors eiusdem vitae et eorumdem paſcuorum). τοῦτο δὲ ὡς ἐπὶ ὀρνέων. Poteſt etiam reddi: *age coniux mea.* Aeſch. Pers. 706. τῶν ἐμῶν λέκτρων γερκὶ ξύννομ', εὐγενὲς γύναι. Soph. Oed. Col. 332. Ἐκεῖ γὰρ οἱ μὲν ἄρσενες κατὰ στέγας Θακοῦσιν ἰσουργοῦντες· αἱ δὲ σύννομοι (coniuges) Τὰ ἔξω βίου τροφεῖα πορσύνουσ' ἀεί. *Bergl.*

210. χῦσον. Sic habent omnes, quas vidi, edd. At Ms. Vat. U. et Suidas (V. Λῦσον) legunt: λῦσον δὲ νόμους: cui tamen lectioni vulgatam praefero. Nam χύειν vel χέειν νόμους eodem ſenſu dicetur, quo apud Latinos, *fundere carmen, fundere modos*, pro, *canere. Kuſt.* Ita χέειν φωνήν Hom. Od. τ, 521. χέειν φθόγγον Musgr. ad Eur. Hel. 1153. Νόμους ὕμνων pro ὕμνους. Νόμος in muſica graeca dupliciter dicitur vel de modis, ad quos hymni vel tibia vel cithara canuntur, (v. Burett. in Mém. de l' Acad. d. Inſcr. X. p. 218.) vnde Ὀλύμπου νόμον Eqq. 9., vel de ipſis hymnis (vt 746.); qui ad certas leges et modos canebantur. v. Spanh. ad Call. in Del. 304. Portus ad Suid. II. p. 239. θρηνεῖν eſt *lugubriter canere.* Luſcinia ſaepe dicitur lugere Ityn (ſ. Itylum) filium, vt Soph. El. 147. Catull. 64, 14. (vbi v. Vulp.), Ouid. Her. 15, 154. Conſol. ad Liu. Aug. 105.

---

i) θρ. σύννομον dixit Antonin. Lib. p. 44. De piſcibus idem voc. adhibet Aelian. N. A. 1, 4. de apibus 1, 10.

212. Aeſchylus Agam. 1153. Ἴτυν Ἴτυν ϛένουϲα, vbi v. Stanlei., qui inter alia citat Soph. Electr. 147. ἃ Ἴτυν ἀιὲν Ἴτυν γ' ὀλοφύρεται ὄρνις ἀτυζομένη, vbi v. Camerar. *Bergl.* πολύδακρυς eſt aut, multum defletus, aut multarum lacrymarum auctor, vt πολύϲονος auctor multi luctus Hom. Il. 1, 445. Eur. Phoen. 1029.

213. Operae pretium eſt conferre locum Euripidis, quem imitatus eſt Comicus, ex Helena 1113. (1118.) ſs. ἐλθὲ διὰ ξουθᾶν γενύων ἐλελιζομένα θρήνοις ἐμοῖς ξυνεργός (veni, per flauas genas plorans, lamentationibus meis adiutrix). *Bergl.* μέλεϲιν ſcriptum oportuit [pro vulg. μέλεϲι] ob metrum, vt eſt in duobus codd. B. C. In iisdem poſt ξουθᾶς diſtinctum *k)*, quod et ſententia flagitat. Denique perperam χωρεῖ vulgo excuſum *l)*. Verbum eſt in imperatiuo: recte in B. notatus accentus: χώρει. Sed ſupereſt in his verſibus menda. Ἴτυν vltimam corripit. Legendum itaque — Ἴτυν

διεροῖς μέλεϲιν γένυος ξουθᾶς *m)*
ἐλελιζομένη· καθαρὰ χώρει.

Frequentiſſimae ſunt, praeſertim in anapaeſtis, hae vocum traiectiones. Vltimam vero nominis Ἴτυν corripi, poëtarum quotquot ſunt omnium vſu compertum eſt. Ex Atticis vnicum aduocabo Sophoclem, cuius hi ſunt in Electra verſus 147.

ἀλλ' ἐμέ γ' ἃ ϲονόεϲϲ' ἄραρε Φρένας
ἃ Ἴτυν, αἰὲν Ἴτυν γ' ὀλοφύρεται,
ὄρνις ἀτυζομένα, Διὸς ἄγγελος.

Quum haec in theatro canebantur, recens erat memoria verſuum in Hel. 1116. quorum ex imitatione riſum captaſſe videtur Comicus:

---

k) Punctum vulgo erat poſt μέλεϲι, ſed poſt ξουθᾶς poni iuſſit Valck. ad Eurip. Phoen. 1517. cui iam olim parui, ſenſu iubente. ἐλελίζεϲθαι (h. e. θρηνεῖν) exprimit ſonum gementis luſciniae. v. Valck. l. l.

l) Legebatur καθαρὰ χωρεῖ Διὰ — *Reisk.* ad h. l. coniicit: καθαρὰν χώρει „*promoue*, o luſcinia, puram canori gutturis vocem vsque ad ſedes Iouis; *fac cedere.*" Neutra verba interdum ponuntur actiue. v. Reisk. Miſc. Lips. Nou. VI. p. 520. ſs. et Abreſch. Dil. Thuc. p. 88. ſs. At hic tamen nihil mutandum.

m) γένυος ξουθᾶς. Infra 743. δι' ἐμᾶς γένυος ξουθᾶς. *Bergl.*

Σὲ τὰν ἐνκύλοις ὑπὸ δενδροκόμοις
μουσεῖα καὶ θάκους ἐνίζουσαν ἀνεβόασα,
σὲ τὰν ἀοιδατάταν ὄρνιθα μελῳδόν,
ἀηδόνα δακρυόεσσαν·
ἔλθ' ὦ διὰ ξουθᾶν
γενύων ἐλελιζομένα,
θρήνοις ἐμοῖς ξύνεργός,
Ἑλένας μελέας πόνους.

Brunck.

215. *σμίλακος.* Vulgo *μίλακος n).* v. ad Nub. 1007. *Brunck. σμίλαξ* eſt *taxus* Theophr. hiſt. pl. 3, 6. et 10. Zonar. I. p. 1659. *φυλλόκομος* eſt comata, foliis multis abundans.

218. *ἀντιψάλλων tuis elegis reſpondens percutit citharam.* Eurip. Iph. Taur. 178. *ἀντιψάλμους ᾠδὰς ὕμνον τ' Ἀσιήτην σοι βάρβαρον ἰαχάν, δέσποιν', ἐξαυδάσω, τὰν ἐν θρήνοις μοῦσαν. Bergl.* Vt *ψάλλειν* eſt proprie *citharam pulſare* (v. Athen. IV. p. 183. D.), ita *ἀντιψάλλειν* reſpondere pulſando citharam. *ἔλεγοι* aui tribuuntur quoque Eurip. Iph. T. 1090. vbi v. 1236. etiam *Φοῖβος χρυσοκόμας* dicitur, aureo crine inſignis (vt Pind. Ol. 6. epod. 2. v. 13.). *Φόρμιγξ ἐλεφαντόδετος* eſt cithara ebore ornata (propr. vincta, vt Panis fiſtulae *κηρόδετοι, ταυρόδετος* et ſimilia). Etiam Ran. 224. *Φορμίκτας Ἀπόλλων*, etſi ei propria fuit lyra, cithara Mercurio. *ἰσάναι χορούς* eſt, inſtituere, ducere, choreas, vt *χοροὺς στήσασθαι* eas inter ſe agere. v. Theocr. 18, 3. Callim. h. in Dian. 242. Apoll. Rh. I, 538.

222. *μακάρων ὀλολυγῇ* recte iunxit Spanhem. ad Call. in Del. 258. vbi voc. *ὀλολυγῇ* (quod eiulationem, cantum lugubrem *o)*, indicat) ſignificatus perſequitur.

αὐλεῖ τις p). Haec verba non pertinent ad ſeriem fabulae, ſed iis tantum indicatur, tibicinem poſt pronun-

---

n) In ed. Bergl. iam eſt *σμίλακος.*

o) Brunck. vertit acclamationem, non recte, opinor; nam de lugubri voce, qualis luſciniae vox habebatur, accipiendum eſt.

p) Ita in omnibus aliis edd. legitur, non *αὐλεῖ* ſimpliciter, vt Inu. edidit, ſubintellecto nomine *epops.*

ciata vltima illa verba (*θεία μακ.* Ὀλ.) tibia canere coepisse *q*). Παρεπιγραφὰς Graeci vocant: cuiusmodi occurrit etiam supra in Ran. post v. 1294. *διαύλιον προσαυλεῖ. Kust.* Hoc non ab Epope dicitur, sed eo tantum adscriptum est a poëta, aut ab antiquis Grammaticis, vt sciatur, aliquem interea, dum tacet actor, tibia imitari cantum luscíniae. Dicitur *παρεπιγραφὴ* a Grammaticis graecis *r*). Sic in Ran. 314. *αὐλεῖ τις ἔνδον.* 1294. *διαύλιον προσαυλεῖ.* Eurip. Cycl. 485. *ᾠδὴ ἔνδοθεν.* Aeschyl. Eumen. 117. *μυγμός*, 113. *ὠγμός*, 129. *μυγμὸς διπλοῦς ὀξύς. Bergl.*

223. Personis loquendi vices diuisi ad fidem duorum codd. A. B. *Brunck.* Nimirum vulgo 223. f. Euelpidi tribuuntur, et ad eamdem rationem ceteri diuisi sunt, ita vt 226. Pisthetaeri nomen praemittatur.

225. *κατεμελίτωσε.* Infra 909. *μελιγλώσσων ἐπέων ἡδὺς ἀοιδάν s*). *Bergl.* Reisk. pro *οἷον* legi voluit *δι' οὗ*, *per quam.* At *οἷον* est, *quam*, vt Thesm. 26.

226. Similiter Thesm. 104. (99.) *σίγα· μελῳδεῖν αὖ παρασκευάζεται. Bergl.*

227. *ἐποποί, ποποπόῖ, ποποί, ποποί.* Sic [vt Br. ed.] B. C. et primariae edd. In Kust. ter *ποποί t*). *Brunck.* Dochmaicus hic versus erit, sicut sequens, si hoc vel simile quiddam reposueris:

Ἐποποποὶ ποποί, ποποποποὶ ποποί.

Hotib.

229. (230. Bergl.) *ὁμόπτεροι* sunt, quos supra *συννόμους* dixerat. Nam auis loquitur, igiturque proprie hic dicitur, quum saepe omnino sit *similis.*

---

q) Nimirum tibia imitatur cantum luscíniae, vnde etiam appareret, non epopem dici posse *αὐλεῖν.*

r) Vid. Rostii Comm. de notione vocab. *παρεπιγραφή.* Lips. 1803. 4.

s) Ita Horat. Serm. 2, 6, 32. Hoc iuuat et *melli* est.

t) Vulgo fuit: *ἐποποί, ποποί, ποποί, ποποί.* Sed etiam ex Schol. sententia scribendum est *ποποπο.* Ductum inde est *ποπίζειν* Poll. Onom. 5, 89. Inuerm. e Ran. dedit: *ἐποποὶ ποὶ ποποποποποποί ποποί.*

230. *εὐσπόρους ἀγρῶν γύας* [vt in omnibus aliis edd.] Eurip. Phoen. 651. et 673. *βαθυσπόρους γύας*. Contra *ἀνηρότους γύας* Aeſch. Prom. 707. *Bergl.* Dicuntur ita *fecunda arua*, vt *πυροφόροι γύαι* Apoll. Rhod. 1, 706. Quod Inu. e Rau. recepit *ὅσοι τ' εὐσπόρους ἀγροίκων γύας* vel propterea nequit probari, quod poſtulabatur *ὅσα* (*φῦλα*) et *ἀγροίκων* manifeſtum eſt *ἀγρῶν* interpretamentum. *γύας* autem recte ſcriptum, non vt in nonn. edd. *γυίας*.

231. Senarius eſt iambicus, in quo bis vocalis breuis producitur ante tenuem et liquidam, contra Daweſii canonem. Sed in melicis hanc licentiam ſibi ſumit Comicus. *Brunck.* Verſus eſt iambelegus, non iambicus ſenarius, vt placet Brunkio. *πριδῆ* longam habet priorem ſyllabam. cf. 506. Proinde difficultas, ad quam offendit vir doctus, nulla eſt. *Hotib.* *φῦλα* proprie de hominibus (v. Graeu. ad Heſiod. *Ἔργ.* 199.) etiam ad animalia transferuntur, vt *φῦλα θηρῶν* Eurip. fr. Chryſipp. 7. add. Arntzen. ad Arat. Act. App. 1, 71. p. 53.

232. f. Vulgo etiam ap. Br. vnum efficiunt verſum. *σπερμολόγοι v)* dicebantur potiſſimum *cornices frugiuorae* (Saatkrähen). v. Buffon. H. Au. V. p. 41. De aliis verbi ſignificatt. interpp. ad Act. App. 17, 18. H. l. omnino ſunt aues ſemina legentes.

234. *μαλθακὴν ἱέντα γ.* In Nubb. 975. *μαλακὴν Φυρασάμενος τὴν φωνήν. Bergl.* *ἱέναι γῆρυν* eſt, *emittere vocem*, vt 910. *ἱέναι ἀοιδάν*, Veſp. 560. *ἱέναι φωνήν. ἱέναι αὐτὴν* Weſſel. ad Herod. p. 111, 50.

235 — 37. Vulgo etiam ap. Br. ſcribuntur ita:

ὅσσα τ' ἐν ἄλ. θ. βῶλον
ἀμφιτιττυβίζεθ' ὧδε
λεπτόν, ἡδομ. φωνᾷ.

τιττυβίζειν verbum proprium eſt de hirundinum voce, atque etiam de perdicibus. v. Sturz. Prolus. IV. de vocibus animalium p. 8. et Prol. V. p. 6.

---

v) Epicharmus ap. Athen. II. p. 65. *ἦν δ' ἑρωδιοὶ μακροκαμπυλαύχενοι τέτρακές τε σπερμολόγοι* (erant et ardeae incuruilongicruicae, tetracesque ſeminum collectores). Noſter infra 580. *ἑρωδιῶν σπερμολόγων. Bergl.*

237. λεπτὸν refertur ad verbum. *Bergl.* λεπτὴν (scil. βῶλον) coniecit b. Morus. ἡδόμενα Φωνᾷ dicuntur, quae cantu delectantur. Conieci olim ἀδομένᾳ φωνᾷ *suavi voce* s. *cantu*, vt ἡδομένᾳ ψυχᾷ mente laeta, Eurip. fragm. Hypsip. V, 4.

239 — 244. In quatuor versus descripta et ap. Br. olim legebantur:

ὅσα δ' ὑ. κ. κ. ἐπὶ κισ-
σοῦ πλάδεσι νομὸν ἔχει· τά τε κατ' ὄρεα
τά τε κοτ. τά τε κομαροφάγα·
ἀνύσατε — αὐδάν.

241. (239. Br.) κατ' ὄρεα. Sic tres codd. et vett. edd. In Kuster. [et Bergl.] nescio vnde κατ' οὔρεα. *Brunck.* Haec ita scribenda sunt:

ὅσα δ' ὑμῖν κατὰ πήπους ἐπὶ κισσοῦ *x) ionic. a min. trim.*
πλάδεσι νομὸν ἔχει, τά τε κατ' οὔρεα — *dochm.*

Corrupit metrum Brunkius ὄρεα pro Kusteri lectione οὔρεα reponendo, vt effingeretur scilicet nescio quis versus hic:

— σοῦ πλάδεσι ν. ε. τ. τ. κατ' ὄρεα.

Hotib. ὄρεα certe codd. lectio est, at omnis locus aliter diuidendus et constituendus videtur.

243. (241. Br.) ἀνύσατε. Subauditur ὁδόν, δρόμον, πορείαν, vel simile quid *y)*. Sic Vesp. 369. ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρὸς ἓξ ἕνοντος ἐς σκηρίαν. Tragicis frequentissimus est vsus huius verbi ellipticus. Plena locutio est Eurip. Phoen. 164. — εἶδε δρόμον ναφέλας ποσὶν ἐξανύσαι μι ὁ' αἰθέρος πρὸς ἑμὸν ὁμογενέτορα. *Brunck.*

245. Vulgo, etiam ap. Br. τριοτό, τριοτό, τριοτό, τοβρίξ. Mutauit Inu. auctoritate Rau. cod.

---

x) Aues nonnullas hedera pasci tradit etiam Longus p. 68. ed. Villois. κτενόφαγα sunt quae oleastri fructibus, κομαροφάγα quae arbuteis, vescuntur.

y) Equidem explicui: celeriter volate; vt participium verbi ἀνύειν fere aliis verbis additur sic, vt per aduerbium reddi possit. v. Piers. ad Moer. p. 67.

246. ff. (243. Br. z)) In his verſibus disponendis haud melius rem geſſere Brunkius et editores. Scribendum:

ὅσα θ' ἑλείας παρ' αὐλῶνας ὀξυσόμους
ἐμπίδας κάπτει, ὅσα τ' εὐδρόσους γᾶς τόπους } cretici tetram.
ἔχετε λειμῶνα τ' ἐρόεντα Μαραθῶνος cretic. tetram. catal. clauſula
ὄρνις τε πτεροποίκιλος ἀτταγᾶς. dochm.

Fruſtra bis infertur ἀτταγᾶς. *Hotib.*

246. (244. Kuſt.) αὐλῶνας. Soph. Trach. 101. πον-τίους αὐλῶνας, vbi Scholia: αὐλίον, ξενόμακρον πέλαγος. *Bergl.* αὐλῶνες ſunt conualles intra montes porrectae, in quibus aqua ſtagnat (v. Morus ad Xen. Hell. 3, 2, 18.), vnde ἑλεῖαι dicuntur.

ὀξυσόμους (v. 245. Bergl.) proprie: *acuta habentes ora*, ſiue *acutas proboſcides*. Aeſchyl. Prom. 802. ὀξυ-σόμους γὰρ Ζηνὸς ἀπραγεῖς κύνας Γρύπας Γρύπας φύλαξαι. *Bergl.* ἐμπίδες ad genus ϰωνώπων pertinent, Stechflie-gen, muſcae potius quam culices. v. Camus ad Ariſtot. H. A. II. p. 306. ſs. et Leske Naturgeſch. I. p. 482. De v. ϰάπτειν, pro ἐσθίειν, v. Bos. Obss. Critt. p. 63.

250. f. πτεροπ. ἀτταγᾶς. Infra 762. Ἀτταγᾶς οὗτος παρ' ἡμῖν ποικίλος ϰεϰλήσεται. *Bergl.* Attagas ſ. Atta-gen, auis quae in paludoſis locis et paſcuis degit. v. Suid. Heſych. Phrynich. h. v. Athen. 9, 9. p. 387. Aelian. N. A. 4, 42. vbi cf. Schneid. Non eſſe eam auem, quae dici-tur *le Francolin*, monet Camus ad Ariſt. II. p. 111. Se-cundum alios eſt *gallina corylorum*, das rothe oder ge-haubte Haſelhuhn, Buffon H. Nat. Au. III. p. 165.

252. f. (251. f. Kuſt.) ὧν τ' ἐπὶ — *et vos, quarum gentes ſuper* etc. *Bergl.* πόντιον οἴδμα θαλάσσης formu-

---

z) Leguntur vulgo, etiam ap. Br. ita:

ὅσα θ' ἑλ. π. αὐλῶνας
τὰς ὀξυσ. ἰμπ.
ϰάπτει· ὅσα τ' εὐδρόσους τε
γῆς τ. ἔχετε ϰαὶ λειμῶ-
να τὸν ἐρόεντα Μαραθῶνος·

Nullo modo probari poteſt dictionis inconſtantia, quae eſt in cod. Rau. οἵ θ' ἑλείας — ὅσαι τ' εὐδρόσους. Ex ſchol. metrici ratione transpoſui olim verba verſus primi ſic: ὅσα τ' αὐλῶνας παρ' ἑλείας.

la Homero et Tragicis vſitata (vt Eurip. Or. 992.) indicat proprie fluctus tumentis maris.

253. *μετ' ἀλκυόνεσσι.* Ran. 1337. *Ἀλκυόνες, αἳ παρ' ἀενάοις θαλάσσης κύμασι σωμύλλετε. Bergl.* Halcyones, alcedines (Meereisvögel) *a)*, apud veteres nobiles erant, quod mare tranquillum ipſis conſpectis fieri putabatur (*ἡμέραι ἀλκυονίδες*). v. Hemſterh. ad Luc. T. I. p. 178. *πευσόμενοι* dicit, quamquam *φῦλα* praeceſſerat, quia *ὄρνιθας* aut *ἀλκύονας* cogitauit.

259. (al. 256.) *καινὸς γνώμην* eſt, *qui nouum adfert conſilium.*

260. (257. Brunk.) *καινῶν τ' ἔργων ἐγχ.* Sic [vt Br. recte edidit] tres codd. In impreſſis *καινῶν ἔργων τ'. Brunck.*

261. *Ἴτε ἐς λόγους.* Formula e foro et concionibus Athenn. petita: *coite ad deliberandum.* Sic *ἔρχεσθαι, συγγίνεσθαι εἰς λόγους* Veſp. 470. Eqq. 802. Nubb. 451. Mox *δεῦρο* vulgo quater tantum poſitum eſt; quintum e Rau. additum eſt, non recte, opinor.

263. (260. Br.) Huic verſui praefixa in membr. perſona *χορὸς ὀρνίθων.* In B. *χορὸς ὀρνίθων ἢ γλαύξ. Brunck.* Probabile eſt poſt ſcenam has auium voces audiri. Noctuae dicuntur edere ſonum quae ſimilis ſit voci *κικκαβαῦ. Wil.* Inde eae *κικκαβίζειν* dicuntur. v. Sturz. Prol. IV. de voc. anim. p. 25. Brunkius praefixit *Χορός.* Idem dedit, vt in vulgg. erat: *τοροτοροτοροτοροτοτίγξ* et v. 265. *τοροτοροτοροτολιλιλίγξ*, quae Inu. auctoritate cod. Rau. paululum immutauit. Hotibius praeeunte Inu. ſcribi iuſſit:

τοροτοροτοροτοτίξ· κικκαβαῦ, κικκαβαῦ·
τοροτοροτοροτολιλίξ.

vt prior verſus ſit creticus tetrameter, poſterior creticus dimeter.

267. *κέχηνα — βλέπων.* In Pac. 56. *εἰς τὸν οὐρανὸν βλέπων ὠδὶ κεχηνώς. Bergl. κέχηνα βλέπων* pro *ἔβλεπον κεχηνώς* eſt poſitum. Cf. infra 308.

---

a) Camus ad Ariſtot. II. p. 409. fatetur, cum Kleinio et Bomario, ſe nescire quae noſtrarum auium ſit veterum *ἀλκυών*. Idem cum Gesnero aſpirandam primam literam eſſe cenſet.

268. (265. Br. 266. Kuſt.) Ἄλλως etc. Continuantur vulgo hi verſus Euelpidi. Melius in A. B. alteri ſodali tribuuntur [Piſthetaero]. *Brunck.* Ita et Inu. fecit.

269. ἐπῴζε. Scholia: ἐπῳάζειν ἐστὶ τὸ ἐπὶ τοῖς ᾠοῖς καθεζόμενα τὰ ὄρνεα πράζειν *b)*· ἐνταῦθα δὲ ἀντὶ τοῦ ἐκρύπτετο. Eſt etiam ab ὦ exclamandi verbum ὠΐζειν. In Veſp. 1508. ὅπως ὠΐζωσιν οἱ θεαταί. Aeſch. Eumen. 124. ὠΐζεις, vbi Scholia: ὡς παρὰ τὸ αἰ αἴ, αἰάζειν· οὕτω παρὰ τὸ ὦ ὤ, ὠΐζειν. *Bergl.* χαραδριὸς quaenam auis ſit, periſſimi ornithologi ſe ignorare fatentur. v. Camus ad Ariſt. H. A. II. p. 574. ſ. Putatur eſſe, qui *germ. Regenpfeifer* dicitur. v. Leskii Naturgeſch. I. p. 272. add. Ruhnken. ad Tim. gl. Pl. h. v. Habitare dicebatur in rupibus et voraginibus, vnde Gaza ap. Ariſtot. nomen vertit *rupex*.

270. (267. Br.) Perſonam praepoſui Phoenicopteri auis, vt factum oportuiſſe ſequentia oſtendunt. Teſtis eſt etiam Scholiaſtes, in antiquis exemplaribus verba haec non Epopi *c)*, ſed aui cuidam adſcripta fuiſſe. *Brunck.*

271. (268. Br.) ὦ 'γάθ' ἀλλά γ' οὗτοσί — Sic lectio huius verſus emendari debuit *d)*, quae deprauata eſt in libris omnibus. Ab hoc verſu incipiunt tetrametri trochaici, et hic primus turpiter claudicabat, ὦ 'γάθ', ἀλλ' οὗτοσί — *Brunck.*

272. (270. Kuſt.) Athenaeus IX. p. 397. ex h. l. Ariſt. obſeruat, vocem ταὼς non ſolum circumflexo, ſed etiam ſpiritu aſpero in ſyllaba vltima notari, quaſi ſcriptum eſſet ταὼς. *Kuſt.* Aliis ſcribitur ταώς. v. Zonar. II. 1709.

---

b) Immo proprie ἐπάζειν (clamare) et ἐπῳάζειν differunt, etſi grammatici ἐπάζειν de auibus, quae ouis inſident, dici obſervant. ὠΐζειν eſt i. q. βοᾶν Heſych. (v. Valck. Diatr. in fr. Eurip. p. 21.). Hinc ἐπάζειν, quod cur cum Hemſterh. ad Tho. M. p. 362. et Piers. ad Moer. p. 151. ſcribatur ἐπῴζειν cauſa eſſe non videtur. Etiam Wiland. ἐπάζειν eſſe cenſet, valde clamare, vt charadrii, quando pluit.

c) Cuius nomen vulgo vocibus τοτοτίγξ, τοροτίγξ, (ita enim ante Inu. ſcriptae ſunt) praemittitur.

d) Ita iam olim edidi. Non redundat vlla particula, nec δή. Senſus: at iam quidem etiam auis quaedam haec (neſcio quae) prodit —

Rarum Athenis fuit hoc auium genus tempore Ariſtoph. v. Ael. N. A. 5, 21. οὐ δήπου eſt, *certe non.* v. Iſocr. Paneg. 31.

274. ἠθὰς eſt ἡ συνήθης (vſitata, familiaris) ὄρνις, Zonar. I. 982. Add. Heſych. et Suid.

276. *e)* Φοινικόπτερος. Eius meminit egregio loco Heliodor. VI. p. 268. [c. 3. p. 90. T. II. ed. Mitſcherl.] *Bergl.* add. Plin. H. N. 10, 48. Suet. Cal. 22. Linnaeus III. p. 230. ad Grallarum genus retulit. Noſtris dicitur *Flammbart, Schartenſchnabler*, et plumis rubris eſt inſignis. cf. Wiland. Fuit inter rariſſimas Athenis aues.

278. (275. Br.) νὴ Δί', ἕτερος δῆτα, χ' οὗτος ἔξ. χ. ἔχων. Sic ſcriptum eſt in B. C. [et Rau.] Vulgo: ἕτερος δὴ τάχ' οὗτος — E Sophoclis Tyrone poſteriore adumbratus hic verſus iuxta Schol.: τίς οὗτος ὄρνις ἔξεδρον χώραν ἔχων *f)*; ὡς εἰ εἶπε, χροίαν. ἔξεδρον δέ, παρηλλαγμένην. Σοφοκλῆς *g)*·

οὐξ ἔξεδρος,
ἀλλ' ἔντοπος ἀνήρ·

Brunck. Haec Schol. interpretatur, quaſi Ariſtophanes intellexiſſet χροίαν παρηλλαγμένην *colorem variegatum*, ſed longe aberrat a vero ſenſu, ſi bene coniicio. Nam ἔξεδρος eſt μαντικὴ φράσις, *auguralis vox*, et nihil aliud ſignificat quam *ſiniſtram auem, quae in parte templi infauſta videtur.* Heſych. ἔξεδρον, τὸν οὐκ αἴσιον οἰωνόν, οὐκ εὔθετον ὄρνιν, οὐκ ἐν δέοντι τὴν ἕδραν ἔχοντα. Dio Nicaeus l. XXXVII. [c. 25. Hiſt. Rom. vbi v. Reimar. p. 127. extr. T. I.] ἔξεδροι γάρ τινες ὄρνιθες ἐπέπταντο. *Palmer.* Exerce. p. 753. Sed de auibus, quae apud Graecos ἔξεδροι dicebantur, meliora te docebit Spanhem. ad Call. h. in Pall. [124. p. 719. ſ. ed. Ern.]. *Kuſt.*

---

e) Male in ed. 1624. pro αὐτῷ eſt αὐτοῦ.

f) Soph. Tyr. Fragm. 6. ed. Brunk.

g) Soph. Philoct. 212. — Verba Schol. haec cum vtroque Soph. loco etiam laudauerat *Bergl.* Poſtrema e Schol. etiam habet Zonar. I. p. 752. vbi cf. Tittm. H. l. eſſe poteſt: auis, quae non ſuum tenet locum, ſed alienum; et, quae infauſtum habet locum. Prius tamen probabilius. — Verſu praeced. patet, ὦ σέ τοι recte ſe habere et ſubintelligi καλῶ, quod v. 406. additur.

279. Sic legitur in impreſſis hic verſus:

τίς ποθ' ὁ μουσόμαντις h) ἄτοπος i) ὄρνις ὀρειβάτης;

cuius ita corrupti ſunt numeri, vt qui aures vel digitos habeat, ſtatim deprauationem animaduertat *k)*: nec tamen belli noſtri interpretes minimum quid hic adnotarunt. In codd. paulo melius:

τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις ἄτοπος ὄρνις ὀρειβάτης;

rectis pedibus incedit prius comma, ſed poſterius in ſecundo pede claudicat *l)*. ὄρνις apud Comicum vltimam ſemper producit, niſi in hoc verſu et forte in altero, qui itidem mendoſus eſt, vt ſuo loco declarabitur. Proinde reponi debuit quod a poetae manu eſt:

τις ποτ | ἐσθ' ὁ | μουσο | μαντις | ατοπος | ορνις | οριβα | της *m)*;

Vocula ἔσθ', quae hic omiſſa fuerat, vt Lys. 524., facile reponi poterat etiam absque codd. ope, ex Aeſchyli verſu, quem ex Edonis citat Schol., ſed mendoſe: ſic autem legendus videtur:

τίς ποτ' ἔσθ' ὁ μουσόμαντις, ἄλαλος, ἄβροτος, ὃν ϑένει;

Brunck. Sed ὀριβάτης eſt contra linguam. Fortaſſe legendum ἆρ', vt ὄρνις ſit gloſſa et distinguendum poſt ἄτοπος. *Porſon.* ad Eur. Hec. 208.

280. (278. Kuſt.) Μῆδος. Scholiaſtes: ζητεῖται εἰ δεόντως (vere) καλεῖται τις ὄρνις Μῆδος. Idem poſtea 485. ad haec verba, quae de gallo ſonant, ὥσε καλεῖται Περσικός, ſcribit: μήποτε καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν τὸν ἀλεκτρυόνα Μῆδον ὄρνιν καλεῖ, ἐπεὶ καὶ τοὺς Πέρσας Μήδους ἔλεγον·

---

h) τίς — μουσομάντις. Alluſum ad locum quemdam Aeſchyli ex Hedonis, vt docet Schol. *Bergl.* Comicus pro μουσικὸς adhibuit Aeſchyleum μουσόμαντις, ineptum et turgidum vocabulum, vnde adiitur ἄτοπος, quod vocab. non modo magna, inſolita, indicat, ſed etiam inepta. Tho. M. p. 121.

i) ἄτοπος. Sophocles apud Scholiaſten. *Bergl.*

k) Soph. Philoct. 952. οὐ πτηνὸν ὄρνιν οὐδὲ θῆρ' ὀρειβάτην. *Bergl.*

l) Hinc ante ὀρειβάτης olim inſerueram ἐς', ſed nec ſic locus erat perſanatus.

m) Ita ex Rau. edidit Inu.

et inferius ad haec verba v. 834. ὄρνις ἀφ' ἡμῶν τοῦ Περσικοῦ γένους, scribit: μήποτε νῦν τὸν ἀλεκτρυόνα λέγει. Μῆδος γὰρ λέγεται. *Bergl.* Gallum igitur intelligit, qui quod Tho. Hyde in lib. de relig. vett. Perſar. contendit, ex Perſia ducit originem. *Wiland.*

281. (278. Br.) ἐπέπτετο *n*). Vulgo ἐπέπτατο. Vide ſupra 48. 90. *Brunck.* Medi, vt et alii Orientis populi, camelis equorum loco vehebantur, etiam in praeliis. v. Plin. H. N. 8, 18.

282. Ludit poeta in voc. λόφος, quod et collem, quem proprie καταλαμβάνειν (occupare) quis dicitur, et criſtam auium, vt h. l. ſignificat.

283. (281. Kuſt.) οὐ σὺ — ἔποψ; Hunc enim prius vidit criſtatum, ſupra 93., vbi ad eum dicit Euelpides: τίς ὁ τρόπος τῆς τριλοφίας; Itaque quaſi criſta in Epope ſit proprium, putat nunc, quum et aliam videt criſtatam auem, illam etiam eſſe Epopem. *Bergl.*

284. (281. Br.) Vulgo ſic legitur hic verſus:
ἀλλὰ χ' οὗτος ἕτερος. — οὗτός ἐστι μὲν Φιλοκλέους.
Manifeſto deprauata ſcriptura, quum titubet verſus in penultimo pede, qui pyrrhichius eſt; nam in Φιλοκλέους ſecunda produci non poteſt: v. not. ad Thesm. 169. Fluctuat etiam in codd. lectio. In membr. ſcriptum: οὗτος μέν ἐστι Φ. *o*). Alluſio eſt ad Philoclis tragici poëtae drama *Tereum p*), cui aenigmatice ſubiicit Comicus, quod

---

n) Ita Brunk. dedit, ſed Inu. e Rau. ἐξέπτετο. Sed noſter non εἰςπέτεσθαι, ſed ἐπιπέτεσθαι dicit.

o) Brunk. edidit: ἀλλὰ χ' οὗτος ἕτερος; Ἐπ. ἀλλ' ἔστιν μὲν οὗτος Φιλοκλέους. Sed Inu. e Rau. cod. — ἀλλ'· οὗτος μέν ἐστιν Φ. quod cum membr. conuenire videtur. Reisk. coniecit: οὗτος ἔστιν Ἔποψ Φιλοκλέους, quo nihil ad metrum lucramur, ſenſus impeditior fit.

p) οὗτος — Ἔποπος. *Iſte eſt ex Philoclis Epope prognatus.* Scripſit autem Philocles tragicus Tereum, qui in Epopem eſt mutatus, vt docet Schol. Sed tutius vertere: *Iſte quidem eſt ex Philocle Epope natus, ego autem eius ſum auus;* ita vt Philocli tribuatur et pater Epops et filius. Vt huc inclinem, id facit, quia infra 1295. Philoclem hunc dicit cognominatum fuiſſe Alaudam, quae auis quodammodo ſimilis eſt

Sophoclis eiusdem argumenti drama in alium habitum inverterit. Nam Tereus in hac comoedia eodem exhibebatur ornatu, quo in Sophoclis tragoedia, vt supra monui. Ideo autem, quum Pisthetaerus percontabatur, quaenam illa foret, dicit Comicus Tereus, *Epopem esse filium Philoclis, Epopis nepotem, se vero postremi huius Epopis* (cuius non nominatur pater) *auum esse, eadem nominum successione, qua in Calliae prosapia alternis sibi succedebant Hipponici et Calliae.* v. Periz. ad Ael. V. H. XIV, 16. Quia vero altera illa auis, epopi forma similis, foeda aspectu erat, ideo falso Comicus Epopem illum Philoclis filium esse fingit. Nam Philocles visu foedus erat, siue quia προκέφαλος erat, siue ob quoduis aliud corporis vitium: vtique foedum eum fuisse constat e Comici versu Thesm. 168. ταῦτ' ἄρ' ὁ Φιλοκλῆς αἰσχρὸς ὢν αἰσχρῶς ποιεῖ. *Brunck.* Schol. duo fuisse tragicos Philoclis nomine tradit (v. Fabric. B. Gr. II. p. 314. Harl.), perperam autem Comicus quoque Philocles commemoratur (v. Kuster. ad Suid. III. 604. Harl. ad Fabric. II. 482.). Aristoph. autem haec potissimum scripsit, vt Calliam notandi esset opportunitas.

285. τούτου πάππος. Subaudi τοῦ Ἔποπος, quasi dicat: *ego autem sum Sophoclis Epops, qui ante Philoclem scripsit Tereum.* Haec praeeuntibus Scholiis. *Bergl.* Nempe filiis saepe auorum nomina imponebantur. v. Fabric. Bibl. Antiq. p. 725. et Sturz. Prol. quarta de nomin. Graec. (1802.) p. 11.

286. Ἱππόνικος — Accusat Scholiastes Comicum nostrum falsi eo, quod primus Callias fuit Phaenippi filius; sed non ideo mendax Aristophanes. Nam ab illo primo Callia alternatim Hipponici et Calliae sibi inuicem successerunt plures. Sic enim procedit eorum stemma, quod euidentiae gratia hic apposui:

Φαίνιππος

|

Καλλίας Herodot. I. VI, [121. f.] ὀχδοῦχος et λακκόπλουτος dictus, Pisistrati hostis, de quo Plutarchus Aristide [c.

. Epopi, s. Vpupae, nempe respectu capitis. Vtrique enim est fastigiatum. Vid. ibi Not. *Bergl.*

5.], Demoſthenis Scholiaſtes p. 393. Victor equo celere Olymp. LIV.

Ἱππόνικος, dictus Ἄμμωνι (Athenaeus l. XII.) [p. 537. Caſaub.] ditiſſimus Athenienſium. Plutarch. de malign. Herod. [T. IX. p. 427. Reisk.]

Καλλίας, dictus etiam Ἀκκιόπλουτος, ob ſuum auum ita vocatum. Plutarch. in Ariſtide [c. 25.]. Legatus Athenienſium ad Artaxerxem. Herodot. lib. VII. [c. 151.]. Reverſus, ab Athenienſibus talentis L. mulctatus ob ſuſpicionem acceptae a rege pecuniae. Demoſth. περὶ παραπρεσβ. [T. I. p. 428. Reisk.]

Hipponicus, dux copiarum contra Boeotos. Diod. S. L. XII. [c. 65.] Athen. l. V. [p. 218. Caſaub.], cui Alcibiades colaphum inflixit. Plut. in Alcib. [c. 8]. Occubuit in pugna ad Delium. Andocid. in or. contra Alcib. [p. 117. Orr. Grr. Reisk.]. Cuius viduam Calliae matrem duxit Pericles. Plutarch. in Per. [c. 24.]

Καλλίας dictus etiam διδοῦχος, vt eius abauus. Xenoph. Heli. VI. [3, 3.]. Legatus miſſus Spartam ad pacem procurandam. De eo Lyſias or. de Ariſtoph. bonis [T. I. p. 522. Auger.]. Quem vt mulierioſum inſectatur Ariſtophanes in Ranis, et vt helluonem in Concionn. De cuius vita et matrimoniis Andocides in or. de Myſteriis [p. 52. ſs. T. IV. Reisk.]. Forte et de eius morte Aelian. V. H. IV, 23.

Ἱππόνικος, qui filiam Alcibiadis illius ducis celeberrimi duxerat vxorem et eam ob inceſti ſuſpicionem cum fratre Alcibiade iuniore diminit. Lyſias in or. contra Alcib. [T. I. p. 408. Auger.].

Ex his patet, quam bene et appoſite dixerit Ariſtoph.: Ἱππόνικος Καλλίου υἱὸς Ἱππονίκου Καλλίας. *Palmer.* [Exerce. p. 752. f.] Praeter Palmerium vide etiam de loco hoc Comici Perizon. ad Ael. V. H. XIV, 16. *Kuſt.* [Gronou. Obſs. IV, 7.]

287. (284. Br.) Facete in his verſibus perſtringitur Callias, qui paternas maximas opes dilapidauerat. *Brunck.*

289. (287. Kuſt.) *αἵ τε θήλειαι* — Nempe quia Callias Hipponici f. opes paternas impendit ſcortis, vt docet Schol. ad h. l. et ad Ran. 432. item ad Eccl. 805. propterea, inquam, Callias iſte eſt *ὄρνις, ὃς πτεροῤῥυεῖ.* Similiter Anaxandrides Comicus ap. Athen. IV. p. 166. *Ὄρνις κεκλήσῃ (φησι)· διὰ τί, πρὸς τῆς Ἑστίας; Πότερον καταφαγὼν τὴν πατρῴαν οὐσίαν, Ὥςπερ Πολύευκτος ὁ καλός; οὐ δῆτ' ἀλλ' ὅτι Ἀῤῥὴν ὑπὸ θηλειῶν κατεκόπης.* *Bergl.* Notatus eſt Callias ob hanc opum profuſionem etiam ab Eupolide ap. Schol. h. l. *γενναῖος* eſt *nobilis* atque *diues.* Cf. Ruhnken. ad Tim. p. 67.

290. (288. K.) *ὡς ἕτερος αὖ βαπτὸς* — Sic ad metri normam ſcriptum oportuit. Mendoſe vulgo *αὖθις βαπτὸς* — *Brunck.* Equidem olim edidi: *ὦ Πόσειδον*; (omiſſo *ὡς*) *ἕτερος αὖ τις βαπτὸς* — *αὖ τις* eſt in cod. Rau. Reiskius hunc verſum mauult Euelpidi tribui.

291. *κατωφαγᾶς q)* auicula quaedam vorax eſſe fingitur. Neque enim vere fuiſſe videtur. Petiit autem Cleonymum, qui admodum vorax fuit (Eqq. 1290. ſs.) et timidus (Nub. 352. et ſaepius a noſtro notatus).

292. (290. Kuſt.) Locum hunc citat Phrynichus p. 80. [p. 190. ed. de Pauw, vbi cf. Nunnes.]. *Kuſt.* Scholia: *Ἴσως ἀπὸ τοῦ καταφαγεῖν τὸ ὄνομα πεποίηκε, διὰ τὴν τοῦ* Κλεωνύμου *πολυφαγίαν.* Voracem fuiſſe Cleonymum, patet etiam ex Eqq. 1286. *καὶ διεζήτηχ' ὁπόθεν φαύλως ἐσθίει* Κλεώνυμος. Huc pertinet illud Anaxandridae: *ὄρνις κεκλήσῃ; διὰ τί; πότερον καταφαγὼν τὴν πατρῴαν οὐσίαν*; *Bergl.*

293. (290. Br.) *ἀπέβαλε r) τὸν λόφον.* Nempe galeae criſtam, quia tamquam *ῥίψασπις* notatur, vt ait Schol. Comicus Nubb. 352. *Κλεώνυμον τὸν ῥίψασπιν. Bergl.* Ales ille, ſi Cleonymus eſt, qui factum, vt ei criſta non

---

q) Indicat proprie eum, qui capite demiſſo vorat, vt *κατάφαγᾶς* omnino eſt vorax homo.

r) Non erat cur olim *ἀπέβαλε* reponerem. Immo trochaeus in quinta ſede eſſe debet, quem recte tribrachys excipit. Ludit poëta in voc. *λόφος*, quod et de *collibus* (295.) et de *criſtis auium* (293.) et de *criſtis galearum* (292.) dicitur.

defluxerit, quemadmodum Cleonymo periit clypeus? Vid. not. ad Nub. 680. *Brunck.*

294. (291. Br.) Sic legitur hic verſus in primariis edd., vt in cod. C. metro corrupto:

ἀλλὰ μέν τοι τίς ποθ' ἡ λόφωσις ἢ 'πὶ τῶν ὀρνέων;

Ant. Fracinus ex alio cod. edidit, vt eſt in membr.:

ἀλλὰ μέν τοι τίς ποθ', ἡ λόφωσις ἔσθ' ἢ 'πὶ τῶν ὀρνέων s);

Quae lectio priore adhuc peior eſt. Sincera demum et genuina habetur in B.:

ἀλλὰ μέντοι τίς ποθ' ἡ λόφωσις ἢ τῶν ὀρνέων;

Qua me mala fortuna hoc fugerit, dicere nequeo: numeros equidem reſtitui, ſed poëtae manum neutiquam t). Comprobatam itaque illam lectionem diligens lector reponat, nulla habita ratione Kuſterianae emendationis: ἀλλὰ τίς ποθ' ἡ λόφωσις ἐστὶν ἐπὶ τῶν ὀρνέων; Quod membr. exhibent ἔσθ', e gloſſa ortum eſt; ἐπὶ ab imperito librario e ſequenti verſu retractum: praepoſitio illa locum hic non habet. *Brunck.*

295. ἢ 'πὶ τὸν δίαυλον ἦλθον; v. Spanhem. ad Callim. p. 553. [ad h. in Pall. 23. p. 625. ſs. ed. Ern.]. *Kuſt.* Scilicet δίαυλος fuit curſus genus, quo bis ſtadium, vel pedibus vel curru emetirentur, inter Olympica certamina receptum Ol. XIV. v. Corſini diss. Agon. p. 13. add. Pollux 3, 147. Athenienſium nobiles et diuites adoleſcentes adamabant huius generis certamina curulia, ad quae galeis criſtatis ornati veniebant. Wilandus exiſtimat, peti a poeta ſimul choragos, qui non ſatis perſonas auium ſecundum earum genera distinxerint, contenti, quod ſingulis criſtam dederant. At Piſthetaerus tamen eas distinguit. Videntur igitur diuerſo habitu fuiſſe.

296. ἐπὶ λόφων. Non facile eſt, imitari argutias tales in latino ſermone, quae in eo conſiſtunt, quod aliter

---

s) Ea facta eſt vulg. lectio, ad quam haec adnotauit *Kuſt.*: „In hoc verſu quaedam redundant, quem proinde metri gratia ſic ſcribendum eſſe moneo: Ἀλλὰ τίς ποθ' ἡ λόφωσίς ἐστιν ἐπὶ τῶν ὀρνέων;" Ita olim Kuſterum ſequutus edidi.

t) Nimirum edidit Brunk. ἀλλὰ μὴν τίς ἡ λόφωσίς ἐστιν ἢ τῶν ὀρνέων; Inu. dedit quod Brunkius ex B. reponi voluit, praeeunte cod. Rau.

atque aliter accipitur vox λόφος. *Bergl.* ἐπὶ λόφων rescripsi auctoritate Ms. Vat. U. pro ἐπὶ τῶν λόφων, quod priores edd. [etiam cod. Rau.] habent, sed metro repugnante. *Kuſt.* Cares, bellicoſiſſima gens, primi criſtis vſi eſſe dicuntur, auctore Strab. XIV. p. 976. Alm. (vnde in fragm. Alcaei in Stangii Collect. fragmin. Alcaei 1810. p. 110. λόφον σείων Καρικόν.) iidemque Ionibus inuiſi et ab iis exagitati loca edita occuparunt, vbi tutiores eſſent.

297. καπὸν Comice dictum eſt pro πλῆθος. Eodem ſenſu 298. νέφος dicitur, de quo vidd. intpp. ep. ad Hebr. 12, 1.

299. (297. K.) οὐκ ἰδεῖν — In Veſp. 1085. ὑπὸ τῶν τοξευμάτων οὐκ ἦν ἰδεῖν τὸν οὐρανόν ν). τὴν εἴςοδον. Scholia: εἴςοδος δὲ λέγεται, ᾗ ὁ Χορὸς εἴςεισιν ἐν τῇ σκηνῇ x). Ingreditur autem nunc chorus ſub forma auium et conſtat ex illis auibus, quae proxime ſequentibus octo verſibus recenſentur. Scholiaſtes ad Eqq. 586. οἱ γὰρ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταὶ καὶ τραγικοὶ χοροὺς ἴσασιν, οἳ τὰ χορικὰ ὑπεκρίνοντο καὶ ᾖδον μέλη· (choros introducebant, qui chorica carmina agebant et canebant.) συνεισήει δὲ ὁ κωμικὸς (comicus chorus) ἐξ ἀνδρῶν ἤδη καὶ γυναικῶν, ὁμοῦ δὲ καὶ ἐκ παίδων κδ', ὡς καὶ οὗτος ἀπηρίθμησεν ἐν Ὄρνισιν, ἀρρένας μὲν ὄρνεις ιβ', θηλείας δὲ τοσαύτας· ὁ δὲ τραγικὸς ιέ. *Bergl.*

300. (298. Kuſt.) Verba ἐκεινοσὶ etc. ſunt Euelpidis et 301. ἐκεινοσὶ δέ γ' ἀλλ. eiusdem, et οὑτοσὶ Piſthetaeri. In ſequentibus pariter ambo ſocii vices nomina auium recenſendi alternant, vt in Pluto et alibi factum. *Reisk.* Aſſenſus olim ei ſum, nunc cum Brunk. puto, praeeuntibus codd., perſonas eſſe mutandas. πέρδιξ non noſtra cinerea perdix, ſed rufa (das rothe Rebhuhn) eſſe videtur. cf. Buffon. H. Au. IV. p. 97. ſs. add. Camus ad Ariſtot. H. A. II. p. 623. f.

301. (298. Br.) Distinctae perſonae ad fidem codd. A. B. y) niſi quod in iis auium declaratio Epopi tribuitur,

---

ν) ὑπ' αὐτῶν *prae* iis.

x) Ea theatri pars, qua chorus ſcenam intrat. *Porſon.* praef. ad Eurip. p. LXI. Add. Pollux Onom. p. 414. ibique Kulm.

y) Nimirum vulgo 301. tribuitur Euclpidi, vna cum parte 302.

cuius in locum quater Pisthetaerum posui. Namque praeter omnem verisimilitudinem ista, *οὐ γάρ ἐσι Σποργίλος*; diceret. *Brunck.* Sed fortassis haec tantum Pisthetaero aut Euelpidi tribuenda sunt. Nam auium, certe pierarumque, declaratio, magis Epopi congruit. *πηνέλοψ* genus anatum est, fortassis *anas Penelope* Linn. v. Camus l. l. p. 618.

302. (299. Br.) *κειρύλος*. Vulgo *κηρύλος*. In membr. *κιρύλος*. Nostram lectionem tuentur veteres critici, merito: namque iocus perit, nisi per diphthongum nomen scribatur. Alluditur ad verbum *κείρω*, proprium artis, quam exercebat Sporgilus tonsor. *Brunch.* Sensus: *Estne vero Cerylus auis? Annon vero Sporgilus auis est, quem constat esse Cerylum?* Nempe aliter atque aliter accipiuntur voces *κηρύλος* et *ὄρνις*. Vocem *ὄρνις* proprie accipit Euelpis, metaphorice Pisthetaerus [ex vulgata personarum distinctione]. Vox autem *κήρυλος* versu anteced. pro aue accipiebatur, nempe pro mascula alcyone; hic autem accipitur pro *κειρύλος*, i. e. *tonsor*, a *κείρω* propter similitudinem soni inter *η* et *ει*. Ita de h. l. sentit Schol. ad Plut. 589. vbi ad vocem *λήρους* ibi occurrentem ita scribit: *εἰσὶ δέ, οἳ καὶ παίζειν φασὶ τὸν Κωμικὸν πρὸς ὁμοιότητα ἦχου τοῦ κατά τε τὸν λῆρον διὰ τοῦ η γραφόμενον καὶ τὸν παρὰ τὸ λείριον·* deinde paucis interiectis: *τοιοῦτόν τι παίζει καὶ περὶ κειρύλου ἐν Ὄρνισιν, ἔνθα καὶ διὰ τοῦ ή νοεῖται ἡ λέξις, ὡς ἐπὶ τοῦ ὄρνιθος οὕτω λεγομένου, καὶ διὰ διφθόγγου δὲ, διά τινα κουφότ., ὡς ἀπὸ τοῦ κείρω.* Est autem ille tonsor Sporgilus. *Bergl.* Notauit eum etiam Plato Comicus, ap. Schol. et Suid. h. v. Forte rapax fuit homo, aut, auctore Wilando, cultris rasoriis hebetibus vtebatur.

304. (302.) *τίς γλαῦξ' Ἀθήναζ' ἦγαγε*; Haec dicit respectu spectatorum, qui erant Athenis; non respectu eorum, qui sunt in scena, quae erat procul ab Athenis.

---

tum 305. ss. *κίττα* continuantur Euelpidi, 308. ss. *τὸ λῦ* — Pisthetaero, et 311. *τοῦτο μὲν κόμαι δεινῆ* Euelpidi tribuuntur.

z) Emendaueram iam in ed. a. 1782., praeeunte Schol., et vt iocl ratio magis appareret, et quoniam attica haec forma haberi potest. Putatur autem *κήρυλος* vel *κηρύλος* esse mas alcedo. v. Camus l. l. p. 177. et Beckmann. ad Antig. Caryst. p. 52. Photius Lex. p. 113. Zonar. M. 1205. ibique laudd.

Notum autem est prouerbium. *Bergl.* Dictum de iis, qui superuacaneos labores susciperent.

305. Κίττα (Att. pro κίσσα) est *pica* (Aelster). v. Buffon. H. Au. p. 64. et Cettio quidem in Hist. nat. Sardiniae, quem Schneider. sequitur, auctore, non *pica varia*, sed *glandaria* (Eichelgebicht, Holzscheere). Camus tamen II. p. 639. κίτταν et picam vulgarem eamdem esse censet. De τρυγόνι (turture, Turteltaube) v. id. Camus p. 814. et Buffon. IV. p. 168. κορυδὸς est alauda cristata (Schopflerche) v. Camus p. 74. f. ἐλεᾶς quae sit aeque incertum quam quae ἐλέα ap. Aristot. H. A. Existimatur non differre ab ea quae ἐλεὸς dicitur (Aluco, Kircheule mit gelblichten Augen, Buffon. II. p. 108. fs.) Wiland. pro ea posuit Grünspecht. Ὑποδυμίδες ap. Plut. Symp. III, 1. p. 567. T. VIII. Reisk. dicuntur serta a cerucibus suspensa; quodnam auium genus h. l. sit intelligendum, incertum est (ap. Wil. Weihrauchvogel). Nec notior est νέρτος (ex rapacium auium genere, ap. Wil. Hühnerweih). Nam περιστερὰν columbam esse satis constat. De φάττᾳ autem (palumbo, wilde Taube, cf. Buffon. IV. 169.) ad Plut. p. 546. dictum est. ἱέραξ facer ales, accipiter (Habicht) aut vultur aegyptiacus est (Buffon. I. 136. Camus II. 310.). κόκκυξ est *cuculus*. Ἐρυθρόπους num idem sit qui ἐρυθινὸς ap. Aristot. (le Rouget, Camus II. p. 735.) aut ἐρίθακος (rubecula) incertum est. Mox vnus e Scholl. monuit diuisim scribendum esse Κεβλὴ πυρὶς, sed alter docuit ita numerum 24. auium (inde a v. 288.) non seruari. Verum omnino plures, quam 24. aues, prodiisse videntur, aut conspectae certe esse. Quae autem illa fuerit auis, ignoratur. πορφυρὶς et πορφυρίων diuersarum auium fuerunt nomina. Francog. interpres πορφυρὶς reddidit *poule sultane*, laudato Buffon. XV. p. 302.

307. (304. Br.) κέρχνη ob metrum legendum. Perperam vulgo κερχνηΐς. *Brunck.* κερχνῆς olim scripseram, κέρχνη Inu. e Rau. Videtur autem eadem esse, quae alias κέγχρις et κεγχρηΐς dicitur, *tinunculus*, der Thurmfalke (Camus II. p. 256. Schneider. ad Ael. N. A. II, 43.) — κολυμβὶς *urinatrix* (Taucher, colymbe, Camus II. 239.) — ἀμπελὶς cadem auis canora esse videtur, quae aliis ἀμπελίων dicitur (kleiner Fliegenschnepper, secundum Buffon. V. p. 314. φήνη est offifraga, aquilae genus, orfraie ap. Buffon. I. p. 96. (Beinbrecher) cf. Camus II. 577. f.

Schneider. ad Friderici II. Reliqua p. 93. δρύοψ prorſus ignota eſt, nec alibi, quantum ſcio, memoratur. Praeteriit eam etiam Schneiderus in Lexico. δρυοκολάπτης (picus Martius) frequentius occurrit.

309. κόψιχος eſt Attica forma, pro vulg. κόσσυφος, κόττυφος v. Moeris p. 310. et Heſych. cum intpp. Eſt *merula* (ſchwarze Amſel), Buffon. V. p. 242. Camus II. p. 503. — πιππίζειν ſ. πιπίζειν eſt inter verba, quibus variarum animantium voces exprimuntur, v. Caſaubonian. p. 56. ſs. Valck. Anim. ad Ammon. p. 228. ſs. et Sturz. Prol. V. de voce. anim. p. 12.

311. ἀπειλοῦσιν — πεχθήσασιν ob metrum. Perperam vulgo ν paragogicum omiſſum. *Brunck.* Emendaveram iam in mea ed. Fuerunt librarii in ea re maxime inconſtantes.

313. Vulgo octies ſyllaba πο eſt repetita, quam novies poni iuſſit Inu.

314. Vulgo duo verſus, quorum prior in v. ἐκάλεσε finitur. ἄρα iam olim pro ἆρα, metri cauſa edidi. Ita et Br. atque Inu.

315. ἀποσατεῖν ducitur ab ἀποσάς, quo vocab. vſus eſt Aeſchylus pro φυγών. v. Toup. Emm. in Suid. I. 74. et IV. 331. Omnis locus refert ingenium tragici ſermonis.

316. Leg. τί τί τί τί τί τί μ' ἤρου; *quid me interrogas? Reisk.* Vulgo enim fuit: τιτιτιτιμπτροῦ. Brunk. dedit: τιτιτιτιμπρού. Sed Inu. τίτίτίτίτίτίτί haud dubie Rau. Vulgata tamen aut Brunkii ſcriptura voci auium nonnullarum ſimilior eſt.

317. (315. Br.) Hos verſus *a)* citat Suidas in πάρει, cuius notam proponam: πάρει, ἐλήλυθας, παρεγένου. τίνα λόγον ἄρα ποτὲ πρὸς ἐμὲ φίλ' ἔχων πάρει; κοινόν, ἀσφαλῆ, δίκαιον, ἡδύν, ὠφελήσιμον. Quod olim ille in

a) Nimirum ante Inu. ita lecti ſint duo verſus:
τίνα λόγον ἄρα ποτὲ
πρὸς ἐμὲ φίλον ἔχων;

hoc loco legebat *πάρει*, hodie in libris non comparet *b)*. Sane fatendum eſt, eo bene ſententiam carere poſſe: nihilo tamen minus reponendum eſt *c)*. In tribus codd. vnicum verſum conficiunt male nobis distincti duo verſiculi. Tetrameter eſt paeonicus, quem ſic ſcribere et dimetiri oportet:

τίνα λόγον ἄρα | ποτὲ πρός γ' | ἐμὲ φίλον ἔ' | χων πάρει;

Perperam apud Suid. ſcriptum *φίλ'*. In tribus codd., vt in impreſſis, eſt *φίλον*. Tum *πρός γ' ἐμὲ* legendum, quod ipſa metri euincit ratio. Hoc errore admonitus inquiro in binos ſuperioris chori verſiculos 311. 312. (314. Lips.) qui perinde ac iſti in tribus codd. vnum conficiunt verſum. Praeterea in membr. ſcriptum, *τίνα τόπον ἄρα ποτὲ νέμεται*; In B. vocem *ποτέ*, quam primo omiſerat, ſuperne repoſuit librarius minio ſcriptam. Verſus itidem eſt tetrameter paeonicus, quem ſic ſcribas et dimetiare [vt ed. Inu.]:

ποῦ μ' ἄρ' ὃς ἐ | κάλεσε; τίνα | τόπον ἄρα πο | τὲ νέμεται;

Brunck.

318. Etiam h. l. poëta demagogos Athenn. petit.

319. Perperam in B. *λεπτολογισά*, quod, metro licet reclamante, quaedam edd. habent. Duo alii *λεπτῶ λογισά*, vt edd. vett. *d)*. In Vat. cod. Kuſterus reperit *λεπτοσοφισά*, vnde vulgato praefert Daweſius *λεπτῶ σοφισά e)*. At ego alterum retinendum cenſeo. *Brunck. δεῦρ'*

---

b) Praeter Rau., e quo Inu. edidit: *τίνα λόγον ἄρα ποτὲ πρός γ' ἐμὲ φίλον ἔχων πάρει;*

c) Suidae lectionem non repudiandam eſſe monuerat etiam Toup. Emendd. II. p. 29.

d) *λεπτῶ λογισά*. Ita edd. priſtinae, non *λεπτολογισά*, vt nupera (Kuſt.), quod et metro nocet. *Bergl.*

e) Vtrumuis (*λεπτολογισὰ* an *λεπτοσοφισὰ*) legeris, verſum perinde claudicantem amplecteris. Nempe vtrouis modo in tertia trochaici ſede pro trochaeo duas tantum breues ſyllabas conſtitues. Nunc accipe, quod a poetae manu profectum eſſe, quouis pignore contenderim: *Ἄνδρε γὰρ λεπτῶ σοφισὰ* — Equidem ſi *λεπτῶ λογισὰ* ſcribas, ad verſum perinde erit, alteram vero lectionem praefero hoc adductus, quod in Comici ſcriptis *σοφισὴς* non raro, *λογισὴς* vero ne ſemel quidem conſpicia-

ἀφῖχθον. Sinceram hanc lectionem [quam Inuernizio Rau. praebuit] e prana membr. ſcriptura elicui, in quibus ἀφῖχθαι. Vulgo ἀφῖσθ'. *Brunck.*

322. πρέμνον metaphorice, pro magnitudine, vt *radix* pro principio. *Veniunt habentes molem rei ingentis. Bergl.* Nimirum dicitur proprie de truncis arborum annoſarum. v. Heſych. et Timaeus gl. Plat. h. v. (Phot. p. 330. πρέμνον, σέλεχος δένδρου.) Inde etiam de ramis (Zonar. h. v.). Anthol. III. p. 308. πρέμνον ἀνεσκίρτησαν ἐλαίης. Hinc omnino ingens, magnum. Eodem ſignificatu πελώριον dicitur, vt ἔργον πελώριον Pind. Pyth. VI, 3, 5. Affectat poeta verba tumida et Aeſchylea.

324. μήπω. Leg. μή που. *Hotib.* τί μ' εἰργάσω; *quo malo me affeciſti?* atque mox ἔργον in malam partem dicitur, ſcelus, facinus, vt Plut. 415.

327. (326. Br.) παρ' ὑμῖν, εἰ παρ' ὑμῖν — Inepte vulgo παρ' ἡμῖν, εἰ παρ' ὑμῖν — *Brunck* Correxerat ita iam Reisk. Defendi olim vulgatum, vt elegantius, coll. 329. ſ. Nunc largior, ineptum eſſe παρ' ἡμῖν. Nam dicendum erat ſimpliciter, iam eos auibus adeſſe.

328. ἔα, ἔα, vulgo verſui ſeq. additur. *Hotib.* haec adnotauit: „ἔα in ſtropha, ἰὼ in antiſtropha ſemel poſitis, dochmaicos reſtitueris:

ἔα, προδεδόμεσθ', ἀνόσιά τ' ἐπάθομεν.
ἰώ, ἔπαγ', ἔπισθ', ἐπίφερε πολέμιον."

329. ὁμότροφα *in quibus vna nutritae ſumus.* cf. Hom. Il. ψ, 84. Nam alibi ὁμότροφα, σύντροφα, dicuntur, quae vna cum alio educata et nutrita ſunt. v. Lennep. ad Phalar. p. 22.

331. Θεσμοὶ proprie dictae ſunt Draconis leges, quarum primum vocabulum erat Θεσμός, ſed nomen etiam ad

---

tur. Poſtquam haec ſcripſi, in ed. Baſil. 1532. λεπτὰ λογιστὰ extare video. *Dawes.* M. Crit. p. 289. At exquiſitius eſt λογισά, et Athenis erant decem λογισταί, ad quos magiſtratus abeuntes munere rationem referre oportebat, (v. Harpocr. h. v.) et alii duo λογισταί, qui videbant, ne fraus committeretur ab iis, qui remp. gerebant. (Petit. Leg. Att. p. 308.) Eo fortaſſis Noſter reſpexit.

alias leges, inprimis antiquas, translatum. v. Intpp. Aelian. V. H. 8, 10. *παραβαίνειν migrare* frequenter ita ponitur.

333. *ἐς δόλον ἐκάλεσεν* eſt, arceſſiuit eo conſilio (*εἰς*) vt deciperer. *παραβάλλειν* eſt *obiicere, committere*, bono et malo ſenſu. v. Tho. M. p. 680. Heſych. T. II. p. 857. f. Abreſch. Dil. Thuc. p. 214.

334. Hic et ſequens verſus (334.) ſunt etiam tetrametri paeonici *f)*, quorum poſterior claudicat. In vulgata lectione non conſentiunt codices. In C. vt in impreſſis *ὅπερ ἐξότ' ἐγένετό γ' ἐπ' ἐμοὶ* — In A. B. *ὅπερ ἐξότ' ἐγένετ' ἐπ' ἐμοὶ* (mendoſe in A. *ἐπ' ἐμοῦ*). Legendum eſt:

γένος ἀνόσι | ον ὅπερ, ἐξ | ότου γ' ἐγέ | νετ', ἐπ' ἐμοί g).

Non aliter numeri conſtare poſſunt, nec verſus hic antiſtrophico, ſcilicet 350. (*οὔτε πολιὸν πέλαγος* etc.) congruere. Ineptit hic, vt fere vbique, Graeculus, metrorum enarrator, catalecticos vocans tetrametros, qui ſunt acatalecti. Fieri tamen poſſit, vt menda ſit in ſcriptura. *Brunck.* Deficienti verſui male ſuccurrebat Brunk. reponendo *ἐξότου γ' ἐγένετ' ἐπ' ἐμοί* — ſiquidem ſic alter paeon interturbat contra regulam. Neque Rau. libri mouet me lectio *ἐγένετ' ἐπ' ἐμοί*. Saepius inutile viſum librariis *γε* omiſſum eſt, ſaepius quoque cum *γὰρ* commutatum; quod quidem hic factum puto, itaque numeros eſſe integrandos. Transpoſita vox, quae fortaſſe anſa corruptionis: naturali ordine haec ſcripta *ὅπερ γάρ, ἐξότ' ἐγένετο, πολέμιον ἐτράφη ἐπ' ἐμοί*, nihil mirati eſſent boni monachi. Legendum igitur:

γένος ἀνόσιον, ὅπερ, ἐξότ' ἐγένετο, γὰρ ἐπ' ἐμοὶ —

Similiter peccatum infra 1486., quod oſtendit verſus antiſtroph. 1498. *Hotib.* In toto hoc carmine parodiam ineſſe chori cuiusdam tragici coniecit francog. interpres.

---

f) Hinc non *ἐκάλεσε, παρέβαλε*, olim a me edendum erat.

g) Videtur ita edi voluiſſe Inu., vt ex nota eius patet: Scripſit tamen *ἐξότ'*, quo verſus peſſumdatur. Hermannus de metr. p. 566. ſcribi iuſſit:

ἐς δε δολον | εκαλεσεν | πάρεβαλεν | τ' εμε παρα
γένος ανοσι | ον, ὅπερ, εξ | ὅτ' αν ἐγενε | το γ' επ' ἐμοι
πολεμιον γ' ετραφη.

Add. eiusdem Handbuch der Metr. p. 199. f.

336. Vulgo ſic legitur hic verſus [etiam in Inu.] *πρὸς μὲν οὖν τὸν ὄρνιν ἡμῖν ἐσιν ὕσερος λόγος.* Corrupti ſunt numeri ſpondeo in tertia ſede poſito. Quippe vltima in *ὄρνιν* producitur, quod liquet e vv. 73. 512. 515. 561 721. In ſuam ergo ſedem reponendae erant voces a librariis male inuerſae:

ἔσι πρὸς μὲν οὖν τὸν ὄρνιν ἡμὶν ὕσερος λόγος.

Brunck. [qui ita edidit.] *ὄρνιν* e gloſſemate irrepſit, vt v. 277. Quum enim *ὄρνις* ſemper ſecundam producat apud Ariſtoph., legendum ope Suidae: *ἀλλὰ πρὸς τοῦτον μὲν ἡμῖν ἐσὶν ὕσερος λόγος. Porſon.* ad Eur. Hec. 208. *h).*

338. *διαφορηθῆναι* i. e. *διασπασθῆναι.* intell. *δεῖν.*

ὡς ἀπωλόμεσθ' ἄρα. Vulgo mendoſiſſime et profligato metro *ὡς ἀπολούμεθ' ἄρα i).* Librariorumne an editorum ſtuporem magis miror neſcio. Nihil ad hunc verſum adnotarunt belli noſtri Critici. Quod reponendum erat, ipſe ſuppeditauit Comicus. Vid. Acharn. 333. *Brunck.* Ei obſequutus eſt *Inu.* etſi codice ſuo non laudato.

339. *νῶϊν* [vt olim ſcriptum fuit]. Vna ſyllaba mallem *νῷν,* minime *νῶϊν. Bergl.*

341. *κλάοιμι.* Vulgo *κλάοιμι* ſcriptum. Attice dicitur, v. Piers. ad Moer. p. 231. et apud Comicum ſignificat fere *infelicem eſſe.* ſed alter proprie accepit, vnde v. ſequ. dicit: *κλαυσεῖ* (Attice, v. Tho. M. p. 536.) *γὰρ* (ſcilicet) —

λῃρεῖς ἔχων. Ran. 509. *λῃρεῖς ἔχων.* Ibid. 202. et 521. *οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων. Bergl.* Vel redundat *ἔχων* vel poſitum pro *ἔχεις,* i. e. *εἶ, λῃρῶν.* v. Greg. Cor. p. 63. Valck. ad Eurip. Phoen. 712. et Ruhnk. ad Tim. p. 258.

343. Infra 1611. *ὁ πόραξ — προσπτάμενος ἐκκόψει τὸν ὀφθαλμὸν θένων. Bergl.* V. de form. *ἐκκόπτεσθαι* (h. e. *ἀφαιρεθῆναι*) *τὸν ὀφθαλμὸν* Tho. Mag. p. 323.

---

h) Haec 336 — 38. chori coryphaeum dixiſſe, antecedens carmen chorum integrum cecinisſe putat *Wiland.*

i) Quod olim repoſui, *ἄρα,* verſum non reſtituit ſuae integritati, Reiskius coniecit: *ὡς ἀπολλύμεθ' ἄρα,* non male.

344. ἔπαγ' scil. πόδα. Conſtipauit noſter plura verba idem indicantia, choros tragicos imitatus. Eodem modo etiam vni Subſtantiuo duo Adiectiua ſunt addita.

345. πάντα. Sic bene A. B. In hoc vltimae vocali ſuperſcripta η, quod declarat πάντα aduerbium eſſe formae Doricae *k)*, pro πάντη, cuius vltima longa eſt: quod non intelligens metrorum enarrator, γε inepte addidit. *Brunck.* Legebatur enim olim πάντα γε, pro quo ſcripſi παντᾶ γ', ſed γ' non neceſſarium eſt. Monui etiam idem παντᾶ cum ed. Farr. et Lugd. reſtituendum eſſe Lys. 169. pro πάντας. *Reiskius* ad h. l. „πάντ' (i. e. πάντη) ἄγε. Conſtructio eſt: ἄγε ἐπίβαλε πάντῃ."

348. δοῦναι ῥύγχει Φορβάν. Infra 479. χρὴ ῥύγχος βόσκειν σε τολοιπόν. *Bergl.* Inde patet, non eſſe cum Schol. ῥάμφει reponendum. Quod enim Grammatici conſtituunt discrimen inter ῥύγχος et ῥάμφος, non eſt a ſcriptoribus ipſis diligenter obſeruatum. v. Trill. et Oudend. ad Tho. M. p. 787. f. Φορβὴ eſt vocab. Euripideum idem valens quod βορά, v. Eurip. fragm. Androm. 1. coll. Ariſt. Thesm. 1042.

349. f. Οὔτε γὰρ — Ita dici ſolet de illis, qui infortunium effugere non poſſunt; hoc ſibi voluerunt dona Scytharum ad Darium, apud Herod. in Melpomene: miſerant autem ei auem, murem, ranam et ſagittas quasdam; horum donorum rationem alii aliter exponebant, Gobryas autem ſic [IV, 132.]: ἢν μὴ ὄρνιθες γενόμενοι ἀναπτῆσθε ἐς τὸν οὐρανόν, ὦ Πέρσαι, ἢ μῦες γενόμενοι κατὰ τῆς γῆς καταδύητε, ἢ βάτραχοι γενόμενοι ἐς τὰς λίμνας ἐκπηδήσητε, οὐκ ἀπονοστήσετε ὀπίσω, ὑπὸ τῶνδε τῶν τοξευμάτων βαλλόμενοι. Eurip. Mede. 1291. δεῖ γάρ νιν ἤτοι γῆς σφε κρυφθῆναι κάτω, πτηνὸν ἆραι σῶμ' ἐς αἰθέρος βάθος, εἰ μὴ τυράννων δώμασι δώσει δίκην. Idem Or. 1375. ποῖ φύγω, ξέναι, πολιὸν αἰθέρ' ἀμπτάμενος ἢ πόντον; *Bergl.* Add. Doruill. ad Char. p. 665. σκιερὸς alias arborum epitheton, quae vmbram faciunt, (v. Warton. ad Theocr. 22, 76.) h. l. de montibus, qui obumbrantur.

351. μέλλειν i. q. ὀκνεῖν *cunctari*, quocum iungitur Herodian. 6, 9. 2, 8. ταξίαρχοι Athenis duces erant de-

k) v. Gregor. Cor. p. 96. et Heſych.

cem, singuli militibus singularum tribuum praefecti, qui secundum a στρατηγοῖς tenebant locum, cohortes instruebant, milites in praelium educebant. v. Perizon. ad Ael. V. H. T. I. p. 188. f. Gron. Ducker. ad Thuc. p. 485.

352. τὸ δεξιὸν κέρας. Vt in praeliis. Sic Eqq. 243. οὐκ ἐλᾶτε πρὸς τὸ δεξιὸν κέρας; *Bergl.*

353. τοῦτ' ἐκεῖνο. In Ach. 41. οὐκ ἠγόρευον; τοῦτ' ἐκεῖν' οὐγὼ 'λεγον. Ib. 820. τοῦτ' ἐκεῖν' ἤμει πάλιν, ὅθεν περ ἀρχὴ τῶν κακῶν ἡμῖν ἔφυ. Ran. 1381. τοῦτ' ἐκεῖν'. Ἰὼ ξύνοικοι. *Bergl.* Hoc est *illud quod timui.* De structura part. ποτ' cum Coniunct. v. Dawes. M. Crit. p. 207.

οὗτος, οὐ μενεῖς; Eqq. 240. οὗτος, τί φεύγεις; οὐ μενεῖς, ὦ γεννάδα; *Bergl.*

355. πῶς γὰρ ἂν τούτους δοκεῖς ἐκφυγεῖν; Pessime vulgo δοκῇς, quod ita soloecum est, vt nihil magis. Aliquatenus ferendum esset δοκοῖς. Sed partic. ἄν non ad cogitandi verbum δοκεῖν pertinet: construenda est cum aoristo infin. ἐκφυγεῖν, cui significationem futuri tribuit. v. not. ad Plut. 380. Hic πῶς δοκεῖς valet *quomodo putas?* aptum non esset *quomodo putares?* Alia res est, vbi post suppositionem aut conditionem, in multimembri phrasi, particula ἄν cogitandi verbum afficit. Exemplo sit hic locus in Eurip. Hippol. πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν, νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾶν; — εἰς δὲ τὴν τύχην πεσοῦσ' ὅσην σύ, πῶς ἂν ἐκνεῦσαι δοκοῖ; *quomodo se tandem euasuram illinc speraret?* Soloecum ibi esset δοκεῖ. Vid. ad eum locum Valcken. not. p. 219. Monui ad Plutum, in hac constructione saepe librarios peccasse. Id apud Lucian. contigisse arbitror, cuius locum in Prometh. p. 28. [c. 3.] sic lego: οὐ γὰρ ἂν ὠφελήσειεν αὐτὸ παρά γ' ἐμοὶ ἡ παινότης, μὴ οὐχὶ συντετρῖφθαι ἄμορφον ὄν. καὶ εἴ γε μὴ οὕτω φρονοίην, ἄξιος ἂν μοι δοκοίην ὑπὸ ἐκκλίδεικα γυπῶν κείρεσθαι. Male ibi mea sententia legitur δοκῶ. *Brunck.*

356. ἀλλ' ἐγώ τοι σοὶ λέγω. Sic bene A. B. [et Rau.] Vulgo: ἐγὼ τί σοι — *Brunck.*

357. ὅτι μένοντε δεῖ μάχεσθαι. *Nempe nobis manentibus pugnandum esse.* λαμβάνειν τε τῶν χυτρῶν. Instrumenta, quibus in sacrificio vsuri erant, pro armis ad

defendendos se ipsos adhibent. V. ad v. 42. Videtur autem mihi respicere ad ludum illum, qui dicitur χυτρίνδα, quia chorus paulo ante dicebat, se velle istos duos τίλλειν, vellicare, et mox 364. dicit: ἕλκε, τίλλε, παῖε, δεῖρε, κόπτε, πρώτην τὴν χύτραν· quod etiam in illo ludo fieri solebat. Iulius Pollux IX, 113 ἡ δὲ χυτρίνδα· ὁ μὲν ἐν μέσῳ κάθηται, καὶ καλεῖται χύτρα, οἱ δὲ τίλλουσιν, ἢ περικαίουσι, ἢ καὶ παίουσιν αὐτὸν περιθέοντες etc. mox: ἔσθ' ὅτε ὁ μὲν ἔχεται τῆς χύτρας κατὰ τὴν κεφαλὴν (tenet superiorem partem ollae) τῇ χειρὶ τῇ λαιᾷ περιθέων ἐν κύκλῳ etc. *Bergl.* Legendum τὴν χύτραν, forte quoque λαμβάνοντε. *Reisk.* At quamquam fere λαβέσθαι est *apprehendere* et cum Genit. struitur, tamen etiam λαβεῖν ita est vt v. 1349.

358. γλαυξ μὲν οὐ πρόσεισι νῷν. Scholia: οὐ διὰ τὴν χύτραν οὐ πρόσεισιν, ὡς Εὐφρόνιος. τοῦτο γὰρ καινῶς πάντα τὰ ὄρνεα φοβεῖ· ἀλλὰ διὰ τὸ Ἀττικὸν εἶναι τὸ ζῷον. Ἀττικοὶ δὲ καὶ αὐτοί. *Bergl.* γλαυξ proprie est *noctua caesiis oculis* (graue Nachteule) Buffon. II. p. 76. ſs. (chat huant) Camus II. 196. Ea reuerebitur Athenienses, ipsa Attica auis, consecraturos vrbem sacrificiis, vnde obelos secum afferebant. v. Suid. h. v.

359. In B. prior pars huius versus Euelpidi tributa cum interrogationis nota: posteriori praefixa Pisthetaeri persona, multo melius, quam in reliquis libris, vbi Euelpidi [siue potius Pisthetaero] omnia continuantur. *Brunck.* Sequutus eum est Inu. Equidem olim et ipse priorem partem Euelpidi tribui, sed scripsi: τοῖς δὲ γαμψώνυξι τοῖσδε τί; Π. τ. ὀ. ἀ. Sed non placet dactylus ante tribrachyn. Ceterum Euelpidis oratio interrupta ideoque elliptica est. Volebat dicere: quid illis opponam *l)*? vti etiam in sequ. versu. γαμψώνυχες (γαμψώνυχα) sunt aues (e genere accipitrum) aduncis vnguibus instructae. v. Aristot. H. A. 6, 1. Aelian. N. A. 4, 20. Buffon. I. p. 60. vers. germ.

ὀβελίσκον. Vt sit loco hastae. Infra 388. *Bergl.*

360. πρὸς αὐτόν [ita Brunck. et Inu. aliae edd. πρὸς αὐτόν. ni)] Leg. πρὸς αὐτὸν aut πρὸς σαυτόν, quod perin-

l) Ita solent, qui anxii loquuntur, omittere, quae gestus et natura sermonis atque loci facile supplent.

m) Hoc vulgo vertitur: atque ita defige aduersum. Brunk.

de eſt. *τοῖς γαμψών.* poteſt vel *manibus tuis* notare, vel id quod interpres dedit *n).* Non tamen video, vnde probabiliter fingantur verua apud aues. Potius credibile, ollas et veru itinerantes ſecum attuliſſe, non inueniſſe in republica auium. *Veru* itaque *correptum manibus tuis curuiunguibus defige penes te. Reisk.* Equidem olim e coniectura repoſui *πρὸς αὐτούς, aduerſus eas* (aues). Nam veru aut potius verua (Sing. pro Plurali poſito), quae inter coquorum inſtrumenta refert Pollux 10, 95., erant figenda, collocanda (vt Ariſtot. Polit. 7, 2. p. m. 322. quamquam alio ſenſu *ὀβελίσκους καταπηγνύουσι*) *contra* (*πρὸς*) aues. Sed quum tamen *καταπηγνύειν* non ſit *praetendere, obtendere,* puto *πρὸς αὐτὸν* eſſe retinendum, *apud te,* et iuberi Euelpidem veru apud ſe defigere, vt eo ſtatim ſi irruant aues, poſſit vti. *εἶτα* redundat, vt Ran. 370. v. Koen. ad Greg. Cor. p. 62. Nec partic. *ἁρπάσας* (vt 362. *λαβών*) vis ſingularis eſt, ſi ex noſtro ſenſu aeſtimemus.

361. *προσθεῖναι* interdum eſt *opponere,* vt *προσθεῖναι θύρην,* Valck. ad Herod. p. 237. (ne quis coniiciat *πρόθου*). Sed poteſt tamen etiam h. l. eſſe, vt vulgo redditur, *apponere,* vt ſibi ad vſum futurum apponere iubeatur. De *ὀξυβάφῳ* (acetabulo) v. Poll. 6, 23. 10, 26. vbi hic locus laudatur, et Athen. II. p. 67.

362. *ὦ σοφώτατ'* — Sic tres codd. Male in impreſſis ſine eliſione *σοφώτατε. Brunck. εὖ γ' ἀνεῦρες.* Ms. Vat. U. *εὖ γ' ἀρ' εὗρες. Kuſt.* Perperam in B. *εὖ γὰρ εὗρες. Brunck. εὖ καὶ ϛρατ.* recte et vt imperatorem decet. Sic Veſp. 1287. *εὖ καὶ νουβυϛικῶς.*

363. (362. Kuſt.) *ὑπερκοντίζεις.* In Plut. 666. *πλέπτων δὲ τοὺς βλέποντας ὑπερηκόντισεν.* Nicias inter illuſtriſſimos belli duces fuit. Hunc in machinis bellicis excelluiſſe apparet. Thucydides, qui eum magni facit, teſtatur eum in expeditione aduerſus Minoa inſulam duas

---

ſuam ſcripturam reddidit: vericulum ocius arripe, atque ita erectum *tibi* praetende. Ita et Wil. und beſchütze *dich* damit, ſo gut du kannſt. Francog. Brunkii verſionem de verbo expreſſit.

n) De auibus iſtis, quae vngues habent aduncos, veruculum ocius arripe — Bergl.

quasdam vrbes ope machinarum cepisse Lib. III. [c. 51.] ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει, μετὰ Λέσβου ἅλωσιν, Ἀθηναῖοι, Νικίου τοῦ Νικηράτου στρατηγοῦντος, ἐστράτευσαν ἐπὶ Μίνωαν τὴν νῆσον, ἣ κεῖται πρὸ Μεγάρων. Deinde mox: ἑλὼν οὖν ἀπὸ τῆς Νισαίας πρῶτον δύο πύργω προέχοντε, μηχαναῖς ἐκ θαλάσσης etc. *Bergl.* Etiam in obsidione Meli adhibitae machinae bellicae eum nobilitarunt. Ceterum Wilandus censet, illos acetabulum et ollam ex epopis habitatione, quae ei etiam culina erat, petiisse, non autem secum attulisse. At vid. 43.

364. Vulg. οὐ μέλλειν ἐχρῆν (*non est cunctandum*) videtur scripturae cod. Rau. μένειν (exspectandum) praeferendum esse. Nam sine cunctatione statim chorum aggredi hostes oportebat.

364. δαῖρε. Sic membr. bene. vid. not. ad Nub. 442. *Brunck.* Vulgo δεῖρε. Et δείρειν plerisque Graecis erat caedere. v. Intpp. Act. 5, 40.

366. In Vesp. 402. εἰπέ μοι, τί μέλλομεν κινεῖν ἐκείνην τὴν χολήν. *Bergl.* Scilicet εἰπὲ etiam ad plures dicitur, vt Acharn. 318. V. sequ. ipsa verborum structura turbata loquentis perturbationem exprimit.

368. (367. Kust.) ξυγγενέε. Sic libri omnes: nec vlla causa est cur mutetur. Tamen quia forma contracta Atticis vsitatior, cui metrum hic non reluctatur, suspicari quis possit, scripsisse poëtam ξυγγενῆ. *Brunck.* καὶ Φυλέτα. Scholia: ξύμπατριώτας· ὅτι καὶ ἡ Πρόκνη Ἀττικὴ ἦν Πανδίονος θυγάτηρ. *Bergl.* Procnen, Terei in vpupam mutati vxorem, fuisse Pandionis Athenn. regis filiam (vnde Ἀτθίδα nominat Aelian. V. H. 7, 15.) et ipsam in auem mutatam tradiderunt Mythographi nonnulli. v. Intpp. Antonin. Lib. c. 11. Ouid. Met. VI, 620. ss. Apollod. 3, 14, 18. Schol. Hom. Od. τ, 522.

369. ἢ λύκων. Erat enim vetus lex Attica, a Solone data, vt lupi exstirparentur. v. Petit. LL. Att. p. 491.

370. Leg. θησαίμεθ' ἄλλους *reputemus alios* — *Reisk.* τισαίμεθ'. Sic recte scriptum in tribus codd. Perperam in impressis, metro claudicante, τισαίμεσθ'. *Brunck.* Id tamen iam olim emendaui, estque hoc (*puniremus, vlcisceremur*) grauius verbum, quam Reisk. θησαίμεθ'.

372. Poſt χρήτιμον in nonn. edd. interrogandi nota ponitur. Sermo Epopis abrumpitur. Additurus erat: nonne audiendi ſunt? Non enim verbis τὸν δὲ νοῦν φίλοι apodoſis continetur, vt Brunk. accepit: At ſi natura ſunt inimici, animo tamen amici ſunt, atque — Nam μέν, δὲ ad ſe ita referuntur, vt vnam periodum efficiant ab εἰ δὲ — pendentem.

373. σ' γ' — Sic quidem libri, ſed mendoſe; ſcribendum οἵδ'. Scilicet ὅδε valet οὗτος, non vero ὅ γε. *Brunck.*

375. Euſeb. ap. Stob. Serm. 13. p. 147. Gesn. ἐχθρὸς τάληθῆ εἰπὼν τοῦ προποιευμένου φίλου πρὸς χάριν εἰπόντος παντὸς αἱρετώτερος. Cf. Plutarchi Liber πῶς ἄν τις ἐξ ἐχθρῶν ὠφελοῖτο; (T. I. P. I. p. 331. ſs. ed. Wyttenb.) εὐλάβεια eſt *prouida cura*, Vorſicht. cf. Tho. M. p. 389. Moer. p. 145.

377. οὐ μάθοις ἂν τοῦθ' ο) — Sic bene Kuſt. e Vatic. cod. p) nihil quod τοῦτ' excudi paſſus eſt. Legebatur antea corruptis numeris, οὐ μάθοις ἄν οὐδέν. Hoc modo ſcriptum eſt in C. atque etiam in B. ſed in hoc ſuperne poſitum τοῦθ' — In membr. librarii errore τοῦδ'. Similis negligentiae circa literam aſperatam rei ſumus in v. 329. vbi excudi debuit ὁμότροφα θ' ἡμῖν [vt eſt in ed. Lips.]. *Brunck.* forte: οὐ μάθοις ἄν που τι, ὁ δ' ἐχθρὸς αὐτό σ' ἐξηνάγκασεν ſcil. μανθάνειν. *Reisk.* Poſtremum placere poteſt, ſed praeſtat, quod nunc e Rau. edidit Inu.: ὁ δ' ἐχθρὸς εὐθὺς ἔξην. (pro vulg. αὐτὸς ἐξ.) ſcil. τοῦτο μανθάνειν σε. Et τοῦτο refertur ad τὸ εὐλαβεῖσθαι, quod quoad ſenſum ineſt in praec. voc. εὐλάβεια. Ita Plat. Phaed. 4. ὡς Φιλοσοφίας μὲν οὔσης μεγίστης μουσικῆς, ἐμοῦ δὲ τοῦτο (τὸ Φιλοσοφεῖν) πράττοντος.

378. ἀνδρῶν ἔμαθον. Inſertam vulgo partic. γε (γ' ἔμαθον) non agnoſcunt A. B. Merito eam expunxi. *Brunck.*

---

o) Ita Rau. etiam dedit Inu.

p) οὐ μάθοις ἂν τοῦτ'. Sic rectius Ms. Vat. U. pro εὖ μάθοις ἂν εὖ δέν, vt priores Edd. habent. Nam falſum eſt, nos nihil ab amicis diſcere poſſe: ſed recte dixeris prudentiam, quae ſpectatur in cauendis aliorum inſidiis et parandis ſibi aduerſus

Retinuit Inu. Nec redundat. Senſus: exempli gratia, vrbes ab hominibus quidem inimicis, neque amicis (poterat *κοὐ φίλων* omitti, ſalua ſententia, ſed tales pleonasmi in familiari ſermone ſunt frequentes, v. Valcken. ad Herod. p. 206. et 232. Abreſch. ad Aeſch. II. p. 1.) didicerunt — Exempla ſunt ex hiſtoria Athenn. petita, apud quos, Xerxe fugato, Themiſtocles effecit, vt vrbs muris cingeretur, aedificaretur Piraeeus et quotannis 20. triremes conſtruerentur. v. Diod. S. XI, 40. et 45. — *τὸ μάθημα* eſt, hoc quod didicerunt, eius rei intelligentia.

382. Conieci olim *χρησίμων*, vt *ἐξὶ* ſit *licet*. Nunc vulgatum praefero: vtile eſt, prius eius orationem (conſilia) audire.

383. *τῆς ὀργῆς χαλᾷν*. In Veſp. 735. *τὴν ὀργὴν χαλάσας*. vtrumque recte. *Bergl.* Subint. ad Genit. *τι* aut ſimile quid. Ita *ἀνιέναι* dupliciter ſtruitur Ran. 712. Veſp. 572.

ἄναγ' ἐπὶ σκέλος. Haec verba in omnibus libris Piſthetaero continuantur; recte: ſocio haec dicit, qui in procinctu ſtat, paratus ad excipiendum auium impetum. Male iſta intellexit Kuſterus *q*). *Brunck.* Heſych. *ἐπὶ σκέλος· εἰς τὰ ὀπίσω*, id eſt, *retro*. Eurip. Phoen. 1419. *ὡς δ' ἄπορον ἦκων δόρος, ἐπὶ σκέλος πάλιν χωρεῖ*. Chion ep. 3. *ἀνάγετ' οὖν ἐπὶ πόδα* (recedite nonnihil), *ἔφη, καὶ βουλεύσασθε*. Xenophon p. 279, 40. ed. Steph. *r*) *ἀνεχώρησαν ἐπὶ πόδα*. *Bergl.* *ἀνάγειν* habet vim Medii, vt Xen. Cyrop. 3, 3. extr. *παρεγγύησεν ἀνάγειν ἐπὶ πόδα*, quod 4, 1, 2. *ἐπαναγειν* ſimpliciter.

385. Ne ſpondeus in impari loco ſit, Hermann. de metr. p. 117. pro *ἠναντιώμεθα* reponi iubet *ἐναντιούμεθα*.

---

externam vim munimentis, ab hoſtibus potius, quam ab amicis diſci. *Kuſt.*

q) Male hic continuatur perſona Piſthetaeri, vbi ponenda erat perſona chori, vt ex ſenſu totius loci manifeſtum eſt. Poſtquam enim chorus auium dixit, ſe pedem referre velle, epops recte ſubiicit, iuſtum eſſe, vt aues ea in re ſibi gratificentur etc. *Kuſt.*

r) Hellen. II, 4, 33. ed. Schneid. Sed in hoc aliisque locis *ἐπὶ πόδα* explicat *pedetentim* Sturzius Lex. Xen. II. p. 268. III. p. 640.

386. Hic versus sic, vt eum exhibui *s)*, digestus et scriptus est in A. B. optime. Vulgo in duos dimetros divisus est, quorum posterior claudicat: ἡμῖν· ὥστε τήν τε χύτραν. Insertam copulam τε, vt versus acatalectus fieret, a mala manu esse res ipsa ostendit. χύτραν priorem corripit, proinde pes est iambus, qui in metro trochaico locum non habet. Vitium sensit Dawesius [Misc. Crit. p. 290.] et sine codicis ope emendauit: ἡμῖν *t)*· ὥστε τὴν χυτράν τε. Nostram lectionem praetulisset, si iisdem vsus fuisset codicibus. At idem vir sagacissimus recte coniecit *v)*, in seq. versu scribendum esse τώ τε τρυβλίω in duali. Sic perspicue scriptum in membr. In duobus aliis perperam, vt in primariis edd. τῷ γε τρυβλίῳ. In recentioribus τῷ τε τρυβλίῳ. Inepta est Scholiastae interpretatio statuentis ellipsin praeposit. σύν. Quin ea locum habere possit, obstat copula τε. *Brunck.* τώ τε τρυβλίω absque iota subscr. legendum. Est dualis. *Reisk.* Ita iam olim edidi.

390. Vulgo sic leguntur hi versus [etiam in ed. Lips. e cod. Rau.]:

τῶν ὅπλων ἐντὸς παρὰ τὴν χύ-
τραν ἄκραν αὐτὴν ὁρῶντας.

Prioris corrupti sunt numeri, siquidem dactylus est in tertia sede, quae solum trochaeum, vel eius solutionem, tri-

---

s) Atque ita eum Inu. e Rau. dedit. — εἰρήνην ἄγειν est i. q. ἔχειν, *colere pacem*, vt Diod. S. 12, 26.

t) Sine accentibus graeca Daw. dedit; itaque haud dubie ἡμὶν voluit, vt iam olim versus causa edidi (cf. Valck. ad Eur. Phoen. p. 288.), sed alterum etiam debueram recipere, quod perperam tuitus sum loco Theocr. 21, 15. vbi χύτραν prima longa; sed alia est Atticorum poetarum ratio.

v) In oratione nihil habetur, quo referri possit τῷ τρυβλίῳ. Monet quidem Scholiastes [etiam a *Bergl.* laudatus, qui in not., non in textu habet τῷ γε τρυβλίῳ] ad syntaxin extrinsecus assumendum esse σύν. Atque eum neutiquam licet audiendum secutus est eruditus interpres: *quapropter ollam* cum *catino humi depone*. Quin etiam si σὺν extrinsecus assumseris, soloeca erit oratio, ni alterum τε itidem deleueris. Lege vero punctis vnice ademtis: τὴν χύτραν τε Τώ τε τρυβλίω καθίει. Finge autem huelpidem, quem hic compellat Pilthetaerus, binos oculos totidem acetabulis contra aues armasse, et clara illico euadent omnia. Sin constaret, quod tamen ne veri quidem simile est, eum vtrique oculo vnum catinum obtendisse, scribi oporteret: καὶ τὸ τρυβλίον καθίει. *Dawes.* p. 290.

brachyn, admittit. In membr. ſcriptum: τῶν ὅπλων ἐντὸς παρ' αὐτὴν χύτραν ἄκραν αὐτὴν ὁρῶντας, vnde facilis erat metri reſtitutio:

τῶν ὅπλων ἐντὸς παρ' αὐτὴν
τὴν χύτραν, ἄκραν ὁρῶντας.

Brunck. Sed quid haec ſibi volunt *x)*? Vertit Brunckius: „et haſtam oportet, hoc inquam veru, nos deambulare tenentes intra caſtra, ad ipſam ollam, extremam eam reſpicientes e propinquo." Quid? ad ollam vt hic reſpiciendum ſit? et ad extremam quidem? et ex propinquo? Haec nemo concoquat. Scilicet, vt ex v. 43. didicimus, vterque horum geſtabat ollam, quam humi nunc depoſuere, vbi res factae tranquilliores et quae ad pacem ſpectare videantur, ita tamen, vt neque iam caſtra, deſignata ollis poſitis, relinquenda et prope longeque etiam circumſpiciendum ſit, ne de improuiſo circumueniantur. Certe tam congrua loco haec ſententia, vt vera eſſe debeat. Atqui eam praeſtabunt verba, leuiſſima mutatione ſic emendata:

καὶ τὸ δόρυ χρή, τὸν ὀβελίσκον, περιπατεῖν ἔχοντας ἡμᾶς
τῶν ὅπλων ἐντός, παρ' αὐτὴν τὴν χύτραν, μακρὰν ὁρῶντας
πάγγυς· ὡς οὐ φευκτέον νῶν.

Hotib. τῶν ὅπλων ἐντός. Syneſius epiſt. 103. ὁρόμῳ πρὸς ἡμᾶς ἔθεον, ὡς μηδενὶ μαντέως δεῖν, ὅτι πολεμίους πεφόβηνται καὶ σπεύδουσιν εἴσω ὅπλων γενέσθαι (et feſtinabant, vt intra arma eſſent). Thucyd. Lib. I. [c. III.] καὶ τῆς γῆς ἐκράτουν ὅσα μὴ προϊόντες πολὺ τῶν ὅπλων (vt non longe ab armis progrederentur)· οἱ γὰρ ἱππεῖς τῶν Θεσσαλῶν εἶργον. Idem initio Lib. III. [c. I.] καὶ προσβολαί, ὥςπερ εἰώθεσαν, ἐγίγνοντο τῶν Ἀθηναίων ἱππέων, ὅποι παρείποι· καὶ τὸν πλεῖστον ὅμιλον τῶν ψιλῶν εἶργον,

---

x) Eamdem ob cauſam videtur *Reisk.* haec notaſſe: „αὐτήν. Si ἀὐτὴ *clamor*, tumultus, *bellum* quoque poteſt notare, mallem hoc. Alias αἰχμὴν erit legendum." Nihil mutandum (praeter ea quae Brunk. emendauit.) Finguntur Piſth. et Euelpides ſe in caſtra recepiſſe. Ille vult armatos tamen in caſtris (ἐντὸς τῶν ὅπλων) ambulare non longe ab olla remotos (ſtruenda ſunt verba ἐγγὺς παρὰ τὴν χύτραν), quae extremo loco (ἄκραν, an der Fronte) poſita erat, et vt illam ſemper reſpicerent (αὐτὴν ὁρῶντας), ne ſcilicet auferretur.

τὸ μὴ προεξιέντας τῶν ὅπλων (ne progreſſi extra arma) τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν. Vbi Scholia vocem ὅπλων exponunt per ὁπλιτῶν, vt ἐντὸς τῶν ὅπλων etiam ſit, *intra armatos, intra caſtra.* Sic poteſt illa vox etiam apud Comicum accipi; loquitur enim quaſi de caſtris. Verſio tamen huius loci *y)* ad mentem Scholiaſtae eſt compoſita. Etſi non praelientur, tamen ad ollam, quae pro clypeo eſt (παρὰ τὴν χύτραν), limis reſpiciendum eſſe dicit, quia hoſtibus non eſt fidendum. *Bergl.*

393. ἑτεὸν numquam extra interrogationem eſt apud Comicum *z)*, et vix poteſt commodius verti, quam hoc modo: *ſed certe*, aut *dic verum.* — ἦν ὁ' ἀρ' ἀποθάνωμεν κ. λ. Eurip. Iph. Taur. 625. τάφος δὲ ποῖος σέξεταί μ' ὅταν θάνω; *Bergl.* In illo loco Iphigenia reſpondet: πῦρ ἱερὸν ἔνδον χάσμα τ' εὐρωπὸν πέτρας.

394. κατορυγησόμεσθα — Perperam libri ſcripti κατορυχθησόμεσθα, impreſſi κατορυχθησόμεσθα ποῦ γῆς, corruptis numeris. Facilem emendationem praeceperat Daweſius [Miſc. Cr. p. 287. f.]. *Brunck.*

395. ὁ Κεραμεικός. Quia ipſi ollis et catinis *fictilibus*, quae graece κεράμεια dicuntur, vtebantur loco clypeorum, dicere vult: ſi iſta κεράμεια ab hoſtibus frangantur et cumulentur, futurum ex illis Κεραμεικόν, in quo ſepeliri poſſint, vt Athenis in Ceramico *a)* ſepeliuntur, et quidem publice, qui in bello ceciderunt. *Bergl.*

396. δημόσια neutrum eſt plurale aduerbii vicem ſuſtinens. Perperam vulgo δημοσίᾳ, contra metri rationem. *Brunck.* Nam in prima ſede non dactylus admittitur, ſed poſtulatur trochaeus, aut tribrachys.

---

y) Verſio ap. Bergl. haec eſt: At haſtam oportet, hoc ſcilicet veru, nos deambulare tenentes intra clypeos, ad ollam extremam, illam reſpicientes.

z) Itaque etiam ἐτεόν; edidit Berglerus. Ita etiam Brunk. cenſuit (in Ind.), tamen h. l. colon poſt ἑτεὸν poſuit.

a) Erat locus extra vrbem (nam et alius Ceramicus fuit intra vrbem), vbi caeſi in praeliis ſepeliebantur publice habebaturque in eorum laudem orationes (λόγοι ἐπιτάφιοι). v. Meurſii Ceramicus geminus, T. IV. Theſ. Antt. Grr. Gronou.

398. μαχομένω τοῖς πολεμίοισιν. Sic optime membr. [et Rau.] Vulgo peſſumdato metro μαχομένω τοῖσι πολεμίοις *b)*. In B. μαρναμένω τοῖς πολεμίοισιν, bene, quod ad duas poſtremas voces. Qui in bello occubuerant Athenienſes, publice in Ceramico ſepeliebantur. Vid. Meurſii Ceramicum c. 22. Orneae nomen eſt vrbis inter Corinthum et Sicyonem ſitae, de qua vid. Strabo p. 586. *c)*. Luſus eſt in paronomaſia *d)*. Infra 967. vbi Fatidicus oraculum edit de ſocietate inter duos illos Athenienſes et aues inita eorumque communi in aëre domicilio, obſcure iſtud innuit, Ornearum ſitum memorans, τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. *Brunck.*

400. Male Brunkius ne monito quidem lectore ἄπαγ' dedit pro ἄναγ', quem temere ſecutus Italus. *Hotib.* Eſt haud dubie ap. Br. operarum error. ἄναγ' etiam h. l. eſt *redi*. κατάθου *depone*, vt ὁπλῖται deponunt ὁράματα apud clypeum.

401. νύψας. Leg. πρύψας. Quid autem ſequente verſu pro τὴν ὀργὴν legendum ſit, non exputo. Num τὴν ὀσφύν? *Reisk.* At ita comica totius loci vis perit.

403. Hic vulgo legitur ſine vlla metri forma:
ἐπὶ τίνα τ' ἐπίνοιαν.
ἰὼ etc. *e)*.
Verſus hi ſunt anapaeſtici, qui paroemiaco concludi debent. Vix aliter ſcribere potuit poëta ac eo quo verſum reconcinnaui modo: καὶ τίν' ἔχοντές γ' ἐπίνοιαν. In Pac. 104. τίνα νοῦν ἔχων; *Brunck.* Haec ita corriges digeresque:
Κἀναπυθώμεθα τουϲδε, τίνες, πόθεν, *anapaeſt. dim.*
ἐπὶ τίνα τ' ἔμολόν γ' ἐπίνοιαν. *anapaeſt paroem.*
ἰὼ Ἔποψ, σέ τοι καλῶ. *iamb. dim.*

---

b) Hinc olim dedi τοῖσιν, vt anapaeſtus in quarta ſede eſſet, nunc praefero, quod codd. praebent.

c) Add. Heſych. V. Ὀρνιαὶ et intpp. Debuerat proprie dici ἐν ὀρνέοις, vt antea ἐν κεραμέοις.

d) Ludit hic etiam in vocibus ὄρνεα, *aues*, et Ὀρνεαί, quod eſt nomen proprium vrbis in Peloponneſo. *Bergl.*

e) Inuern. male praecunte cod. Rau. ἰὼ praecedenti verſui addidit. ἐπὶ τίνα ἐπίνοιαν eſt, ad quod conſilium, commentum, perficiendum, i. e. quo conſilio.

Proceleusmaticus *ἐπὶ τίνα* anapaeſticum haud dedecet, vt et alibi monui, ſecundum Hephaeſtionem. Noſter ſimiliter Nub. 917. *διὰ σὲ δὲ Φοιτᾷν* quem verſum omittenda copula peſſumdedit Brunkius. *Hotib.* Utraque emendatio nimium recedit a communi codd. ſcriptura; hiulca Hotibii. Potuerit poſtremus reliquis non mutatis facilius ſcribi: *ἐπὶ τίνα τ' ἦλθον γ' ἐπ.* vt *ἦλθον* ob praecedens *ἔμολον* excidiſſe putetur.

406. *ὦ Ἔποψ σέ τοι καλῶ.* In Plut. 1100. *σέ τοι, σέ τοι λέγω, Καρίων, ἀνάμεινον. Bergl.*

411. *πρὸς ὄρνις.* Tres codd. [vt et Rau.] metro reclamante, *πρὸς ὀρνιθας f). Brunck. νομίζειν* eſt adducere, i. q. *ἀναγαγεῖν* Heſych. Itaque aut *ὥσε* ante ſequentia verba intelligendum aut *ἐλθεῖν* redundat.

412. Non accurate ſatis Epops ad id quod quaeſitum erat, reſpondet. *δίαιτα* eſt victus, viuendi ratio. v. Tho. M. p. 214. Sic Aeſop. fab. 101. *τῆς αὐτῆς διαίτης μεταλῃψόμενος.*

413. (414. Br.) *καὶ σοῦ g).* Transponendae hae voces *διαίτης τέ σου, καὶ ξυνοικεῖν* — Reisk. Poſſit etiam ſcribi: *καὶ τοῦ ξυν. τ. σ.* Nam incommode *καὶ σοῦ* poſt *διαίτης τε* additur.

415. Quum *λέγουσι τίνας λόγους* dictum ſit pro *λέγουσί τί*: recte ſequi poterat *ἅπισα.*

416. *πέρα.* Leg. *τέρα* i. e. *τέρατα, quae auditori vt monſtra accidant*, Abentheuer anzuhören. *Reisk.* Quam-

---

f) Scilicet vulgo legitur:

ποτ' αὐτὼ πρὸς ὄρνις ἰλθεῖν.

Pro quo Inu. e Rau. corruptis numeris:

ποτ' αὐτὼ πρὸς ὄρ-
νιθας ἰλθεῖν. Ἔ. ἴρως.

g) Vulgo enim erat:

ἴρως βίου, διαίτης τε
καὶ σοῦ, ξυνοικεῖν τέ σοι
καὶ ζυνεῖναι τὸ πᾶν. Χο. τί φῄς;
λέγουσι etc.

Inu. ἴρως ad praeced. verſum retulit, *βίου — σοι* vnum verſum eſſe iuſſit, *at τί φῄς* ſequenti verſui praemiſit.

quam πέρας et τέρας interdum inter se permutantur, vt Eurip. Hipp. 1247. in cod. Paris.: tamen mutationis non est idonea causa, et insolens τέρα κλύειν, quum Infinitiui fere adiectiuis addantur ita, vt pro Supinis Latt. ponantur. πέρα κλύειν sunt, quae excedunt id quod auditum est, omnem famam; vt πέρα λόγου *supra quam dici potest.*

417. A Plurali transit ad Singularem; itaque non opus est lectione Schol. ὅρα. Sequentia per hypallagen dicta sunt pro: ὅτῳ πεποιθώς μοι ξυνέσεται vel ξυνεῖναι βούλεται. v. Greg. Cor. de dial. Att. §. 36.

419. τὸν ἐχθρὸν — Versus est dimeter iambicus; prava itaque lectio est duorum codd. in quibus τῶν ἐχθρῶν *h*). Librarios fefellit constructio minus obuia. Infra 1752. διὰ σὲ τἀ πάντα κρατήσας. Vid. quae notauimus ad Eurip. Phoen. 600. *Brunck.* Tres hos dimetros (ὅτῳ — ἔχειν) malim ad duos senarios reuocari, vt conueniant cum praecedente.

422. οὔτε λεκτὸν οὔτε πιστὸν est omnino, felicitatem maximam. De form. οὐ λεκτὸν v. Valck. ad Eur. Hipp. p. 257. Similiter πάντα καὶ τὸ τῇδε καὶ τὸ πεῖσε καὶ τὸ δεῦρο sunt *omnia vbique.* v. Valck. ad Eurip. Phoen. 272.

425. προσβιβᾷ λέγων. Equitt. 35. εὖ προσβιβάζεις. Vbi Schol. πείθεις, παρακινεῖς. Inde liquet bene ap. Aeschin. in or. contra Ctesiph. p. 485. legi: καὶ τῷ λόγῳ προσβιβάζων ὑμᾶς, frustra doctis quibusdam viris προβιβάζων reponentibus. *Brunck.*

427. ἄφατον ὡς φρόνιμος. In Lysistr. 1150. ἀλλ' ὁ πρωκτὸς ἄφατος ὡς καλός. *Bergl.*

428. ἔνι σοφόν τι φρενί; Ita edd. priscae; nupera [Kust.] ἔνι σοφόν τι καὶ φρενί; *Bergl.* Deleui iam olim importunum καί, metro iubente. *Reiskius* τᾷ φρενὶ vel ταῖς φρεσὶν legi voluit, vtrumque perperam.

429. κίναδος. v. ad Nub. 447. *Bergl.* Proprie vel serpentem (Hesych.) vel potius vulpem (Schol. Theocr. 5,

h) Ita scribendum coniecit *Reisk.* contra metrum. Verbum ἔχειν et ad κρατεῖν et ad κρίλλειν pertinet.

25.), hinc verſutum hominem denotat. v. Demoſth de Cor. 52. 71. Soph. Ai. 103. Tho. Mag. p. 534. ſ. Harpocr. πυκνὸς eſt prudens, vt πυκνὰ μήδεα Hom. Il. 3, 202.

430. τρίμμα. In Nubb. 259. λέγειν γενήσει τρίμμα, πρόταλον, παιπάλη. *Bergl.* Vt σόφισμα pro σοφιστής i. e. ἀπατεών ponitur: ita et κύρμα (proprie id, quod alicui euenit vel obtingit, v. Schol. ad Hom. Il. 5, 418.) h. l. pro concreto ponitur: ὁ πόλλοῖς ἐγκεκυρηκὼς πράγμασι (Heſych.), et τρίμμα indicat tritum, exercitatum in aliqua re, maxime artibus et fraudibus.

παιπάλημα. Aeſchrion ap. Athen. VIII. p. 335. Πολυκράτης δὲ τὴν γοῦν Ἀθηναῖος, λόγων τι παιπάλημα καὶ κακὴ γλῶσσα. *Bergl.* Proprie vt παιπάλη genus farinae tenuiſſimae, hinc ſubtilis, verſutus homo. v. Intpp. Heſych. et Suid. et Valk. ad Eurip. Hipp. p. 258.

431. Praeplacet, quod Inu. ex Rau. dedit: λέγειν, λέγειν, πέλευέ μοι. Vulgatum enim λέγειν πέλευέ μοι, λέγειν, languet.

433. ἀνεπτέρωμαι. Infra 1438. πάντες τοῖς λόγοις ἀναπτεροῦνται. *Bergl.*

434. Alloquitur Epops Euelpidem et Piſthetaerum, et quae ſuadet, ex communi Athenienſium vita ſunt explicanda, qui finito bello arma ſuſpendere ſolebant ad furnum vel caminum. v. Acharn. 278. Pro αὖ πάλιν Inu. e Rau. dedit μὲν πάλιν, vt μὲν ad ὁὲ v. 437. referretur.

435. κρεμάσατον. In Acharn. 278. ἡ δ' ἀσπὶς ἐν ψεφάλῳ κρεμήσεται. *Bergl.*

436. εἰς τὸν Ἰπνὸν εἶτα. Locum hunc citat Erotianus V. Ἰπνοῦ [p. 184. ed. Franz.]. *Kuſt.* De voc. ἰπνὸς v. ad Plut. 815. p. 438. ff. L. Bos. Obss. Critt. p. 46. ſ. et Toup. Add. ad Theocr. p. 404.

πλησίον τοῦ Ἐπισάτου. Variae hic ſunt vocis ἐπισάτης interpretationes, vt ap. Schol. videre eſt. Mihi autem prae ceteris placet illorum opinio, qui cenſent per ἐπισάτην hic intelligi ſimulacrum luteum Vulcani, quod prope focum collocari ſolebat, idque ſic dictum fuiſſe, quod Vulcanus eſſet ἐπισάτης i. e. praeſes et inſpector ignis ſiue foci. V. Suid. V. Ἐπισάτης, vbi loci huius meminit, et

Spanhem. *i)* ad Callim. p. 172. [p. 212. ed. Ern.]. *Kuſt.* Varias nominis interpretationes afferunt veteres Critici, quarum haec Kuſtero prae aliis placet: *πήλινος Ἥφαιστος πρὸς τὰς ἑσίας ἱδρυμένος, ὡς ἔφορος τοῦ πυρός.* Non minus tamen probabilis eſt illa, iuxta quam *ἐπισάτης* vocatur *ξύλινόν τι πολλοὺς παττάλους ἔχον, ἐξ οὗ οἱ μάγειροι ἀπεπρέμων, φασί, τὰ ῥέατα καὶ τὰ ἐργαλεῖα k).* Alii, forte verius, ſimpliciter exponunt *τὸν χυτρόποδα, la marmite.* v. Euſtath. ad Od. p. 1827, 44. vbi diuerſas huius nominis ſignificationes exſequitur. *Brunck.*

437. Leg. *ἐφ' οἷσπερ τοι λόγοις* (non *τοῖς*). *Reisk.* Certe incommodus eſt hic articulus. Poſſit etiam *σοῖς* legi. *τούσδε* pertinet ad *ξυνέλεξ'*, et ſenſus eſt: tu vero (alloquitur Pitthetaerum) doce, ad quos ſermones audiendos ego hos conuocauerim.

438. *οὐκ.* Vulgo *οὐ.* vide ad Lys. 873. *Brunck. διατίθεσθαι διαθήκην* eſt, pactum inire.

440. *ὁ πίθηκος* — Ex Scholiis: *ἔοικε δὲ Παναίτιον πωμῳδεῖν, ὃν καὶ ἐν Νήσοις· καταλιπὼν Παναίτιον πίθηκον· ἔνθα καὶ μαγείρου πατρὸς αὐτὸν λέγει. Πίθηκον δὲ αὐτὸν εἶπε διὰ τὸ πανοῦργον.* In iisdem Scholiis eſt: *ὁ Παναίτιος μάγειρος καὶ μικροφυὴς ἦν* (coquus erat et paruae ſtaturae)· *διαβάλλει δὲ αὐτὸν ὡς καταλαβόντα τὴν γυναῖκα ἑαυτοῦ μοιχευομένην· ἐδυνατεύετο γὰρ ὑπ' αὐτῆς μεγάλης οὔσης, μικροφυὴς ὤν. Bergl.* Duxerat vxorem, cum qua quum ſaepius rixaretur, tandem conuenit, vt ſe inuicem nec morderent, nec plagis afficerent. v. Suid. V. *Διαθήκην διάθωνται* et V. *Γυνὴ μεγάλη.*

441. Recte legitur *μήτε δάκνειν* (anapaeſto in quarta ſede), neque debebam olim reponere: *μὴ δάκνειν.*

442. *μήτ' ὀρύττειν.* Ad haec verba Scholia: *μὴ ὀρύττειν, τὸν πρωκτὸν δεικνύς φησι.* Comicus in Nubb. 712 *καὶ τοὺς ὄρχεις ἐξέλκουσι, καὶ τὸν πρωκτὸν διορύττουσι*

---

i) Qui quidem locum reddidit: *ad caminum intus, prope Praefecti Vulcani ſimulacrum.*

k) Wiland. vertit: Und hängt ſie mir, zur guten Stunde, hier beym Heerd' am Keſſelhacken auf —

Bergl. Debuerat dici ἐμπόπτειν aut tale quid, ſed legit Comicus verbum ὀρύττειν (effodere, fodere) obſcoenitatis cauſa, qua plebs delectabatur.

443. τὸν — quod intelligit, reticet, ſcilicet πρωκτόν. *Brunck.* Edidi olim, auctoritate Valcken. ad Herod. p. 219, 57., τόνδ'.

444. διατίθεμαι 'γώγε. Perperam vulgo διατίθεμ' ἔγωγε. Vide ad Theſm. 594. *Brunck.* Sed Hermann. de metr. p. 153., ne dactylus et anapaeſtus ſe excipiant, emendat:

διάτιθεμαι 'γω. πάτομοσον νυν ταῦτα μοι.

445. Poſt ἐπὶ τούτοις minor diſtinctio poni debuit *l*), vt recte diſtinctum eſt in B. Non enim τούτοις refertur ad κριταῖς. ἐπὶ τούτοις eſt, *hac lege, hac conditione, vt, ſi fidem praeſtiterim, iudicum omnium calculo et ſpectatorum omnium applauſu vincam. Brunck.* Iocoſe hoc dictum eſt, quum non tam iuret, quam optet hoc. Comicorum poëtarum quinque erant iudices. V. Suid. V. Ἓν πέντε κριτῶν γούνασι, et Oderici epiſt. de marmorea didaſcalia Romae reperta (R. 1777.) p. 46. νικᾶν πᾶσι κριταῖς eſt, omnium iudicum ſuffragiis victoriam adipiſci (vt Hor. Serm. 1, 2, 134. Fabio vel iudice vincam). Laudat hos verſus Gregor. Cor. de dial. Att. 56., vt doceat ταυτὰχγὶ poni pro ταῦτα.

Ὄμνυμ' ἐπὶ τούτοις. Citat Suidas V. Ὄμνυμι. *Kuſt.*

447. παραβαλὴν ſcil. ὄρκον, vt plene dicitur ap. Lyſiam p. 235. debebat ſequi: *vincar*, ſed παρὰ προσδοκίαν dixit ἐνὶ κριτῇ νικᾶν.

448. In Pac. 550. ἀκούετε λεώ *m*), τοὺς γεωργοὺς ἀπιέναι, τὰ γεωργικὰ σκεύη λαβόντας ἐς ἀγρόν. *Bergl.* νυνὶ *n*)

---

l) Feci hoc iam olim. Vulgo comma deerat, et oratio continuabatur.

m) Solemnis praeconum formula. v. Acharn. 999. ff. et Bentlei. Reſp. ad Boyl. p. 260. f.

n) Ita iam olim, auctoritate Suidae, Euſtath. et Greg. Cor. edidi. Infinitiui ſequentes pendent ab omiſſo v. κελεύω. v. ad 1074.

vna voce: male vulgo diuisim, *νῦν μενί*. Vid. Koen. ad Corinth. p. 56. *Brunck.*

449. *θῶπλ'*. Perperam vulgo *θ' ὅπλ'*. *α ο* in *ω* coalescunt. Vid. ad Lys. 277. *Brunck.*

450. *πινάκια* sunt tabulae, in quibus publice proponebantur ea, de quibus deliberandum esset. Ab iis differt *πινάκιον τιμητικὸν* Vesp. 167. Ceterum Wilandus coniicit, eam quae hic legitur, solemnem fuisse in exercitu formulam, pace inita.

454. *ὅ τι μοι παροράᾷς* id est, *ὅ τι ὁρᾷς παρ' ἐμοί, quod mihi inesse vides.* Mirum in modum se torquet Abreschius ad Aristaen. p. 240. [Lect. Aristaen.] vt constructionem expediat, quam sic, multa supplens, quae minime desiderantur, instituit: *τάχα γὰρ τύχοις ἂν ἐξειπὼν χρησόν τι, ὃ ὁρᾷς παρὰ τὸ ἐμοὶ ἑωραμένον. Brunck.* Posset quidem, addit Abresch. eo loco, faciliori quoque ratione expediri sermo ac sic resolui: *σὺ δ' ὅμως λέγε μοι, τάχα γὰρ τύχοις ἂν ἐξειπὼν χρησόν τι, ὃ ὁρᾷς παρ' ἐμοί*, i. e. *quod in iis, quae dixi, inesse cernis* siue *detegis.* Verum attendenti ad totius sermonis nexum et ad verba reliqua *ἢ δύναμιν — ἀξυνέτου*, liquebit, priorem omnino praeferendam, quam et perite docet Scholiastes, sed pari prope breuitate, quae in ipso contextu obtinet, vt verear, ne multis interpretamenta non magis sint peruia, quam quod exponitur. — Olim interpretatus sum: *quod meum in vsum vides*, vt *παροράᾶν* idem sit quod *ὁρᾶν*; nunc adsentior Brunkio.

456. Vocab. *Φρενὸς* olim vncinis inclusi propter antistrophicum versum 544., vt vulgo legebatur. Brunkius tamen ibi *κατὰ* addidit, contra codd. auctoritatem. Si *Φρενὸς* ex interpretamento accessisse putatur, tum *ἐμῆς* positum est pro *ἐμοῦ*, vt possessiua saepe primitiuorum loco adhibentur.

457. *λέγ' εἰς κοινόν.* Eurip. Orest. 756. *εἶεν. εἰς κοινόν τι λέγειν χρή* (in commune aliquid dicere oportet). *Bergl.*

459. *ἀγαθὸν πορίσας.* In Plut. 535. *σὺ γὰρ ἂν πορίσαι τι δύναι' ἀγαθόν. Bergl.*

460. Voces in impressis et in scriptis etiam libris inversae cum metri ruina. Sic vulgo legitur:

ἀλλ' ἐφ' ὅτῳπερ ἂν ἥκεις τὴν σὴν πράγματι γνώμην ἀναπείσας.

Vltima in πράγματι male corripitur ante literas γν. Deinde quid sibi velit istud ἄν, nemo dixerit: id membr. non agnoscunt, in quibus scriptum ἐφ' ὅτῳ περ ἥκεις o). In duobus aliis ἐφ' ὅτῳ περ ἂν ἥκοις. Sed in B. subducta minio lineola indicat, ἂν delendum esse. Optime itaque Dawesius, quem merito sequor, lectionem reconcinnauit p). Numerosus est et molliter fluens tetrameter: alterum vero, si quis forte contendat, nihil in eo esse, quod metricae legi aduersetur, fatebitur tamen durum et scabrum esse. *Brunck.*

461. οὐ μὴ πρότερον *non prius*, scil. quam dixeris.

462. προπεφύραται λόγος. Scholia: ηὐτρέπισαι· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν τὰ ἄλευρα φυρώντων, εἶτα μάζας ποιούντων. In Thesm. 81. ἔστι κακόν μοι μέγα τι προπεφυραμένον. *Bergl.* Vult poeta hoc: *paro orationem;* sed vtitur verbis a subactione farinae petitis. Itaque et ὀργῶ (ὀργάω) non videtur h. l. esse ἐπιθυμῶ, sed i. q. 841. ὀργάζω *subigo*, quae prima videtur verbi fuisse notio. Herodianus quidem p. 468. dicit ὀργάσαι poni ἐπὶ πηλοῦ· μάξαι, ἐπὶ μάζης. At vid. est Ruhnken. ad Tim. gl. Plat. p. 180. ed. sec. In Nub. 975. est μαλακὴν φυρασάμενος φωνήν. διαμάττειν est prorsus subigere, durchkneten. v. Hesych. h. v. et Pollux 7, 22.

---

o) Ita, omissa part. ἄν, ex Rau. edidit Inu., metro prorsus corrupto, quum loco anapaesti sit trochaeus.

p) Proposuit Dawesius M. Crit. p. 197. hanc legem: Vocalis breuis ante consonantes medias β, γ, δ, sequente quauis liquida praeter vnicam ρ, syllabam breuem numquam terminat, sed sequentium consonarum ope longam semper constituit. Tum p. 205. monet etiam part. ἂν contra Atticismi indolem superfluam esse. Itaque rescribit:

ἀλλ' ἐφ' ὅτῳ περ πράγματι τὴν σὴν ἥκεις γνώμην ἀναπείσας.

Perperam contendi olim, nihil esse mutandum, quod hae leges nimis sint arbitrariae. Possit ἂν defendi, sic vt sit, *fortassis venisti* (du etwa gekommen seyn magst). Debebat aut proprie verborum ordo esse: ἀλλ' ἐφ' ὅτῳ πράγματι ἥκεις, τὴν σὴν γνώμην ἀναπείσας (i. e. διδάξας), λέγε θαῤῥ.

463. Coronatos dixisse oratores, notum est; quod miror fugisse virum clarissimum *q*). vid. vel Thesm. 385. Conc. 130. 147. 163. 171. *Hotib.* Post κωλύει male in ed. Lips. omissum est punctum. Coronam (στέφανον) a servo (παῖς) sibi afferri iubet, quoniam conuiuantes eam gestabant. v. intpp. Plut. 1046. Periz. ad Ael. V. H. 13, 1. Wess. ad D. S. II. p. 149. Ante coenam infundi aquam manibus iubebant, quod dicebatur κατὰ χειρὸς (non χειρῶν) ὕδωρ. v. Vesp. 7. 711. 1211. et Tho. M. p. 100. et 510.

464. δειπνήσειν μέλλομεν. Male hoc vulgo choro tribuitur. Non melius nota margini cod. C. apposita Tereum seu Epopem haec loqui facit. In membr. nulla adscripta persona. Sunt vero haec verba Euelpidis, vt lusus et dicteria omnia huius colloquii *r*). In sequentibus personas partim ad codd. fidem, partim ad decori rationem distinxi. Varietatum in hac re commemoratione lectori taedioſus non ero. *Brunck.*

465. μὰ Δί' ἀλλὰ — *non certe coenaturi; sed dicere quaero* etc. μὰ semper est negantis apud Aristoph. et plerosque veterum *s*). ζητῶ τι. In Vesp. 1055. τοὺς ζητοῦντας κοινόν τι λέγειν κἀξευρίσκειν σέργετε. — λαρινόν. Scholia: λιταρόν· ἐκ μεταφορᾶς τῶν βοῶν· λέγονται γάρ τινες λαρινοὶ βόες, οἱ λιπαροί. Comicus in Pac. 925. τί δαὶ δοκεῖ; βούλεσθε λαρινῷ βοΐ; vbi v. Not. *Bergl.* Ita et λαρινοὶ σύες ap. Achaeum Athen. IX, 4. p. 376. B. Add. intpp. Hesych. II. p. 428. f. et Photii Lex. p. 152. H. l. tropice pro μέγα. Malui tamen explicari, *iucundum*, a λάρος *dulcis*, v. Etym. M. h. v. et Suid. V. Λαρινός.

466. οὕτως ὑμῶν ὑπεραλγῶ. Videtur imitatus Eupolidem, quod libenter facit, cuius locus est ap. Stob. XLI. *t*) καὶ μὴν πολλῶν παρόντων οὐκ ἔχω τί λέξω· οὕτω σφόδρ'

---

q) Wilandum; sed is non de coronis magis quam de aqua affusa quaerebat.

r) Euelpidi etiam Inu. tribuit.

s) v. Tho. Mag. p. 590.

t) P. 239. ed. Gesn. f. Tit. 43. p. 163. ed. Grot.

ἀλγῶ τὴν πολιτείαν ὁρῶν παρ' ἡμῖν. Et Noſter ordiebatur orationem a καὶ μήν· et vtrique eſt ſermo de corrupto reip. ſtatu. *Bergl.* Θράυσει Heſych. fortaſſis ex h. l. interpretatur ἀπολεῖ. Tum τούτων pertinet ad homines, non ad aues, ad quas quum referret Schol., Θράυσει interpretatus eſt πραΰνει, vt Schol. Rau. πείσει, quo ſenſu verbum illud per translationem dicitur *v*).

467. βασιλῆς. Male in tribus codd. βασιλεῖς. *Brunck.*

470. τουτί. Membr. ταυτί. *Brunck.* Mutatione opus non eſt.

471. πεπάτηκας. Scholia: τὸ δὲ πατῆσαι ἴσον ἐστὶ τῷ ἐνδιατρῖψαι. *Bergl.* Scilicet fabellae Aeſopicae (Αἴσωπος enim pro eius fabellis dicitur, vt Nub. 1375. Εὐριπίδης, Lys. 188. Αἰσχύλος) tum omnium erant in ore, atque Leſſingius (Vermiſchte Schriften T. II. p. 226.) ex h. l. concluſit, extitiſſe tum iam quamdam Aeſopi fabellarum collectionem. De Aeſop. poſt Bentleium (Opusc. Critt. p. 72. ſs. ed. Lips.) et Fabricium, (quae vtriusque commentationes repetitae ſunt, in Fr. de Furia ed. fabularum Aeſop., L. 1810.) vid. Meiners. Geſch. d. Urſpr. und Fortg. d. Wiſſ. in Griech. T. I. p. 70. ſs. et Iacobs. in Nachträge zu Sulzers Theorie d. Künſte u. Wiſſ. T. V. p. 260. ſs. — πολυπράγμων dicitur non modo, qui multa tractat negotia (male ſedulus), ſed etiam, multarum rerum peritus. Scripſit de hoc vocab. peculiarem commentationem C. C. Woog, L. 1762.

472. Locum hunc Ariſtoph. citant Galenus περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως T. II. p. 149. ed. Bas. Aelianus de N. An. XVI, 5. et Suid. V. Ἀμάθητος. *Kuſt.* Dum diſſerit de primatu auium apud aues ſtolidas, fundamentum ponit Aeſopicas fabulas, quibus nihil eſt incredibilius; dum autem de eadem re ad homines verba facit infra in parabaſi, ex intimis philoſophiae penetralibus ordi-

---

v) Ita et vulg. interpres: iſtorum *emolliet* mentes (animos). Paullo aliter Wiland.: Um die Seelen dieſes Volks aus ihrem Schlummer *aufzurütteln*. Sed vereor, vt ita verbum hoc dicatur. Francog.: et qui puiſſe toucher le coeur de mes auditeurs. Loquitur Piſthi. haec ad ſocium, tum ſe conuertit ad aues.

tur: vtrobique autem iocatur. *Bergl.* Fabella haec non legitur nec in Planudea nec in antiquiore nuper e cod. Flor. edita fabellarum Aesop. collectione (neque ad fab. 46. ed. Erneſt. reſpicitur), ſed Furia eam in ſuam collectionem recepit (n. 415.) ex Apoſtol. Prou. VIII, 85. Noſter autem Aeſopi fabellas ſaepius laudauit, vt Pac. 129. Veſp. 1392. κορυδὸς h. l. alauda criſtata (vt ex 475. patet). v. ad v. 305. Caſſita dicitur Gell. N. Att. 2, 29. vbi alia Aeſopi fabella de ea. Pleonasmus ἐφατο λέγων ſimplicitati narrationis conuenit.

474. γῆν δ' οὐκ εἶναι· terram autem non fuiſſe, vbi ſcilicet ſepeliri poſſit. *Bergl.* προκεῖσθαι verbum proprium eſt, vt προτίθεσθαι, de cadaueribus, quae in aedium aditu proponuntur. v. Suid. V. Προὔκειτο. πεμπταῖον, i. e. *per quinque dies*, vt τεταρταῖος Ioh. 11, 39. v. Warton. ad Theocr. 2, 4.

475. τὸν πατέρ' αὐτῆς x) — κατορύξαι. Hinc auem hanc ἐπιτυμβίδιον vocauit Theocritus Id. VII, 23. ad q. l. vid. Schol. [et Valken.]. *Kuſt.* Nempe criſtam illarum auium inde ortam eſſe poëta vult.

476. Κεφαλῆσι. Scholia: προσέπαιξε τὸν δῆμον. Κεφαλῆς γὰρ δῆμος Ἀκαμαντίδος Φυλῆς. *Bergl.* Alluſio ad pagum Atticae, cui nomen Κεφαλή. V. Meurſium de Pop. Att. [T. IV. Thes. Gron. p. 730.]. *Brunck.*

477. Legendum οὔκουν δῆτ' cum interrogationis nota in fine ſequ. verſus. Ita et Wilandum accepiſſe video.

479. χρὴ ῥύγχος βόσκειν — Supra 348. δεῖ — δοῦναι ῥύγχει Φορβάν. *Bergl.* Roſtrum alere iubet ad vim inferendam et imperium extorquendum.

480. Hic verſus vulgo (ante Br.) tributus eſt Epopi atque ita ſcriptus: οὐκ ἀποδώσει — Hanc ſcripturam e Rau. reſtituit Inu., ſed tum etiam in fine ponenda fuit interrog. nota, atque Epopis nomen praefigendum. Brunkius non indicauit, vnde hauſerit, quod dedit: ὡς οὐ τα-

x) Perperam olim legebatur αὐτῆς. — ἀπορῆσαι ὑπ' ἀμηχανίας eſt, inopem conſilii eſſe prae defectu praeſidiorum, neſcire quo te vertas, quum agendi ratio deſit.

χέως ἀποδώσει Ζεὺς τὸ σκ. Articulo ante voc. Ζεὺς h. l. non opus eſt. Sententia tum eſt: nam Iupiter non ſtatim (niſi expugnetur) imperium reddet.

τῷ δρυκολάπτῃ. Ad locum hunc reſpexit Euſtath. ad Od. M. p. 1726. ed. Rom., vbi monet, auem illam, quam Ariſtoph. appellat δρυκολάπτην, ab aliis vocari δρυοκολάπτην. *Kuſt.* A δρῦς *quercus*, et κολάπτειν *ſculpere*; quia picus roſtro tundit et rimatur cortices quercuum, eſcam ſibi quaerens. Quum autem Ioui ſacra ſit, vt Virgilius ait [Georg. III, 332.]: *Siculi magna Iouis antiquo robore quercus;* Epops merito dubitat, an Iupiter ſceptrum traditurus ſit pico, qui ſoleat Iouis arborem laedere et inde cibum petere. Ex Scholiis. *Bergl.* Eſt *picus Martius* (Specht, Baumhacker, cf. Camus ad Ariſtot. II. p. 636.). add. Aelian. N. A. I, 45. Ariſtot. 9, 9. Plin. 10, 18.

481. ὡς δ' οὐχὶ θεοὶ τῶν ἀνθρώπων τοίνυν ἦρχον τὸ παλαιόν γ). Primo in tribus codd. et in primariis edd. ſcriptum eſt: ὡς δ' οὐχὶ — Media particula in recentioribus perperam omiſſa eſt. Tum in libris omnibus inuerſus eſt vocum ordo, contra anapaeſticorum commatum legem, hoc modo:

ὡς δ' οὐχὶ θεοὶ τοίνυν τῶν ἀνθρώπων ἦρχον τὸ παλαιόν.

Brunck.

482. τούτων. Ante τούτων, non poſt, eſt distinguendum. *Reisk.* Ita cohaerebunt verba πρῶτα τούτων τὸν ἀλ. ἐπιδείξω — non ſatis, bene. Non debueram olim pro ὄρνιθες edere ὄρνις (h. e. ὄρνεις), et deinde ἐσιν ponere. Saluum eſt metrum vulgatae lectionis. Prima in τεκμήρια breuis eſt.

484. πάντων. Haec vox in quibusdam edd. deeſt, non absque manifeſto verſus detrimento. *Kuſt.* Darium et Megabyzum nominat, illum regem, hunc ducem, Perſarum, quia primi infeſtis armis Graeciam petierunt. v. Herodot. 5, 17. ſs. et de Megabyzo Dorvill. ad Char. p. 447.

γ) Ita etiam Inu. edidit. De vltima ſyllaba part. τοινυν longa v. ad Nub. 356.

485. Περσικὸς ὄρνις. Infra 708. ὁ δὲ χῆν, ὁ δὲ Περσικὸν ὄρνιν. Cratinus Comicus ap. Athen. IX. p. 374. ὥςπερ ὁ Περσικὸς ὧραν πᾶσαν καναχῶν ὀλόφωνος ἀλέκτωρ. Athenaeus XIV. p. 655. καὶ μήποτε (et forsitan) πρώτιστοι καὶ ἐγένοντο καὶ ἐτράφησαν ἐν Σάμῳ (pauones), καὶ ἐντεῦθεν εἰς τοὺς ἔξω τόπους διεδόθησαν· ὥςπερ καὶ οἱ ἀλεκτρυόνες ἐν τῇ Περσίδι. *Bergl.* Hesych. illam gloſſam interpretatus eſt ὁ ἀλεκτρυών.

486. διαβάσει. In Thesm. 793. βάσετ', ἐπείγετε. *Bergl.* Eſt *incedere*. Reges Perſarum geſtabant, etiam ſerioribus adhuc temporibus, tiaram rectam, vt ceteri Perſae retro flexam. v. Briſſon. de reg. Pers. princ. I, 10. 2. 184. Eunapius Aedes. p. 46. Commel. Saporis ὀρθὴν τιάραν commemorat. Atque ea ὀρθὴ τιάρα dicebatur proprie μυρβασία. v. Heſych. h. v. cum intpp. Photius p. 139. Moeris Attic. p. 241. ibique Piers.

488. μέγας καὶ πολὺς — Apud Herod. in Polyhymnia [VII, 14.] ad Xerxem dicitur: ὡς καὶ μέγας καὶ πολλὸς (magnus et potens) ἐγένεο ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, οὕτω καὶ ταπεῖνος κατὰ τάχος ἔσεαι. Vid. ad Eqq. 754. *Bergl.*

489. ὄρθριον. Sic C. vt impreſſi, recte. In membr. ὄρθιον. Sic etiam in B. a prima manu, ſed ρ ſuperne additum. v. ad Conc. 739. *Brunck.* Tamquam de citharoedo aut citharistria. In Eccl. 737. σὺ δὲ δεῦρ' ἥ κιθαρῳδὸς ἔξιθι πολλάκις ἀναπήσασα μ' εἰς ἐκκλησίαν ἀωρὶ νυκτῶν διὰ τὸν ὄρθριον νόμον. *Bergl.* Scilicet de citharoedo proprie dicitur ὄρθιον ἆδειν, nam ὄρθιος νόμος fuit inter modos citharoedicos. Vid. Burette Mémoires de l' Acad. d. Inſcr. X. p. 285. ff. Luſit igitur poeta in vocc. ὄρθιος et ὄρθριος. Theocr. Id. 24, 63. ὄρνιθες (galli) ὄρθρον ἄειδον. Add. Suid. V. Ὄρθριον.

490. σκυλοδέψαι z). Mendoſe vulgo σκυτοδέψαι. V. ad Thesm. 56. et Plut. 514. *Brunck.* Vtraque ſcriptura coniarium indicat. V. Intpp. Heſych. V. Σκυλοδέψιος. Add. Doruill. ad Char. p. 750.

---

z) Metri gratia ſcribendum eſt σκυλοδέψαι, vt monuimus ad Plut. 514. vti plura notauimus. *Kuſt.* Itaque iam olim illud repoſui.

491. Atticiſtae praecipiunt non σκυτεῖς (ſutores), ſed σκυτοτόμοι dicendum eſſe. In comica certe oratione, quae a vulgari propius aberat, illam etiam formam adhibitam eſſe, hic locus docet. v. Intpp. Moer. p. 353. ſ. ἀλφιταμοιβοί ſunt, qui etiam ἀλφιτοπῶλαι dicuntur. v. Thom. M. p. 39. cum Intpp. et ad Nub. 640. Sequens voc. τορνευτολυρασπιδοπηγοὶ *a)* comico modo compoſitum indicat eos, qui τορνεύοντες λύρας καὶ ἀσπίδας πηγνύουσι. Ridet poeta eos, qui in omnibus vitae negotiis aues ſequuntur.

492. Legendum οἵ τε [commate in fine anteced. verſus poſito]: *et qui de nocte currunt per plateas calceati*, i. e. fures, latrones. *Reisk.* Ei obſequutus iam olim ſum. Nam non exiſtimari poteſt, orationem eſſe ellipticam in οἱ δὲ — vt putetur ſupplendum: nocturni graſſatores ad galli cantum domum redeunt. Sequens enim narratio docet eos etiam primo diluculo ſua negotia exercere. Itaque ſenſus poſtulat: οἵ τε — ὁ μοχθηρὸς mox poſitum eſt loco pronominis ἐγώ, vt et Lat. *miſer*, aliaque ſimilia. Sed Φρυγίαν ἐρίων (ſcil. ἐπὶ) ad χλαῖναν pertinet. Vnde iam olim locum commatibus recte poſitis adiuui.

494. ἐς δεκάτην. V. Meurs. Exercc. Critt. Part. II. l. 3. c. 33. et Mauſſac. ad Harpocr. V. Ἑβδομευομένου. *Kuſt.* Solebant tunc nomen imponere infantibus; infra 923. οὐκ ἄρτι θύω τὴν δεκάτην ταύτης ἐγὼ καὶ τοὔνομ' ὥσπερ παιδίῳ νῦν δὴ θέμην; Solebant etiam peruigilare tunc aut in ſeram noctem commanere. Eubulus Comicus ap. Athen. XV. p. 668. εἶεν, γυναῖκες, νῦν ὅπως τὴν νύχθ' ὅλην ἐν τῇ δεκάτῃ τοῦ παιδίου χορεύσετε. Hinc Euelpidi illud infortunium nocta accidit. *Bergl.* ἐς δεκάτην παιδαρίου κληθείς breuiter dictum eſt, pro, inuitatus ad *conuiuium*, quod decimo a natalibus die apparabatur, quo die puero nomen imponebatur *b)*, etſi hoc interdum iam ſe-

a) Ita enim Inu. dedit pro eo, quod in omnibus aliis libris eſt τορνευτασπιδολυροπηγοί. Atque ita numeri verſus meliores ſunt. Itaque etiam Porſon. praef. ad Eur. I. p. LIX. probauit, indignatus codici Rau., quod eamdem lectionem, quam e Suida Comico ſe reſtituturum putabat, ſibi arrogauerit. cf. ad Plut. 510.

b) Bene Wiland.: Ich war zum *Namensfeſt* des Kindes einer meiner Freunde in der Stadt gebeten.

ptimo die factum esse Aristoteles H. A. VII. extr. tradit. Cf. Hesych. V. Δεκάτῃ ϑύομεν, Suid. V. Δεκάτην ἐσιᾶσαι, et Harles. de nomin. Graec. p. 41. ſs. ὑποπίνειν est, aliquantum, h. e. largius, bibere, vt Xen. Cyrop. 8, 4, 5. ἐπεὶ ὑπέπινον. Etiam Vesp. 100. commemoratur ἀλεκτρυὼν ὃς ἦδ' ἐφ' ἑσπέρας.

495. Melior scriptura est: κἄρτι καϑεῦδον. v. ad Conc. 302. Hic in A. B. sine apostropho scriptum: κἄρτι κάϑευδον — καὶ πρὶν δὲ πιεῖν τοὺς ἄλλους. Vulgo καὶ πρὶν δειπνεῖν c). In membr. καὶ πρὶν δὲ πίνειν, vnde veram lectionem restitui. πιεῖν primam corripit, quae in πίνειν producitur. Haec eiusdem verbi tempora saepissime ab ignaris prosodiae librariis commutata, quod et editores nonnumquam fugit. v. Bentleii Emendatt. in Menandrum p. 77. ad hos versus:

οὐ γὰρ τὸ πλῆϑος, ἂν σκοπῇ τις, τοῦ ποτοῦ
ποιεῖ παροινεῖν, τοῦ πιόντος δ' ἡ φύσις. —
χαλεπόν, ὅταν τις ὢν πίῃ πλέον λαλῇ.

Vbi perperam πίνοντος et πίνῃ editum fuerat. *Brunck.* ἦσεν. In Vesp. 100. τὸν ἀλεκτρυόνα δ', ὃς ἦδ' ἐφ' ἑσπέρας. *Bergl.*

496. Ἀλιμοῦς pagus Atticae. Vide Meursium libro modo laudato. *Brunck.* Ibam versus Alimuntem. Scholia: ὄῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. Est autem δε pro εἰς, vt infra 507. πεδίονδε. *Bergl.*

κἄρτι προκύπτω. Sic rescripsi auctoritate Ms. Vat. U. pro κάτω προκύπτω, vt priores edd. habent. Sensus au-

---

c) Quamquam ita etiam cod. Rau. legit, tamen Brunkio, quod alias rarius facit, h. l. obsequutus est Inu. Perperam. Nam si ipse in illa compotatione bibit largius, etiam ceteros connivas oportuit bibisse. Itaque Wiland. vertit: hatte mich im Wein ein wenig übernommen, und lag in einem Winkel schlafend, *indeſs* die andern noch zechten. Sed hoc non est πρίν. Imo vocatus Euelpides ad epulas, iam largius bibit in vrbe. Itaque ante coenam iam obdormiscit, et quum gallus (vespere) caneret, ratus matutinum tempus esse, abit. Francogallus non sequutus Brunkium ita locum omnem expressit: J'ai avois été invité à une collation, qui devoit commencer sur les quatre heures du soir. J' y étois allé; et ayant bu un peu plus qu' à l' ordinaire, je m' étois endormi. L' heure du souper n' étoit pas encore venue, que le coq se mit à chanter.

tem eſt: *et modo porta vrbis egreſſus eram, cum* etc. vel, *eo ipſo tempore, quo porta vrbis egredior* etc. *Kuſt.* Editio Farrei *κἄτι. Bergl. κᾄρτι.* Sic tres codd., vt Kuſt. e Vat. edidit. Antea legebatur *κᾄτι. Brunck.*

497. *λωποδύτης* dicitur de eo furum genere, qui veſtimenta, *λώπας*, furripiunt. v. Intpp. Heſ. T. II. p. 515. Vnde v. ſequ. *ἀπέβλιτε ϑοιμάτιον* (h. e. *τὸ ἱμάτιον*, Tho. M. p. 453.) h. e. ſimpl. *ἀφείλετο.* Nam *ἀποβλίττειν* proprie de iis vſurpatum, qui mel e fauis exprimunt, aut, qui lac emulgent; hinc eſt, exprimendo, vi, aliquid auferre. v. Zonar. (apud quem tres codd. *ἀπέβλυσεν* habent) T. I. p. 282. Ceterum Euelpidem in hac fabula omnia ad riſum conuertere, et ſpectatores feſtiuis iocis et narrationibus oblectare velle, obſeruat Wiland.

498. *μέλλω τε βοᾶν.* In membr. *μέλλων τε βοᾶν.* In C. *μέλλω δὲ βοᾶν.* Omnes *ὅϑ'*, vt primariae edd. Suſpicari quis inde poſſit, poëtam ſcripſiſſe — *μέλλων τε βοᾶν, ὅϑ' ἀπ. ϑ. μου*, pro *μέλλοντός μου βοᾶν.* Sed maior in vulgata lectione perſpicuitas. *Brunck.*

499. *ἴκτινος d)* eſt miluus (milan, Hühnergeyer, Weihe.), v. Camus ad Ariſtot. H. A. II. p. 508. f. aut ſecundum nonnullos, miluus niger f. Aetolius. v. Buffon. Hiſt. nat. Au. T. I. p. 161. et 164. ex vers. Oehmii. Quum ſub initium veris redire in Graeciam dicerentur milui, apparet, cur pauperes, qui tum ſe frigore leuatum iri ſperarent, aues illas adorauerint.

500. Vulgo *κατέδειξέν γ' οὗτος πρῶτος.* Noſtra lectio (*κατέδειξεν πρῶτός γ' οὗτος β.*) eſt in membr., niſi quod fulcrum f. particula *γε* ibi deeſt. *Brunck.*

501. *προκυλινδεῖσϑαι.* Ex Scholiis: *ἔαρος ἀρχομένου ἰκτῖνος φαίνεται εἰς τὴν Ἑλλάδα — ἐφ' ᾧ ἡδόμενοι κυλίνδονται* — et mox: *οἱ πένητες οὖν ἀπαλλαγέντες τοῦ χειμῶνος ἐκυλινδοῦντο καὶ προεκύνουν αὐτόν.* Poſt hyemem ſtatim apparere miluum patet etiam ex Comico in-

---

d) Perperam olim dedi: *Ἴκτινος γαῦν* — quoniam neſcio in quo edit. repereram: *Ἴκτινος οὖν* — nam *δ' οὖν* eſt etiam in Kuſt. et Bergl. Caeterum ſcribitur etiam *ἰκτῖνος.*

fra 714. vbi de hyberno tempore loquutus ait: *Ἰκτῖνος αυ μετὰ ταῦτα φανεὶς ἑτέραν ὥραν ἀποφαίνει.* Adorare autem ſolebant etiam ciconias qui primum illas conſpicabantur; Philoſtratus epiſt. 44. *τὸν δὲ πελαργὸν οἱ πρῶτοι θεασάμενοι καὶ προσκυνοῦσι. Bergl.*

503. *ὀβολὸν* etc. *obolum* (quem in ore habebam, quo farinam eram emturus) *deglutiui, atque ita domum reuerti vacuum ſaccum farinarium.* De pecunia in ore et de ſacco farinario in Eccles. 813. *μεσὴν ἀπῆρα τὴν γνάθον χαλκῶν ἔχων· κἄπειτ' ἐχώρουν εἰς ἀγορὰν ἐπ' ἄλφιτα· ἔπειτ' ὑπέχοντος ἄρτι μου τὸν θύλακον, ἀνέκραγ' ὁ κῆρυξ μὴ δέχεσθαι μηδένα χαλκοῦν.* Nempe et iſte cum vacuo abiit ſacco farinario. De pecunia in ore condenda v. in Veſp. 787. *Bergl.*

504. *κόκκυξ* eſt *cuculus* (Camus T. II. p. 252.), qui, quum adulto vere ſub initium aeſtatis appareat (Aelian. N. A. III, 30. Plin. H. N. 18, 26. Heſiod. *Ἔργ.* 486.), intelligitur, cur Phoenices de meſſe facienda admonere dicatur.

505. *τόθ' οἱ Φοίνικες* [vt olim vulg.]. Metri gratia *e)* ſcribendum eſt *τότε γ' οἱ Φ. Kuſt.* Sic bene Kuſterus in notis. Vulgo titubante verſu, *τόθ' οἱ* — In B. *τότ' αὖ οἱ f)*, quod non procedit. Vltima in *κόκκυ* longa eſt. v. Ran. 1384. *Brunck.*

507. *ψωλοί.* Erant enim circumciſi, vt conſtat ex Herodoto [II, 104. vbi v. Weſſel. p. 150. f.] Bergl. *τοῦτ' ἄρ' ἐκεῖν' ἦν τοὔπος hoc reuera ſignificauit prouerbium illud* — De prouerbio v. Erasm. Adag. p. 687. qui tamen pleraque e Schol. hauſit.

508. Leg. *σφοδρὰν τὴν ἀρχήν* vel *σφοδράν τιν' ἀρχήν. Reisk.* Et metrum repugnat, nec neceſſarium eſt locum emendari. Nominat poëta duos reges ex Homero notiſſimos loco regum Graeciae antiquorum omnino.

---

e) Quia iambus in anapaeſtico metro locum non habet.

f) Hinc Porſon. ad Eurip. Phoen. 412. legi iuſſit *τότ' ἂν οἱ Φ.* ita *ἂν* poni monens, in iis quae fieri *ſolent*, et huius ſtructurae ignorantia tum hunc tum alium locum v. 520. corruptum eſſe.

510. ἐπὶ τῶν σκήπτρων ἑκάθητ' ὄρνις. Scholia: ἐπεὶ εἰώθασιν ἐν τοῖς σκήπτροις ἐπὶ τοῦ ἄκρου ἐκτυποῦν ὄρνιθας εἰς κόσμον. Herodotus in Clione de Aſſyriis *g*): ἐπ' ἑκάστῳ δὲ σκήπτρῳ ἔπεσι πεποιημένον ἢ μῆλον ἢ ῥόδον ἢ κρῖνον ἢ αἰετὸς ἢ ἄλλο τι. Etiam in Iouis ſceptro *Aquila* ſedebat, ſecundum Pindarum, cuius locum mox adducam ad v. 513. Scholiaſtes ad Aun. 1254. διὸ ἐν τοῖς σκήπτροις ἐκατέρωθεν μὲν τελχῖνες τυποῦσι, κατωτέρω δὲ ποτάμιον ἵππον, ὑμλοῦντα ὡς ὑποτέτακται ἡ βία τῇ δικαιοπραγίᾳ. *Bergl.*

510. Leg. ὅ, τι [pro vulg. ὅτι]. Conſtructio eſt: τοῦτον ὃ δωροδοκεῖ. *Reisk.* Ita recentius hic et 513. editum. Non opus eſt vt εἴ τι ſcribatur.

511. οὐκ ἤδη 'γώ. Sic recte habet Ms. Vatic. U. *h*). Nam quod in prioribus edd. legitur: οὐκ ἤδειν 'γώ, vitioſum eſt, quia vocalis poſt conſonam numquam elidi ſolet. Τὸ ἤδη autem Ionice contractum eſt ex ἤδεα *i*), ſignificatque idem quod ἤδειν, i. e. *noram*, qua de re vid. Euſtath. ad Hom. et alios Grammaticos. *Kuſt.* Sic in A. B., vt Kuſt. edidit e Vat. Antea legebatur: οὐκ ἤδειν 'γώ. Hoc procul dubio in codd. ſuis repererant primi editores: vnde colligi poteſt, Atticam illam formam ἤδη infinitis in locis a librariis obliteratam fuiſſe, ſiquidem ei ne quidem hic pepercerunt, vbi ſolam eam metrum admittebat, proindeque a viris doctis bene eam vbique reponi. vid. not. ad Nub. 329. In B. *k*) ſcriptum: τουτὶ τοίνυν γ' οὐκ οἶδ' ἐγώ. In duobus aliis τοίνυν οὐκ, bene omiſſo γε. *Brunck.* Θαῦμα eſt h. l. admiratio, τραγῳδοὶ paulo poſt, fabulae Tragicorum, tragoediae.

---

g) Imo, Babyloniis, v. Herod. I, 195. De aquila autem in Iouis ſceptro cf. Böttiger Andeutungen zu Vorleſungen über die Archaeologie I. p. 97. ſ. vbi et huius loci memor fuit, et idem in Kunſtmythologie, erſter Abſchn. (Myth. des Jupiter 1809.) p. 63. ſs.

h) Probauit etiam et edidit *Bergl.* Add. Moeris p. 173. ibique Piers. Koen. ad Greg. Cor. p. 50. Valck. ad Eurip. Hipp. 405.

i) v. Dawes. M. Crit. p. 231. qui Kuſt. correctionem probat.

k) Num volvit C., aut hoc ſupra init. notae reponendum?

513. Ms. Vat. U. ὃ δ' ἄρ' ἑσήκει: quod magis placet. *Kuſt.* Mallem ἂν ἑσήκει [pro vulg. ἀνεσήκει] vel ἂν εἱσήκει *l*). *Bergl.* ὃ δ' ἄρ' ἑς. Sic tres codd. In impreſſis: ὃ δ' ἀνεσήκει. *Brunck.* Debebant ſequentia etiam ad Priamum referri, ſed poeta nexum fere ſuſtulit, vt Lyſicratem Athenn. ducem, qui muneribus ſe corrumpi pateretur, peteret.

Λυσιπρ. τηρῶν — *Lyſicratem obſeruat, quibusnam muneribus corrumpatur.* Hic notatur tamquam munerum captator; in Eccl. 629. tamquam deformis. *Bergl.*

514. Imprudens non animaduerti metrum labaſcere [in vulg. ὃ δὲ δεινότατόν ἐσιν ἁπ.], quod rite ſuffultum eſt in A., inferta partic. γε. Scribe ad codicis fidem, quae hic alioqui requirenda non eſt: ὃ δὲ δεινότατόν γ' ἐσὶν ἁπ. *Brunck.* in Suppl. Ita iam dedit Inu.

515. αἰετὸν ὄρνιν ἕσηκει ἔχων. Hoc voces ordine collocari debuerunt. Vulgo peruerſe legitur: αἰετὸν ἕσηκ' ὄρνιν ἔχων, quo pacto iambus eſt in quarto pede. In membr. ſcriptum: αἰετὸν ἔσησεν ὄρνιν ἔχων. *Brunck.* Scholia: δέον εἰπεῖν, ἐπὶ τοῦ σκήπτρου· οὕτω γὰρ ὁ Πίνδαρος· Εὔδει δ' ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς αἰετός· ἢ, ἐπειδὴ εἰώθεσαν τὰ ἀφιερωμένα ἑκάσῳ θεῷ ὄρνεα ἐπὶ κεφαλῆς ἱδρύειν (ſacratas cuiuis deo aues collocare in capite ſtatuarum, quae erant illorum deorum). Locum Pindari deſcripſi, vt habetur Pyth. I, 10. *m*) quia in Scholiis male editum erat: εὕδει γ' ἀσκήπτρῳ Διός, pro εὕδει γ' ἀνὰ σκήπτρῳ Διός. Verbum autem ἕσηκε apud Comicum ſignificat: *erectus et dedicatus eſt*; et intelligitur de ſimulacro Iouis. Ita occurrit apud Lucian. in Dial. Iouis et Ganymedis [deor. dial. 4, 1. T. I. p. 209. Hemſt.]. *Bergl.*

516. Θυγάτηρ. Minerua, de qua et in Eqq. 1089.: ναί μοι δόκει ἡ θεὸς αὐτὴ ἐπ πόλεως ἐλθεῖν καὶ γλαῦξ

---

l) Leg. ὃ δ' ἂν ἑσήκει — *illa autem auis ſtabat ſuper ſceptro procul dubio. Reisk.* At particulae ἂν hic locus non eſt.

m) In Iouis quidem ſtatua, a Phidia facta, aquila inſidebat ſceptro; cf. Spanhem. de Pr. et V. N. I. p. 171. et ſupra ad 515. laudd.: ἐπὶ κεφαλῆς autem proprie eſt, in capite, ad caput, ita vt caput eius tegeret; et ἑσηκέναι verbum propr. eſt de ſtatuis *erectis*, vt Ael. V. H. 6, 1. βασιλεὺς ὢν valet, *vtpote* rex.

αὐτῇ ᾽πικαθῆσθαι. *Bergl.* Ridet poëta Graecos, qui singulis diis deabusue ſua animalia ſacra eſſe putabant. v. Spanh. de Pr. et V. N. I. p. 161. ſſ.

517. τίνος οὕνεκα ταῦτ᾽ ἄρ᾽. Sic recte Ms. Vat. U. At priores Edd. τίνος οὖν οὕνεκα; metro refragante. *Kuſt.* Sic A. B. vt Kuſt. e Vat. edidit. Antea legebatur: τίνος οὖν ἕνεκα. In C. ſcriptum: τίνος γὰρ ἕνεκα — *Brunck.* Verſui huic olim praefixi, praeeunte ed. 1624., Epopis perſonam, cui melius, quae dicuntur, conueniunt, quam Euelpidi, qui fere iocos interponit.

519. Perperam vulgo ὁιόοῖ. Pendet hoc verbum ab ὅταν, quod Subiunctiuum regit [vnde ὁιόῳ repoſuit Br.]. Forma autem contracta ſubiunctiui ὁιόοῖ a ὁιόω nescio an quispiam vſus fuerit. *Brunck.* Obloquutus eſt Inuernizius et ὁιόοῖ ob codd. conſenſum reſtituit, neque tamen docuit, ὅταν cum Indic. ap. vllum Atticum ſcriptorem conſtrui, et aut Indicatiuum aut Optatiuum etiam hic locum habere poſſe, quum λάβωσιν ſequatur.

520. Perperam in libris omnibus: ὤμυνέ τ᾽ οὐδεὶς τότ᾽ ἀνθρώπων θεόν, iambo rurſus in tertia ſede poſito *n*). Sed leuis remanſit hic menda *o*). ὤμυνε reſpuit Atticismus: ſcribi debuit ἄμυν in Imperfecto, vt Nub. 1227. καὶ νὴ Δί᾽ ἀποδώσειν γ᾽ ἐπώμυνς τοὺς θεούς. Moeris [p. 281.] ὀμνύναι, Ἀττικῶς. ὀμνύειν, Ἑλληνικῶς. Thomas [p. 648.] ὄμνυμι, οὐκ ὀμνύω. Alterum eſt ex libriorum errore, vt διαπετάννυε, quod in Lys. 733. ante nos legebatur. *Brunck.*

521. Vt verſus recte ſe habeat, legendum eſt: Λάμπων ὁ ὄμνυσιν ἔτι καὶ νυνὶ τὸν χῆν᾽ ὅταν ἐξαπατᾷ τι. Prior correctio, νυνὶ pro νῦν, eſt ex ingenio, at poſterior, ἐξαπατᾷ τι, omiſſa vocula τίς, ex Ms. Vat. U. *Kuſt.* In im-

---

n) Hoc male defendit Inu. qui e Rau. recepit: ὤμνυ τ᾽ οὐδεὶς τότ᾽ ἀνθρώπων τ. θ. Nam naturae et legi metri anapaeſt. prorſus aduerſatur iambus.

o) Nempe Brunk. edidit, transpoſitis verbis: ὤμννέ τ᾽ οὐδεὶς ἀνθρώπων τότε θεὸν — Quod autem ex hac emendatione dactylo ſubiicitur anapaeſtus, reprehendit iam Porſon. l. p. LVII. et ad Phoen. 412. monet facile reponi potuiſſe τότ᾽ ἂν ἀνθρώπων θεὸν — ex vſu part. ἄν, de quo ad v. 505. dictum.

preſſis ſic legitur hic verſus: Λάμπων δ' ὄμνυσιν ἔτι καὶ νῦν τὸν χῆν' ὅταν ἐξαπατᾷ τις τι *p)*. Primo quia verbum ἐξαπατᾷ manifeſto ad nomen Λάμπων refertur, nemo non videt, indefinitum τις, quod ſententiam *q)* non minus quam metrum turbat, ineptiſſime infertum fuiſſe, delerique debuiſſe: non comparet in A. B. Deinde in tertia ſede pes eſt tribrachys. In B. conſtant numeri: Λάμπων δ' ὀμνυσίν γ' ἔτι καὶ νῦν. Sed fulcrum librario debetur. In membr. ſyllaba deficit et pro tribrachy pyrrhichius eſt: Λάμπων δ' ὄμνυσ' ἔτι καὶ νῦν. Remedium non alibi quaerendum erat, quam in reſtitutione ſinceri vocum ordinis: Λάμπων δ' ἔτι καὶ νῦν ὄμνυσιν *r)*. Id vt facillimum, ita certiſſimum eſt. Quia diſſolutis incedit pedibus verſus anapaeſticus, in quo per ſingulos pedes, vel ſaltem per ſingulas dipodias, pars orationis abſoluitur, ſaepiſſime in hoc metro peccarunt librarii, vocum ordinem inuertendo. Feſtiua Kuſteri nota praetermittenda non eſt *s)*. At vero, o bone, *ingenio* tuo male vtere. Mallem non ita *ingenioſum* te fuiſſe et ſyllabarum quantitates paulo melius didiciſſe. ὄμνυσιν tibi dactylus eſt: atqui mediam ſemper producit. Thesm. 272. ὄμνυμι τοί νυν αἰθέρ', οἴκησιν Διός. Idem eſt ſyllabae modulus in tertia ac in prima ſingulari. In duali vero et in plurali analogiam ſequitur reliquorum verborum in μι. Vt τίθησι, δίδωσι, ἵησι, ſic ὄμνυσι media longa: vt τίθετε, δίδοτε, ἵστε, ſic ὄμνυτε media breui. Nub. 948. ἡμῖν νόμισμ' οὐκ ἔστι — τῷ δ' ἄρ' ὄμνυτ', ἤ — In praeſtantiſſima autem illa tantisque elata laudibus editione Berglero-Burmanniana peſſima priorum lectio ſeruata fuit, nec ad hunc verſum quicquam adnotatum. *Brunck.* Repone, ſecundum Brunkii membranam, quae ὄμνυσ' exhibuit et Kuſterum, qui νυνὶ legendum eſſe coniecerat: Λάμπων δ' ὄμνυσ' ἔτι καὶ νυνὶ τὸν χῆν' ὅταν ἐξαπατᾷ τι. Minus haec violenta medicina, qua etiam id aſſequimur, vt ne ingrate

---

p) Vulg. verborum ordinem et ſcripturam retinuit Inu., deleto tantum pronomine τις.

q) Poſſet inde defendi, quod τις ſaepe ap. Noſtrum certum quemdam indicat, niſi metrum aduerſaretur.

r) Ita edidit Brunkius, obloquente Inuernizio.

s) Ea praemiſſa eſt.

νῦν occultetur in theſi, vox grauiſſima, quod fit, ſi cum Brunkio reſcribas: Λ. ὃ ἔτι καὶ νῦν ὄμνυσιν — *Hotib.* Λάμπων. Iſte erat vates *t*): mentio eius et infra 989. ὄμνυσι τὸν Χῆνα. Scholia: ὅτι πρῶτοι οἱ Σωκρατικοὶ οὕτως ἐπετήδευσαν ὀμνύναι *v*). v. ad Veſp. 83. *Bergl.*

522. ἁγίους τ' ἐνόμιζον. Ms. Vat. U. καλούς τ' ἐνόμιζον. *Kuſt.* Hinc olim conieci ſcribi poſſe: μεγάλους τε καλούς τ' —

523. Mutantur verſuum numeri, quia indignatio creſcit, cui exprimendae celeres dimetri anapp. magis inſerviunt, quam tardiores tetrametri.

Μανᾶς. Μανῆς eſt nomen ſeruile. Infra 1311. et 1329. et alibi. Pherecrates apud Athenaeum VI. p. 263. οὐ γὰρ ἦν τότε οὔτε Μάνης οὔτε Σάκης οὐδενὶ δοῦλος. v. ſupra ad v. 31. *Bergl.* Et ad Ran. 995., etiam Intpp. Heſych. V. Εἰς ἀγρὸν Μανῆς.

524. μαινομένους. Propter praecedens Μανᾶς hoc intulit. *Bergl.* Ludit enim, vt ſaepe, in vocabulorum affinitate.

525. κἀν τοῖς ἱεροῖς *x*). Nam in templis tutae debebant eſſe aues, tamquam diis ſupplices; nefas autem violare ſupplices. Hinc cum Ariſtodicus Cumaeus in templo apud Branchidas nidos auium detraxiſſet et pullos exemiſſet, ex adyto talis vox audita fertur: ἀνοσιώτατε ἀνθρώπων, τί τάδε τολμᾷς ποιέειν; τοὺς ἱκέτας μου ἐκ τοῦ νηοῦ κεραΐζεις; vt eſt apud Herodotum in Clione [I, 159.]. Apud Euripidem *y*) tamen Ion aedituus Apollinis Delphi-

t) Tempore belli Peloponn. vixit. v. Plut. Pericl. p. 154. f. Reisk. *Hotibii* coniecturam metrum reſpuit.

v) Socrates pro μὰ Χῆνα ſ. Δία ſaepe dixit μὰ Χῆνα, et Rhadamanthus, Cretae rex, ap. Schol. traditur, omnibus ciuibus interdixiſſe, ne quis per deos iuraret, ſed per animantes iurandum eſſe. *Wiland.*

x) Perperam in ed. Brunk. poſt haec verba punctum eſt poſitum, quem typothetae errorem in not. correxit Br.

y) Euripidis Ionem reſpicit (Ariſtoph.), in quo dramate Ion aues e Delphico templo abigit ſagittisque petit. Sic ipſe v.

ci pellit aues e templo in cognomini dramate 106. *πτηνῶν τ' ἀγέλας, αἳ βλάπτουσι σέμν' ἀναθήματα, τόξοισιν ἐμοῖς φυγάδας θήσομεν.* Mox ibi auibus aduolantibus minatur, se eas iaculo petiturum, vbi inter alia v. 170.: *ἔα, ἔα. τίς ὅδ' ὀρνίθων καινὸς προσέβα; μῶν ὑπὸ θριγκοὺς εὐναίας καρφηρὰς θήτων τέκνοις;* (num sub pinnis nido destinatas festucas politura ad pullos procreandos?) *ψαλμοί σ' εἴρξουσι τύξων* (arcebit te hinc arcus mei sonitus). *οὐ πείσῃ; χωρῶν ἐν δίναις ταῖς Ἀλφείου παιδούργει ἢ νάπος Ἰσθμιον* (abi et in vorticibus Alphei pullos procrea, aut in nemus Isthmium profecta. *Bergl.*

527. f. Athenaeus I. p. 25. D. *οὐδὲ τὸν ἀέρα δ' ἥρωες τοῖς ὄρνισιν εἶων ἐλεύθερον, παγίδας καὶ νεφέλας* (retia) *ἐπὶ ταῖς κίχλαις καὶ πελειάσιν ἱσάντες.* vide et supra 195. *Bergl.* Pro *ῥαβδοὺς* in Schol. adnotatur var. lect. *σαυρούς*, sensu non mutato. Nam et *σαυροὶ* sunt *ligna erecta.* v. Hesych. et Tho. M. p. 808.

528. *ἕρπη.* Etiam retis species z). Eurip. Bacch. 955. *καὶ μὴν δοκῶ σφᾶς ἐν λόχμαις, ὄρνιθας ὡς, Λέκτρων ἔχεσθαι φιλτάτοις ἐν ἕρπεσι* (*lectorum detineri gratissimis in sepibus*). *Bergl.* Πηκτάς. Suid. in Πηκτή. *καὶ πηκταὶ θηρευτικὸν ὄργανον παρ' Ἀριστοφάνει. Brunck.* Sunt etiam retium species, ita dictae, quoniam compinguntur (*πήγνυσθαι*, vt *πῆξαι ἐπ' ὀρνίθων ἄγρην* Bianor in Const. Cephalae Anthol. p. 118. Reisk.). *ἱσάναι παγίδας ὄρνισιν* etiam Aesop. fab. 46.

529. f. *λαβόντες* scil. *ὀρνιθευταί*, aucupes. Pro *ἀθρόους* ex Grammaticorum praeceptis scribendum esset *ἄθρους*, sed v. Piers. ad Moer. p. 20. — *οἱ δ' homines*, scil. emturi. *βλιμάζειν* Hesych. interpretatur *τὸ τοὺς ὄρνιθας ἐκ τῶν σηθῶν πειράζειν.* Zonaras I. p. 394. *τὸ τοῦ ὑπογαστρικοῦ καὶ τοῦ σήθους ἅπτεσθαι, ὅπερ ποιοῦσιν οἱ τὰς ὄρνιθας ὠνούμενοι.*

---

106. loquitur: *πτηνῶν τ' ἀγέλας κ. λ.* et 172. *τίς ὅδ' ὀρνίθων καινὸς προσ. κ. λ. Brunck.*

z) V. Photii Lex. p. 17. (*ἕρκη πλεκτά τινα ἐκ τριχῶν οἱ Κωμικοὶ οἱ παλαιοὶ καλοῦσιν*). Comicis praeiuerat Hom. Od. XXII, 468. *ἠὲ πελειαὶ Ἕρκει ἐνιπλήξωσι.* add. L. Bos. Obss. Critt. p. 162. et Musgrau. ad Eur. Med. 991.

531. *ταῦτα δοκεῖ.* Mallem *ταῦτ' ἐδόκει. Bergl.* Cauſam non video. Breuius dictum pro: facere hoc iis liceret, ſi ita videretur.

532. *ὀπτησάμενοι.* Subauditur *μόνον*, cuius aduerbii frequentiſſimam eſſe ellipſin monui ad Conc. 342. Aeſchines c. Tim. p. 91. *οὐκ ἠγνόουν, ὅτι ὑπερόψεται τὸν ὅρκον, ὦ Ἀθηναῖοι· ἀλλὰ καὶ προεῖπον ὑμῖν.* Ad quem locum facete *Reiskius:* „pro *οὐ μόνον οὐκ ἠγνόουν.* Sed illi breuiloquentiae ſtudioſi Attici ſolent illud *οὐ μόνον* ſimilibus huic locis omittere, *me quidem haud probante.* Verum ita ſolent.“ O male factum, quod Periclis aetate Reiskius non vixerit! Quam bene ille ſermonem conſtituiſſet Atticum! *Brunck.*

533. Infra 1581. *ἀλλ' ἐπικνῶ τὸ σίλφιον.* A *κνῆσαι τυρὸν* venit *τυροκνησις. Brunck.* De ſilphio ſ. laſerpitio v. ad Plut. 926. *ἐπικνῆσαι* eſt terere et tritum adiicere.

534. *καὶ τρίψαντες.* Leg. *καὶ ϛρέψαντες, umſchütteln, umtrifftlen,* ollam cum iure circumquaſſantes, *περιδινήσαντες. Reisk.* Nimirum viſum ei eſt *τρίψαντες* ſuperfluum, ſed talis redundantia ſermoni familiari eſt propria.

535. Infra 1636. *μάγειρε, τὸ κατάχυσμα χρὴ ποιεῖν γλυκύ. Bergl. κατάχυσμα* eſt i. q. *ζωμός.* v. Heſych. Photius p. 108.

537. ſ. Distinguendum eſt et ſcribendum: *ὑμῶν, αὖων ὥϛπερ κενεβρίων, wie über verdorrte, ausgetrocknete, längſt verfaulte Schindäſer. Reisk.* Elegantius certe vulgatum reddidit Wilandus: — und gieſſen's ſiedheiſs über euch herab, als wollten ſie das Fleiſch euch von den Knochen beiſſen.

538. *κενεβρίων.* Suidas: *ϑνησιμαίων. κενέβρινα γὰρ τὰ νεκρίμαῖα, κατὰ ἐναλλαγὴν ϛοιχείων.* Heſych. *κενέβρια, τὰ ϑνησίδια καὶ νεκριμαῖα κρέατα a).* Galenus per diphthongum ſcribit *κενέβρεια.* Locum dabimus in ſupplemento fragmentorum. *Brunck.* Scribendum *κενε-*

---

a) Paulo aliter Photius p. 115. Add. Erotian. Pollux 6, 55. Herodian. p. 466. Piers.

βρείων, ita flagitante metro *b)*. Infinitis in nominibus definentibus in ειος, εια, ειον, Attici ε diphthongi eximunt; ſed tum quod remanet ι breue eſt, vt in ἱερία, βάκχιος, ὀπτάνιον, ὀρνίθιος. Proinde remanet κενεβρίων, cuius vſus, vbi correptam ſyllabam metri lex flagitat, hic pro κενεβρείων ſtare non poteſt. *Idem* in Suppl.

539. *c)* Hi verſus antiſtrophici ſunt, et reſpondent ſtrophae, quae incipit v. 451. Quandoquidem Kuſterus aliique ante et poſt eum iſta distinguere inſtituerant, priore in loco ſtrophae titulum, in hoc vero antiſtrophae ponere debebant *d)*, vt ſibi ſaltem conſtarent. Nec id omiſiſſet Kuſterus, ſi primarias inſpexiſſet editt., quarum in recenſendo textu fidem ſecutum ſe fuiſſe mentitur. Prorſus inutiles ſunt iſti tituli textum foede interſecantes: nihilo tamen minus naturam horum verſuum dignoſcere oportebat, qua perſpecta facile erat animaduertere, ſecundum antiſtrophae perperam vulgo in duos verſiculos diuiſum eſſe *e)*. Congruit verſui 452. et ita digeſtus eſt in tribus codd., vt eum exhibui. *Brunck.* Quod Inu. e Rau. πολὺ δή, πολύ ἂν pro πολὺ δὴ bis poſito *f)* dedit, neſcio quid h. l. ἂν ſibi velit.

541. κάκην. Eurip. Iph. Taur. 676. καὶ δειλίαν γὰρ καὶ κάκην κεκτήσομαι (etenim timiditatis et *ignauiae* probrum mihi conciliabo), vbi vid. not. Barneſii *g)*. *Bergl.*

---

b) Idem Hotibius monuit.

c) In Edd. quas vidi, omiſſum χο. quum tamen perſpicuum ſit, haec chorum dicere. *Bergl.*

d) Nec Brunkius hoc fecit, ſed alia, quam ſtatim indicauit de cauſa, quae tamen non ſatis eſt probabilis.

e) Prior eorum finitur particula ἀς. Coniunxit etiam Inu. qui omnino vsque ad 545. cum Brunk. conſpirat.

f) In choris Tragicorum ſolent eadem vocabula bis poni eſtque hoc animi vehementer commoti ſignum. v. Eurip. Phoen. 820. 1026. 1043. etc. Sed et extra chorum, vt Soph. Electr. 675.

g) Ita κάκη ignauia (i. q. κακία) Plat. Polit. V. p. 463. τὸν λιπόντα τάξιν ἢ ἀποβαλόντα ὅτλα δι᾽ κάκην, et Menex. 18. εἴκοντας κάκῃ. v. Ruhnk. ad Tim. p. 152.

543. *ἐπ' ἐμοῦ me viuente, mea aetate.* Perperam in membr. *ἐπ' ἐμοί. Brunck.* Alii *in me, mea perſona.* v. Dorvill. ad Char. 5, 6. p. 455. *καταλύειν* eſt *finire, tollere.* v. Abreſch. Dilucc. Thuc. p. 323.

544. *σὺ δ' ἐμοὶ κατὰ δαίμονα h) καὶ κατὰ* — Poſterius *κατὰ* in libris omnibus omiſſum librariorum negligentia, quibus ad ſyntaxin inutile viſum eſt: et ita quidem res eſt; ſed ad metrum omnino neceſſarium eſt. *Brunck.* Vulgo legebatur:

σὺ δέ μοι κατὰ δαίμονα καὶ
συντυχίαν — σωτῆρ.

Inu. cum Rau. *καὶ συν-* priori verſui addidit. Sed ita non cum ſtrophico 456. conuenit.

546. *ἀναθεὶς* eſt *curae tuae committens.* Non tantum de iis verbum dicitur, qui onus alicui imponunt (v. Tho. M.), ſed etiam qui in templo aliquid reponunt et dedicant. Similia quaedam in fabula Aeſop. 286. ed. Ern.

547. Vulg. ſcriptura *τὰ νεόττια κ. οἰκ. δὴ* optime reſpondet ſtrophico 459., ſed ab eo discrepat, quod e Rau. dedit Inu., *τά τε νεοττ. κ. οἰκήτω* (ſine *δή*). Quod autem mox e Rau. receptum *ἀλλ' ὅ τι χρὴ δρ.* praeſtat vulgato *ἀλλά τί χρ. δ.*

550. Poſt *εἶναι* ſubintelligendum *δεῖν.* vid. L. Bos. Ellips. p. 596. ed. Schäf. *τὸ μεταξὺ* id, quod inter coelum et terram eſt.

552. *πλίνθοις ὀπταῖς.* Herodotus in Clione [I, 179.], vbi deſcribit, quomodo Babylon fuerit aedificata: *ἑλκύσαντες δὲ πλίνθους ἱκανάς, ὤπτησαν αὐτὰς ἐν καμίνοισι. Bergl.* add. Diod. S. 2, 7.

553. *ὦ Κεβριόνη.* Sic legendum, niſi forte haec verba e Dorico quodam carmine transſumſit Comicus *i*), quod

---

h) In Eqq. 147. *ἀλλ' δδὶ προσέρχεται κατὰ θεῖον εἰς ἀγοράν.* Hippocrates epiſt. 12.: *κατὰ δαίμονα τῷ ἔντι ἰτιοδρόμηκε. Bergl. κατὰ δαίμονα* deo fauente, bona fortuna, i. q. *σὺν δαίμονι* Theocr. 2, 28.

i) Ita cenſuit Inu., qui *Κεβριόνα* reſtituit. Primam in *Κεβριόνα* productam eſſe ex neceſſitate, quod aliter ſtare hoc nomen in

probabile non eſt. Vulgo Κεβριόνα, qui Vocatiuus a recto Κεβριόνης vltimam corripit. *Brunck.* Cebriones fuit vnus ex Gigantibus; hic autem tamquam auem eum nominat ſimul cum Porphyrione, qui etiam fuit Gigas *k)*; ſed eſt etiam eiusdem nominis auis quaedam: infra 1249. πέμψω δὲ πορφυρίωνας ἐς τὸν οὐρανὸν — καὶ δήποτε εἰς Πορφυρίων αὐτῷ παρέσχε πράγματα. Facit autem iſtorum mentionem, quia et ipſi contra deos inſurgunt, vt Gigantes. *Bergl.* σμερδαλέον eſt φοβερόν, ἐκπληκτικὸν Heſych. Hom. Il. 2, 309. et alibi.

554. κἀπειδὰν [vt Br. ed.] — Sic recte B. Vulgo κἄπειτ' ἄν — *Brunck.*

555. γνωσιμαχήσῃ. Eurip. Heracl. 706. χρὴ γνωσιμαχεῖν τὴν ἡλικίαν, τὰ δ' ἀμήχαν' ἐᾶν. Scholiaſtes Comici ad praeſentem locum: γνωσιμαχῆσαί ἐστι τό, γνόντα ὅτι πρὸς κρείττονας αὐτῷ ἡ μάχη, ἡσυχάσαι *l)*· ita et Heſych. ſed addit, ἢ μετανοῆσαι *m)*· vt hoc verbum non tantum ſignificet, *agnoſcere ſe imparem eſſe ad certandum cum aliquo;* verum etiam, *poenitentia duci, improbare priorem ſententiam et ei aduerſari.* Hinc Pollux VI, 115. coniungit μεταμελῆσαι, μετανοῆσαι, γνωσιμαχῆσαι, μεταγνῶναι et ſimilia. *Bergl.*

556. πρωὐδᾶν (h. e. προαυδᾶν) πόλεμον eſt *indicere* bellum. Iota ſubſcriptum in his Infinitiuorum formis eſſe omittendum multi Grammatici cenſuerunt. v. Villois. ad Long. p. 12.

557. (558. Kuſt.) ἐγκόσι habent et aliae edd. et Mſs., ſed mendoſe. Scribendum enim eſt ἐγκόσι (i. e.

---

verſu non potuerit, monet Porſon. praef. ad Eurip. I. p. LXIII.

k) De Porphyrione gigante v. Apollod. I, 6, 2, ibique Heyn. Cebriones memoratur eidem Apoll. III, 12, 7. extr. p. 534. auriga Hectoris Hom. Il. 16, 727. ſs.

l) Add. Zonar. Lex. T. I. p. 446. Tho. M. p. 193. Greg. Cor. p. 255. et gloſſar. Herodot. in ed. Weſſ. (ex Herod. 3, 25.) Scilicet omnino eſt, mutare mentem, atque ita ſecum, cum priſtinis ſuis ſententiis, pugnare.

m) Ita et Moeris explicat p. 109. vbi v. Piers. et Intpp. Heſych. atque Etym. M. p. 237, 11.

penem arrectum habentibus), vt recte monuit Guil. Canterus Nou. Lect. V, 3. *Kuſt.* *ἐσυκόσι* bene Berglerus e Kuſt. nota edidit. Codd. enim male *ἐσηκόσι* n). *Brunck.* Similis error fuerat Thesm. 165. De v. *σύεσθαι* v. Port. ad Suid. I. p. 1057. et Albert. ad Heſych. I. p. 1471. Narrantur Iouis furtiui amores.

559. (560. K.) *ἐπίωσ' ἐπιβάλλειν.* Sic recte Ms. Vat. U. At in prioribus edd. verſus hic laborat, quippe in quibus ita legitur *ἐπίωσι βάλλειν. Kuſt.* In Thesm. 421. *ταῖς γυναικωνίτισι σφραγῖδας ἐπιβάλλουσι. Bergl.*

560. (561. K.) *ἐπὶ τὴν ψωλήν*, i. e. *in mentulam.* Hoc enim ſenſu vox illa etiam legitur Lys. 143. et 978. Non autem ignorare debet lector, edit. Aldinam pro *ψωλὴν* hic habere *κωλῆν.* Quae lectio et ipſa ferri poteſt. Nam et in Nubb. 985. vocem *κωλῆ* Schol. interpretatur *αἰδοῖον*, a qua ſignificatione voc. *κωλῆ* forte fluxit epitheton Veneris Κωλιάδος: quamuis non ignorem, Grammaticos veteres aliunde vocis illius originem arceſſere. *Kuſt.* In B. C. *ἐπὶ τὴν κωλήν*, quod conſideratione dignum. Quemadmodum hae voces hic commutatae fuerunt, idem contingere potuit Nub. 989. 1018. vbi forte melius legeretur *τῆς ψωλῆς* et *ψωλὴν μεγάλην.* Sin quod ibi legitur, ſincerum eſt, ex hoc loco ſignificatio nomini *κωλῆ* tributa adſtrui et confirmari poteſt, et hoc e duobus codd. recipiendum eſt. *ψωλὴν* eſt in membr. ſicque primus edidit Fracinus. In duabus primariis edd. eſt *κωλήν.* Si res meo arbitrio permittatur, et hic et in duobus Nubb. verſibus *ψωλὴν* praetulerim. — *ἔτ' ἐκείνας.* Sic B. C. In membr. male: *ἔτ' εἰς ἐκείνας.* Vulgo *ἔτι κείνας. Brunck.* Quod quidem Ionum magis eſt quam Atticorum.

561. *τοῖς δ' ἀνθρώποις* — De his legatis ad deos et ad homines mittendis dicit quidem et infra 1043. *κήρυκα μὲν πέμψον, τὸν μὲν εἰς θεοὺς ἄνω κ. λ.* Sed illi ad deos quidem non mittuntur, quod appareat; prius enim e diis veniunt legati Neptunus, Hercules et barbarus quidam deus, qui aduenunt 1564., ad homines autem miſſus eſt legatus *κατὰ τὸ σιωπώμενον*, qui redit 1271. *Bergl.*

---

n) Omnes quas vidi edd. *ἰσηκόσι. Bergl.*

562. Conieci olim pro τὸ λοιπὸν exſpectari potuiſſe τὸ πρῶτον, quia ὕστερον αὖθις ſequitur, neque deos omni honore priuare vult. Sed fortaſſis ſubintelligendum eſt: *primum omnium.*

564. τοῖσι θεοῖσιν. Sic ob metrum legendum et emendate ſcriptum eſt in B. Tum ὃς ἂν ἁρμόζῃ o) recte ſcriptum in tribus codd. Vulgo: τοῖσι θεοῖσι τῶν ὀρνίθων ὃ ἂν ἁρμόζῃ. *Brunck.*

565. Venerem cum Phaleride iungit, alludens ad Phaleten ſ. Phallum, qui eſt penis coriaceus p). *Bergl.* πυρούς. Vocem πυρούς in duobus continuis verſibus repeti, longe eſt ineptiſſimum, vbi ſingulis diis ſingulae contribuuntur aues, quarum vnicuique diuerſum quid offerendum eſt. In alterutro verſu vocem illam πυρούς ab oſcitante librario pro ſincera alia ex altero verſu repetitam fuiſſe, ſtatim quiuis deprehendere poteſt. Aio in priorem verſum male eam intruſam fuiſſe q). φαληρίδι aui, quam Boeotus in Ach. 875. e ſua dialecto φαλαρίδι appellat, quid apud nos Gallos ſit nominis haud ego dixero r). Adeat naturae peritos, qui id ſcire volet. Sed quia Veneri conſociatur, laſciuam eſſe oportet, cui proinde nihil magis offerri conuenit, quam κριθὰς hordea, quia id nomen ambiguae ſignificationis eſt, vnde more ſuo iocum captat Comicus, gratam Veneri mentulam innuens. Praeterea in alimentis auibus praebendis ſic iunguntur κριθαὶ et πυροὶ quum alibi tum mox v. 621. Vapulent ergo librarii, et, quamuis ringatur, ſi quis illorum patronus exoriatur: tu vero, candide lector, meo periculo repone: ἦν Ἀφροδίτῃ

---

o) Ita iam *Reisk.* ſcribendum eſſe vidit. Vulgatum interpretatus olim ita ſum: homines oportet attribuere (ſacrificare) auibus (qui nunc dii ſunt, quae vnicuique conueniunt. Melioris ſcripturae hic ſenſus eſt: diis attribuere (cum iis in ſacris coniungere) auium quaecumque cuique deo conueniat.

p) Sic mox in ἐρχίλος et ἔνορχις ludit.

q) Ita et mihi olim viſum eſt, vt in Not. declaraui.

r) Graecum nomen *phalaris* retinuit Camus ad Ariſtot. II. p. 629. f. vbi oſtendit, aquaticam fuiſſe auem, nec tamen definiri poſſe certo, quam noſtrarum? *Waſſerhuhn* reddidit *Wil., la piette,* Belono praeeunte, Francog. int. in nota.

θύῃ, κριθὰς ὄρνιθι φλληρίδι θύειν. Eſt aliud quid in hoc verſu facetum, quod interpretibus ne ſuboluit quidem. Neptuno ſacrum fit oue, Herculi boue, Ioui ariete. Quid ita? nullane victima Veneris aram imbuet? *Si quis Veneri immolet.* Quid? id ipſum, quo ſecreta celebrantur orgia, cuiusque ſignificatio latet in ſequenti κριθάς. Ne credas alius cuiusuis hoſtiae poëtam hic meminiſſe. Ego nihil praeterea mutari velim, tametſi facilis ratio eſt, qua omnia examuſſim exaequentur et ſibi congruant *s*). Neceſſe non eſt, verbum θύειν vtroque in membro adeſſe, vt nec repetitur verſu abhinc ſecundo. Proinde legere poſſis: ἢν Ἀφροδίτῃ χοῖρον, κριθὰς ὄρνιθι φλληρίδι θύειν. Sed nec ipſe hoc valde probo et iure quis obiiceret: ἀλλ' οὐχὶ χοῖρος τῇ Ἀφροδίτῃ θύεται. *Brunck.* in Suppl.

566. ἢν δὲ Ποσειδῶνι τις οἶν θύῃ. Sic membr. *t*). In aliis τις ὗν. Mendoſe in nouiſſima Batana (Bergl.) τις νῦν. Sincerum eſt τις οἶν. Neptuno ſaepiſſime oue vel ariete ſolo ſacra fieri videmus; nullibi, quantum ſcio, ſue ſolo, quod animal deo illi non immolabatur, niſi adiunctis alius generis victimis, idque in luſtrationibus. V. Euſtath. p. 1676, 32. *v*) ad hos Homeri verſus in Odyſſea [XI, 130. ſ.]:

ῥέξας ἱερὰ καλὰ Ποσειδάωνι ἄνακτι
ἀρνειόν, ταῦρόν τε, συῶν τ' ἐπιβήτορα κάπρον.

Brunck. Neptunum, deum *marinum*, coniungit cum anate, aue *aquatica*, quae videtur a νέω, ſiue νήχεσθαι, *natare*, dici. *Bergl.*

567. ἢν δ' Ἡρακλέει τις βοῦν. Sic legendum. Perperam vulgo Ἡρακλεῖ. Vid. not. ad Thesm. 169. Mendoſe hic rurſus nouiſſima Batana: τις ὗν *x*). *Brunck.* Deum voracem iungit aui voraci. De Deo Pac. 731. τοὺς δ' Ἡρακλέας τοὺς μάττοντας καὶ τοὺς πεινῶντας. De aue

---

s) Conieci olim ὄρνιθι ſpurium eſſe et pro eo voc. victimae nomen ponendum.

t) Ms. Vatic. U. οἶν θύῃ, i. e. *ouem ſacrificet. Kuſt.*

v) Add. Feith. Antt. Hom. p. 61. ſs.

x) Multo deterius Inu. edidit ἢν δ' Ἡρακλεῖ θύῃ τις βοῦν, λάρῳ ν. θ. μελ. vt integer pes abundaret.

Matron in parodia ap. Athen. IV. p. 134. — *πεινῶντι λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς. Bergl.* De voc. λάρος (quo auis vorax, conchis inprimis veſcens indicatur, Ael. N. A. 3, 20.) v. ad Nub. 592. et Hemſt. ad Plut. p. 312. (ed. Lugd. B.) *ναῶοι* erat genus magnorum panum, Athen. III. p. 111. C., vnde *ναῶα* dicuntur quaeuis ſolida et magna. v. Intpp. Heſych. II. p. 656. add. Phot. p. 210. Zonar. II. 1387.

μελιτούττας. Perperam codd. *μελιττούτας*, impreſſi *μελιτούτας*. V. not. ad Nub. 507. *Brunck.* Ellipſin hic eſſe copulae *καὶ* dicit Scholiaſtes. *Bergl.* At *ναῶοὺς* adiectiue dicitur.

568. *κᾆν Διΐ* etc. Ex Scholiis: *ἐπεὶ κατωφερὴς* (intemperans circa res venereas) *ὁ Ζεὺς καὶ μοιχός, διὰ τοῦτο ὀρχίλον παρέλαβε* (orchilum cum eo iunxit), *διὰ τοὺς ὄρχεις* (propter ſimilitudinem vocum ὀρχίλος et ὄρχεις)· ſunt autem *ὄρχεις colei* ſiue *teſtes*. Huc alludi patet, etiam quum dicit mactandum orchilo *σέρφον ἔνορχιν, coleatum.* Etiam in Veſp. 1511. fit mentio huius auiculae et ſimul alluſio, ſed non tam ad *ὄρχεις*, quam *ὀρχεῖσθαι. Bergl.* Paruam eſſe auiculam *orchilum*, certum eſt; quae dicatur, incertum. v. Camus II. 576. ſ. A trochilo (roitelet, roitelet hupé) non differre putatur.

569. *σέρφον ἐνόρχην.* Sic B. Alii, vt vulgo, *ἔνορχιν.* Alteram formam agnoſcit Noſter Lys. 661. Eqq. 1385. *Brunck.* Similiter *πλακοῦντα ἐνόρχην προθύειν* dixit Plato Comicus ap. Athen. X. p. 441. *πρῶτα μὲν ἐμοὶ καὶ Κουροτρόφῳ προθύεται πλακοῦς ἐνόρχης* (placenta teſticulata), *ἄμυλος ἐγκύμων. Bergl.* Conferri poſſunt haec apud Heſych. T. II. p. 1416. *Τρίπτειρα ἡ Τριττύα. Θυσία Ἐννα-λίῳ. Θύεται δὲ πάντα τρία καὶ ἔνορχα.*

570. *ἤσθην.* Propterea iocoſa ei res videtur *ſerphus immolandus*, quia verbum *σφαγιάζειν* magnis victimis conuenit, non autem beſtiolae tam minutae. *Bergl. σέρφοι* enim ſunt alatae formicae. vid. v. 82.

ὁ μέγας Ζάν. Perperam in membr. *Ζεύς.* Ad hunc Comici locum reſpicit Euſtath. ad Il. p. 436, 18. *Brunck.*

571. *κολοιούς.* Synecdoche ſpeciei pro genere. *Bergl.* Sed conſulto hoc auium nomen legit, propter comicam vim.

573. *πέτεται.* Sic ſcriptum oportuit, vt ſup. v. recte eſt *πετόμεσθα.* Male vulgo hic et ſeq. v. *πέτατα.* v. ſupra ad 48. 90. *Brunck.* Correxit iam Piers. ad Moer. p. 312. — Cf. *C. L. Iuncker* über Flügel und geflügelte Gottheiten, ein Beytrag zur Geſch. der Kunſt, Frf. u. L. 1786. 8. et Fr. Guil. Döring Comm. de alatis imaginibus apud veteres. Gothae, 1786. 4.

574. *Νίκη.* Ulpianus in oratt. Demoſth. c. Timocr. [p. 266. ed. Aur. Allobr. 1607. f.] ad haec verba [p. 739. ed. Reisk.] *Νίκης ἀπρωτήρια* ſcribit: *ἀπρωτήρια δὲ λέγει οἱονεὶ τὰ πτερά· οὕτω γὰρ γράφεται* (pingitur) *ἡ Νίκη. Τινὲς δὲ ἐξηγοῦνται, Νίκης Ἀθηνᾶς εἶναι ἄγαλμα ἐν τῇ ἀκροπόλει. ταύτης δὲ τὰς πτέρυγας, χρυσᾶς οὔσας, ἐπεχείρησάν τινες κακοῦργοι ἀφελέσθαι; καὶ ἀπώλοντο αὐτοὶ ὑφ' ἑαυτῶν οἱ κακοῦργοι.* De alis Victoriae lepide iocatur Ariſtophon Comicus ap. Athen. XIII. p. 563. *εἶτ' οὐ δικαίως ἐς ἀπεψηφισμένος Ὑπὸ τῶν θεῶν τῶν δώδεκ' εἰκότως Ἔρως. Ἐπάραττε κἀκείνους γάρ, ἐμβάλλων κάσεις, Ὅτ' ἦν μετ' αὐτῶν. ὡς δὲ λίαν ἦν θρασὺς Καὶ σοβαρός, ἀποκόψαντες αὐτοῦ τὰ πτερά, Ἵνα μὴ πέτηται πρὸς τὸν οὐρανὸν πάλιν, Δεῦρ' αὐτὸν ἐφυγάδευσαν ὡς ἡμᾶς κάτω. Τὰς δὲ πτέρυγας ἃς εἶχε τῇ Νίκῃ φορεῖν Ἔδοσαν, περιφανὲς σκῦλον ἀπὸ τῶν πολεμίων. Bergl.* Cf. Böttigeri Comm. de *Νίκῃ* ſ. Victoria, praemiſſa volumini II. Ephemerr. litt. vniuers. a. 1803.

καὶ νὴ Δί' Ἔρως γε. Infra 697. *Ἔρως ὁ ποθεινὸς σίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν. Bergl.* Cf. Manſo mytholog. Abhandll. p. 335. f. Anacreon Od. 3, 17. Amorem appellat *βρέφος — φέροντα πτέρυγας*, et in Plat. Phaedr. (c. 70. vbi vid. Heindorf. p. 269.) *Πτέρως* propterea dicitur.

575. *Ἴριν δ' ἔξ' Ὅμηρος ἐφασκ'* emendaui. Perperam in libris: *Ἴριν δὲ χ' Ὅμηρος* metro claudicante. Sed non animaduerteram ſinceram lectionem in ſcholiis eſſe, *Ἴριν δέ γ' Ὅμηρος*, quod reponi velim *y)*. Pro *γ'* librarios ſaepe *χ'* ſcripſiſſe obſeruaui ad Plut. 340. Non Iridis inſtar columbae volantis meminiſſe Homerum obſeruat Scholiaſtes, ſed iſta comparatione vſum fuiſſe de Iunone

y) Idque e Rau. recepit Inu.

et Minerua canentem *z)*. Locus est Il. ε, 778. *τὼ δὲ βάτην τρήρωσι πελειάσιν ἴθμαθ' ὁμοῖαι a)*. Sed rem non acu tetigit bonus ille Grammaticus, qui Homeri poëmata, quae legebat, eodem modo Aristophanis aetate lecta fuisse arbitrabatur. Post tam multas Homeri poëmatum recensiones a diuersis Grammaticis factas, Comico nostro posterioribus, mirum non est, si quaedam ab eo in illis lecta, hodie non amplius exstent. Sic quod Aeschines p. 141. saepius in Iliade occurrere testatur, *φήμη δ' εἰς ῥητὸν ἦλθε*, in nostra Iliados editione non reperitur. *Brunck.* Fuerunt qui respici putarent ad h. in Apoll. 114. vbi de Iride et Ilithyia: *βὰν δὲ ποτὶν* — sed locus suspectus est, et ne verba quidem eadem prorsus leguntur. Probabilius igitur videtur, poëtam locum alterum in suam rem vertisse. Nam in Homer. carminibus, quae supersunt, Iris semper *πόδας ὠκείη* dicitur. *πελειαὶ* autem (h. e. *περιστεραί*) dicuntur *τρήρωνες*, h. e. *δειλαί* v. Phot. Lex. p. 440. Zonar. II. p. 1745. s. et Hesych. cum intpp. *ἴθματα* autem Grammatici vett. interpretantur *βήματα, ὁρμάς*. v. Phot. p. 81. Zonar. II. p. 1098.

576. *ὁ Ζεὺς ὁ ἡμῖν*. Sic tres codd. recte [cum Rau.]. In impressis *ὑμῖν*. *Brunck.* Inter hunc et sequentem versum deest ad minimum vnus, cuius sensus fuerit: *οὐ δυνήσεται, τοῦ ἀετοῦ τοὺς περαυνοὺς οὐ παρέχοντος. Reisk.* Immo putandus est v. sequ. Pisthetaerus *b)* non respondere ad ea, quae antecesserant, sed redire ad ea, quae v. 561. ss. dicere coeperat, quaeque interpellata fuerant. Ita in vita communi et familiari sermone fit. *νομίσωσι* pertinet ad homines, *νομίζειν τὸ μηδὲν* est, *pro nihilo habere*. Sic Soph. Ai. 1133. homines nullius pretii dixit *μηδένας*. v. Valck. ad Herod. p. 719.

579. Obserues *ἀηρῶν* priori longa, quod nullibi sic occurrit in iambis nec in trochaeis. Maior est in anapae-

---

z) Scholia: *ὅτι ψεύδεται παίζων· οὐ γὰρ ἐπὶ Ἰριδος, ἀλλ' ἐπὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἥρας· αἱ δὲ βάτην τρήρωσι πελειάσιν ἴθμαθ' ὁμοῖαι. οἱ δὲ ἐν ἑτέροις φασὶ ποιήμασιν Ὁμήρου τοῦτο φέρεσθαι. εἰσὶ γὰρ καὶ Ὕμνοι·* vbi pro *κύμινοι* scripsi *ὕμνοι*. v. infra 610. *Bergl.*

a) Ad eum locum vid. est Heynius T. V. p. 145. s.

b) Wilandus existimat, Pisthetaerum propterea quaestioni propositae non respondere, quod non habeat, quid respondeat.

ſtis licentia. v. not. ad Nub. 320. Rariſſimae ſunt tamen iſtae, quam fere perpetuo ſequitur, regulae exceptiones. Nullus dubito, quin in Lys. 562. ſcripſerit ἕτερος δ' αὖ Θρᾷξ quod reponi velim. Saepiſſime vidimus δὲ et δ' αὖ a librariis commutari. *Brunck.* Forte ſcripſit γυῶν et ἀγρῶν ex interpretamento (220.) eſt ortum. ἀνακάψαι Grammatici interpretantur καταφαγεῖν, etiam Zonar. I. p. 199. De σπερμολόγοις 232.

580. (581. Kuſt.) Hic verſus eſt Epopis, ſequens autem Piſthetaeri. *Reisk.* qui non male ita ſtatuiſſe videtur.

581. Reſpexit huc Suid. V. Ἐθελήσει et Οὐκ ἐθελήσει, qui ἐθέλειν cenſet idem eſſe, quod δύνασθαι. v. Koen. ad Greg. Cor. p. 56. Sed neſcio cur a propria ſignificatione ſit recedendum.

582. Infra 1611. ὁ κόραξ παρελθὼν τουτιορκοῦντος λάθρα προσπτάμενος ἐκκόψει τὸν ὀφθαλμὸν θένων. ἐκκοψάντων autem pro ἐκκοψάτωσαν, Artice, vt ſaepe alias. *Bergl.* v. Pierſon. ad Moer. p. 15. Duck. ad Thuc. p. 365.

583. ἐπὶ πείρᾳ. Scholia: ἐπὶ βλάβῃ, ἢ ἵνα πειραθῶσιν ἡμῶν, εἰ θεοί ἐσμεν, id eſt, *malo ipſorum, vt id ſentiant;* aut: *ad experimentum capiendum, vt experiantur, an dii ſimus*, et neglecti mala dare ipſis poſſimus. *Bergl.* Hanc poſteriorem interpretationem recte ſequuti ſunt recentt. interpretes c). Fit enim: *ſpeciminis cauſa*, vt diuinitatis noſtrae ſpecimen capiant. Tauros boum oculos exſcindere, etiam alii vett. tradiderunt, vt Aelian. N. A. 2, 51. Ariſtot. H. A. 9, 1. Gell. N. Att. 9, 11. cf. Buffon. Hiſt. Au. T. V. p. 12.

584. Ἀπόλλων. De eodem in Plut. 11. ἰατρὸς ὢν καὶ μάντις, ὥς φασιν, σοφός d). *Bergl.* ἰατρός γ' ὤν. Particula inſeri debuit, qua vulgo omiſſa, metrum titubat. *Brunck.* μισθοφορεῖ δέ. Scholia: ὁ δὲ ἀντὶ τοῦ γάρ e).

---

c) Wiland.: und zur Prob', ob man ungeſtraft uns beleidigt, u. ſ. f.

d) ἰατρὸν dictum eſſe, pluribus docuit Spanhem. ad Call. in Apoll. 46.

e) Add. Suid. in ὅτι, vbi hic locus laudatur.

Τοῦτο δὲ εἶπεν, ἐπεὶ Λαομέδοντα τῆς τειχοδομίας μισθὸν ἤτησεν. Simul alludit ad μισθοφορίαν medicorum, qui Athenis publice conducebantur. *Bergl.* Apollo non tantum Troiae muros, accepta a Laomedonte mercede, exstruxisse, sed etiam Admeto, Arcadiae regi, seruiisse ferebatur.

585. *Porson.* praef. ad Eurip. I. p. LVII. postquam docuit, non recte post dactylum legi anapaestum, addidit: „eximenda etiam loca, vbi βοΐδαρίω occurrit, quippe qui pes choriambus sit. Quum enim semper Attici contracte dicant βοΐδιον, νοΐδιον, ῥοΐδιον, ὀπλοΐδιον, ἡμιδιπλοΐδιον, προχοΐδιον, vt pluribus ostendit Piers. ad Moer. p. 276., consequens est, vt contracte quoque secunda deminutiua dicant. Quare sublatis punctis in posterum legamus: μή, πρίν γ' ἂν ἐγὼ τῷ βοϊδαρίῳ τὼ μὼ πρώτις ἀποδ." Haec *Porson.* — Iste ostendit, nec se quidem Aues habere posse pro diis, licet se deos probaturae elidant oculos iumentis illorum hominum, qui negent earum deitatem; si enim constituisset auibus diuinum cultum praestare, non timeret bouibus suis, nec eas vendere cuperet. Sed forte timet, ne innocens cum nocentibus plectatur, vt fit. *Bergl.*

586. σὲ δὲ Γῆν. f. σὲ Κόρην *Cererem.* Non enim video, quid sibi velit insicite insertum δέ. Aut σὲ Τύχην, aut Ῥέην. conf. 747. *Reisk.* At δὲ habet augendi vim; *immo* te Terram etc., aut, vt in familiari sermone, redundare putari potest.

588. De voc. πάρνοπες vid. 185. Genus locustarum, fortassis grylli migratorii Linn. Nicophon in Ἀφροδίτης γοναῖς ap. Schol. ad v. 82. coniunxit cum ἀκρίσιν. Inprimis autem hunc locum illustrat Aelianus N. A. 17, 19. narrans, Galatas, si a locustis agri ipsorum deuastentur, preces et sacra facere, vt veniant auium cohortes perdantque locustas. Vocab. οἰνάνθη Grammatici (Phot. Hesych. etc.) interpretantur τὴν πρώτην ἔκφυσιν (ersten Keim der Weintraube); hoc etiam loco non necessarium est, vt folia cum floribus (auctore Schneiderō, qui in Lex. II. p. 135. copiose de hoc voc. egit) intelligantur *f*). Nam esse videntur folia, quae modo progerminare incipiunt atque, quum teneriora sint, facile consumuntur.

---

f) *Florentes vuas*, aut *vitium florem* fere reddunt.

589. λόχος εἷς. Sic bene ſcriptum in B. in aliis λόχος εἰς quod tam ineptum eſt et emendatu adeo facile, vt Bergierus etiam εἷς repoſuerit g). περχνήσων. Male vulgo περχνήβων. *Brunck.* ἐπιτρίψει. Hinc chorus Auium infra poſt v. 1057. in oda dicit deinceps homines Auibus vota facturos, vbi inter alia: σώζω δ' εὐθαλεῖς καρποὺς πτεύων παμφύλων γένναν θηρῶν. *Bergl.*

590. κνῖπες (e genere culicum, aut muſcarum, fortaſſis melliones, Fliegen, cf. Camus ad Ariſt. II. 235.) et ψῆνες (cynipes, Gallweſpen) pertinent ad inſecta alata; illa ligno ficuum (v. Heſych. V. Κνῖπες) haec fructibus nocent. ψῆνες adhibebantur etiam ad maturandos dactylos palmarum, v. Weſſel. ad Herod. I, 193. et Camus l. l. II. p. 705. ſs. — ἀεὶ continuationem exprimit. v. Gottleb. ad Plat. Menex. 8.

591. Eadem hic locum habet obſeruatio, quae ſupra ad 579. κιχλῶν priore longa ea adhibetur licentia, cuius in ſolis anapaeſtis et melicis exempla reperire eſt. Praeterea ſuſpicari licet, aliud auis nomen a poëta hic poſitum fuiſſe, quod librarii temeritate in κιχλῶν mutatum fuerit. Edepol qui contendat Ariſtophanem κιττῶν ſcripſiſſe, nae ego cum illo pignus haud auſim dare. *Brunck.* κίχλαι ſunt turdi (Droſſeln, grives), v. Camus ad Ariſt. II. p. 335. ſ. add. Nub. 339. καθαρῶς ἀναλέγειν eſt, prorſus ſublegere, rein ableſen.

593. τὰ χρησά. f. τὰ χρυσᾶ. *Reisk.* μαντεύεσθαι μέταλλα eſt, per auguria metallifodinas quaerere. Legi poſſit μαντευόμενοι, vt ad ὄρνιθας referatur. Quod Inu. e Rau. dedit τὰ μέταλλα τοῖς μαντ. in metrum peccat, quum iambum in ſecundam ſedem inferat. Reponendum igitur: τὰ μέταλλ' αὐτοῖς μαντ.

594. τάς τ' ἐμπορίας. Infra 718. ἐλθόντες γὰρ πρῶτον ἐπ' ὄρνις οὕτω πρὸς ἅπαντα τρέπεσθε, πρός τ' ἐμπορίαν καὶ πρὸς βίου κτῆσιν. *Bergl.*

595. Priores Edd. ὥσ' οὐκ ἀπολεῖται: ſed quae lectio quum in metrum peccaret, particulam negantem οὐκ au-

---

g) Omnes edd. quas vidi ὡς, ſed quid eſſet: ὡς αὐτοὺς ἐπιτρίψει; *Bergl.*

ctoritate Ms. Vat. U. eieci. *Kuſt.* ὥσε in narrationibus ſaepe adiunctum habet Indicatiuum, vt Pac. 1041. Xen. Cyr. 4, 1, 3.

597. Νυνὶ μὴ πλεῖ. Mimeſis. *Bergl.* Ms. Vat. U. πλέε, et ſic ſtatim poſt in eodem verſu. *Kuſt.* Sed πλέε eſt Ionicum.

598. Si ex auguriis praedicere poſſit, quando non ſit periculoſum nauigare, nauem ſibi paraturum ſe dicit. *Bergl.* Notatur inconſtantia Athenienſium, qui quaeuis aggrederentur, mutatis conditionibus et conſiliis atque lucri ſpe concepta. γαῦλος dicebatur nauis rotundior, mercibus vehendis apta, qualem Phoenices primi conſtruxiſſe leguntur, atque hoc voc. a γαυλὸς differre Grammatici monent. v. Intpp. Heſych. h. v. et Zonar. I. p. 417. f.

599. οἱ πρότεροι. Ms. Vat. U. οἱ πρότερον (ſubintell. ὄντες), quod eſt magis Graecum. *Kuſt.* Ita etiam Iſocr. ad Demon. p. 30. ed. Batt. pro τοῖς προτέροις in cod. Harl. et Bodl. eſt τοῖς πρότερον, idque etiam in pluribus codd. inuenit probauitque Auger. I. p. 22. recepit Corayus.

600. Metri gratia legendum potius eſt: τοῦτο γὰρ οἴδασι. Siue autem hoc, ſiue alio modo legas, caeſura verſui non conſtabit; quod tamen in metro anapaeſtico vitii indicium eſſe ſolet. *Kuſt.* Vulgo legitur: οὗτοι γὰρ οἴδασι, numeris foede corruptis. In membr. et in B. ſcriptum: οὗτοι γὰρ ἴσασι *h*). In C. mendoſe οἴσασι. E gloſſa in textum ſe intruſit οἴδασι. Hoc primum et certiſſimum. Deinde conſiderandum venit, poſt quartum pedem caeſuram eſſe, *quod*, vt vere obſeruat Kuſt., *in metro anapaeſtico vitii indicium eſſe ſolet.* Poëtam, licet accuratiſſimum, ſui oblitum non fuiſſe, leueque hoc non admiſiſſe peccatum, nolim affirmare. Eſt praeter hunc vnus adhuc, ſi bene commemini, verſus eodem laborans vitio. Facile tamen erat huncce ad aliorum normam redigere. Quidni enim legimus? τῶν ἀργυρίων. οὗτοι γὰρ ἴσασ᾽· εἴ γε λέγουσιν τάδε πάντες. *Namque iſtuc illae ſciunt; ſi quidem vnusquisque ſic dicere ſolet i*). Forte alter, quem

h) Ita etiam e Rau. edidit Inu.

i) Quod olim repoſui, οὗτοί γ᾽ ἴσασι· λέγουσι — metro non conſuluit.

innui verſus, haud maiore molimine emendabitur. *Brunck.* Malim ὥσε [οὗτοι γὰρ ἴσασ' · ὥσε λέγουσιν τάδε π.], quod frequens eſt in concluſione, vt 485. 488. 596. Nub. 613. *Porſon.* praef. ad Eur. I. p. LIII.

601. οὐδεὶς οἶδεν. Sic tres codd. [etiam Rau.] Vulgo εἶδεν. *Brunck.* Scholia: παροιμία ἐστίν· οὐδείς με θεωρεῖ, πλὴν ὁ παριπτάμενος ὄρνις (niſi forte auis aliqua praeteruolans). *Bergl.* Cf. Erasm. Adag. p. 547. De voc. σμινύη (*ligo*, σκαφεῖον) v. Nub. 1502. Timaeus h. v. ibique Ruhnk. Moeris p. 345. Tho. M. p. 802. cum intpp.

604. Haec eſt illa πλουτυγίεια, quam infra dicit 731., item Eqq. 1100. Vesp. 697. i. e. quaſi πλούτου ὑγίεια, non opes et ſanitas, vt placet Brunkio ad locum Eqq., ſiquidem ſanitatem donare nemo poteſt, diuitias omnisque generis opes poteſt, quas complectitur ἡ πλουτυγίεια, vt pulcre apparet e Vesparum loco laud. Τγίεντα ἔλβον ſerio dixit Pindarus Ol. 5, 53. Finxiſſe videtur vocem poëta ioci cauſa, quam quum haud melius ac vulgo ceperit Wilandius, haud male tamen in Eqq. vertit *Wohlfeynsfülle. Hotib.* Scilicet εὖ πράττειν h. l. valet, *diuitem eſſe.* De voc. ἀτεχνῶς (*vere, omnino*) v. ad Plut. 109.

605. Nemo penuria laborans eſt ſanus. Sophocles ap. Stobaeum [in fragm. Creuſae n. 4. p. 422. T. III. Brunk.]: εἰσὶ δ' οἵτινες Αἰνοῦσιν ἄνοσον ἄνδρ' · ἐμοὶ δ' οὐδεὶς δοκεῖ Εἶναι, πένης ὤν, ἄνοσος, ἀλλ' ἀεὶ νοσεῖν. *Bergl.*

607. (608. Kuſt.) ἢ *k*) παιδάριὸ ὄντ' ἀποθν. δεῖ. Sic locum hunc emendaui, ſequutus veſtigia cod. Vat. U., in quo legitur ἢ παιδάριον ὄντ' ἀποθνήσκειν. Priores autem Edd. corrupte habent: ἢ παιδάριόν τ' ἀποθν. *Kuſt.* Sic bene Kuſterus. In C. male diuiſis literis ἢ παιδάριόν τ' ἀπ — In B. ἢ παιδάριον ὃν ἀπ — In membr. deterius: ἢ παιδάριον ἀπ — *Brunck.*

608. ἐπιπροσθήσουσ' corrigit *Reisk.* Cauſa idonea non intelligitur.

609. Οὐκ οἶσθ' ὅτι πέντ' ἀνδρῶν γενεὰς ζώει λ. κ. Perperam in libris omnibus: οὐκ οἶσθ' ὅτι πέντε γενεὰς

k) Emendaui olim ᾗ, ſed non neceſſe eſt.

ἀνδρῶν ζ. Alludit ad Heſiodi verſum in fragmento ap Plutarch. de Cracc. defectu [p. 635. T. VII. Reisk. c. 11 p. 700. T. II. P.II. Wytt.]:

ἐννέα μὲν ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
ἀνδρῶν ἡβώντων, ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος.

Numerum aetatum mutauit metri neceſſitate coactus. *Brunck.* Scholia: κακῶς καὶ τοῦτο παρὰ τὸ Ἡσιόδειον παίζει· ἐννέα γὰρ ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη. Nempe vt ſupra 576. quum diceret, Homerum comparaſſe columbis Iridem. *Bergl.* λακέρυζα κορώνη etiam in Hes. Ἔργ. 747. occurrit, eſtque, auctore Phot. Lex., ἡ μεγάλα κράζουσα (ſ. κρώζουσα). add. Zonar. II. 1284.

610. βαβαί· ὡς πολλῷ κρείττους οὗτοι — Perperam in libris omnibus: αἰβοῖ· ὡς π. — metro corrupto. Praeterea αἰβοῖ hic non conuenit, quod eſt repudiantis, abominantis. V. Nub. 102. 829. At βαβαὶ eſt admirantis. v. Lys. 1078. *Brunck.* Monueram olim aut ὡς delendum, aut βοι ως in vna ſyllaba pronunciandum eſſe. κρείττους βασιλεύειν l) *magis digni ſunt, qui imperent.*

611. οὐ γὰρ πολλῷ; καὶ πρῶτα μὲν οὐ — Sic conſtant huius dimetri numeri. Vulgo peſſime legitur: οὐ γὰρ πολλῷ; πρῶτον μὲν οὐ — In B. ſcriptum: πρῶτα μὲν οὐ — Ego καὶ addidi. *Brunck.*

614. Θάμνους Grammatici συμφύτους τόπους, συνδένδρους τόπους interpretantur. v. Intpp. Hes. h. v. Ap. Zonar. II. p. 1022. Φυτὸν πολύκλαδον ἀπὸ ῥίζης (frutex). πρινίδια *ilices* ſunt.

616. τοῖς δ' αὖ σεμνοῖς — Videtur alluſio eſſe ad voces quasdam ſimiles; id quod adhuc facilius appareret, ſi ita ſcripſiſſet: ταῖς αὖ σεμναῖς ὄρνισιν etc., aut, quia ſic gallinae intelliguntur, ſaltem: τοῖς σεμνοῖς ὄρνισι etc. Quo autem alludit, videtur tale quid eſſe: ταῖς δ' αὖ σεμναῖς Ἐρινυύσιν ἱερὸς ἐλέου βωμὸς ἕξαι. Sophocles Ai. 844. σεμνὰς Ἐρινῦς τανύποδας. Praeterea notum eſt, κατ' ἐξοχὴν illas deas vocari σεμνάς m). Vt autem hic

l) In Plut. 1150. τὰ γὰρ παρ' ὑμῖν ἐστ βελτίω πολύ. *Bergl.* Vere comicum eſt, quod Euelpides ita loquitur, ac ſi de re et ſalute inde hominibus oritura certiſſime ipſi perſuaſum eſſet.

m) Vt Eqq. 1309. Eſt tamen σεμνὸς omnino deorum epitheton,

voce ἐλαίας videtur alludere ad ἐλέου, ſic infra voce ἔλαιον, v. 1588. ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῇ ληκύθῳ· vbi Schol.: ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐλεοῦμεν, οὐ πειθόμεθα. *Bergl.*

617. δένδρον ἐλάας. In huius vocis ſcriptura, quum ſatis mihi conſtet de Atticismi proprietate, librariorum errores nihil moror. Perperam in libris ἐλαίας. Ineptum eſt, quod tradidere quidam Grammatici *n)*, *arborem* Atticos ἐλαίαν appellaſſe, *fructum* autem ἐλάαν. Vt reliquis Graecis commune vtriusque nomen erat ἐλαία, ſic Atticis ἐλάα. Diphthongi eximebant ι in hoc nomine, ex vſu ſuae dialecti, vt in καίειν, κλαίειν, αἴττειν, pro quibus dicebant κάειν, κλάειν, ἄττειν. Optima eſt Thomae Mag. obſeruatio [p. 292.], cui tamen certatim contradicunt interpretes, ſed omnes temere et imperite: ἐλάα καὶ ἐπὶ τοῦ καρποῦ καὶ ἐπὶ τοῦ δένδρου, πρεῖττον ἡ ἐλαία. Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις· ἐντὸς εἴσει τῶν ἐλαῶν. Ranarum verſus eſt 995. ad quem vide quae notaui. Cf. not. ad Vesp. 450. *Brunck.*

618. Infra 717. ἐσμὲν δ' ὑμῖν Ἄμμων, Δελφοί, Δωδώνη, Φοῖβος Ἀπόλλων. *Bergl.*

620. ταῖσιν κομ. Perperam vulgo ταῖσι. *Brunck.* Supra 141. τά τε κοτινοτράγα τά τε κομαροφάγα. *Bergl. inter arbutos* (κόμαρος enim eſt arbutus Hes. h. v. Virg. Ecl. 7, 46.) *et oleaſtros* (κότινος i. q. vulgo ἀγριέλαιος Moer. p. 237.) Mox malim πυρούς τ'.

622. εὐξόμεθ' κ. τ. λ. Eurip. Iph. Taur. 268. θεοσεβὴς δέ τις ὢν Ἀνέσχε χεῖρα (ſuſtulit manus) καὶ προσεύξατ' εἰσιδών. *Bergl.* Precantes enim manus tollebant ad coelum. v. Feith. Antt. Hom. p. 49. et ad eum Stoeber. Anim. p. 16. Cauſam ritus prodidit Pſeudo-Ariſtot. de mund. c. 6. Petit poëta vulgarem plebis opinionem, quae nihil deos niſi muneribus inuitatos dare exiſtimauit. Irriſa ea etiam eſt in Lucian. de Sacrif. I. p. 362. ſſ. Non opus eſt, vt paroemiaco (624.) baſis anapaeſtica praemiſſa eaque

---

nec video, cur ad Erinnyas et aram miſericordiae (ἱλέου) iis conſecratam potiſſimum alludi putetur, quum loco *templi* (non arae) iis olea ſore dicatur.

n) Vt Moſchopul. περὶ σχεδ. et Zonar. II. p. 684. ad quem tamen vid. Tittmann.

excidiſſe putetur, quamquam alibi (536. 735.) tales monometri praemittuntur.

626. μεταπίπτων mutatus, i. e. factus. v. Abreſch. Dil. Thucc. p. 424. ἀφίεσθαι et μεθίεσθαι o) cum Genit. ſtruuntur. v. Valck. ad Eur. Phoen. p. 189. Senſus: non facile a tua ſententia diſceſſerim.

630. Leg. πρὸς ἐμὲ nempe θέμενος. Quod ſi vero referendum eſſet ad remotius ἵοις ἐπὶ θεούς, deberet legi παρ' ἐμοῦ *de me, meo nomine*, vt v. 693. Videndum, num metrum id ferat. *Reisk.* Nulla opus eſt correctione. ὅπλα τίθεσθαι παρά τινα ſ. μετά τινος eſt formula militaris, ſignificans, *arma cum aliquo coniungere.* v. Abreſch. Dil. Th. p. 437.

632. Tolle ἀδόλους gloſſema *p)* illud τοῦ δικαίους et dochmaicus exiſtet, qualis eſt antecedens verſus:

δικαίους, ὁσίους, ἐπὶ θεοὺς ἵοις.

θεοὺς monoſyllabum. *Hotib.*

633. ἵοις. Sic quidem libri: ſed ſoloeca eſt phraſis. Reponendum ἵῃς. *Brunck.* Nimirum loca, vbi ἦν cum Optat. legitur, pauciſſima illa, ſunt admodum ſuſpecta. v. Matthiae Gr. gr. p. 749.

635. Scholia: χαριέντως (facete) εἶπε, τρίψειν, καὶ ὡς ἐπὶ ἐσθῆτος (tamquam de veſte). *Bergl.*

636. Obſeruanda eſt elegans horum verſuum concinnitas. ταταξόμεθ' pro ταχθησόμεθα dicitur, de quo Paullopoſtfuturorum vſu pro Futt. Pass. et Med. v. Piers. ad Moer. p. 123. ſ. et 293. *nos ad ea conſtituemur, nobis ea mandentur.* ἀνάκειῖσθαι τινι et ἐπί τινι dicuntur, quae *impoſita, demandata,* alicui ſunt.

638. Hos verſus citat Plutarchus in Nicia, p. 214. ed. Lond. [c. 8. p. 353. T. III. Reisk.] vbi male pro ὥρα ἐστὶν ἡμῖν editum ὥρ' ἐστὶν ἡμῖν *q)*. Aliquoties in ſimili eliſione

o) Eurip. Hec. 400. ὡς τῇδ' ἑκοῦσα παιδὸς οὐ μεθήσομαι (hanc volens filiam non dimittam). *Bergl.*

p) Mirum ſane hoc fuerit gloſſema.

q) Ex hoc Plut. loco vbi etiam γε πω pro ἔτι legitur, coniicit

peccauimus, qua de re admonebitur lector ad 959. *Brunck.* In Lys. 617. *οὐκ ἔτ' ἔργον ἐγκαθεύδειν.* In Thesm. 669. *μόνον δὲ χρὴ πανταχῇ μὴ βραδύνειν, ὡς ὁ καιρός ἐστι μὴ μέλλειν ἔτι.* *Bergl.*

639. *μελλονικιᾷν.* Locum hunc citat Plutarch. in Nic. p. 528. vbi ſimul monet, Niciam hic ab Ariſt. perſtringi, vt cunctatorem, idque ob lentam obſidionem Pyli, in qua quum multum temporis fruſtra conſumſiſſet *r)*, Cleon poſtea ſucceſſor ei datus caſtellum dictum breui tempore expugnauit. Suidas vero V. Μελλονικιᾷν ex vetere in h. l. Scholiaſte aliam reddit rationem, quare Nicias a Comico noſtro appelletur *cunctator;* nimirum ob expeditionem Siciliae in aliud atque aliud tempus ab eo dilatam. Sic enim ait: *μελλονικιᾷν, τὸ βραδύνειν καὶ ἀναβάλλεσθαι. Νικίας γὰρ υἱὸς Νικηράτου, ὃς ἀνεβάλλετο ἀπελθεῖν εἰς Σικελίαν. βραδὺς γὰρ ἦν περὶ τὰς ἐξόδους* etc. Hinc Scholiaſten noſtrum ſupplere poteris. *Kuſt.* Non dubium eſt, quin ad vocem illius reſpexerit, qui Niciam in concione increpauit, quod nimis cunctaretur ſuscipere praefecturam claſſis in Siciliam mittendae, a qua expeditione quum Nicias deterrere Athenienſes vellet, in primis magnitudinem ſumtuum praetendebat, quos vrbs eſſet factura, teſte Thucyd. L. VI. [c. 25.] *καὶ τέλος παρελθών τις τῶν Ἀθηναίων καὶ παρακαλέσας τὸν Νικίαν, οὐκ ἔφη χρῆναι προφασίζεσθαι οὐδὲ διαμέλλειν, ἀλλ' ἐναντίον ἁπάντων ἤδη λέγειν, ἥν τινα αὐτῷ παρασκευὴν Ἀθηναῖοι ψηφίσωνται s).* *Bergl.*

640. *δεῖ τι δρᾷν.* In Ran. 570. *ἀλλ' ἐχρῆν τι δρᾷν.* *Bergl.*

641. *τε* (non *γε*) legendum; praecedens *τε* reſpicit ad *καὶ* v. 643. *Reisk.* *νεοττία nidus* eſt, vt Ael. de N. A. 17, 15.

647. *ἀλλὰ ῥᾴδιον.* Ante haec verba recte in membr. et in B. poſita Piſthetaeri perſona. In C. vt in impreſſis

---

Porſon. ad Eurip. Phoen. 1638. legendum: *νυτάζειν γ' ἔτι ὥρα 'στὶν* —

r) v. Thucyd. 4, 27.

s) Add. Diod. S. 12, 83.

absurde ista continuantur Epopi. Personas recte distinxit Berglerus ad fidem edit. cuiusdam Francofurt. mihi incognitae *t)*, quamque ex hoc ipso non esse nullius suspicor pretii. Haud stolidus fuit homo, qui eam curauit, siquidem e manifesto loci sensu personas in ordinem suum restituit, quod nemo alius fecerat. *Brunck.*

645. Θριῆθεν. Scholiastes legit Κριῶθεν, et duae illae lectiones ferri possunt, nam et Θρία vel Θριῶ est demus Atticae, et Κριᾶα vel Κριωεὺς alius item demus. Sed cave sequaris Florentem Christianum, qui vertit *ex Thracia;* nam misere hallucinatus est. *Palmer.* Exercc. p. 755. Schol. legit Κριῶθεν, qui tamen et alterius lectionis mentionem facit. v. Nos ad Suid. V. Κριός. *Kust.* Ἔπορ. ἀλλὰ χαίρετον ἄμφω. Πεισθ. δεχόμεθα. Sic bene distinctum in membr. Vulgo Pisthetaerus ait: ἄμφω δεχόμεθα. *Brunck.*

648. Sic vulgo leguntur hi versus:

Πει. ἀτὰρ τὸ δεῖν' ἐπανακρουσαι πάλιν. Ἐπ. φέρ' ἴδω.

Πει. φράσον γε νῷν, ὅπως ἐγώ τε χ' οὗτοσί —

Prior prorsus est ἄμετρος: et personae absurdissimum in modum peruersae. Sunt omnia ista cum sequente versu Pisthetaeri, cui continuantur in codd. A. B., quorum scripturam fideliter repraesentaui *v)*. In priore exstat ἔγωγε, in altero ἐγώ τε. Parum interest, vtro modo legatur. τὸ δεῖνα quid valeat, dixi ad Lys. 921. *x)*. Prioris versus *metrum laborare* animaduertit Kusterus *y)*, additque *de eo in integrum restituendo amplius cogitandum esse.* Ne-

---

t) Πει. Ἀλλὰ ῥᾴδιον· ἐμοὶ — Ita recte Ed. Brubachii haec distribuit personis. In ceteris ante ἐμοὶ demum Πει. *Bergl.*

v) Πει. ἀτὰρ, τὸ δεῖνα δεῦρ' ἐπανάκρουσαι πάλιν.
φέρ' ἴδω, φράσον νῷν· πῶς ἔγωγε χ' οὗτοσί —
Ita etiam Inu. e Rau. dedit.

x) τὸ δεῖνα est τὸ πέος. Id iubet συσέλλειν. *Reisk.* Alii pedem ſ caudam intelligunt. At recte separauit Brunk.

y) Loci huius mentionem facit Etymol. V. Ἐπανακροῦσαι et Suidas ead. v. [etiam Zonar. I. p. 822.] Metrum autem versus huius [648.] laborat; de quo in integrum restituendo amplius cogitandum est. *Kust.*

ſcimus hac de re, quam diu quoue ſucceſſu cogitauerit. At Berglerus corruptelam ne ſubodoratus quidem fuiſſe videtur. *Brunck.* In Veſp. 398. *ἦν πως πρύμναν ἀναπρούσηται. Bergl.* *πρύμναν προύεσθαι* f. *ἀναπρούεσθαι* dicuntur, qui nauibus reuertuntur. v. Valck. ad Herod. p. 638. Duck. ad Thuc. p. 36. Weſſel. ad D. S. I. p. 418. Habet autem *ἀναπρούεσθαι* in his Actiui vim, vt ſit retrorſum agere, reducere. At h. l. vi Medii ponitur, ſe, ſuum gradum, retro flectere. Nam *τὸ δεῖνα* ita interponitur, vt animi affectum exprimat, reſpondeatque Latinorum Comicorum verbo *perii.* Suid. in Ἐπανάπρουσαι iam habet: *δεῦρ' ἐπανάπρ. πάλιν — φέρ' ἴδω* eſt age, videbo quid agas, dicas? vt Nub. 24. et alibi. cf. Thom. M. p. 890.

649. *ὅπως ἐγώ τε χ' οὑτοσὶ* [ex olim vulg. lectione] — Heniſtichion hoc et verſus ſex ſequentes citat Suidas V. Πῶς. *Kuſt.*

651. *ἐν Αἰσώπου λόγοις* — Pac. 119. *ἐν τοῖσιν Αἰσώπου λόγοις ἐξηυρέθη μύνος πετεινῶν (πάνθαρος) εἰς θεοὺς ἀφιγμένος.* De Aeſopo etiam in Veſp. 1392. *Αἴσωπον ἀπὸ δείπνου βαδίζοντ' ἐσπέρας, θρασεῖα ναὶ μεθύση τις ὑλάκτει κύων· κἄπειτ' ἐκεῖνος εἶπεν, ὦ κύον, κύον* etc. Ibid. 1437. *Αἴσωπον Δελφοί ποτε φόνῳ ἐπητιῶντο πλέψαι τοῦ θεοῦ· ὁ δ' ἔλεξεν αὐτοῖς, ὡς ὁ πάνθαρός ποτε* — Hic in Aun. 472. *ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς, — οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας. Bergl.* Scholiaſta auctore fuit ea Archilochi, non Aeſopi, fabella. Putatur tamen reſpexiſſe a Furia ad primam quae in edit. eius legitur, quamquam non plane huic loco congruit. Sed Archilochi fabulam de Aquila et Vulpe illuſtrauit Huſchke in diss. de Archil. fab. in Matthiae Miſcell. philoll.-I. p. 12. ſs. Debebat proprie h. l. eſſe *τὴν ἀλώπεκα φλαύρως* (i. e. male, v. Periz. ad Ael. V. H. 1, 28., h. e. *cum damno ſuo*) *κοινωνῆσαι* — Simillime 1268. *δεινὸν τὸν κήρυκα — εἰ μὴ νοσήσει.* v. Greg. Cor. de dial. Att. §. 68.

656. *ἄγε δὴ Ξανθία* — Hic primum apparet, vna cum iſtis veniſſe ſeruos z); ſunt enim haec ſeruilia nomina. Xanthias ſeruus introducitur in Veſpis et Ranis, ſtatim initio fabularum. In Ran. 165. ad eum ſimiliter at-

z) Sarcinula portaturos ſecum adduxerant. Cf. Plut. 624.

que hic dicitur: *σὺ δὲ τὰ σρώματ' αὖθις λάμβανε.* Qui autem hic Manodorus vocatur, videtur idem esse, qui Manes dicitur v. 1329. et 1311. Vid. ad 524. *Bergl.*

658. *σὲ λέγω* [pro *σὲ καλῶ* secundo loco ap. Inu. *a)*]. Sic rectius Ms. Vat. U. quam priores edd. in quibus legitur: *σὲ λέγων. Kuſt. σὲ λέγω* est etiam in ed. Farr. *Bergl. μετὰ σαυτοῦ.* Quis mendosam lectionem *μετὰ σεαυτοῦ* absque veteris libri ope non emendasset *b)*? Hoc primus inuexit Ant. Fracinus. At primariae edd. habent *μετὰ σαυτοῦ*, quod retinuerunt Cratander, Veneti, Wechelus. Sic etiam est in duobus codd. At in C. inepte *μετὰ τοῦ σοῦ.* Tres codd. exhibent *ἄγων*, vt edidit Fracinus: aliae vett. edd. male habent *ἄγω.* Tres itidem codd. habent *σὲ λέγω*, vt iam erat in ed. Bern. Iuntae, vnde receptum fuit in ed. Cratandr. aliasque veteres vsque ad Gelenium, qui stolidissime Aldi et Fracini mendosam praetulit lectionem *σὲ λέγων.* Genuinam reuocauit Kusterus, nescius tamen, eam in quinque edd. iam exstare. *Brunck.*

659. *ἀρίζισον εὖ. τὴν δ' ἡδυμ.* Locum hunc ex Ms. Vat. U. *c)* emendaui. Ante enim male legebatur: *Ἀρίσησον. Τὴν δ' ἡδυμ. Kuſt.* Mendose in membr. *ἀρίσησον εὖ. ι* et *η* saepissime commutarunt librarii. Leuis menda maiori flagitio ansam dedit: alii librarii *εὖ* suppresserunt. In B. C. scriptum: *ἀρίσησον. τὴν δ' ἡδυμ.* Et haec est vett. edd. omnium lectio peruersissima. Genuinam e Vat. cod. primus repossuit Kusterus. *ἀρίσησον* valet *prande: ἀρίσισον prandio excipe*, quod flagitat huius loci sententia. Eqq. 538. *ὃς ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης ὑμᾶς ἀρισίζων ἀπέπεμπεν. — ξύμφωνον αἰδόνα Μούσης.* Datiuus pluralis formae Ionicae, ob omissionem *ι* subscripti, pro genitiuo singulari accipiebatur, inuita syntaxis lege. Verum vidit Dawesius Misc. Crit. p. 162. *d)* v. not. ad Ran. 1211. et ad Apoll. Rhod. I. 990. *Brunck.*

---

a) Bis enim hic e Rau. posuit *σὲ καλῶ*, quod sequenti *τί καλεῖς* magis conuenit.

b) Emendaui iam olim.

c) Add. etiam Suid. V. *Ἀρισήσασθε.*

d) Nempe ista *σύμφωνον ἀηδόνα μούσης* ex poëta nescio quo Ionico

660. τὸ παίσωμεν hic eſt a παίζειν *ludere*, non a πάλειν, quamuis vtraque vox de choreis dici poſſit. v. Nos ad Ran. 391. et ad Theſm. 954. *Kuſt.* Ex v. tamen 669. patet, non παίζειν valere hic χορεύειν, ſed obſcoenam ei ſubeſſe notionem, vt in Sardanapali epitaphio: ἔσθιε, πῖνε, παῖζε, de quo vid. de Broſſes Mém. de l' Acad. d. Inſcr. XXI. p. 20. ſs. Buhler. ad calc. not. in Cic. Tuſc. Qu. et de Guignes Explication de l' Inſcription du tombeau de Sardanapale, Mém. de l' Ac. d. Inſcr. T. XXXIV.

661. Leg. ὦ τᾶν, σὺ μέντοι — *Reisk.* Cauſam non vidi. βούτομος ſ. βούτομον paluſtris fuit planta. v. Theocr. Id. 13, 35. ibique Harl. et Intpp. Heſych.

663. αὐτοῦ. Leg. αὐτοῖς. *Reisk.* Nec huius emendationis cauſa iuſta eſt. αὐτοῦ proprie eſt i. q. αὐτόθι hic, hoc in loco, v. Valk. ad Eurip. Hipp. 125. ſed nunc ponitur pro αὐτόσε *huc*, vt ſaepe particulae, quae ἐπὶ φάσεως ponuntur, etiam adhibentur ἐπὶ κινήσεως, vt Grammatici dicunt.

667. Auctore Schol. prodit ἑταιρίδιον (meretricula) valde ornata, ſed perſona luſciniae inſtructa. Nimirum hiſtrio ad modum meretricis erat exornatus.

669. διαμηρίζοιμ' Infra 707. et 1254. *Bergl.* Heſych. διαμηρίσαι. τοῦτο καὶ ἐπὶ παίδων ἀρρένων καὶ θηλυιῶν ἔλεγον. Ad quam gloſſam vide interpretes. De maſcula Venere adhibitum hoc verbum occurrit mox 706. Totus hic locus perperam vulgo perſonis diuiſus *e*); eas codicum auctoritatem ſequutus melius distinxi. *Brunck.* Eſt i. q. συνευνιάσαι, vt in Stratonis epigr. ap. Toup. Emm. in Suid. III. p. 140. πίνομεν καὶ διαμηρίσομεν.

670. ὅσον δ' ἔχει χρυσόν. Imitatur Homerum Il. β, 872. ὅς καὶ χρυσὸν ἔχων. v. Wyttenbach. Ep. Crit. p. 28. ſ.

---

deſcripſiſſe Comicus videtur. Lectioni, quam commendamus, reſpondet Hemſterhuſii, quicquid is demum legerit, interpretatio: at dulce canentem et voce *Muſis* aequiparandam luſciniam. *Dawes.* l. l. μούσαις legi voluit *Reisk.*, conferri tamen v. 738. iuſſit.

e) Nimirum vulgo v. 670. continuatur Euelpidi, 671. tribuitur Pithetaero, ſequens Euelpidi et 673. ſ. Pithetaero. Haec iam olim mutaui ita, vt a Brunk. factum eſt.

ſiue ad Iuliani orat. p. 248. ſ. ed. Schäfer. add. Porſon. ad Eurip. Hec. 153. qui docet morem fuiſſe apud veteres virginibus plurimum auri geſtare.

671. *Φιλῆσαι δοκῶ, videtur oſculanda mihi eſſe.*

672. *ὀβελίσκων.* Sic B. In membr. *ὀβελίσκον.* Vulgo [etiam Rau.] *ὀβελίσκοιν. Brunck.*

673. *λέπειν* et verba inde ducta proprie valent, detrahere corticem. v. Caſaub. ad Athen. p. 293. *λέμμα* eſt cortex, deinde, omne id, quo quis tegitur. v. Photii Lex. p. 156. et Piers. ad Moer. p. 243. H. l. de perſona dicitur.

676. *ὦ ξουθή.* Aeſch. Agam. 1151. *οἷά τις ξουθὰ ἀκόρεστος βοᾶς, Φιλοίκτοις ταλαίναις Φρεσὶν Ἴτυν, Ἴτυν στένουσ' ἀμφιθαλῆ κακοῖς ἀηδὼν βίον* (Ityn lugens per pullulantem malis vitam). Theocr. Epigr. IV. *Bergl.*

678. ſ. Malui olim ita interpungi: *πάντων ξύννομε τῶν ἐμῶν ὕμνων, ξύντροφ' ἀηδοῖ·* aut: *Φιλτ. ὀρνέων πάντων, ξύννομε τ. ἐ. ὕμνων, ξ. ἀ.* Frigere certe *ξύννομος πάντων*, quae cum omnibus habitat, et *ὕμνοις ξύντροφ'* potius dicendum videbatur. Sed *ξύννομος ὕμνων* minus commode dicitur. Itaque iungo nunc *Φιλτ. ξύννομε πάντων ὀρνέων, ξύντροφε* (i. e. *ſimpliciter ſocia*) *ὕμνων* —

682. *καλλιβόαν αὐλόν.* Soph. Trach. 648. *ὁ καλλιβόας τάχ' ὑμῖν αὐλὸς* (ſonora tibia) *οὐκ ἀναρσίαν ἰάχων καναχὰν ἐπάνεισιν, ἀλλὰ θείας ἀντίλυρον Μούσας.* Sic *ὀξυβόας* ap. Aeſch. Agam. 57. *οἰωνόθροον γόον ὀξυβόαν κρέκουσα.* Teleſtes ap. Athen. XIV. p. 626. *τοὶ δ' ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον* (canebant) *Λύδιον ὕμνον.* Vide ibid. p. 636. locum Diogenis Tragici, vbi *κρεκούσας* legendum. *Bergl.* *κρέκειν* etſi proprie de citharae cantu dicitur (v. Heſych.), tamen et omnino de cantu adhibetur, vt Meleag. epigr. Anthol. VII. p. 591. *ἡδὺ κρέκεις τι μέλος. Φθέγμ. ἠρινοῖς* dicitur, quia *verno tempore* luſcinia canit. Anapaeſtica carmina ad tibiae modos canebantur. Hinc *ἄρχεσθαι* (praeire) anapaeſtos, vt Cratin. ap. Hephaeſt. de metr. p. 42. *ἔγειρε Μοῦσα Κρητικὸν μέλος.* Poſtremi verſus h. l. frigent.

685. *Ἄγε δὴ* — Tota haec parabaſis eſt longe elegantiſſima, cuius initium citat Clem. Alex. L. IV. Strom.

p. 492. *Kuſt.* *Φύλλων γενεᾷ προσόμοιοι.* Alludit ad Homericum verſum [Il. 6, 146. vbi v. intpp.], quem Schol. citat. De quo verſu Simonides ap. Stob. [p. 530. ed. Gesn.] *ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ· Οἵη περ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. Bergl.* In Schol. pro *ἀμαυρόβιοι* adfertur alia lectio *ἡμερόβιοι*, metro repugnans, et fortaſſis olim adſcripta verbo *ἐφημέριοι* v. 687.

686. ſ. Haec omnia ex Aeſch. Prom. 549. *τίς ἐφημερίων ἄρηξις; οὐδ' ἐὸν ἔρχθης ὀλιγοδρανίην ἄπιτυν, ἰσόνειρον, ᾧ τὸ φωτῶν ἀλκὰν γένος ἐμπεπόδισμένον* (quodnam auxilium mortalium? nec adſpexiſti impotentiam imbellem, ſomnio parem, qua hominum improuidum genus eſt impeditum.) *Bergl.* *ὀλιγοδρανέες f)* tertiam producit contra morem in iambis et trochaeis obſeruatum. Licentias omnes epici carminis admittunt comici anapaeſti. Inde eſt, quod mox *ἀθάνατος* prima producta occurrit, *γένετ'* omiſſo augmento, ſimiliaque. *Brunck. σκιοειδέα φῦλ' ἀμενηνά g).* Apud Clem. Alex. dicto loco haec rectius ſic diſtincta leguntur: *σκιοειδέα φῦλ', ἀμενηνοί. Kuſt.* Euripides in Proteſilao apud Stobaeum *h)*: *ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιᾶ μόνον.* Soph. Aiac. 126. *ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν Εἴδωλ', ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν·* vbi v. not. Camerarii. *Bergl.*

687. Mallem comma poſt *ἀπτῆνες* tollere, vt in *ἐφημέριοι* ad animalculum, hemerobius dictum, ſeu ephemerus, reſpiceretur *i). Reisk. ἐφημέριοι, ταλαοί.* Poteſt etiam legi *ἐφημέριοί τ' ἀλαοί*, eſtque *ἀλαοί* apud Aeſchylum, vnde haec eſſe ſumta modo dixi. Schol.: *ἔνιοι*

---

f) Sunt *ὀλίγον δυνάμενοι.* v. Intpp. Heſych. Phot. Lex. p. 259. et Zonar. II. p. 1445. Verbum *ὀλιγοδρανεῖν* eſt Hom. Il. *ε*, 246. *δραίνειν* id. eſt quod *ἰσχύειν.* v. Villois. ad Apoll. Soph. Lex. Hom. p. 495. ed. Toll.

g) *ἀμενηνὰ* i. q. *ἀσθενῆ*, vt *ἀμενηνὰ κάρηνα* Hom. Od. *κ*, 521.

h) In fragmm. Eurip. Protes. hoc non legitur, ſed in fragm. Meleag. 95. eſt *κατθανὼν δὲ πᾶς ἀνὴρ γῆ καὶ σκιὰ —*

i) Immo recte haec diſtinguuntur, et *ἀπτῆνες* comice dictum eſt atque accommodate ad hanc fabulam. Cf. Etym. M. V. *Ἀπτήν*, et Zonar. I. 245. Ap. Hom. Il. *ι*, 323. pulli, quibus nondum ſunt alae, *ἀπτῆνες* dicuntur.

δὲ τὸ ταλαοὶ διαιροῦσιν ὡς εἶναι ἀλαοί. — εἰπελόνειροι. Aeſch. Prom. 447. ὀνειράτων ἀλίγκιοι μορφαῖσι. Idem Agam. 1228. ὀνείρων προσφερεῖς μορφώμασι. *Bergl.* Poſſunt quidem homines dici ἄλαοὶ (h. e. *caeci*, futurorum ignari, v. Intpp. Heſych. V. Ἄλαός), ſed particula τ' incommoda eſt. Retinendum igitur ταλαοὶ *miſeri*. Sic Orph. Arg. 146. τ' ἀλαὸς olim legebatur pro Ταλαός. Simonides ap. Stob. Grot. p. 401. ἐφήμεροι ἀεὶ βροτοὶ δὴ ζῶμεν. cf. Wyttenb. ad Plut. de Sera Num. Vind. p. 23.

688. προσέχετε. Pes proceleusmaticus. Vid. ad Nub. 916. *Brunck.*

689. Tribuit auibus epitheta, quae Homerus ſaepe diis, vt ἀθάνατος et ἀγήρως Hom. Od. 5, 218. et alibi iunguntur. v. Piers. ad Moer. p. 4.

692. Προδίκῳ. Alias hunc videtur laudare, in Nubb. 360. *Bergl.* Ridet poëtas, qui de rerum originibus cecinerant (vt Heſiodus) et philoſophos (vt Ionicos, Empedoclem,) qui de deorum rerumque omnium ortu temere multa ſtatuerant, etiam Sophiſtas, inter quos fuit Prodicus Ceus. Hunc miſſum fieri vult. Vt χαίρειν εἰπεῖν aliquem dicuntur, qui bono et amico animo ab eo diſcedunt, ſic πλαίειν εἰπεῖν eſt male animatorum. v. Plut. 62. Ach. 1130.

693. Locus hic citatur a Suida V. Χάος, itemque ab auctore *Philopatridis*, quo nomine dialogus graecus occurrit inter opera Luciani T. II. [T. III. p. 598. ed. Reiz.]. *Kuſt.* Etiam ab Athen. II, 16. p. 57. ſed copioſe illuſtrarunt Cudworth. Syſt. Intell. p. 117. Salmas. ad Solin. I. p. 309. Burnet. Theor. S. Tell. 2, 7. Pleraque horum tradiderunt Orpheus aliique vett. Graecorum theologi, qui ex Nocte omnia prognata (v. Ariſtot. Metaph. XII, 6. p. 741. D. et Damaſcii Excerpta ap. Wolf. Anecd. Gr. III. p. 256.) et Noctem, Chaos atque Coelum antiquitus regnaſſe, aiunt. v. Tiedemann in lib. Griechenlands älteſte Philoſophen. p. 53. ſ. Ἔρεβος noſter ex Heſiodea theologia habet (v. Heſiod. Theog. 116. ſs.); permiſcet enim poetarum et philoſophorum varia decreta, ioci cauſa. Varro ap. Feſt. V. Erebus noctem Erebo natam dixit. Ante Γῆ ſubintelligitur οὐ, quod omitti ſolet ſequente οὐδέν. Add. De la Barre in Hiſt. relig. Graecorum, in Abhh. der Paris.

Akad. d. Inſchr. I. p. 206. ſs. cum not. Heyn. Hermann. Handb. der Mythol. II. p. 1. ſs.

695. (696. Kuſt.) *τίκτει πρωτ. ὑπην.* Loci huius meminit Athen. II, 16. p. 57. *Kuſt.* Scholia: *ὑπηνέμια καλεῖται τὰ ὄιχα συνουσίας καὶ μίξεως.* Lucian. de Sacrif. [c. 6. T. I. p. 531. Hemſt.] *ἄνευ τῆς πρὸς ἄνδρα ὁμιλίας ὑπηνέμιον αὐτὴν παῖδα* (filium vento conceptum) *γεννῆσαι.* Oppian. Halieut. IV, 23. ſ. *Bergl. πρωτόγονον ᾠὸν* eſt Orphicum. v. Plut. Sympos. Qu. 2, 3. Diod. S. 1, 27. ibique Weſſel. et Bentlei. ep. ad Mill. p. 454. f. Lips. ed. Vt hoc rideret Noſter, *ὑπηνέμιον* (irritum) dixit. v. Plin. H. N. X, 58. Varro de R. R. 2. p. 62. Albert. ad Heſych. II. p. 1465. Eadem ova dicuntur *ἀνεμιαῖα*, v. Suid. V. *Ἄνεμος* ibique Kuſt.

696. *περιτέλλεσθαι* (h. e. *περιέρχεσθαι, πληροῦσθαι*) ſaepe ap. Hom. de annis. *Ὧραι* ſunt tempeſtates anni, vt Orph. hymn. 55, 5. Plat. Symp. 13. *τῶν ὡρῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ σύγκρισις.* Quae de Amore omnium rerum auctore dicuntur, Heſiodea ſunt, v. Plat. Symp. 6. Primum omnium creatum eſſe Amorem Parmenides dixit. v. Sext. Empir. adu. Phys. p. 550. ibique Fabric.

697. *σίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν.* Breuiter infra 1736. *ἔρως χρυσόπτερος.* — *ἀνεμώκεσι.* Eurip. Phoen. 166. *ἀνεμώκεος εἴθε δρόμου νεφέλας ποτὶ ἐξανύσαιμι. Bergl.* Ad eum Eurip. locum v. Valck. *εἰκὼς* Atticis i. q. *ἐοικώς.* v. Moer. p. 148. *δίναι* proprie *vortices aquarum* (Callim. in Del. 149.), hinc, quaecumque in orbem aguntur (Interpp. Tho. M. p. 241.), h. l. *turbines.* Ouid. Am. II, 9, 49. de Amore: tu leuis es multoque tuis *ventoſior* alis.

698. *κατὰ Τάρταρον εὐρὺν* additur, vt Heſiodi commenta rideantur. *νεοττεύειν* alias, nidum facere (Ariſtot. H. A. 7, 1.), h. l. eſt *procreare* (hecken).

700. In his fortaſſis ad Anaxagorea reſpicitur. Anaxagoras enim omnia olim permixta eſſe decreuit, tum Mentem acceſſiſſe et discreuiſſe omnia et ordinaſſe. v. Valck. diatr. in fr. Eur. p. 40. atque tum ſcriptores hiſtoriae philoſophiae vniuerſae tum qui de Anaxagora ſingulatim expoſuerunt, vt *F. A. Carus.* Eumdem Anaxagoram ridere noſter videtur Thesm. 14. ſs.

703. ἐσμὲν Ἔρωτος scil. γένος (progenies) aut υἱοί, quod Schol. supplet. In ed. Brunk. textu male post πάντων e superiori v. repetita erant verba τε θεῶν, quem errorem in notis correxit Br.

704. πολλοῖς δῆλον. πετόμεσθά τε γὰρ καὶ — Sic constant numeri. In vett. edd. πετόμεσθα γὰρ καὶ k) — In Kusterianis peius adhuc πετόμεδα γὰρ καὶ — *Brunck.* σύνεσμεν ἐρῶσι, est, *amantes adiuuamus.* Quomodo? sequentia docent.

705. πολλοὺς — Citat Suidas V. Ἀπομώμοκα. *Kust.* πρὸς τέρμασιν ὥρας. Sic de fine totius vitae Eurip. Alc. 643. ἐπὶ τέρμ' ἥκων βίου (terminum vitae attingens). *Bergl.* προς τέρμ. ὥρ. male vertitur: *defloreſcente iam prima aetate;* tamquam si marcescentis floris desiderio quis tangeretur. Vertendum: *iusta aetate.* Venustos pueros intelligit, cultos ab amatoribus in spem faciendae sibi olim copiae arrectis, quos, vbi adoleuere, consuetudinis turpioris puduit, vt fieri solet. *Hotib.* Refert igitur Hotib. πρ. τ. ὥρ. ad ἀπομωμοκότας (h. e. qui eiurarunt amorem, ei valedixerunt, est enim ἀπομνύναι et confirmare aliquid et negare iureiurando interposito. v. Reisk. Ind. Demosth.). Sed potest etiam e comica ratione intelligi ita, vt dicantur, quum ad finem florentis aetatis peruenissent, eiurasse amorem, quod tum quidem facile fuit. Sed rectius videtur a plerisque intpp. referri ad διεμήρισαν, at-

---

k) Metrum laborat, cui consuletur, si sic legas: πολλοῖς δῆλον. πετόμεθα γάρ τοι καὶ τοῖσιν ἐρ. συν. Suidas V. Ἀεὶ locum hunc Comici sic citat: Ἀεὶ τοῖς ἐρῶσι σύνεσμεν, sed refragante metro. *Kust.* Voluit igitur Kust. πετόμεθα proceleusmaticum loco anapaesti poni. Toupius Emm. in Suid. I. p. 20. Ox. „Errorem vidit Kusterus, sed minus dextre sustulit. Optime succurrit Suidas, absque quo fuisset, in tenebris perpetuo micaremus. Repone certissime: πολλοῖς δῆλον· πετόμεθα γὰρ ἀεὶ καὶ τοῖσιν ἐρ. σ. Vbi tertiam sedem occupat proceleusmaticus, qui anapaesto ἰσόχρονος est.“ Sed in Tyrwhitt. Append. T. IV. p. 436. contra monetur: „Aristophanem dum emendare vult vir doctissimus corrumpit. In huiusmodi anapaestos numquam admittitur proceleusmaticus. Sicubi προσέχετε occurrit, extrita literula mutandum in πρόσχετε [at vid. ad 688.]. Conf. Bentlei. ad Nub. 575. Editt. ante Kust. πετόμεσθα. Vnde recte Brunck. πολλοῖς δῆλον. πετόμεσθά τε γὰρ — Poteris etiam, si tantum Suidae auctoritati tribuere vis, rescribere, deleta particula: π. δ. πετόμεσθ' ἀεὶ [voluit haud dubie αἰεὶ] —“

que tum etiam comice dictum eſt: noſtra vi et ope ſubegerunt pueros, qui amorem eiurauerunt, etiam in finibus aetatis talibus rebus aptae.

707. ὁ μὲν ὄρτυγα δούς. Non ſemper adeo ſimplices fuere pulchri pueri, vt aetatis florem pro auicula darent: maioris lucri cupidos eos factos fuiſſe, queritur Glaucus in epigrammate *l)*:

Ἦν ὅτε παῖδας ἔπειθε πάλαι ποτὲ ὠρα φιλεῦντας
ὄρτυξ καὶ ῥαπτὴ σφαῖρα καὶ ἁρπάγαλοι·
νῦν δὲ λοπὰς καὶ κέρμα. τὰ παίγνια δ' οὐδὲν ἐκεῖνα
ἰσχύει· ζητεῖτ' ἄλλο τι, παιδοφίλαι.

Brunck. Περσικὸν ὄρνιν. v. ad v. 485. *Bergl.* De πορφυρίων (fulica porphyrio Linn., Waſſerhuhn, v. Schneider. ad Ael. V. H. III, 42.) ad 304. et 553. ὄρτυξ eſt coturnix (la caille, Wachtel), v. Camus ad Ariſt. II. p. 150. ſ.

709. ὧραι ſaepe dicuntur anni tempeſtates. v. Spanhem. ad Call. p. 132. 817. ſ. add. Hindenb. ad Xen. Mem. p. 177. φαίνειν eſt *indicare*, vt Xen. Anab. 4, 3, 10. θεὸς φαίνει ὀνείρατα.

710. Scholia: παρὰ τὰ Ἡσιόδου· Φράζεσθαι δ' εὖτ' ἂν γεράνου φωνὴν ἐπακούσαις Ὑψόθεν ἐκ νεφέων ἐνιαύσια κεκληγυίης, Ἥ τ' ἀρότοιό τε σῆμα φέρει καὶ χείματος ὥρην [δεικνύει ὀμβρηροῦ]. *Bergl.* Ex Heſiodo in Opp. 448. φράζεσθαι — ἐπακούσῃς — ὀμβρηροῦ. Sequens verſus etiam ex Heſiodo adumbratus, ibid. 45. αἶψά κε πηδάλιον μὲν ὑπὲρ καπνοῦ κατάθεῖο. Et 629.: πηδάλιον δ' εὐεργὲς ὑπὲρ καπνοῦ κρεμάσασθαι *m)*. *Brunck.*

---

l) Analect. vett. poët. II. p. 347. ad q. locum plura de hoc more coturnices aliasque aues pueris amatis donandi congeſſit Iacobs. Anim. ad Anth. Vol. II. P. III. p. 13. ſ.

m) Vtrumque locum laudarunt etiam Scholia, quae repetiit in nota *Bergl.* Ad priorem locum vid. Graeu. Lectt. Heſiodd. p. 9. ſ. Verba noſtri ita ſunt capienda: καὶ φράζει (iubet) τὸν ναύκληρον κρεμάσαι τὸ πηδάλιον (gubernaculum) καὶ καθεύδειν. πηδάλιον, gubernaculum, et hieme et vbi appellebatur, e naui eximebatur. v. Böttiger. Archaeol. Muſeum I. p. 13. et 22. De gruum (γερανῶν, quibus conuenit κρώζειν, *gruere*, v. Sturz. Prol. IV. de voce. anim. p. 7.) migratione, fementis faciendae tempus indicante cf. Theocr. Id. X, 51. ibique Toup. p. 395. et Camus ad Ariſt. II. p. 398. ſ,

712. Ὀρέσης, nocturnus illius temporis graſſator, de quo faceta mentio rurſus occurrit infra 1490. et Acharn. 1167. *Brunck.* et *Bergl.* χλαῖναν ὑφαίνειν. In Lyſiſtr. 586. τῷ δήμῳ χλαῖναν ὑφῆναι. — ἵνα μὴ ῥ. ἀποδύῃ. Et in paſſiua voce, Ran. 727. ἵνα μήποτε κἀποδυσειημεσθύων. *Bergl.* χλαῖνα craſſior veſtis ſuperior fuit, hyemi apta. v. Heſych. h. v. ῥιγῶν eſt, *prae frigore horrens.* v. Tho. M. p. 782. et Bos. Obss. Critt. p. 48. ἀποδύειν alterum ſpoliare veſtibus, vt Eccl. 864. 866.

714. Priores edd. habent: ἡνίκα πένειν, refragante metro. Syllaba enim ſecunda in ἡνίκα breuis eſt. Quare non dubitaui ex Suida reponere πεκτεῖν, quod idem ſignificat, ac πένειν et metro melius quadrat. *Kuſt.* πεκτεῖν perſpicue in membr., vt bene Kuſt. e Suida edidit. In duobus aliis, vt in prioribus edd. mendoſe et cum metri ruina πένειν. *Brunck.* πεκτούμενος eſt Lys. 686. ὥρα πεκτεῖν tempus tondendi, vt ὥρα βαδίζειν Eccl. 30. cf. Valk. ad Theocr. Adon. p. 323. πόκον πένειν Theocr. V, 98. vbi v. Schol. In Graecia et Sicilia bis quotannis oues tondebantur, vere et autumno (vnde πόκον ἠρινόν.) v. Theocr. 28, 12.

715. λῃδάριον. Perperam vulgo λῃδάριον. Saltem oportebat λῃδάριον *n)*, ne ſuperflua ſyllaba verſus onerareturr. Sed ſincerior eſt huius nominis ſcriptura per ſimplicem vocalem η. Auctor Etym. M. Λήδιον *o)*. Φιλήμων Φησὶ σημαίνειν εὐτελὲς χιτώνιον ἢ χλανίδα παλαιάν. Λῃδάριον, ἱμάτιον. Agnoſcit eam quoque Heſychius in his gloſſis: Λαῖδος, λῃδος, τριβώνιον. Λήδιον, τριβώνιον εὐτελές. Diſerte vero Didymus apud Euſtath. ad Hom. p. 1146. extrema: καὶ οὕτω παροξύνεσθαι θελήσας τὸ λήδιον ὁ Δίδυμος ἀποσεσεῖ αὐτὸ καὶ τοῦ κατὰ τὴν παράδοσιν προγεγραμμένου ἰ, ἐπεί, φησι, λῆδος τὸ πρωτότυπον, ὃ Δωριεῖς λᾶδος φασίν, ὡς Ἀλκμάν· Λᾶδος εἱμένα καλόν, ὅ ἐσι, λήδιον, ἐνδεδυμένη εὐειδές. ἀπὸ γοῦν τοῦ λήδος, φησί, μὴ ἔχοντος τὸ ἰ, γεγονὸς τὸ λήδιον, οὐδ' αὐτὸ ἂν ἔχοι

n) Ita e Ran. edidit Inuern., atque ipſe olim dedi. De ſcriptura autem voc. genuina v. Pierſon. ad Moer. p. 300.

o) Ita et Zonaras II. p. 1506. Sed apud eumdem etiam p. 1507. λήδιον, vbi v. Tittmann.

τὸ ι. Λῇδος apud Theocr. occurrit in Piſcat. v. 10., ſed obliterata dorica forma, quam vere, vt opinor, reſtituendam eſſe monui: τοὶ κάλαμοι, τἄγκιστρα, τὰ ϕυκιόεντά τε λάδη p). Vulgo legitur λῆδα. Sed λῆδον, λήδου, pro λῆδος, λήδεος, vox eſt exempio carens et Graecitati incognita. At etiamſi concedamus genuinam eam eſſe, quis credat in carmine Δωρικωτάτῳ formam huius nominis aliis doricis poëtis vſurpatam Theocritum neglexiſſe? De alio huius Syracuſani poëtae carminis loco, vbi ſe primum dabit occaſio, agam, vt Ariſtarchi in Eruditorum Diario [Iournal des Sçavans] huius menſis (Juillet 1782. p. 462.) τὸ κακόηθες demonſtrem ineptamque confutem criſin. Λήδιον, λῃδάριον, ſine ι excuſa ſunt in edit. Suidae Mediolan.: litteram illam *ex ingenio* addidit Kuſterus q). Neſcio autem, quid ſibi velit Schol. ad hunc verſum: σημείωσαι δὲ ὅτι ἐν συσολῇ τὸ πρίασθαι. Quid mirum? prima in πρίασθαι ſemper et vbique corripitur. *Brunck.* Etiam λῆδιον dicitur, et varie ſcribitur: λῆδιον, λήδιον, λήδιον. Grammatici dicunt eſſe veſtem tenuem et vilem. Clearchus ap. Athen. VI. p. 256. τοὺς τοῦ μειρακίου πόδας ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ γόνασι λεπτῷ λῃδίῳ συνημφιεσμένους. *Bergl.*

716. ἐσμὲν δ' ὑμῖν Ἄμμων. Supra 618. οὐδ' εἰς Δελφοὺς οὐδ' εἰς Ἄμμων' ἐλθόντες ἐκεῖ θύσομεν. *Bergl.* Senſus: idem vobis valemus, quod Iouis Ammonii etc. oraculum.

717. ἐπ' ὄρνις. Sic bene membr. Vulgo ἐπ' ὄρνεις. V. infra ad 1250. *Brunck.* Eſt, *ad conſulendas aues.* Harum enim volatum Graeci diligenter obſeruabant. v. Spanh. ad Callim. in Pall. 174. p. 703 — 720.

718. πρὸς γάμον ἀνδρός. Sic libri omnes, quam bene neſcio. Minime id mihi placet, mallem: πρὸς γάμον, ἄνδρες. *Brunck.* Perbene Brunk. καὶ πρὸς γάμον, ἄνδρες. Hoc receptum in ordinem oportuit. *Hotib.* Sed hoc, ἄνδρες, ita poſtpoſitum, valde friget. Nimirum et ad viros et ad feminas hic reſpicitur.

---

p) Sed ibi tamen de veſtimento vix agi poteſt. Cf. Dahl. in not.

q) Tamen etiam ap. Phot. Lex. p. 160. legitur λῃδίων.

719. *πάνθ' ὅσαπερ περὶ μαντ.* Sic, vt impreſſi, C. In membr. *περὶ* omiſſum. In B. *πάνθ' ὅσα περὶ μαντείας. Brunck.* *ὄρνιν* et *οἰωνὸν* Graeci dicebant non modo augurium, ſed etiam quoduis omen. v. Tho. M. p. 657. (cuius obſeruatio totidem verbis in Schol. Soph. Oed. T. 52. repetita legitur) ibique Intpp. Noſt. Plut. 62. *μαντεία* h. l. non vaticinium, ſed diuinatio et conſultatio eorum, qui oraculum petunt; et *διακρίνειν περὶ μαντείας* decernere de eo quod quaeritur, oraculum edere. Wiland. was euch als Zeichen des Künftigen dienet.

720. *πταρμόν.* Sternutamentum *οἰωνόν, auem*, vocat Xenoph. Lib. III. de exped. Cyri [c. 2. §. 5. cf. Sturz. Lex. Xen. III. p. 756.] *τοῦτο λέγοντος αὐτοῦ πτάρνυταί τις· ἀκούσαντες δὲ οἱ στρατιῶται, πάντες ἅμα ὁρμῇ προσεκύνησαν τὸν θεόν· καὶ Ξενοφῶν εἶπε· δοκεῖ μοι, ὦ ἄνδρες, ἐπεὶ, περὶ σωτηρίας ἡμῶν λεγόντων, οἰωνὸς τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος ἐφάνη, εὔξασθαι τῷ θεῷ τούτῳ θύσειν σωτήρια. Bergl.* *πταρμὸς* eſt ſternutamentum vel hominis vel lucernae, vnde omen capiebant. v. Valck. ad Herod. p. 488. Vulp. ad Catull. 45, 9. *φήμη* eſt omen ex verbis pronunciatis captum. v. Veſp. 860. Weſſel. ad Diod. S. II. p. 152. *ξύμβολον* omen, quod ex occurſu hominis aut animantis ſumitur. *φωνὴ* ſonus, qui ſubito editur *r*). *οἰωνούς, φήμας* et *σύμβολα* coniunxit etiam Xen. Mem. I, 1, 3. vbi cf. Ern. in Ind. et Irmiſch. ad Herodian. I, 14, 12. p. 614. T. I.

721. *ὄνον ὄρνιν.* Hoc ex narratiuncula quadam tractum eſt. Scholiaſtes: *λέγεται γάρ τι τοιοῦτον· ὡς συμβολικῶς (τις) ἐρωτώμενος s) περὶ ἀῤῥώστου* (vt quidam aliquando in occurſu interrogatus de aegrotante), *εἶδεν ὄνον ἐκ πτώματος ἀνασάντα, ἀκήκοε δὲ καὶ ἑτέρου λέγοντος· βλέπε, πῶς ὄνος ὢν ἀνέστη; ὁ δὲ ἔφη, ὁ νοσῶν ἀνασήσεται. Bergl.* Conf. Suid. V. *Ὄνος.* — *θεράποντα.* Nempe ſi quando occurrat ſeruus, nomine aut facto aliquo omen edens.

---

r) Wyttenbach. tamen ad Iulian. p. 157. ed. Schäfer. (poſtquam omnino de voc. *φήμη* egit) haec ita distinxit, vt *φήμη* eſſet i. q. *κληδὼν diuina vox, φωνὴ humana.*

s) Immo: *συμβολικὸς* (interpres *συμβόλων*) *ἐρωτώμενος.*

723. *νομίζειν θεοὺς* non tantum *putare*, sed etiam *colere*, deos est. *μοῦσαι* dicuntur aues canorae. Non opus est, vt verba *μάντεσι μούσαις* a reliquis separentur et ita accipiantur, musis (auibus) significantibus, praedicentibus *t*).

725. Describuntur anni tempestates: vnde liquet inceptum esse *αὔραις* reponendumque *νεαραῖς ὥραις, nouellis horis, vere.* Vel omissa forte vel erasa versus litera initiali, sicut passim accidit, truncatum *εαραῖς* magisque depravari coepit. *Hotib.* *αὖραι* tamen, *leniores venti*, cur displiceant, non video. Nam et iis vti volebant.

727. *καθεδούμεθα* Attica forma est, pro *καθίσομεν*, v. Tho. M. p. 483. et Moer. p. 212. ibique Piers. *σεμνύνεσθαι* de diis, suam potentiam et maiestatem ostentare. Ita Ran. 1052.

728. *χῷ Ζεύς.* Sic tres codd. et primariae edd. Mendose in Kusterianis *χ' ὁ Ζεύς* v). *Brunck.* *ἄνω — παρὰ ταῖς νεφέλαις.* Quasi propter nubes non possint videre et audire, quid homines velint. Ita infra dicit, homines sub Nubibus secure peierare, diis nihil animaduertentibus, v. 1607.: *νῦν μὲν γ' ὑπὸ ταῖς νεφέλαισιν ἐγκεκρυμμένοι κύψαντες ἐπιορκοῦσιν οἱ βροτοί.* Etiam Pac. 207. dicit de diis: *αὐτοὶ δ' ἀνῳκίσχνθ', ὅπως ἀνωτάτω, ἵνα μὴ βλέποιεν*

---

t) In *μάντεσι Μούσαις* intelligendum *ὡς*, ellipsi Nostro familiari: v. Plut. 295. 514. ibique Schol.: *ἔξεστι χρῆσθαι (ἡμῖν ὡς) μάντεσι Μούσαις.* Vaticinia quouis anni tempore promittunt aues, quum oracula non semper liceat consulere, velut delphicum initio semel tantum adeundum erat quotannis. v. Spanh. ad Call. h. in Ap. 45. Cetera vitae commoda in seqq. demum promittuntur. Minus recte igitur Wilandius:

Wenn ihr uns nun für Götter erklärt,
sollt ihr die Musen zu Wahrsagerinnen
haben, und freyen Gebrauch der Lüfte
und der Horen, des Sommers und Winters,
und erträglichen Frost.

Vertas licet:

Wenn ihr *uns* also für Götter erklärt,
Werden wir weissagende Musen euch seyn
In der Jugend des Jahrs, im Sommer, im Frost,
Und in mässiger Hitze.

Hotib.

v) Tacite iam olim correxeram.

μαχομένους ὑμᾶς ἔτι, μήθ' ἀντιβολούντων μηδὲν αἰσθάνοιατο. *Bergl.*

729. παρόντες h. l. non caret vi ſua, quia opponitur verbis: καθεδούμεθ' ἄνω.

730. αὐτοῖς, παισὶν — Mendoſe vulgo, metro claudicante, παισί. *Brunck.*

731. πλουθυγίειαν. In Eqq. 1087. *Bergl.* Et praeterea Veſp. 675. Non eſt ſanitas cum diuitiis coniuncta, ſed maxima opum copia, aut opes quae ſanitatis inſtar ſunt.

733. γάλα τ' ὀρνίθων. Infra 1673. ὀρνίθων παρέξω σοὶ γάλα. Petronius [c. 38. p. 220. T. I. Burm. vbi vidd. Heins. et Burm.]: omnia domi naſcuntur: lana, creta, [cerae] piper; lac [lacte] gallinaceum, ſi quaeſieris, inuenies. *Bergl.* In prouerbium abiit de valde fortunatis et omnia poſſidentibus *lac gallinaceum*, aut de rebus rariſſimis. Sic Philocleon Vesp. 508. ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἄν. Lucianus de Merc. conductis p. 668. καὶ ἔξεις τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας καὶ ἀμέλξεις ὀρνίθων γάλα. Strabo de inſula Samo p. 945. τὰ δ' ἄλλα εὐδαίμων, ὡς ὄθλον ἔκ τε τοῦ περιμάχητον γενέσθαι καὶ ἐκ τοῦ τοὺς ἐπαινοῦντας μὴ ὀκνεῖν ἐφαρμόττειν αὐτῇ τὴν λέγουσαν παροιμίαν, ὅτι Φέρει καὶ ὀρνίθων γάλα· καθάπερ ποῦ καὶ Μένανδρος ἔφη. Plinius in Hiſtoriae Natur. praefatione: Inſcriptionis apud Graecos mira felicitas: κηρίον inſcripſere, quod volebant intelligi *fauum*; alii κέρας Ἀμαλθείας, quod *Copiae cornu*, vt vel *lactis gallinacei* ſperare poſſis in volumine hauſtum. Petronius c. 38. Nec eſt quod putes illum quidquam emere: omnia domi etc. *Brunck.* Propria vis et origo locutionis ignota eſt. Nam quod Anaxagoras ἐν τοῖς Φυσικοῖς ap. Athen. II, 16. p. 57. γάλα ὄρνιθος voluit eſſe τὸ ἐν τοῖς ᾠοῖς λευκόν, non valet *x*). Dicitur enim de re et optima et rariſſima. v. Suid., Mneſimach. ap. Athen. IX, 9. p. 387. Nicander in Georg. apud eumdem VIII, 2. p. 371. Erasm. Adag. p. 102. — θαλίαι ſunt εὐωχίαι, conuiuia, v. Eurip. Bacch. 418. Graeu. ad Heſiod. Ἔργ. 115. — κοπιᾷν

x) Volebant hoc dicere: adeo eſt fortunatus, vt vel gallinae ei lac praebeant. *Wiland.*

ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν *bonorum nimia copia laborare.* Cf. Toup. Emm. in Suid. et Hes. IV. p. 125.

737. fs. Dispeream, nisi haec a luscinia canantur pariter atque antistrophica: nam et ad cantum eam prouocatam canere nihil vetat et conueniunt illi, vt totius odae sonorae argumentum et interiectiones τιὸ τιοτίγξ τοτοτοτίγξ, quibus vocem auis imitatur Comicus, ita inprimis, qua et supra 676. designatur, γένυς ξουθή. *Hotib.*

738. Vulgo et ap. Brunk. quoque hic et in antistr. versu 770. legitur: τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιοτίγξ. Sexies τιὰ dedisse e Rau. videtur Inu.

740. νάπαισί τε, κορυφαῖσίν τ' ἐν ὀρείαις. Vulgo legitur νάπαισι κορυφαῖσί τ' ἐν ὀρείαις. In C. νάπαις. Quod reposuimus, ad metri normam exactum est, vt declarabitur ad antistrophicum versum. *Brunck.* Iuntina minor: νάπαισι κορυφαῖσί τ'. Iam agnoscas licet versum asynartetum ex duabus penthemimeribus iambicis, tritissimum dramaticis metri genus. Legendum: νάπαις τε κορυφαῖσί τ' εἰν ὀρείαις *y*). Proinde τὸ ἴαχον in antistrophico versu genuinum est, nec reponendum ἴακχον, quod nescio cui versificatori venerit in mentem, versus hos vtcumque exaequanti. *Hotib.* In Nubb. 278. ὑψηλῶν ὀρέων κεφαλὰς ἐπὶ δενδροκόμους. *Bergl.* νάπαι sunt οἱ ὀρεινοὶ καὶ ἀνακεκαυμένοι τόποι, auctoribus Grammatt. antiquis, i. e. *nemora, saltus.* v. Spanh. ad Call. Apoll. 89. et Intpp. Hesych.

741. Quater et hic et v. 743. (vt 752.) ponitur in aliis omnibus edd. τιὸ — Ter tantum v. 741. et bis 743. habet Inu.

743. ἱζόμενος. In A. B. ἱζομένη. Hic versus strophae sextus esse debet, eoque positus est ordine in tribus codd. In impressis peruersus est versuum ordo *z*), ita vt strophi-

---

y) Sed εἰν Comico non vsitatum est, nec in lyricis his.

z) Vulgo enim legebatur:

741. τιοτιοτιοτιοτίγξ
δι' ἐμᾶς γένυος ξουθᾶς μελέων
ἱζόμενος μελίας ἐπὶ φυλλακόμου
744. τιὰ τιὰ τιὰ τιὰ

ci antiſtrophicis non reſpondeant. Verſus 743. in A. B. ſimilis eſt verſui 741. μελία eſt *fraxinus, multum Homeri praeconio Achillisque haſta nobilitata*, quae ſunt verba Plinii H. N. 16, 13. Φυλλόκομος eſt, comis, foliis ſuperbiens.

744. Supra 215. γένυος ξουθῆς καθαρὰ χωρεῖ διὰ Φυλλοκόμου σμίλακος ἠχώ. Euripides Herc. Fur. 692. Κύκνος ὥς, γέρων ἀοιδὸς πολιῶν ἐκ γενύων κελαδήσω. *Bergl.*

745. ἀναφαίνειν νομοὺς μελέων eſt, *edere*, canere, odas; vt ἀναφαίνειν θεοπροπίας Hom. Il. I, 86. Πανί, quia deus nemorum eſt, ἀγαλλόμενος μολπαῖς, Hom. h. in Pan. 25. Hinc et Cybele ſtatim poſt memoratur, quia verſari in montibus credebatur.

746. Infra 875. μεγάλη μητρὶ θεῶν καὶ ἀνθρώπων. Δέσποινα Κυβέλη. *Bergl.* Dimeter eſt anapaeſticus. Male vulgo legitur: σεμνᾷ τε. Distincte in membr. ſcriptum σεμνά *a)*, ſed τε male omiſſum eſt. σεμνὰ epitheton eſt ſubſtantiui χορεύματα. *Brunck.* χορεύματα ἀναφαίνειν eſt *inſtituere choreas* (nam Cybele in montibus ducere choros putabatur, Eurip. Bacch. 77. ſs. Catull. 62, 25.), quae, quoniam deae ſacrae erant, propterea σεμνὰ χ. dicuntur.

747. Decies vulgo το repetitum eſt, vndecies ap. Brunk., nouies tantum ap. Inu.

748. f. ὥςπερεὶ μέλιττα. *Reisk. b)*. Lucretius [de Rer. nat. lib. III. init.]:

Floriferis vt apes in ſaltibus omnia libant,

Mutaui iam olim auctoritate metrici Scholiaſtae, verſus antiſtr., et ſtructurae facilioris, ita:

ἰξομ. μ. ἐπὶ φ.
τιο τιο τιο τιο
δι' ἐμ. γεν. ξ. μελ.
Πανὶ κ. λ.

a) Ita σεμνά τε, iam olim et metri et concinnitatis cauſa edidi, quamquam Cybele (μήτηρ θεῶν ἠδὲ θνητῶν ἀνθρώπων (Orph. hymn. 13, 7.) dici recte σεμνὰ potuit, quod et aliorum deorum deaeque et Cybeles epitheton eſt.

b) Non opus eſt. ἡ μέλιττα eſt *apis quaedam*.

Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta.
Sic de Sophocle auctor vitae illius: *μόνος δὲ Σοφοκλῆς ἀφ' ἑκάστου τὸ λαμπρὸν ἀπανθίζει· καθ' ὃ καὶ μέλιττα ἐλέγετο.* *Bergl.* Iſocr. ad Demon. p. 48. ed. Battier. *ὥςπερ τὴν μέλιτταν ὁρῶμεν ἐφ' ἅπαντα μὲν βλαστήματα καθιζάνειν, ἀφ' ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνειν· οὕτω χρὴ καὶ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους μηδενὸς μὲν ἀπείρως ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν.* Phrynichus poeta fuit melicus, (idemque tragicus, vt ex Aelian. V. H. 3, 8. colligitur, vbi vid. Periz. et Bentl. Opusc. Critt. p. 292. ſs. ed. Lips.) commemoratus etiam in Ran. 1334. ſ. et alibi. Poëta *καρπὸν μελέων* dixit pro *μέλη*, propter verba *ἀποβόσκεσθαι* et *μέλιττα*. *ἔνθεν* eſt, ab auium cantu. *ᾠδὰν* e cod. Rau. reponendum puto.

753. Haec chorus ad ſpectatores conuerſus dicit. Legendum eſt *ὦ*, in ed. Lips.

754. Citat Suidas V. *Διαπλέκειν.* *Kuſt.* *διαπλέκειν.* Subaudiri poteſt *τὸν βίον*, vt in iſto iambo: *ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον διάπλεκε* (vitam transige), qui exſtat ap. Athen. XI. p. 458. Etiam verbum ſimplex ita vſurpatur. Euphron ap. Stobaeum [Floril. ed. Grot. Tit. XCVIII. p. 399.] *Ὦ Ζεῦ, τί ποθ' ἡμῖν δοὺς χρόνον τοῦ ζῆν βραχύν, Πλέκειν ἀλύπως τοῦτον οὐκ ἐᾶς;* *Bergl.* *ὡς ἡμᾶς* i. e. *πρὸς ἡ.* v. Gregor. de dial. Att. §. 33. Apoll. Soph. Lex. Hom. h. v. Apud Suidam V. *Ἀννίβας* T. I. p. 290. ed. Port. recte legitur in ed. Port. *ἀχθέντας ὡς αὐτόν*, vbi male Kuſt. edidit *εἰς*. Thuc. p. 89, 49. ed. Duck. reſcribendum e cod. Reg. *ὡς βασιλέα*, vt 2, 67.

755. *νόμος* non modo de ſcriptis legibus, ſed etiam conſuetudinibus dicitur. *κρατούμενα prohibita.*

758. In tribus codd. *τοῦτ' ἐκεῖ καλὸν* [pro vulg. *τοῦτ' ἐκεῖνο καλόν* c)], quod minus probo. *Brunck.* Nimirum apud Atticos poëtas *καλὸς* primam habet fere breuem, quam producit apud iambographos vett. v. Porſon. ad Eur. Or. 5. Tamen *ἐκεῖ* etiam in Rau. eſt, vnde recepit Inu. et melius ad *ἐνθάδε* refertur. Defendit et Hermann. de metr. p. 116.

---

c) Infra 1347. *καλὸν νομίζεται τὸν πατέρα τοῖς ὄρνισιν ἄγχειν καὶ δακνειν.* *Bergl.*

759. εἴπῃ. In membr. εἶποι, male, nisi praec. v. pro ἤν reponatur εἰ. Sed nihil mutandum. In duobus aliis ἤν εἴπῃ d). *Brunck.* αἶρε πλῆκτρον. Vide Suidam hac v., vbi locum hunc verbis Schol. nostri exponit. *Kust.* Scholia: ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἀλεκτρυόνων· κἀκεῖνοι γὰρ ἔχουσι πλῆκτρα ἐν οἷς μάχονται. Est autem prouerbium. Scholia infra ad 1365. καὶ παροιμία· αἶρε πλῆκτρον ἀμυντήριον. *Bergl.* Calcaria gallorum dicuntur proprie πλῆκτρα, *tela cruribus agnata* Plin. 10, 21. Tropice πλῆκτρον est quoduis armorum genus.

760. ἐστιγμένος. Alias στιγματίας, vt Lys. 333. *Bergl.* Dicebantur ita fugitiui, quibus, e fuga retractis, notae inurebantur. add. Pollux 3, 79.

761. Supra 250. ὄρνις τε πτεροποίκιλος ἀτταγᾶς. *Bergl.* Apud Athen. IX. p. 387. extr. haec auis dicitur ὅλος κατάγραφος κατὰ τὰ περὶ τὸ νῶτον. Add. Schol. h. l.

762. Σπινθάρου e). Scholia ad h. l.: οὗτος πωμωδεῖται ὡς βάρβαρος καὶ Φρύξ, ἔτι δὲ καὶ ὁ Φιλήμων. *Bergl.* In Demosth. p. 1259. et 1358. Reisk. Spinthari memorantur.

763. Φρυγίλος f). Sic tres codd. vt etiam infra legitur 873. Hic in impressis est Φρεγίλος. *Brunck.* Suidas legit Φρυγίλος ὄρνις h. v. Et sic habet Ms. Vat. U. Vide etiam infra 874. vbi Φρυγίλῳ Σαβαζίῳ. *Kust.*

764. Vide infra ad v. 1527. g). *Brunck.* Quaedam edd. δοῦλός ἐσι Κάρ, absque copula καί, sine qua tamen metrum stare non potest. *Kust.*

765. φυσάτω πάππους. πάππος est *auus* et *auis* h) quaedam. In hac ambiguitate ludit. Vult autem dicere:

---

d) *Si modo quis* i. e. ille, qui patrem verberat, *ad eum* dixerit.

e) Videtur fuisse e numero multorum illorum, qui tum in ciuitatem Atticam irrepserant. *Wieland.*

f) Propter similitudinem cum voce Phryx, Phrygis. *Bergl.* Indicari putatur *fringilla.*

g) Infra 1525. οὐ γάρ εἰσι βάρβαροι, ὅθεν δ πατρῷος ἐστιν Ἐξηκεστίδης; *Bergl.*

h) Ap. Aelian. N. A. III, 30. vbi cf. Schneid., qui monet eam-

caret se inscribi inter pappos aues; et sic per fallaciam poterit ostendere, se habere pappos auos, poteritque probare se esse ciuem Atticum. Ceterum, vt hic *φῦσαι πάππους*, ita *φῦσαι φράτορας* Ran. 421. *Bergl.* Nimirum *φύειν* est producere, gignere, nasci facere (vt *φύλλα* Hom. Il. VI, 148.). Hinc *φῦσαι πάππους* est facere, vt sibi aui sint, adscisscere auos. Qui enim Athenis peregrinitatis accusabantur, auos et tribules nominare debebant, vt apparerent, cives ipsos esse. *Φρατρικὰ* dicebatur tertia tribus pars (*curia* vertitur in glossis nomicis). Pollux VIII, 111. *Φράτορες* igitur sunt, qui ad eamdem *Φρατρικὰν* pertinent, quorum albis omnes cives Atticos inscribi oportebat. v. Petit. de Legg. Att. p. 222. ſs. et Ignarrae Commentarius de phratriis primis Graecorum politicis societatibus, Neap. 1797. 4.

766. Scholia: *οἱ μὲν τὸν Πισίαν ἕνα τῶν Ἑρμοκοπιδῶν* (eorum, qui Hermas truncauerant) *εἶναι* (λέγουσι)· *οἱ δὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ. ἐτηροῦντο* (custodiebantur) *δὲ οὗτοι, ὅπως ἂν δοῖεν τῆς περικοπῆς* (truncationis) *τιμωρίαν. Bergl.* *ἄτιμοι* Athenis dicebantur non modo, qui infamia notati erant, carebantque concionandi iure, sed etiam hostes reip. et perduelles, quos impune occidere licebat. v. Reisk. Ind. Demosth. et Petit. Legg. Att. p. 679.

767. *πέρδιξ γενέσθω.* Vt astute elabi possit, more istius auis. *Bergl.* Cf. Athen. IX. p. 387. *τοῦ πατρὸς νεόττιον* est *dignus patre pullus.*

768. *ἐμπερδικίσαι.* Putant Scholiastae, eam vocem alludere ad perdices aues et ad eum sensum multa congerunt. Ego h. l. audaculus ero et perfricata fronte nouam afferam interpretationem, quae forte non omnibus arridebit, quam tamen credo veram et genuinam esse. Aio igitur Aristophanem allusisse ad nomen Perdiccae Macedonum regis, quem patet Athenienſium hostem fuisse adhuc vno aut circiter anno ante huius fabulae didascaliam in fine anni XVI. belli Peloponn. ex Thucyd. L. VI. Erat autem leuis Perdiccas et socios identidem mutabat modo Lacedaemoniis, modo Athenienſibus amicus. Thucyd.

---

dem esse, quae Aristoteli *ὑπολαΐς* dicitur, curuca, (fauvette, Grasmücke.) Add. Hesych. V. *πάπτος.*

L. I. Ergo vt Μηδίζειν dicebatur *cum Medis sentire* et eorum partibus fauere; sic Περδικίζειν sumi potest pro *Perdiccae fauere* et eius socium esse, vel etiam eius mores imitari. Sic Thucyd. l. III. [c. 62.] Ἀττικίσαι dixit. Igitur ἐκπερδικίσαι interpretor, *a Perdicca deficere* et eius societatem relinquere; quod non turpe fore ait eo, quod primus inconstantiae talis exempla dederat: et ita intelligere faadet duplex κ in ἐκπερδικκίσαι. Nam si ab aue, quae πέρδιξ dicitur, ea vox deducta fuisset, per simplex κ debuisset scribi: nam dicitur πέρδιξ, πέρδικος. At nomen regis Macedonum per duplex κ scribitur, Περδίκκας. *Palmer.* [Exercc. p. 755.] Haec Palmerii coniectura ingeniosior mihi videtur quam verior. Miror autem, quid sibi ille vir doctus velit, dum ait, interpretationem suam eo etiam firmari, quod ἐκπερδικκίσαι per duplex κ hic apud Comicum scribatur: quum tamen non solum Mss. et omnes quas videre mihi licuit edd. habeant ἐκπερδικίσαι per vnum κ, sed etiam Grammatici veteres, qui locum hunc Comici citarunt, vel eo respexerunt. V. Suid. V. Ἐκπερδικίσαι et V. Διεκπερδικίσαι, Etym. V. Ἐκπερδικίσαι, et Hesych. V. Διαπερδικίσαι *i*). *Kust.* ἐκπερδικίσαι. Hesych.: τὸ διολισθῆσαι καὶ διαδρᾶναι, ἀπὸ τῶν περδίκων, μεταφορικῶς. πανοῦργον γὰρ τὸ ζῶον καὶ διαδιδράσκον τοὺς θηρῶντας *k*). Ignoratur, quis fuerit ille Pisae filius. Proditor iuxta cum patre fuisse videtur et tunc, quum ageretur haec fabula, in carcere asseruatus fuisse. *Brunck.* Est perdicum more aufugere, de quo earum more v. Aristot. H. A. IX, 8. Ael. N. A. III, 16. Plin. X, 33.

769. In membr. τοιάδε *l*), quod etiam bonum est, subaudito *κατά, taliter, ad hunc modum.* Nec metrum obstat, quin lectio recipiatur, ob licentiam in melicis concessam. Antithetici versus monometri sunt anapaestici:

Μοῦσα λοχ | μαία
τοιάδε | κύκνοι.

Brunck. De cygnorum cantu cf. *Morin* Mém. de l'Acad. d. Inscr. T. VII. p. 112. ss. ed. in 12. et *Mongez* Mé-

i) Etiam Zonar. II. p. 672.

k) Hunc locum etiam *Bergl.* laudauit.

l) Quod e Rau. recepit Inu. pro olim vulg. τοιάνδε.

moire ſur les cygnes, qui chantent, Par. 1783. 8. *Camus* ad Ariſtot. II. 271. ſ.

772. *πτεροῖς κρέκοντες ἴαχον Ἀπόλλω.* Haec eſt membranarum ſcriptura. Vulgo *πτεροῖσι m) κρέκοντες ἴαχον Ἀπόλλω.* Vt metra conſtent, articulus *τὸν* addendus eſt. Verſus antithetici trimetri ſunt Ionici a minore, quorum ſtrophicus in prima ſede paeona ſecundum, antiſtrophicus autem diiambum habet:

ναπαισι τε | κορυφαῖσίν τ' | ἐν ὀρείαις,
πτεροῖς κρέκον | τες ἴαχον | τὸν Ἀπόλλω.

ἰάχω ſaepe a librariis in *ἴαχω* mutatum. v. Musgr. ad Eurip. Hel. 1054. *ἴαχον* tempus eſt imperfectum: prima corripitur, quia in melicis augmenti non habetur ratio. *Brunck.* Noua prorſus et inaudita docet Brunkius. Commemorandum hoc duxi eorum cauſſa, qui ſequuntur quemcumque, qui confidenter imperare didicerit. In ſtrophico recte ſcripſit *νάπαισι τε.* In antiſtrophico nihil mutandum erat. Verſus iſti conſtant e penthemimeri iambico et ordine paeonico duplici catalectico in diſyllabum:

ναπαίσι τε κορυ | φαίσι τ' ἐν ὀρειαις
πτεροίς κρεκοντες | ἰαχον Απολλω

ἴαχον propter augmentum primam producit. *Hermann.* de metr. p. 327. ſ. *συμμιγῆ βοὰν* (commixtus plurium clamor, vt Xenoph. Ephes. I, 13.) ab *ἴαχον* pendet, quod eſt ſimpliciter *edere*, *emittere*, vt Eqq. 1013. Ran. 218. *ὁμοῦ κρέκοντες πτεροῖς* ſeparatim accipio: *alis ſimul ſtrepentes.* *κρέκειν* pr. eſt *pulſare*, vt in oda Sapph. 5. *βοᾶν* (pro *βοᾷ*) *ἰάχειν Ἀπόλλω* eſt *celebrare cantu Apollinem*, cui ſacri erant cygni, quippe quorum vocibus ille delectaretur. v. Ael. N. A. 14, 13. Spanh. ad Call. Apoll. 5. Omnem noſtrum locum illuſtrat Aelian. N. A. XI, 1. Videtur autem hic dorica forma *βοᾶν* reſtituenda eſſe. V. 770. et 773. vulg. *τιὸ τιὸ τιὸ τιὸ τιοτιγξ.* Septies *τιὸ* poſuit Inu. v. 770. ſed 773. *τιὸ τιὸ τιτίξ*, quod contra vſum eſt.

774. ſ. Hi, auctoritate cod. Rau. diuiſi verſus, vulgo vnum efficiunt, et recte. Hebrus Thraciae eſt fluuius;

---

m) πτεροῖς metri cauſa iam olim ſcripſi et in *ἴαχον* primam eſſe longam monui. Seductus autem a Toupio Add. ad Theocr. 21, 26. qui in *μέμφη* ſimilibusque primam interdum corripi contendit, putaui in *κρέκ.* ſecundam eſſe breuem.

ad ſtagna et fluuios olores verſari etiam Ariſtot. monuit H. A. T. I. p. 689. 6.

777. *πτῆξε δὲ ποικίλα φῦλα τε θηρῶν n)*. Verſus eſt dimeter anapaeſticus, vt ſtrophicus 745. Praua itaque eſt impreſſorum lectio *ποικίλα τε φῦλα θηρῶν*. Quod dedimus, eſt in tribus codd. *Brunck.* Virgil. Ecl. [VIII, 3.]: *quorum ſtupefactae carmine lynces, Et mutata ſuos requierunt flumina curſus. Bergl.* *πτῆξε* eſt *εἰς φόβον ἤγαγε, perterrefecit.* v. Abreſch. ad Aeſch. T. II. p. 36.

778. *αἴθρη*. Ms. Vat. U. *αἰθήρ. Kuſt.* Ita Il. Θ, 552. *νήνεμος αἰθήρ.* At recte ſe habet *αἴθρη*, h. e. *εὐδία, ἀὴρ καθαρός*, Heſych. *νήνεμος αἴθρη* omnino eſt, ſerena et tranquilla tempeſtas. *ἐπιπτυπεῖν* eſt *ſonare, reſonare*, vt Eccl. 481. Vtitur poëta h. l. in re leui oratione cothurnata, Tragicorum nonnullorum more.

781. ſ. Hic et ſequens verſus perperam vulgo digeſti ſunt o), neutiquam ſtrophicis congruentes. Nominis *ἄνακτας* vltima ſyllaba poſteriori verſui contribuenda, vt fiat dimeter anapaeſticus: prior autem dactylicus eſt penthemimeres. *Brunck.*

783. *ὀλολύζειν* et *ἐπολολύζειν* ſunt Aeſchylea verba et proprie in rebus laetis dicuntur de fauſtis acclamationibus et vlulatibus mulierum in ſacris. v. Caſaub. ad Theoph. Char. 21. Spanh. ad Call. Del. 258. ad Lau. Pall. 189. Hemſterh. ad Lucian. I. p. 7. Albert. ad Hes. I. p. 1405. Mox vulgo ter tantum *τιο* repetitum.

786. *αὐτίκα* eſt, *nam, vt hoc vtar;* vt hoc exemplo vtar; vt Xen. Cyrop. 3, 1, 17. Hieron. 2, 7. *ὑπόπτερος* eſt *alatus.* v. Pierſon. Veris. p. 73. Chori tragici ſunt fere longiores, vt Aeſch. Pers. 1 — 156. Soph. Antig. 1115 — 1154. Eurip. Mede. 1080 — 1115.

788. *ἐπιπετόμενος ἂν οὗτος ἠρίσησεν ἐλθὼν οἴκαδε.* Dormitabam profecto, quando verſum tam turpiter claudi-

---

n) Ita iam olim edidi.

o) Legebantur ita:

εἶλε δὲ θάμβος ἄνακτας.
Ὀλυμπικάδες δὲ μέλος χάριτες.

cantem sic impune abire passus sum. Repone ocyus: ἐκπετόμενος οὗτος ἠρίστησ' ἂν ἐλθὼν οἴκαδε. Nil discrepant ab impressis codd. nisi quod C. ἐκπετάμενος habet. Minore mutatione, vna tantum extrita litera, metrum etiam restitui potest: ἐκπτόμενος ἂν οὗτος ἠρίστησεν ἐλθὼν οἴκαδε p). ἐκπτόμενος, vt infra 1384. ἀναπτόμενος. *Brunck.* ἀριστᾷν his temporibus erat, *prandere.* v. Athen. I. p. 11.

789. αὖθις αὖ κατέπτετο. In membr. αὖθις ἂν κατέπτατο. Duo alii, vt impressi, αὖθις αὖ κατέπτατο. *Brunck.* ἐφ' ἡμᾶς est, *in theatrum.*

790. Πατροκλείδης. Iste Χεσᾶς dicebatur a χέσαι, *cacare*, vt notat Schol. et Pollux V, 91. *Bergl.* Fortassis idem est cum Patrocle, qui Plut. 84. notatur sordidus et immundus homo. Nam patronymica interdum pro primitiuis nominibus ponuntur. v. Toup. praef. ad T. III. Emendd. in Suid. χεζητιᾷν (vt Nubb. 1390. v. Toup. Emm. in Suid. II. 372. ss. ed. Ox.) desideratiuum est, a χέζειν ductum, vt ὠνητιᾷν Theophr. Ch. 24.

791. Citat Suidas V. Ἐξίδισεν q). *Kust.* Pro οὐκ ἂν ἐνέχεσεν εἰς θοιμάτιον. In Eccl. 348. ἵνα μὴ ἐγχέσαιμ' εἰς τὴν σισύραν. Proprie ἐξιδίειν est *exsudare;* quia vero sudor in vestes emanat, metaphorice potest vsurpari de eo, qui aliud quid in vestem excernit. *Bergl.* ἐξίδισεν, ἐξετίλησεν. Eustathius ad Hom. p. 950, 53. κάκη γὰρ οὐ μόνον ἡ κακία, κατὰ τοὺς περὶ Πλάτωνα, ἀλλὰ καὶ ἡ δειλία, ἐξ οὗ κακός, ὁ δειλός. καὶ κακίζεσθαι, τὸ δειλιᾷν, ὡς τό (Il. ω, 214.)· ἐπεὶ οὔ ἑ κακιζόμενόν γε κατέκτα. ἐξ' αὐτοῦ δὲ τὸ κακκὰν συνήθως ἐπὶ παιδίων, ἐπεὶ καὶ τοῖς δειλιῶσιν ἕπεται τοιοῦτόν τι πάσχειν· ὃ καὶ ἐξιδίειν σεμνῶς r) ἡ κωμῳδία φησίν, ἀρχὴν λαβοῦσα ἐξ Ὁμηρικοῦ τοῦ (Od.

---

p) Ita edidit Inu., haud dubie e cod. Rau., probante Porsono ad Eurip. Med. 1. p. 388.

q) Etiam Zonaras I. p. 780.

r) Non magna σεμνότης in huius verbi vsu inest, quum χεζητιᾷν praecesserit; immo videtur ἐξιδίειν populari vsu adhibitum esse. Recte Wiland. monuit, in hac oratione ad spectatores eam regnare plebeiam dictionem, vt Gratias fugere poëtam hunc oportuerit, si tum iam ita castae pudicaeque fuerint, vti nunc coluntur.

v, 204.)· *ἴδιον, ὡς ἐνόησα, ἤγουν, ἴδρωτα ἐξ ἀγωνίας. Brunck.*

794. *βουλευτικὸν* auctore Schol. erat locus in theatro, quem ſenatores occupabant. v. Heſych. h. v. et Pollux IV, 22. *Rathsherrn-Bänke* vertit Wiland.

795. *ἀνέπτετο.* Animaduertit vel non monitus lector, formam hanc Atticam vtique a me reuocari. Hic in impreſſis eſt *ἀνίπτατο s)*, at in duobus codd. *ἀνέπτατο.* Verſu ſeq. *καθίζετο* error eſt recentiorum editt. In primarſis edd. et in codd. eſt *καθέζετο. Brunck. πτερυγίζειν* proprie dicitur de pullis auium, volare tentantium ideoque alas mouentium. v. Schol. Plut. 575. et Heſych. h. v. Infra 1464. eſt ſimpliciter *auolare. ἆρ'* v. 797. eſt *nonne —*

798. Meminit huius loci Suidas V. *Διίτρεφής*, et Euſtath. ad Hom. p. 411. ed. Rom. Lepide autem Comicus Diitrephem per *vimineas alas* emerſiſſe ſcribit, ſignificare nimirum volens, Diitrephem plectendis vaſis vimineis diuitem factum eſſe, eaque ratione ad honores emerſiſſe. *Kuſt.* Nempe phylarchus fuit et hipparchus, ſeu tribus praeſes et equitum magiſter. *Brunck.* Similis locus Eccles. 102. *Ἀγύβριός γ' οὖν τὸν Προνόμου πώγων' ἔχων λέληθε. καίτοι πρότερον ἦθ' οὗτος γυνή· νυνὶ δ' ὁρᾷς πράττει τὰ μέγιστ' ἐν τῇ πόλει.* Vult autem Diitrephem notare tamquam *νεόπλουτον*, qui olim vimineis vaſis texendis victum ſibi quaeritarit: poſtea ſubito diues et potens euaſerit. *Bergl. πυτίνη* eſt lagena vini obtecta vimine (Korbflaſche); *tinias* Latini vocabant. v. Feſtus h. v. Pollux Onom. VI, 14. VII, 174. X, 72. Biel. Thes. phil. V. *Ἀσκοπυτίνη. πυτιναῖα πτερὰ* igitur ſunt proprie alae vimine obductae ſ. e vimine contextae *t)*; quod iocoſe dici patet. *φύλαρχοι* erant decem praefecti equitum vniuscuiusque tribus Atticae, ſed *ἵππαρχοι* duo praefecti omnium equitum Athenn. et equorum. v. Xenoph. Hipparch. 2, 8. Pollux VIII, 94. Harpocr. V. *Ἱππαρχία*, Photius p. 84. et 85. et Sturz. Lex. Xenoph. II, 574. IV. 507.

---

s) Dedi olim *ἀνέπτατο*, vt fuit 791. vbi etiam nunc recte repoſitum *ἀνέπτετο*. V. 792. vulgo *κατέπτατο.*

t) *Baſtflügel* reddit Wiland.

799. *ἐξ οὐδενός.* In Eqq. 158. *ὦ νῦν μὲν οὐδείς, αὔριον δ' ὑπέρμεγας,* vbi v. Not. et ad Eccl. 144. *Bergl. Quum antea homo nullius momenti fuiſſet.* Debebat proprie ſequi: *μέγας ἐσί.*

Φύλαρχος. Minus bene redditum in verſione *tribus praefectus.* Munus militare hic notat id nomen. Verti debuit: *creatus eſt equitum tribunus, deinde magiſter, deinde* — *Φύλαρχοι* Athenis appellabantur equeſtrium turmarum praefecti, quae decem erant, una ex qualibet tribu. V. Polluc. I, 128. et VIII, 94. *Brunck.* in Suppl.

800. *μεγάλα πράττει.* Eurip. Iph. Aul. 346. *ἄνδρα δ' οὐ χρεὼν τὸν ἀγαθὸν, πράσσοντα μεγάλα* (ii magnus et fortunatus euaſit), *τοὺς τρόπους μεθιστάναι. Bergl.* Ex Aeſchyli Myrmidonibus haec petita eſſe Schol. notauit.

ξουθὸς ἱππαλεκτρυών. In Ran. 937. [vbi v. Not.] *τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτριόνα ζητῶν τίς ἐσιν ὄρνις. Bergl. γεύπα* indicari monet Photius Lex. p. 84. Fictae auis nomen adhibetur, quo ſignificetur Diitrephem ſuperbe et cum faſtu quodam incedere, atque manet ita in metaphora ab auibus et volatu petita. Poſſit etiam *magnum gallum* indicare, quae eſt vis v. *ἵππος* in multis compoſitis. cf. Fiſcher. ad Weller. III, 1. p. 237.

801. *ταυτὶ τοιαυτί v).* Eſt exclamantis oratio elliptica. Sic Ach. 815. *ταῦτα δή.* Egrediuntur autem nunc priores illi duo, alati; poſtquam nimirum guſtarunt intus illam radicem, de qua ſupra 655. *ἔστι γάρ τι ῥιζίον, ὃ διατραγόντ' ἔσεσθον ἐπτερωμένω. Bergl.* Piſthetaerus et Euelpides, habitu auium et perſonis ſumtis, ex Epopis domo prodeunt. *Wil. οὐδεπώποτε* ſemper de praeterito, *οὐδέποτε* de futuro tempore dici, Grammatici monent. v. Herodian. p. 461. cum not. Piers.

803. *ὠκύπτερα* ſunt *pinnae* alarum. Sic Geopon. 14, 7, 6. *τῶν ὠκυπτέρων ἐπτιλλομένων*, quod ap. Varronem (v. Niclas. ad Geop. p. 987.) redditum: *euulſis ex alis pinnis.*

---

v) Conſtitui hic actus ſecundi ſolet initium. (v. Francog. interpr. et Wiland.) Mirum eſt quod Inuern. errorem edit. Brunck. *τουτὶ τοιουτὶ* in textis retinuit, et in not. optimam lectionem cod. Rau. poſuit. Errorem etiam Hotib. notauit.

805. ἐς εὐτέλειαν x). Contrarium εἰς κάλλος. Aeneas Soph. epist. 25. μὴ ταυτὸν πάθοιμεν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ζωγράφος τὴν Ἑλένην εἰς κάλλος (eleganter) γράφων τῆς κεφαλῆς ἐπιλάθοιτο. *Bergl.*

806. σὺ δὲ κοψίχῳ. Sic tres codd. [haud dubie etiam Rau.]. Vulgo δὲ omissum. Fallitur Scholiastes σκάφιον pro tonsurae genere accipiens eoque magis, quod tonsuram illam confundat cum ea, quam vocabant Graeci τὴν ἐν χρῷ κουράν. Tonsuram σκάφιον notare possit in Thesm. 838. y) ad quem vide Not. Hic autem caput significat, vt in hoc Comici versu in fragm. Inc. XVI. ἵνα μὴ καταγῇς τὸ σκάφιον, πληγεὶς ξύλῳ. Scholiastae errorem ostendit Salmasius in Tertull. librum de pallio p. 269. Verti debuit: *tu autem merulae caput deplumatae.* Quae adduntur verba, *in orbem,* nihili sunt. *Brunck.* Citat Suidas V. Σκάφιον, vbi Nos vide. *Kust.* Add. Hesych. eiusque intpp.

807. ταυτὶ — V. Suidam V. Οὐχ ὑπ' ἄλλων et V. ταυτὶ μέν, vbi loci huius mentionem facit. *Kust.*

808. (809. Kust.) Est elegans prouerbium apud Graecos. Aeschylum auctorem habens; de quo pro diffusa sua lectione et πολυμαθίᾳ erudite multa obseruauit Gatakerus in Miscell. Postumis c. 12. *Kust.* Versus est Aeschyli ex Myrmidonibus [n. 2. p. 575. s. ed. Both. vbi Grotii versio legitur] z), quorum locum plenius adducit Scholiastes:

ὡς δ' ἔστι μύθων τῶν Λιβυστικῶν λόγος,

---

x) I. q. εὐτελῶς (vt εἰς cum Subst. saepe pro Aduerbio. v. Viger. de Idiot. p. 596. ed. Herm.) h. e. negligenter, sine vlla arte picto (nam συγγράφειν h. l. pro γράφειν) anseri. Sic Aelian. V. H. 2, 2. εὐτελεῖς γραφάς.

y) Locum Thesm. 845. vbi σκάφιον ἀποκεκαρμένην laudat *Bergl.*

z) Haec sunt verba Aeschyli, cuius locum plenius adducit Scholiastes [locus ipse cum versione a Bergl. allatus est]: nempe quia sagittae pennas habebant aquilarum. Obseruandum, fabulam Libysticam eum dixisse, quae est Aesopica; omnes enim fabulae dicuntur Aesopicae, quae illius fabulis sunt similes. Ceterum de hoc prouerbio, nam dictum illud in prouerbium abiit, videri potest Casaub. ad Athen. XI. c. 12. *Bergl.* add. Toup. Emm. in Suid. II. p. 14.

πληγέντ' ἀτράκτῳ τοξικῷ τὸν ἀετὸν
εἰπεῖν ἰδόντα μηχανὴν πτερώματος·
τἀϑ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὑτῶν πτεροῖς
ἁλισκόμεσϑα.

Quae sic latine vertit Gatakerus Misc. Posth. c. 12.

Vt fermo perhibet fabulae Libysticae,
aquilam sagittae vulneratam cuspide
dixisse, pennas conspicatam missilis:
aliena non sunt ista; nostris alites
en capimur pennis.

Vocem ἁλισκόμεσϑα ad sensum necessariam Comicus suppressit, vt fit, quando prouerbialia dicta, vulgo nota, citantur. Qui dictum vsurparint e veteribus, Gatakerus loco laud. recenset; facetissime omnium Ptolemaeus, rex Aegypti, delusо Sosibio. Historiam vide ap. Athen. p. 493. F. id est, L. XI. c. 12. *Brunck.* Legendum forsan: κατὰ τό γ' Αἰσχύλου (v. 807.) *secundum illud Aeschyli dictum.* Sequente autem versiculo τὸ αὑτῶν (in ed. Lips.) pro vulg. αὐτῶν sine in libro Rau. inuentum sit, seu forte repertum, certe verum est, siquidem non suis scilicet, sed auium pennis instructi incedebant nostri homines. Neque inficete in contrariam sententiam Aeschylea Comicus detorsit. *Hotib.* Similis Aesopica fabula ex Aphthon. in Furiae Collect. CCXVIII. vbi cf. Furia p. 69. f. et fab. 133. in collect. Planud. vbi cf. Ern. Dissat hinc aliquantum alia Aeschyli fabula ap. Suid. V. Παγάς, quaeque ex h. l. desumta esse nequit, vt putabat Toup. ἡκάσμεϑα pro εἰκάσμεϑα attice. v. Valck. ad Eur. Phoen. 165. *cum his compareti sumus;* visitatior est verbi structura cum Dat. v. Aelian. V. H. 9, 32. Post ἄλλων subintell. πάσχομεν. Sensus loci: his auibus ipsi nos reddidimus similes *a)*, ita vt hoc nobis de nostra sententia euenerit, valeretque idem, quod de aquila, quam sagitta pennis aquilae alata vulnerauerat, dixit Aeschylus.

310. Pleonasmum εἶτα μετὰ τοῦτο illustrauit Porson. praef. ad Eurip. I. p. LV.

---

a) Solebant! inter hilaritates conuiuales alias etiam vnus alterum rei alicui ridiculae assimilare. Et sic accipiendus est locus Diod. Sic. T. II. p. 455, 9. Wessel. vbi rem acu non tetigit interpres. Hinc ἡκάσμεϑα est, *nosmet inuicem rei huic vel illi assimilauimus. Reisk.*

812. *τί δ' ἡμῖν τοὔνομ' ἔσαι τῇ πόλει*; In membr. et in C. *ἡμῖν ὄνομ'* — In B. vt in impreſſis *ἡμῖν οὔνομ'*. Mendoſe vtrobique. Prior lectio in metrum peccat: poſterior in loquendi legem. Ionicum *οὔνομα* reſpuit comicus Atticae ſcenae ſermo. Vulgati etiam libri *τοὔνομα* recte exhibent v. 820. et 1293. *Brunck.* *ἡμῖν* cum *ἔσαι* iungendum, non cum *τῇ πόλει*, vt pro *ἡμῶν τῇ πόλει* dictum ſit, vt *σε φρένας, σοὶ θυμῷ*. v. Valck. ad Theocr. I, 55.

813. *τοὐκ Λακεδ. ex Lacedaemone petitum*, vt mox *ἐκ τῶν νεφελῶν*.

814. Perperam olim verbis *Ἡράκλ.* etc. et 817. *Ἐντεῦθεν*] etc. Epopis perſona praefixa eſt. Ad *θείμην* repetendum ex antecedd. vocab. *ὄνομα*. Vnde in antiquis edd. Pollucis p. 1184. legebatur: *Σπάρτην δ' ἐγὼ θείμην ἂν ὄνομα τῇ πόλει*. Sic Eurip. Phoen. 12. *τοῦτο γὰρ πατὴρ ἔθετο*, vbi v. Valck. Ludit Comicus in ambiguitate voc. *Σπάρτη* et v. *τίθεσθαι*. *σπάρτη* dicitur etiam funis ex ſparto, planta geniſtae ſimili, factus. v. Plin. H. N. 19, 2. 24, 9. *b)* Niclas. ad Geopon. I. p. 236. Quomodo *σπαρτία* in lectis adhibeantur, docet Ariſtot. Mechan. Quaeſt. 25. T. 1. p. 908. E. Similiter Cratinus ap. Poll. X, 186. ludit: *Σπάρτην λέγω γε σπαρτίδα τὴν σπάρτινον*. add. Heſych. h. v. Retinuit Wiland. voc. *Spart.*

816. (817.) Locus hic eſt obſcurus, quia corruptus; in quo pro *χαμεύνην* [vt olim vulg.] ſcribendum eſt *χαμεύνῃ c)*, caſu dativo, et verba ſecundum ſeriem conſtructionis ſic ordinanda: *οὐδ' ἂν πάνυ γε σπάρτην* (vel *σπάρτου*) *θείμην χαμεύνῃ, κειρίαν ἔχων*. Senſus enim totius loci huius talis eſt: *tanto odio Spartam proſequor, vt* (ob nominis et ſoni affinitatem) *ne ſparteum quidem funem viliori licet et humiliori lectulo intenderim, ſi alius mihi ſit funiculus*. Sic recte locum hunc intelligendum eſſe

b) Depuis 1777. nous avons une manufacture de ſparterie à Paris. *Francog. int.*

c) Omnino *χαμεύνῃ* ſcribendum cum Kuſtero, qui hanc genuinam lectionem ſolidis argumentis aſſeruit. Viderat hoc etiam Hemſterhuſius, vt ex verſione eius apparet, quae optime exprimit verum ſenſum iſtorum verborum. *Bergl.*

vidit Euſtath. ad Iliad. A. p. 191. ed. Rom. vbi ait *d*): Καὶ ὁ Κωμικὸς δὲ τοῦτο παρεμφαίνει ἐν τοῖς Ὄρνισιν, ἔνθα παίζων περὶ τῆς Λακωνικῆς Σπάρτης ὡς παρωνυμουμένης ἀπὸ φυτοῦ σπάρτου φησὶ, μὴ ἂν δεηθῆναι σπάρτης, κειρίαν ἔχων, ἤτοι μὴ δεηθῆναι σπαρτίνου πλέγματος, ἐὰν ἄλλην ἔχῃ κειρίαν, ἤτοι δεσμὸν κλίνης. Non dubium eſt, quin et ille χαμεύνῃ pro χαμεύνην in loco hoc Comici legerit, vti et Suidas V. Κειρία, apud quem quidem male χαμευνῆ hodie legitur cum circumflexo in vltima, ſed vnde facile coniicias, initio apud eum ſcriptum fuiſſe χαμεύνῃ. *Kuſt.* Sic optime membr. *e*) vt nemo non legendum eſſe viderat. Inepte vulgo χαμεύνην. Iocus eſt in ambiguitate nominis σπάρτη. Peruerſae admodum erant in impreſſis libris perſonae, quas e ſcriptorum auctoritate in ordinem reſtitui. *Brunck.* Qua in re Inu. eum ſequutus eſt. Caeterum κειρία eſt genus lori firmioris, quo lecti vinciebantur. v. praeter alios Grammaticos Zonar. II. p. 1189. add. Intpp. Ioh. Eu. XI, 44. et Biel. Thes. philol. in LXX. p. 185. χαμεύνη lectus humilis et vilis dicitur. v. Hemſt. ad Polluc. X, 35. Ruhnken. ad Tim. p. 272. ſ. Pierſon. ad Moer. p. 408. θέσθαι σπάρτην χαμεύνῃ eſt, ſparteum funem adhibere ad lectum intendendum.

819. Νεφελοκοκκυγίαν. V. Lucian. Ver. Hiſt. I. p. 657. ed. Amſt. [I, 29. T. II. p. 93. Reiz.], vbi Nephelococcygiae huius mentionem facit. *Kuſt.* Vulgo poſt χωρίων punctum erat, et ſequentia tribuebantur Piſthetaero, ita interpuncta: χαῦνόν τι πάνυ βούλει Νεφελοκ. Poſui olim certe poſt βούλει interr. ſignum, vt oratio paullo grauior redderetur. Emendauit Brunkius. χαῦνον proprie de carne molli et fungoſa dicitur. v. Caſaub. ad Athen. p. 463. ſed transfertur ad res molliores et laxas; tum etiam inflatum, tumidum, ſuperbum, indicat.

820. Vulgo ſic legitur hic verſus: καλόν γ' ἀτεχνῶς καὶ μέγ' εὖρες τοὔνομα. Mendoſiſſime. Media ſyllaba in ἀτεχνῶς apud Comicum nusquam producitur. Legendum: καλὸν σύ γ' ἀτεχνῶς κ. μ. ε. τ. *Brunck.*

822. τὰ Θεαγένους — Quas Theagenes iactet opes, dicit eſſe in vrbe, quae eſt in aëre aedificata, id eſt, nulli-

d) Haec Euſtathii verbi Brunck. in nota repetiit.

e) Etiam Rau. Vulgatum tamen ap. Polluc. X, 36. fuit.

bi eas esse. Infra 1127. vbi de vastitate murorum huius vrbis, coniungit eam cum simili iactatore: ὡς ὑπεράνω μὲν Προξενίδης ὁ Κομπασεὺς καὶ Θεαγένης, etc. *Bergl.*

823. Αἰσχίνου. Ille etiam volebat diues videri et semper in ore habebat opes, quas non habebat domi. In Vesp. 123. μετὰ τοῦτον Αἰσχίνης — κἄτ' ἔσεται χρήματα. *Bergl.* Pro λῷσον legi λῷον *melius* iubet *Reisk.* At Superlatiui non raro pro Comparatiuis ponuntur. v. Doru. ad Char. p. 457. Wessel. ad Herod. p. 517, 6. ad Diod. S. T. II. p. 458, 94. Adiecta autem haec tantum sunt propterea, quod poëta antea mentionem fecerat ostentatorum.

824. ἢ τὸ Φλέγρας πεδίον. *Aut campum Phlegraeum f)*, dicemus esse illum locum, vbi sunt istorum opes, aut vrbem istam aetheriam; quia haec non est: Phlegraeus autem campus et res, quae ibi dicuntur, contigisse, sunt inanes poëtarum fabulae. τοὺς Γηγενεῖς. vid. ad Nub. 851. *Bergl.*

825. ἀλαζονευόμενοι καθυπερηκόντισαν. Sic perspicue scriptum in tribus codd. Erat in vett. edd. ἀλαζονευόμενοι κἄθ' ὑπερηκόντισαν, turpiter claudicante versu. Kusterus, ne monito quidem lectore, quod vtique manifesta in menda necessarium non erat, emendatam scripturam, quae iam in duabus minoribus Batauis reposita fuerat, exhibuit; καθυπερηκόντισαν *g)*. At Transsiluanas stipes [Bergl.], cui perinde erat, dactylusne an tribrachys quartam senarii sedem occuparet, veterem reuocauit mendam, inepta hac addita nota: κἄθ' ὑπερηκόντισαν. *Sic omnes edd. priscae: nupera* καθυπερηκόντισαν *h). Brunck.* Debebat Kusterus ἀλαζονευομένους seruasse, quod in Leidensi est. *Reisk.* Id etiam reponi iussit Bisetus, restituit olim, expressit etiam Wilandus, idque nunc etiam melius videtur. Hic enim locus non erat comicae

f) Nimirum subintelligendum est ὄνομα: melius est, hoc nomen vrbi esse, quam campi Phlegraei.

g) *Wiland.* vertit: *vonobenmiederschleuderten.*

h) Praeterea in *Bergl.* nota est: Scholia: δέον εἰπεῖν, κατεπολέμησάν, φησί, τοῖς ἀλαζονεύμασιν ὑπερέβαλον αὐτούς.

conuersioni, qua ipsi dii iactantia superasse gigantes dicerentur.

826. λιταρὸν τὸ χρῆμα τ. πόλ. h. e. ἡ πόλις, *pulchra, egregia, vrbs.* Ita λιπαρὸς saepe de vrbibus, vt Nub. 298. Ach. 639. Athenas Pindarus dixerat λιπαράς, a popularibus propterea mulctatus. v. Aeschin. epist. 4. πολιοῦχος est vrbis praeses, dea tutelaris, Mineruae epitheton etiam Nub. 602. *i).* Mox eodem sensu πολιάς. v. Albert. ad Hesych. T. II. p. 993.

827. τῷ ξανοῦμεν τὸν πέπλον. Scholiastes: τῇ Ἀθηνᾷ Πολιάδι οὕτη πέπλος ἐγίνετο παμποίκιλος, ὃν ἀνέφερον ἐν τῇ πομπῇ τῶν Παναθηναίων. Pro Παναθηναίων in edd. est Ἀθηναίων, minus recte. De isto peplo Euripides Hec. 466. ἡ Παλλάδος ἐν πόλει τᾶς κυλλιστέφρου Ἀθηναίας ἐν κροκέῳ πέπλῳ ζεύξομαι ἅρματι πώλους, ἐν δαιδαλέοισι ποικίλους ἀνθοκρόκοισι πήναις. *Bergl.* De peplo in Panathenaeis deduci solito omnia peruulgata *k).* v. Meursii Panathenaea c. 17. 18. *Brunck.*

829. Simillime Eurip. Suppl. 447.: πῶς οὖν ἔτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἰσχυρὰ πόλις, ὅταν — Clisthenes mollis erat homo (Nub. 354. Ach. 118.) *l);* vnde ei tribuitur κερκὶς (radius textorius, die Weberlade. v. Schneider. Ind. Scriptt. rei rust. p. 370. ss.).

832. τίς δ' αὖ καθέξει. Sic B. C. In membr. τίς δαὶ καθέξει. Vulgo: τίς δ' ἂν καθέξει *m).* Saepissime commutantur ἄν et αὖ. Priori particulae hic locus non est. τίς δ' αὖ refertur ad τίς δαὶ v. 826. Vbi non melius quam hic legeretur τίς δ' ἂν θεός — Prius τίς δαὶ male hic re-

---

i) In Eqq. 577. ὦ πολιοῦχε Παλλάς. *Bergl.*

k) Solebant Athenienses quinto quoque anno Panathenaeis magnis conficere peplum Mineruae, in quo fortium virorum et heroum res depictae erant. v. Pollux VII, 50. Wessel. ad D. S. II. p. 440. ξαίνειν pr. carminare lanam, h. l. est, e lana conficere.

l) Iste in Thesm. 585. introducitur haec dicens: φίλαι γυναῖκες, ξυγγενεῖς τοὐμοῦ τρόπου. *Bergl.*

m) Lego αὖ pro ἄν. *Bergl.* Ita ed. Brub. habet.

petitum fuit in membr. De Pelasgico arcis muro *n)*, quem facete Πελαργικὸν appellat Comicus ad ciconiarum nomen alludens, v. Meurs. in Cecropia c. 5. et Att. Lect. VI, 1. Tametsi Πελαργοὶ etiam quandoque appellantur Pelasgi. Incoluerunt illi praeter alias multas regiones, Tyrrheniam, vnde saepe Tyrrheni vocantur. Hinc est, quod Callimachus de quadam vrbe dixit Τυρσηνῶν τείχισμα Πελαργικόν [Fragm. 283.]. *Brunck.* Add. Dion. Hal. I, 28. Antt. R. Hesych. T. II. p. 903. Photius Lex. p. 298. Chandler. Reise nach Griech. p. 84. f. κατέχειν est *tenere, praeesse*, vt τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν κατέχειν Demosth. p. 289. ed. Reisk.

833. τοῦ Περσικοῦ. Nempe gallus, supra 708. *Bergl.*

835. Ἄρεος νεοττός. Sic bene membr. Vulgo Ἄρεως. Illud Atticum est ab Ἄρης, vt Σωκράτεος a Σωκράτης. Aeolicum et poëticum est Ἄρεως ab Ἄρευς. v. Eustath. ad Hom. p. 518. *Brunck.* Nota est fabula de gallo ex Metamorphosibus Ouidii. *Bergl.* Quia pugnax est (Aesop. fab. 10.) Martis pullus dicitur; Marti enim erat sacer. Mox dici proprie debuerat ὦ νεώτερε δεσπότα, sed νεοττὲ magis comicum est. Vulgo verba ὦ ν. δεσπ. Pisthetaero et sequentia ὡς δ' — πετρῶν Epopi tributa. Recte omnia haec Euelpidi tribuit Brunck. quippe qui suos ita interponere soleat iocos.

836. In Schol. ὥσθ' *vt* — ita cum antecedd. haec cohaerent: gallum decet in arce habitare, eamque tueri, quia Marti sacer est. At vulgata etiam bene se habent: quantopere eum decet in arce habitare. ἐπιτήδειος scil. ἐστὶ quod etiam Pac. 1227. sequente Inf. legitur, *aptus, idoneus*, est.

837. Vulgo ἄγε νῦν legitur.

839. ἀποδύς. Ita recte omnes edd. pristinae, quas vidi. Nupera διαδύς. *Bergl.* Nescio, vnde in Kust. edi-

n) v. Intpp. ad Polluc. VIII, 101. et Meurs. Cecrop. c. 5. in fin. *Kust.* Πελαργικὸν pro Πελασγικόν: nam vsitatius ita dicitur murus Athenis a Pelasgis exstructus; alludit autem ad πελαργός, *ciconia*. *Bergl.* Ridiculum vero est, quod in Nephelococcygia omnia ita vt Athenis comparata esse volunt. *Wieland.*

tionem venerit *διαδύς*, quod nec metrum admittit, nec ſententia. Fieri non poteſt, quin operarum ſit error. *Brunck.* Nam *ἀποδὺς* eſt nudus, qui veſtes depoſuit (*ἱματίου* additur Ael. V. H. XII, 22.), *διαδὺς* qui effugit, vt Veſp. 212. *χάλικες* lapides minores dicuntur, v. Heſych. h. v. et Intpp. eius. *ἐργάσαι πηλὸν* eſt, madefacere, macerare lutum, v. Phrynich. Appar. Sophiſt. ap. Ruhnk. ad Tim. p. 180. *ἐργάσαι ἐπὶ πηλοῦ* proprie dici debuiſſe notat Herodian. p. 468. Piers. add. Valck. ad Herod. p. 310. *λεκάνη* eſt patella caemento plena. *κατάπεσ'* comice dicitur pro *κατάβαινε*, vt *ἀπ' ὄνου καταπεσὼν* Nub. 1276. *ἐγκρύπτειν* (abscondere) eum iubet ignem, ne forte exſtinguatur, quum in excubiis eo fuerit opus.

842. *κωδωνοφορῶν περίτρ.* Nempe ad explorandos excubitores. Infra 1160. *κωδωνοφορεῖται, πανταχῇ φυλακὴ καθεστήκασι. Bergl.* Tintinnabulis enim excubitores explorabant. v. Thuc. IV. cap. vlt. ibique Duck. et Fabric. ad Dion. Cass. I. 733.

843. *κήρυκε.* Sic manifeſtum eſt ſcribi oportuiſſe *o*). Perperam libri omnes *κήρυκα. Brunck.*

846. *οἴμωξε παρ' ἔμ'.* Dixerat alter *κἀκεῖθεν αὖθις παρ' ἐμέ p)*, id eſt, *πρὸς ἐμέ.* Vltima verba repetit facetus Euelpides, ſed alio ſenſu. Iſti *παρ' ἐμὲ* valet *mea cauſa*, vt eſt apud Plautum ſaepe: Epid. V, 2, 14. Dum ſine me quaeras, quaeras *mea cauſa* vel medio in mari. Et Menaechm. V, 1, 27.

Mea quidem hercle *cauſa* vidua viuito,
Vel vsque dum regnum obtinebit Iupiter.

Inſulſa iſta vulgo Epopi tribuuntur. In membr. quarum fidem ſequutus ſum in distinguendis totius huius colloquii perſonis, Euelpidi bene haec adſcripta ſunt. *Brunck.* Conſueta ſalutandi et valedicendi formula erat *χαῖρε.* Pro ea *οἴμωξε* comice ponitur. Verba *κἆθ' ὦ 'γαθ' — πεπράξ.* fortaſſis ex Tragico quodam expreſſa ſunt. *πεπράξεται* pro *πραχθήσεται.* v. Moeris p. 294.

---

o) Ita emendauit Markland. ad Eurip. Iph. 112. *τὸν μὲν* (*ἕνα μὲν*) — *ἕτερον δὲ* — vt Ariſt. Plut. 163.

p) Ad haec verba reſpici notauit etiam *Bergl.*

849. πέμπειν πομπὴν eſt ducere, inſtituere pompam ſacram, vt Ach. 247. Eccl. 751. Spanh. ad Call. T. II. p. 554.

850. Abreſch. Anim. ad Aeſch. T. I. p. 503. ſs. docet αἴρειν κανοῦν eſſe adferre caniſtrum, ſed αἴρεσθαι κ. illud portandum in pompa ſuscipere (add. Dawes. M. Crit. p. 235.), et παῖ παῖ etc. dici pro: ὦ παῖδες (ſerui) ὑμῶν ὁ μὲν αἰρέσθω τὸ κανοῦν, ὁ δὲ ἕτερος τὴν χέρνιβα. τὴν χέρνιβα ap. Hom. eſſe aquam, χέρνιβον autem vas, quo aqua ad abluendas manus continetur, docuerunt intpp. Poll. p. 1292. H. l. tamen χέρνιψ pro χερνίβῳ poni videtur. Polubro ſ. trulla aeque ac caniſtro in pompis et ſacrificiis erat opus, v. Pac. 954. Poll. X, 65. χέρνιβες et κανοῦν iunguntur etiam a Demoſth. ap. Harpocr. p. 346. vbi et noſter locus laudatur.

851 — 57. Haec ſtrophica ſunt, reſpondentia verſibus 895 — 902., quod cuiuis facile apparebit, modo εἴγενα pro ἔνενα ponat et bis ἴτω, articulumque in τῷ θεῷ expungat, omnia haec metrorum cauſa. Male autem harum ſtropharum verſus praeter duos primos et vltimum exhibentur in vulgatis, quos ita digerendum:

προςόδια μεγάλα σεμνὰ προμέναι *dochm.*
θεοῖσιν, ἅμα δὲ προςέτι, χάριτος εἵνεκα, *iamb.*
ſenar.
πρόβατόν τι θύειν. *iamb. penthemim.*
ἴτω ἴτω δὲ Πυθιὰς βοὰ θεῷ. *iamb. ſen.*

(899.) Χέρνιβι θεοσεβὲς ὅσιον ἐπιβοᾷν,
καλεῖν δὲ μάκαρας ἕνα τινὰ μόνον, εἴπερ
ἱκανὸν ἕξει ὄψον;

(quaerit ſacerdos, an id fieri Piſthetaerus iubeat, hoc ipſo nolente)

τὰ γὰρ παρόντα etc.

Vltimo verſu ſtrophae τὸ ψόλον peſſime omiſit Brunckius. Antiſtrophae primo verſu ἆρα ſcribendum metri cauſa. *Hotib.*

ὁμορροθεῖν proprie eſt, vna remigare (v. Orph. Arg. 254.). Nam ῥόθος dicitur ſtrepitus, quem pulſantes aëria remi efficiunt, v. Heſych., propiee i. q. συμφωνεῖν (Phot. Lex. p. 243. Soph. Antig. 536.). συμπαραινέσας ἔχω pro συμπαραινῶ, vt διακναίσας ἔχει Eccl. 952.

853. προςόδια. In Nubb. 306. καὶ πρόσοδοι μακάρων

ἱερώταται, vbi v. Not. *Bergl.* Sunt *supplicationes.* cf. Spanh. ad Call. in Ion. 1.

857. ἴτω ter *q)* in tribus est codd., in impressis bis tantum. *Brunck.* Πυθιὰς βοά. Ex Scholiis: τὸ Πύθιον μέλος, οὕτω δὲ ἔλεγον τὸν Παιᾶνα. *Bergl.* Videtur potius de tibiae cantu simpliciter accipiendum cum Schol. cod. Vat. v. Pollux IV, 79, 81. *r)*.

858. Χαῖρις. Scholia: ὡς αὐτομάτως ἐπιόντος αὐτοῦ ταῖς εὐωχίαις (quasi vltro accedere sit solitus ad conuiuia). Non enim apparere videtur arcessitus, vt sacerdos. Etiam Pac. 951. ὡς ἦν Χαῖρις ἡμᾶς ἴδῃ, πρόσεισιν αὐλήσων ἄκλητος. Erat autem malus tibicen et citharoedus. *Bergl.* Cod. C. vocem ᾠδὰν omittit, quae ex inepta glossa textui addita fuit: eam non agnoscit metricus Scholiastes, cuius hic non nulla est auctoritas, quia, siue adsit siue absit vox illa, aeque bonum est metrum. *Brunck.* Retinuit voc. ᾠδὰν cum cod. Rau. Inu. sed glossema sapit. Ceterum multa huc e Soph. Peleo translata esse, Schol. notat. Chaeris autem nominatur hic pro tibicine. Nunc pompa sacra instituitur, tibicen coruina persona instructus canere tibia incipit. Eum Pisthetaerus desinere mox iubet.

859. Φυσᾷν scil. αὐλόν, *inflare tibiam,* vt Ach. 863. Pac. 954. Quae sequuntur, Pisthetaerus dicit, postquam accuratius tibicinem adspexerat.

860. κόρακα ἔμπεφ. Scholia: ἴσως ὡς μέλανα σκώπτει. ἔοικε δὲ ὁ αὐλητὴς διεσκευάσθαι εἰς κόρακα. Φόρβιον δέ ἐστι τὸ περικείμενον τῷ στόματι τοῦ αὐλητοῦ δέρμα, ἵνα μὴ σχισθῇ τὸ χεῖλος αὐτοῦ (corium, quod applicatur ori tibicinis, ne eius labia rumpantur). Dicitur etiam Φορβειά *s)*. In Vesp. 579. αὐλητὴς — ἐν Φορβειᾷ τοῖσιν δικαστᾶς ἔξοδον ηὔλησ' ἀπιοῦσιν. *Bergl.* Qui prodibat in scenam tibicen, coruino vultu ornatus erat et capistratus ti-

---

q) Ter etiam posuit Inu., vt videtur cum Rau.

r) Vulgo erant duo versus:

ἴτω, ἴτω δὲ Πυθιὰς
βοὰ τῷ θεῷ·

s) Photius Lex. p. 476. explicat περιστόμιον, καπίστριον. add. Zonar. II. p. 1819. Hesych. h. v. cum intpp.

bicinum more. *Φορβειὰ* quid ſit, optime omnium docet Salmaſius in Plinianis p. 585. cui omnia ſua debent Longini interpretes ad cap. 3. *περὶ ὕψους* t). Graecum nomen eſt *Φορβειά*, vnde verbum *ἐμφορβειόω*, *ἐμπεφορβειωμένος*. Praua eſt librorum noſtrorum ſcriptura [*ἐμπεφορβιωμένος*]. Legitimam formam, hic omnino reponendam, confirmat Euſtathius ad Hom. p. 539. *Φορβειά, ἤγουν τὸ καὶ περισόμιον καὶ ϛόμιον* v), *ῥωμαϊκῶς δὲ εἰπεῖν, καπίϛριον· ὅθεν καὶ ὁ παρὰ τῷ Κωμικῷ ἐμπεφορβειωμένος. Brunck.*

861. In aliis edd. ſcribitur *θῦε*.

862. (864. K.) *ποῦ ἐϛὶν ὁ τὸ κανοῦν ἔχων·* In Pac. 950. vbi etiam ſacrificium eſt: *τὸ κανοῦν πάρεϛιν — Bergl.* Iam prodit, qui caniſtrum geſtat, ſacerdos ſumta inde dona altari imponit, atque ſacra auſpicatur ea quae ſequitur oratione ad populum. *Wiland.*

864. Scholia: *ἐμιμήσατο τὰ τῶν ἀνθρώπων ἤθη· καὶ γὰρ ἔθος ἀπὸ τῆς Ἑϛίας ἀπάρχεϛθαι ἐν ταῖς θυϛίαις* (ſolebant enim primitias Veſtae ſiue Lari immolare; hinc proverbium *ἀφ' Ἑϛίας ἄρχεϛθαι*, quod occurrit in Veſp. 842.). *ἔμιξε δὲ τὰ ἐπίθετα τῶν θεῶν τοῖς ὀρνέοις. Bergl. ἑϛιοῦχος* dicitur ſimpliciter loci praeſes, vt Ceres Eurip. Suppl. 1. *ἑϛιοῦχος Ἐλευϛῖνος* appellatur. Fere eſt Iouis epitheton.

866. In inuocandis diis reſpectum habebant ſexus et locorum, vbi colebantur. In Thesm. 338. *εὔχεϛθε τοῖς Ὀλυμπίοις καὶ ταῖς Ὀλυμπίαϛι π. τ. λ. Bergl.* Legebatur olim *Ὀλυμπίῃϛιν*. Verſum deſcripſeram in duos, metrico Scholiaſtae obſequutus.

868. *x)* *Σουνιέρκης*. Compoſitum ex *Σούνιον*, quod eſt promontorium Atticae, et *ἱέραξ accipiter*. Alludit au-

---

t) v. Langbaen. ad Longin. c. 3. n. 7. *Kuſt.* add. Toup. et Weisk. ad eum locum p. 236. Multo autem vberius de his coriaceis loris, quibus os conſtringebatur, ne nimium ſpiritus emitteretur, egit Böttiger. in Comm. de inuentione tibiae, not. n. 14. in Wilandii Attico Muſeo T. I. P. II. p. 356. ſs.

v) Noſtris: Maulbinde und Mundſtück. Pollux IV. 70. *ἐμπεφ.* interpretatur: *τῇ φορβειᾷ κατειλημμένος.*

x) Vulgo hic verſus Sacerdoti continuabatur. Putaui olim Piſthetaero adſcribi poſſe. Rectius choro tribuit Brunkius.

tem ad Σουνιάρατε, quod eſt epitheton Neptuni. In Eqq. 556. ὦ δελφίνων μεδέων Σουνιάρατε, quem locum citauit Scholiaſtes. Πελαργικά. πελαργὸς ciconia, πέλαγος mare. Ex his permiſtis facit auibus Neptunum deum maris. *Bergl.* Proprie debuerat dici: Σουνιάρατε ἄναξ πελάγους· immutauit vocabula, quia de auibus loquitur. Ἄναξ dicitur Neptunus etiam Vesp. 143. et ποντομέδων ib. 1521.

869. y) Epitheta Apollinis tribuit cygno, qui eſt Apollini ſacer. *Bergl.*

870. Λητοῖ ὀρτυγομ. Latona in Ortygia, quae ἀπὸ τῶν ὀρτύγων, a coturnicibus, dicta eſt, peperit Apollinem et Dianam. *Bergl.* Heſych. ὀρτυγομήτρα· ὄρτυξ ὑπερμεγέθης. *Brunck.* Eſt germ. *Wachtelkönig*, vt exiſtimatur; putant nonnulli eſſe *rallum* terreſtrem; dubitat Camus ad Ariſt. II. p. 151. ſ. quamquam eos impugnat, qui hanc auem eſſe eiusdem ſpeciei cum coturnice et ab ea non niſi magnitudine differre, cenſuerint. Add. Ariſtot. H. A. VIII, 12. Plin. X, 23. Büffon. H. N. Auium T. IV. p. 116. vers. germ. Alluditur ſimul ad Ortygiam inſulam, h. e. Delum, in qua gemellum partum enixa eſſe Latona dicebatur. v. Spanh. ad Call. p. 115. ſ.

871. ἀκαλανθὶς i. q. ἀκανθίς, carduelis, *Diſtelfink.* Noua haec deorum nomina dearumue ad riſum ſpectatorum excitandum comparata erant.

872. De Diana Κολαινίδι et nominis cauſa multa ad h. l. Schol. quaedam et Suidas habet.

873. Φρυγίλῳ Σαβαζίῳ. Quaſi dicat: *fringillae barbarae;* alludit enim ad vocem Phryx, vt 763. εἰ δὲ τυγχάνει τις ὢν Φρύξ, Φρυγίλος ὄρνις ἐνθάδ' ἔσται. Sabazius autem barbarorum deus. v. ad Veſp. 9. *Bergl.* Dionyſus apud Phrygas ita dictus. v. Heſych. h. v. cum intpp.

874. στρουθῷ. Intelligit ſtruthiocamelum [Strauss], quae eſt auis maxima: ſi de hac loquerentur ad distinctionem *paſſeris*, qui etiam [ὁ] στρουθός, addebant μεγάλῃ, vt ex

---

y) Loqui nunc ſacerdos pergit.

z) Add. Phot. Lex. p. 256.

Schol. apparet; quod etiam eſt epitheton deûm matris Cybeles ſiue Rheae. *Bergl.* Add. Aelian. N. A. XIV, 7. Buffon. H. N. Au. T. II. p. 129. ſs. Camus ad Ariſtot. II. p. 611. et Schneider. ad Xen. Anab. I, 5, 2.

μεγάλῃ refertur ad *μητρὶ*, non ad *τρυθῷ*. Ad h. l. reſpexiſſe videtur Euſtath. ad Od. p. 1411, 12. ſed memoriae lapſu a ſenſu aberrauit. *Brunck.*

876. Scholia: *τὸ δέ, Μῆτερ Κλεοπρίτου, παρ' ὑπόνοιαν* (praeter exſpectationem) *ἐπήγαγεν, βουλόμενος αὐτὸν διαβάλλειν ὡς τρυθόποδα, τουτέστι μεγαλόπουν. Bergl.* Add. *Wiland.*

877. *διδόναι — ὑγίειαν καὶ σωτηρίαν.* Haec fuit formula precum. Menander ap. Athen. XIV. p. 659. in loco ſimili: *διδόναι σωτηρίαν, ὑγίειαν, ἀγαθὰ πολλά, τῶν ὄντων τε νῦν ἀγαθῶν ὄνησιν πᾶσι· ταῦτ' εὐχόμεθα. Bergl.*

879. *αὐτοῖσι καὶ Χίοισι* [olim vulg. *Χίοισιν*]. Theopompus Hiſtoricus ap. Schol.: *τὰς εὐχὰς καὶ περὶ ἐκείνων* (pro Chiis) *καὶ περὶ σφῶν αὐτῶν ἐποιοῦντο, καὶ σπένδοντες ἐπὶ ταῖς θυσίαις ταῖς δημοτελέσιν ηὔχοντο τοῖς θεοῖς, Χίοις διδόναι τἀγαθὰ καὶ σῴζειν αὐτούς. Bergl.*

880. In *προσκειμένοις* ambiguitas quaedam ſtudioſe quaeſita ineſſe videtur. Nam *προσκεῖσθαι* eſt et, *addi*, *adiici*, et *a partibus alicuius ſtare*. Sed Chii primis belli Pelop. annis cum Athenienſibus faciebant (v. Thuc. IV, 51.) omninoque his multum profuerant in variis bellis (v. Diod. XII, 27.).

881. Haec quoque ex conſuetis Athenn. precandi formulis ſunt petita, niſi quod pro loci conſilio aues interponuntur. *πορφυρίων* v. 707. adſuit. *πελεκᾶντι* Attica forma eſt, auctore Schol. pro *πελεκᾶνι*. Proprie eſt picus, Baumſpecht, a *πελεκάω* ductum, ſed deinde etiam de aquatica aui, pelicano, dicitur. *πελεκῖνος* autem alias herbae nomen (v. Niclas. ad Geopon. I. p. 199.), h. l. auis aquatica eſt (Kropfgans). add. Oppian. Ixeut. 2, 6. (v. Camus ad Ariſt. II. p. 616. et Schneider. in Lex. II. p. 237.).

884. *τέτραπι.* Videri poteſt Athenaeus IX. p. 398. vbi hic locus citatur. Eſt autem *τῶν σπερμολόγων* tetrax; v. ſupra ad 233. *Bergl.* Eſſe putatur tetrao minor, Birkhuhn mit geſpaltenem Schwanze, ſiue *Perlhuhn*, cf. Buf.

fon. III. p. 134. Camus II. p. 792. nomina *τέτριξ* et *τέτραξ* confudit. v. Schneider. Ind. ad Ecl. phys. p. 355. et Lex. Gr. II. p. 513. Quaenam auis antea *φλεξὶς* dicta fuerit, incertum eſt. *Schleyereule* Wiland. vertit.

885. *ἐλεᾷ*. Mallem *Τελέᾳ*, et ita Schol. qui hunc locum citat ſupra ad 168. *ὅτι Τελέας ὄρνεον· ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἐξῆς ὄρνεόν τι καταλέγει· Τελέᾳ καὶ τετράδι καὶ ταῶνι καὶ βασιλίσκῳ*, quae ibi hodie minus recte leguntur. Nollem tamen pro aue accipere vocem *Τελέᾳ*. Fuit enim helluo quidam Teleas, quem nunc inter aues numerat, quia crebro inter aues conſpiceretur, nempe in foro, quoties iret opſonatum *a)*; hinc etiam in Pac. 1003. quum de auibus et anguillis venum ferendis dixiſſet, ſubiungit: *καὶ περὶ ταύτας ἡμᾶς ἀδρόους ὀψωνοῦντας τυρβάζεσθαι Μορύχῳ, Τελέᾳ, Γλαυκέτῃ, καὶ ἄλλοις τένθαις πολλοῖς*. Simili fere ratione Glaucetem iſtum, quem hic cum Telea coniungebat, vocat cetum in Thesm. 1062. *κήτει βορᾷ Γλαυκέτῃ πρόκειμαι*. *Bergl.* Quaenam aues dicantur *ἐλεᾶς*, *βάσκας*, et *ἐλασᾶς* incertum eſt. Ἐλέᾳ ſ. ſecundum codd. duos *ἔλαια*, apud Ariſtot. memoratur. v. Camus II. p. 293. Ab Alexandro Myndio *Φασκὰς* anatum genus memoratur, ſed ab eo *βασκὰς* discernitur (v. Schneid. Lex. V. *Φασκάς*); Ariſtoteli memoratur *βόσκας* (vbi nonnulli *βάσκας* legi voluerunt), quae eſſe videtur noſtris Kriechente ſ. Krickente, Francog. ſarcelle. v. Camus l. l. p. 744. Ἐρωδιὸς eſt *ardea* (non fulica, vt Hemſterh. v. 1142. vertit), héron, Reiher. v. Camus p. 415. ardea cinerea, Oedmann. (Verm. Samml. aus der Naturk. V. p. 63.).

887. *καταράκτης*, quod nomen ap. Ariſtot. ſcribitur *καταῤῥάκτης*, ex genere aquaticarum auium eſt, a nonnullis redditur mergula, ab aliis Skua Hoieri eſſe dicitur (ap. Briſſonium goiland varié ſ. griſard, v. Camus II. p. 172. ſ. *b)*), ſecundum Oedmannum (Vermiſchte Samml. aus der Naturkunde zur Erklärung der heil. Schr. III. Heft p. 68. ſ.) Pelecanus baſſanus Linn. — *μελαγκόρυφος*

a) Haec inepta eſt ratio nec loci ſeries finit niſi de aue cogitare.

b) Ap. Francog. interpr. le goëland brun.

eſt ficedula, der Mönch (hec figue ſ. Tête-noire, v. Camus II. p. 117. et 795. ſ.) — *αἰγίθαλλος* ſ. *αἰγίθαλος c)* autem parus (v. Ael. N. A. 1, 58. Geopon. 15, 2.) die Meiſe, méſange (Camus II. p. 507.).

889. *παῦ ἐς πόρακας* etiam Acharn. 864. legitur. Et *παῦε* (ceſſare fac, faceſſe te hinc in malam rem) differt a ſequ. *παῦσαι* (deſine) *καλῶν* (inuitare ad ſacra), vt Plato comicus ap. Poll. 3, 124. *παῦσαι δυςωνῶν. ἱερεῖον* eſt i. q. *θῦμα*. v. Ammon. h. v. et Moeris p. 204.

891. *ἁλιαίετος* eſt aquila marina, Fiſchadler (Ariſtot. H. A. 9, 34. et Camus II. p. 69.), *γὺψ* autem vultur (der groſſe Geier, vautour, Buffon. Hiſt. N. Au. T. I. p. 209. ſs. Camus II. p. 820.).

892. *τοῦτο γ' οἴχοιθ'*. Sic tres codd. [etiam Rau.] et veteres editt. Mendoſe in Frobeniana et inde in aliis *τοῦτο οἴχοιθ'*. Berglerus omiſſam particulam repoſuit *d)*. *Brunck.*

893. *καὶ σὺ καὶ τὰ ϛέμμ.* tu cum tuis infulis, vittis, quibus ſacrificans ornatus erat.

894. *τουτογὶ θύσω*. Id eſt, *τοῦτο τὸ ἱερεῖον*. Sic primariae edd. duae. In tertia, quam curauit Ant. Fracinus, excuſum *τουτοσί*, quod nihili eſt, et tamen per ſubſequentes propagatum fuit vsque ad Geleniuni, qui praeclare ſibi emendare viſus eſt, reponens *τουτοισί e)*. Hoc exinde in omnibus edd. repraeſentatum fuit, nemine reclamante, ne Kuſtero quidem, qui ad fidem Aldinae edit. textum ſe recenſuiſſe profitebatur. In membr. et in C. perſpicue ſcriptum *τουτογί*. In B. mendoſe *τουτονί*, frequenti errore ob ſimilitudinem literarum *ν γ*. *Brunck.*

899. Aut *μακάρων*, ſi metrum patitur, aut *μάκαρα* in ſingulari legendum. *Reiſk.* Neutrum ferri poteſt. At

---

c) In cod. Ariſtoph. Paris. 2712., auctore interpr. francog. in Th. Gr. p. 294. non *αἰγιθάλλῳ* ſed *αἰγι* (ſic) legitur.

d) *τοῦτό γ'*. Ita edd. priſtinae cum *γε*. *Bergl.*

e) Id autem metro aduerſatur. *αὐτὸς μόνος* ſaepe apud vett. iunguntur.

modo post μάκαρας commate distinguatur, recte se habet Pluralis, cui in appositione subditur ἕνα — *deos et quidem vnum tantum*, si, quod sufficiat, adsit opsonium. ὄψον dicitur, quidquid ad panem editur, προσφάγημα. Moer. et Tho. M. h. v.

901. Citat Suidas V. Θύματα. *Kust.*

902. γένειόν ἐσι. Perperam vulgo copula inseritur: γένειόν τ' ἐσί. Versus est iambicus. *Brunck.* Formula prouerbialis Graeca dicitur, vt nostris *Knorpel und Haarwachs*, aut, *Haut und Knochen. Wiland.*

903. τοῖς πτερίνοις θεοῖς. Sic tres codd. [et Rau.] recte. Perperam in impressis πτερίνοισι. *Brunck.* Rursus, praesente adhuc sacerdote, sacrificandi actio solemnis incipit.

904. Interuenit poëta, carmina quaedam iustis oblaturus in laudem nouae vrbis, vt aliquid munusculi auferat. Est autem dithyrambicus et vtitur Dorica dialecto. *Bergl.* Iam tum fuerunt lucri cupidi et famelici poëtae, qui quauis data occasione versus pangerent. κλῄζειν est celebrare, canere, vt Thesm. 123. ἐν per.

907. ποδαπόν; Sic tres codd. [etiam Rau.], bene. Ad πρᾶγμα pertinet. Vulgo ποδαπός *f)*. In primariis edd. τουτὶ τὸ πρᾶγμα, omisso τί. *Brunck.* τί, glossema id τοῦ ποδαπόν, etiam Iuntinis abest. Lege: τουτὶ τὸ πρᾶγμα ποδαπόν; εἰπέ μοι, τίς εἶ. Sic fere et Xenoph. Mem. 3, 10, 11. verbo εὐρυθμον adscriptum ἁρμόττων scriptorem ipsum inuasit, non sine sententiae perversione. *Hotib.*

908. Bacchylides apud Stobaeum [Tit. LV. p. 208. Grot.]: τίκτει δέ τε θνατοῖσιν εἰρήνη μεγαλα πλοῦτον καὶ μελιγλώσσων ἀοιδῶν (suauidicorum carminum) ἄνθεα. Aesch. Prometh. 172. καί τοι μ' οὐ μελιγλώσσοις πειθοῦς ἐπαοιδαῖσι θέλξει. *Bergl.* Sunt *mellita*, suauissima, *carmina*. Ducta imago ex Hom. Il. 1, 249. ὑτρηροὶ in Homm. carminibus saepe dicuntur *ferui gnaui* et *studiosi*, vt Il.

---

f) Ita ποδαπὸς cum τις erat iungendum, atque τις redundabat, vt φιλότεκνός τις Plut. 165.

I, 321. (ad q. l. vid. Heyn.) Od. 4, 23. etc. Sed ὀτρηρὸς Μουσάων θεράπων in Homeri Margite lectum dicebatur, carmine, quod ad comoedias proxime accessit. V. Eustrat. ap. Ruhnk. ad Vell. Paterc. p. 20.

911. Ex hoc loco patet, seruos olim apud Graecos non fuisse comatos. v. Adr. Iunium de coma p. 446. ed. nouiss. *Καὶ*. ἔπειτα δῆτα. Eurip. Alc. 818. τί φῄς; ἔπειτα δῆτά μ' ἐξενίζετε (et tamen me hospitio excepistis?). Idem Hec. 623. εἶτα δῆτ' ὀγκούμεθα; *Bergl.*

912. διδάσκαλοι dicebantur tum ii, qui chorum docebant et fabulis agendis suppeditabant sumtus, tum ipsi poëtae comici, tragici, etiam dithyrambici, vt h. l. v. Pollux IV, 106. Suid. et Harpocr. h. v. Ita διδάσκειν de poëtis, fabulam edere, Ran. 1058. Caeterum haec et sequentia poëtam dixisse, quae antecedebant, ceciniſſe Wiland. putat.

913. Scholia: ἐπειδὴ ὀτρηροὶ ἐπὶ τῶν θεραπόντων λέγεται. ἐπεπίστευτο δὲ καὶ ὁ Μαργίτης τοῦ Ὁμήρου εἶναι, ἐν ᾧ εἴρηται· Μουσάων θεράπων καὶ ἐπηβόλου Ἀπόλλωνος. Ad quem locum Comicus respexit. *Bergl.*

915. Poëtae amiculum ὀτρηρὸν iocose vocat, quia erat τετριμένον. *Brunck.* λῳδάριον [vt olim editum]. Ed. Farrei λῳδάριον. V. supra 716. *Bergl.* οὐκ ἐτὸς Grammatici dupliciter exponunt: οὐκ ἀληθῶς (Schol. Plut. 404.) et οὐ ματαίως, οὐκ ἀλόγως (vt h. l., Phot. Lex. p. 262.) v. Ruhnk. ad Tim. p. 200. et Alb. ad Hesych. II. p. 811.

916. κατὰ τί — Nub. 238. ἦλθες δὲ κατὰ τί *g*); *Bergl.* ἀνεφθάρης. Ita recte edd. priſtinae; non ἂν ἐφθάρης. Sensum verbi bene exprimit versio *h*). Sic Demosthenes contra Mid. [p. 560. T. I. Reisk.]: ἀλλὰ δεινοί τινές εἰσιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φθείρεσθαι πρὸς τοὺς

---

g) Est: ad quod consequendum? quo consilio? vt Pac. 191.

h) Quae te res huc periturum adegit? Ita vertit Hemst., sed Brunck.: quis te huc adegit furor? Bisetus malebat diuisim scribi, quia φθείρεσθαι ita ponitur, vt sit, *ire*, abire (adiuncta indignationis notione, cf. Tho. M. p. 895.). At ἂν hic locum non habet, et ponuntur etiam verba ab ἀνὰ composita simplicium loco.

πλουσίους καὶ παρεῖναι. Sic ἐπιφθαρεὶς apud noſtrum Pac. 72., quae loca citauit Biſetus. Sic etiam προσφθαρεὶς Eccl. 248. *Bergl.* Vid. not. ad Conc. 248. Recte in tribus codd. coniunctim ſcriptum eſt vna voce. In recentiorum edd. plerisque ἂν ἐφθάρης. Veterem ſcripturam reuocauit Berglerus. *Brunck.*

918. κύκλια μέλη dicebantur proprie carmina, quae a choris in orbem ſaltantibus (κυκλίοις χοροῖς Nub. 337. Ran. 369.) canebantur, hinc dithyrambica, in honorem Bacchi cantata, vnde omnino dithyrambi, cf Perizon. ad Ael. V. H. X, 6, 3. In quo carminum genere quum excelluerit Simonides Ceus (v. Bentlei. Opusc. p. 320. I. ed. Lips.), patet cur additum ſit: καὶ κατὰ τὰ Σιμ. facta ad modum, ad exemplum, Simonidis (vt κατὰ τούτους Plat. Apol. S. 1, 7. vbi de hoc vſu praep. κατὰ v. Fiſcher. et Lennep. ad Phalar. p. 94. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 85.).

919. παρθενεῖα. Hoc nomine vocabantur cantica, quae in quibusdam ſacris a virginum choris canebantur. Citantur Pindari *i)* aliorumque παρθενεῖα: ſed ignoratur, quisnam fuerit huius carminum generis character proprius. *Brunck.* In pluribus deorum ſacris chori virginum circulares inſtituebantur. v. Spanh. ad Callim. p. 293. et 342. Ed. Ern. καὶ deleri voluit *Reisk.*, ſed neutro loco abeſſe poteſt ſaluo metro.

920. σὺ πότ'. Omnes quas vidi edd. σύ ποτ', male. *Bergl.*

922. τὴν δεκάτην ταύτης. Locus hic notandus eſt, quoniam ex eo diſcimus, infantibus olim apud Graecos nomina die decimo a natiuitate imponi ſolita fuiſſe: qua de re vide Suid. V. Δεκατεύειν, Harpocr. V. Ἐβδομευομένου et ibi Mauſſacum. Cfr. Comicum noſtrum ſupra v. 494. [ibique not.]. *Kuſt.* οὐκ ἄρτι etc. *nonne nunc primum decimo die huius vrbis ſacrifico?* quaſi de infante nuper nato. Solebant enim decimo die a natali ſacrificare. Eurip. Electr. 1125. ἥκουσας, οἶμαι, τῶν ἐμῶν λοχευμά-

i) v. Fragm. Pindari ex ed. Heyn. T. III. P. I. p. 27. vbi ab Heynio laudantur veterum et ſcriptorum et grammaticorum de iis indicia, atque etiam de ſcriptura, παρθένια, παρθένεια, παρθενεῖα agitur.

των. Τούτων ὑπέρ μου θῦσον, οὐ γὰρ οἶδ' ἐγώ, Δεκάτῃ σελήνῃ παιδός, ὡς νομίζεται. *Bergl.* Decimo post pueri natiuitatem die imponebatur ei nomen, conuenientibus patris propinquis et amicis, qui post sacrificium peractum excipiebantur epulo. Vid. Meursium Gr. Fer. in Ἀμφιδρόμια. *Brunck.* Θύειν aut est simpliciter celebrare sacrificiis aliisque sacris ritibus, vt Aelian. V. H. 1, 15, 15. Θύειν ἀναγώγια, aut supplendum διά, vt in form. Θύειν εὐαγγέλια Eqq. 653. v. Verheyck. ad Anton. Lib. p. 7., aut dictum pro Θύειν ὑπὲρ τῆς δεκάτης, v. Musgr. ad Eur. Hel. 1132. Prius h. l. probabilius. Add. Suid. V. Δεκάτην ἑσιᾶσαι.

923. Decima luna siue decimo die aetatis nomen imponebatur infantibus. Demosth. adu. Boeotum [p. 1000. T. II. Reisk.]: ἀλλὰ καὶ τὴν δεκάτην ἐμοὶ ποιῶν τοὔνομα τοῦτο ἔθετο. *Bergl.* νῦν δή est *nunc primum, nunc modo*, vt Pac. 5. v. Ruhnk. ad Tim. p. 186. Fisch. ad Plat. Polit. 2, 8.

924. ὠπιπά τις Μουσάων φάτις. Soph. Aiac. 1020. ὀξεῖα γάρ σου βάξις, ὡς θεοῦ τινός, διῆλθ' Ἀχαιοὺς πάντας. *Bergl.* Φάτις poeticum verbum est idem valens quod Φήμη, v. Hesych. cum intpp. Subintell. ἦλθε, si ad hanc vnice rem spectat, sed tum Μουσάων redundat; aut ἐσί, si est vniuersa sententia: celerrima est Musarum (poëtarum) fama. Wilandus de inspiratione Musarum accepit, contra et vsum loquendi et sensum loci. ὠμαρυγή a radiis lucis (v. Hesych. h. v. cum intpp.) transfertur ad velocitatem indicandam (Suid. h. v.).

926. ὦ πάτερ — Ita compellat conditorem vrbis huius aëriae, vt Pindarus Hieronem Syracusanum, Aetnae vrbis conditorem. Verba Pindari citat Scholiastes: ξύνες ὅ τι λέγω (percipe, quid dicam), ζαθέων ἱερῶν ἐπώνυμε πάτερ, κτίσορ Αἴτνας. Fuit autem istud principium totius carminis, vt testatur Schol. Pind. ad Pyth. II. [127.] ἰσέον, ὅτι τὸν ἐπινίκιον ἐπὶ μισθῷ συνετάξας ὁ Πίνδαρος, ἐκ περιττοῦ συνέγραψεν αὐτῷ προοίμια ὑπόρχημα, οὗ ἀρχή· σύνες ὅ τι λέγω ζαθεῶν ἱερῶν ἐπώνυμε. Vide et Not. sequ. et in contextu v. 945. *Bergl.* In iis, quae poëtae tribuit Comicus, multa sunt e Lyricis expressa. E Pindari hyporchemate in Hieronem nouae Aetnae conditorem, ista profert Schol.: σύνες etc. *Brunck.* Ad haec et seqq. e

Pindaro expreſſa cf. Schneider. Fragm. Pind. p. 7. ſs. et Heyn. ad Fragm. Pind. T. III. P. I. p. 12. ſs. Poëta iocunus donum petit ab vrbis Nephelococcygiae conditore, appellat autem eum verbis, quibus Pindarus Hieronem. Aetna h. l. eſt opidum Siciliae. v. Ducker. et Wass. ad Thuc. p. 439. Weſſel. ad Diod. S. I. p. 461. Solebat Pindarus laudare conditores aut reges vrbium, vnde victores oriundi erant, vt Hieronem Aetnae conditorem Pyth. I. ſtr. 4. add. Nem. Od. 11.

927. δωώνυμε. In locis modo citatis legebatur ἐπώνυμε, ſed ap. Schol. Pind. Nem. VII. [1.], vbi etiam citatur hic locus Pindari, legitur itidem δωώνυμε. Sunt autem eaedem literae ἱερῶν et Ἱέρων. *Bergl.*

928. Perperam ed. Kuſt. ὅτι — τεᾷ κεφαλᾷ reddidit cum ſeqq. iunctim Hemſterh. ſic: quod tibimet ipſi (τεῖν) tuoque capiti datum optes — Bergl.: quodcumque propitio capitis nutu velis lubens mihi praebere. Brunck.: quodcumque tuo tibi capite adnuens velis — Wilandus omnino verba totius loci non reddidit. Male omnes habuit interpoſitum τεᾷ κεφ. Equidem exiſtimaui aut iungenda eſſe τεᾷ κ. προφρων (tuo capiti, i. e. tibi ipſi, beneuolus), aut legendum ὅ, τι περ Τεᾷ κεφαλῇ (tu) θέλῃ — Nimirum non vidimus rideri dithyrambicas ineptias, et in iis non iuſtam orationem et idoneum ſenſum quaeri debere. *Tuo capite*, eſt, per te. πρόφρων etiam Pindaricum, i. q. εὔνους, vt Pyth. 9. ſtr. 3. v. 11.

930. ἐμὶν τεὶν. Scholia: χλευάζει τῶν διθυραμβοποιῶν τὸν συνεχῆ [συνήθη] τοῖς τοιούτοις ὁρισμόν, καὶ μάλιστα τὸν Πινδάρου συνεχῶς λέγοντα ἐν ταῖς αἰτήσεσι τὸ ἐμίν k). *Bergl.* Sententiae inutilia iſta pronomina addit Comicus ad deriſionem dithyrambicorum, qui Pindarum aemulantes hos dorismos identidem ingerebant. *Brunck.*

931. τουτὶ τὸ κακὸν eſt: hic importunus homo, vt *malum* Latinis Comicis dicitur. v. Donat. ad Ter. Eun. 4. 7, 10. ἀποφευξούμεθα Attica forma, vt Plut. 447.

---

k) v. Koen. ad Greg. Cor. p. 122. ſ. τίν Doribus non minus quam τιν ſuit vſitatum. v. Maittair. de Dial. p. 261. Fiſcher. Anim. ad Well. II. p. 209.

932. *εἰ μὴ κ. λ. nisi nosmet liberauerimus ab isto*; ita infra 955. *πέφευγα ταυταγὶ τὰ κρυερά. Bergl.*

933. Francogallo interpreti ſeruum, Manodorum; Wilando vnam ex auibus; mihi ſacerdotem alloqui Pisth. videbatur, quod nunc improbo. *σπολὰς* ſuperior tunica erat e pelle confecta, v. Heſych. h. v. Pollux I, 135. 7, 70. Photius Lex. p. 392. *σαῶοι* antiquitus etiam poëtae dicti ſunt, vt Theocr. 17, 6. *ἀπόδυθι* auctore Moer. p. 26. attica forma eſt pro *ἀπόδυσαι*.

935. *ῥιγῶν* Infinitiuus eſt, vt Veſp. 446. *ὥστε μὴ ῥιγῶν γ' ἑκάστοτ'*. Ad quem locum Schol. *ἀντὶ τοῦ ῥιγοῦν. Δώριον δὲ τοῦτο κατακρατῆσαν παρὰ Ἀττικοῖς l)*. In Nub. tamen 443. forma communis occurrit *ῥιγοῦν*, vt et Acharn. 1146. Supra 712. Nub. 416. et Ach. 857. *ῥιγῶν* participium eſt.

936. *Μοῦσα δῶρον δέχεται m)*. Sic perbene membr. Inepte vulgo, *τόδε* e ſup. v. repetito, *Μοῦσα τόδε δῶρον δέχεται. Brunck.* *Μοῦσα τόδε δῶρον* etiam in Rau. eſſe notat Inu.

938. *τεῖ* (h. e. *σοὶ*) *Φρενὶ* redundat, vt *Φρεσὶ* ſaepe ap. Hom. et Pind. v. Dammii Lex. p. 2559. f.

940. *ἄνθρωπος* h. l. cum indignatione et in malam partem dicitur. v. Valck. ad Eran. Phil. p. 156.

941. *Νομάδεσσι n)*. Sic bene ſcriptum in B. ex idiomate doricae dialecti, de quo vid. Koenius ad Corinth. p. 154. Perperam in membr. *Νομάδεσι γὰρ ἐπὶ Σκύθαις*. Sumtum hoc etiam ex eodem Pindari hyporchemate, cuius verba Schol. profert: *Νομάδεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις ἅλᾶται Στράτων, ὃς ἀμάξηφόρητον οἶκον οὐ πέπαται. ἀκλεὲς δ' ἔβα* — Sic probabiliter ſcripſerat Pindarus, non *ἀκλεῆς o)*,

---

l) Add. Morris p. 339. ibique Pierſon. Sed Lamb. Bos Obss. Critt. p. 48. praeeunte Tho. M. p. 782. discrimen facit inter *ῥιγέω* et *ῥιγόω*, vt illud ad animum, eiusque horrorem, timorem, hoc ad corpus referatur et frigus.

m) Sic in nota ſcripſit Brunck., ſed in textis eſt *δέξεται*, quod inde etiam habet Inu. Et vulgo quidem *Μοῦσα τόδε δῶρον δέχεται*. Neque vero dicere poeta poterat, ſe accepturum, ſed iam accipere.

n) Vulgatum olim erat *Νομάδεσι*.

o) Mutaſſe enim Ariſtophanes videtur, vt alia Pindari verba, quo ſuae accommodaret rei.

ſi verum eſt, quod narrat Schol., illum, acceptis ab Hierone mulis, currum etiam petiiſſe. Sequebatur forte ζεῦγος ἡμιόνων ἅτερ ἅρματος. *Brunck.* Scholiaſtes: καὶ ταῦτα παρὰ τὸ ἐκ Πινδάρου. ἔχει δὲ οὕτως· Νομάδεσι γὰρ — πέπασται· ἀπλεὴς δ' ἔβα· (Hactenus Pindarus.) λαβὼν δὲ ἡμιόνους παρ' Ἱέρωνος, ἥτει αὐτὸν καὶ ἅρμάτιον. Non deſcripſi haec omnia, vt hodie impreſſa leguntur, ſed vt emendanda puto. Leguntur autem iſta ſic: ἀπλεὴς ἔβα τῶνδε λαβὼν ἡμιόνους παρ' Ἱέρωνος καὶ ἥτει αὐτὸν καὶ Ἁρμάδιον. Dicit autem Pindarus, Stratonem quidem errare in Scythia, ſed non habere currum, cui domus ſit inaedificata, vt ceteri habent Scythae. Aeſch. Prom. 708. Σκύθας δ' ἀφίξῃ νομάδας, οἳ πλεκτὰς ϛέγας πεδάρσιοι ναίουσ' ἐπ' εὐκύκλοις ὄχοις (qui caſas plexas incolunt ſublimes in vehiculis rotas aptas habentibus), vbi videri poteſt Stanlei. *Bergl.* Nimirum Scythae nomades (Herod. IV, 11. et 19.) tentoria imponebant curribus, et, qui curru carebat, infamis habebatur. v. Schol. Aeſch. Prom. 715. *Scythiae multiuagas domos* appellat Seneca Herc. Fur. 533. v. Weſſel. ad Diod. S. II. p. 424.

943. ὑφαντοδόνητον. Sic recte ſcriptum in B. [etiam Rau.] vt et apud Suidam legitur in Σπολάς. Vulgo ὑφαντοδύνητον. Similis menda correcta fuit in Thesm. 324. *Brunck.* Veſtis textilis intelligitur. Ad ſenſum non refert, vtra forma vocabuli dithyrambici *p)* praeferatur, metro conuenit altera nunc recepta. πέπατται eſt i. q. κέκτηται. v. Valck. ad Ammon. p. 187. f. ad Theocr. Adon. p. 383. Ern. ad Callim. in Cer. 128.

945. σύνες, [non ξύνες vt Inu.] ὅ τοι λέγω. Sic ſcriptum eſt in membr. et in B. Doricum eſt τοι pro σοι. Vulgo ὅ τι λέγω. Parum intereſt, vtro modo legatur. *Brunck.* *Intellige quid dicam.* Principium carminis Pindarici in Hieronem. v. ſupra ad 927. *Bergl.*

946. ξυνίημι pes eſt anapaeſtus. Neſcio an alibi apud Comicum occurrat hoc verbum ſecunda correpta. V. not. ad Lys. 157. In Plut. 45. εἶτ' οὐ ξυνίης τὴν ἐπίνοιαν τοῦ

p) Suidas legit ὑφαντοδύνητον l. v., ſed cui vulgatam praefero. *Kuſt.* Pro ὑφαντόν. Pindarus ſaepe *per audaces noua dithyrambos verba deuoluit* (Hor. Od. IV, 2, 11.).

θεοῦ. Brunck. Ex Indice Brunk. sub v. *ξυνίημι* colligi potest, scribi eum voluisse *ξυνῆκ'*. Nam affert *ξυνῆκα* ex Au. 936. *in not.* *χιτωνίσκος* est *fubucula.* v. Piers. ad Moer. p. 416. *ἀπόδυθι* rursus ad auem aliquam dici censet *Wiland.* Sed potest etiam ad sacerdotem, minus tamen probabiliter, aut ad seruum, qui aderat, referri.

949. Verba *κἀς τὴν πόλιν* Schol. latini et Francog. interpretes iungunt cum verbo *ποιήσω.* Simplicius verba ita accipiuntur (vt et Wil. vertit): quum venero in vrbem, haec pangam carmina. *ποιεῖν* ita absolute ponitur, vt fit carmina pangere, vt Plat. Phaed. 4, 6. Apol. 7, 4. et ad vtrumque locum cf. Fischer. et Wyttenb. ad priorem p. 129. Quae sequuntur, canit poëta, et Apollinem (*χρυσόθρονον*) iubet (citharae cantu) celebrare nouam vrbem.

951. *πρυεράν.* Subaudi *πόλιν.* Dicit autem *frigidam*, quia in aëre est aedificata, vnde niues cadunt. *Bergl.* In componendis his verbis et epithetis iungendis obscurus atque ineptus esse poëta voluit, vt dithyrambicos poëtas, qui male Pindarum aemularentur, rideret. Nam *νιφόβολα* (niue tecta, vt Eurip. Phoen. 214.) *πεδία* non possunt simul esse *πολύσπορα, fertilia*, etsi recte *ὑγρὰ πεδία* et *νιφόβολα ὄρη* iunguntur Plut. Sertor. c. 17. T. III. p. 539. Reisk. Ante *νιφ.* subintelligendum *εἰς. τρομερὰν* Schol. interpretatur *tremulam*, *inflabilem.* Sed potest etiam *prae frigore trepidans* intelligi.

953. *ἀλαλάν.* Infra 1761. *ἀλαλαὶ πνιών. Bergl.* Fortassis igitur hic etiam *ἀλαλαὶ* reponendum, vt Lys. 1293. Erat vox militum hostes adorientium (v. Etym. h. v. et Zonar. I. p. 117. vbi tamen etiam *ἀλαλὰν* legitur), vnde *ἀλαλάζειν* de militibus hunc clamorem tollentibus. v. Xen. Cyr. 3, 2, 4. Pollux 1, 163. ibique Not. H. l. simpliciter est exclamandi vox. Male olim post *ἤλυθον* non erat interpunctum. Posui iam olim colon.

954. *πέφευγας q).* Sic optime tres codd. [etiam Rau.]. Insulsissime vulgo: *πέφευγα,* cuius mendae nihil

---

q) Inu. praeterea e Rau. scripsit *ἀλλ' ἤδη πέφευγας* pro *ἀλλὰ γὰρ*— At *γὰρ* exquisitius ita ponitur *(enimuero)* quam vt videri possit a scriba, neque a poëta profectum.

ſubolüiſſe miror doctiſſimo latinae verſionis auctori *r)*. Ordo eſt: *νὴ τὸν Δί' ἀλλὰ γὰρ λαβὼν τουδὶ τὸν χιτωνίσκον πέφευγας ταυταγὶ τὰ κρυερά, ἃ ἄρτι εἶπες.* Ad eamdem perſonam refertur *λαβών*, ad quam *πέφευγας*. Tunicam autem acceperat poëta, non Piſthetaerus. Nec coelum nec terram tangebat verſio: *vtique profecto effugi iſta frigida carmina accepta hac tunica. Brunck.* *πέφευγας*, Supra 932. *Bergl.*

955. *τὸν χιτῶν.* Poëtae tunicam, quam accepta meliore, hic reliquit. *Bergl.* Male ita intellectum eſt.

956. Vulgo ſic legitur hic verſus: *τουτὶ μὰ Δί' ἐγὼ τὸ κακὸν οὐδέποτ' ἤλπισα s).* Bene ad ſenſum vertit Hemſterhuſius: *hoc ſane malum equidem numquam ſperaſſem.* Sed duplici menda inquinatus eſt librariorum ſtupore. *οὐδέποτε*, quod nobis ſaepe obſeruatum fuit (v. ad Lys. 301. Thesm. 32. Conc. 384.) numquam verbo praeteriti temporis iungitur: oportuiſſet *οὐδεπώποτ'* vel *οὔπω-ποτ'*, quorum neutrum metrum admittit. Deinde particulam *ἄν* requirit ſermonis lex, quae repoſita commodum etiam hoc affert, hiatum vitari. Sinceram itaque poëtae manum reſtitui: *τουτὶ μὰ Δί' ἐγὼ τὸ κακὸν οὔ ποτ' ἤλπισ' ἄν. Brunck.* *ἐλπίζειν*, vt Lat. *ſperare*, Virg. Aen. I, 347. v. Lindenbr. ad Amm. Marc. 14, 7. etiam in malam partem dicitur, *metuere.* v. Triller. ad Tho. M. p. 799. *πεπύσθαι τὴν πόλιν cognouiſſe aliquid de vrbe*, cognouiſſe eam aedificatum iri.

958. Haec ad ſacerdotem dicit, non, vt ex 850. colligi fortaſſis poſſit, ad ſeruum.

959. *εὐφημί' ἴσω.* Sic duo codd. (etiam Rau.). In membr. vt in primariis edd. *εὐφημί' ἄσω·* in recentiori-

---

r) *πέφευγας* iam Reisk. coniecit. Potuit et *πέφευγε* ſcribi. Vt *πέφευγα* ſeruaretur, hi duo verſus in ed. Lugd. B. 1624. tributi erant poëtae, idque olim imitatus ſum; ſed nec poëtae conuenit ita dicere. Immo ille finito cantu ſtatim abiit. Piſthetaerus autem ei, dum abit, haec dicit.

s) Hanc ſcripturam retinuit et cod. Rau. auctoritate tuitus eſt Inn. et part. *ἄν* certe non opus eſt. Neque enim Piſth. dicit: *numquam ſperaſſem*, ſed *non ſperaueram.* *οὔ ποτ'* autem facile in *οὐδέποτ'* abire potuit, quod hic locum non habet.

bus εὐφημία ἴσω, quae ſcriptura potior eſt. In Thesm. 295. poſt edd. omnes dedimus εὐφημεῖ ἔσω. Vltima in εὐφημία longa elidi non debet. Cf. not. ſupra ad v. 638. *Brunck.* Sacra rurſus auſpicaturus facerdos ſilentium imperat *t*). Dum ille, luſtralem aquam diſpergens, aram circumit, affertur haedus inmolandus, ſed oraculorum interpres accurrit per medias aues, et mactari haedum vetat. *Wiland.* Vates interuenit, vt particeps fiat epularum. Eadem de cauſa etiam in Pac. 1054. vates interpellat ſacrificantes. *Bergl.* χρησμολόγοι (Xen. Hell. III, 3, 3. Sturz. Lex. Xen. IV. p. 566.) dicebantur, qui oracula (fere hexametris verſibus aut trimetris iambicis conſcripta, Schol. Nub. 144.) recitabant, quod ipſum χρησμολογεῖν dicebatur (965. 993. in LXX. Ier. 38, 4. eſt *vaticinari*).

μὴ κατάρξῃ. Veteres ſacrificaturi, victimis pilos e fronte euellere vel abſcindere ſolebant, quos poſtea tamquam prima libamina igni in ara accenſo imponebant. Eurip. Electr. 800. ſs.

— — ἐπ ναοῦ δ' ἕλὼν
Αἴγισθος ὀρθὴν σφαγίδα, μοσχίαν τρίχα
τεμὼν ἐφ' ἁγνὸν πῦρ ἔθηκε δεξιᾷ.

(e caniſtro quum depromſiſſet Aegiſthus rectum cultrum, iuuencae pilum abſciſſum ſacro igni impoſuit dextra). Egregie hoc expreſſit Virgilius Aen. VI, 243. ſs. vbi in deſcribendo ſacrificio Aeneae inter alia dicit:

Et ſummas carpens media inter cornua ſetas
Ignibus imponit ſacris libamina prima.

Hoc proprie κατάρξασθαι τοῦ ἱερείου Graeci dicebant *v*). Heſych. κατάρξασθαι τοῦ ἱερείου· τῶν τριχῶν ἀποσπάσαι *x*). Hinc ducta metaphora Orcus ſiue Mors ap. Eurip. Alc. 75. σείχω δ', inquit, ἐπ' αὐτὴν ὡς κατάρξωμαι

---

t) εὐφημεῖτε, εὐφημία ἴσω, *favete linguis*, formulae erant in ſacris vſitatae ad ſilentium imperandum, ne male ominatum verbum audiretur. v. Spanh. ad Call. in Apoll. 17. p. 90.

v) Complectitur hoc verbum omnia, quae initio ſacrificii fiunt, pilos e fronte victimae abſcindere, luſtrare eam, ferire etc. Hinc omnino in ſacris eſt, *auſpicari*. Cf. Valck. ad Herod. p. 328. Add. Feith. Antt. Hom. p. 72.

x) Add. Phot. Lex. p. 106. Herodian. p. 448. ibique Piers. et Valck. ad Eurip. Phoen. 576.

ξίφει. Quod Schol. recte exponit: ἵνα ἀπαρχὴν τῶν τριχῶν λάβω· ὡς ἔθους ὄντος τὸν Θάνατον τοῦ μέλλοντος ἀποθνήσκειν τὴν κόμην τέμνειν (id est: *vt primitias crinium eius*, i. e. Alcestidis morituræ, *accipiam. Solebat enim Mors eius, qui moriturus erat, comam abscindere*). Hinc Virgilius, veterum poëtarum graecorum imitator diligens, Aen. IV, [698. s.] erudite ait:

Nondum illi (Elisae) flauum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygioque caput damnauerat Orco.

Nimirum ritus sacrificantium ingeniosa antiquitas ad inferorum reginam transtulit; vt, veluti hostiis iugulandis crines primum abscindi solebant, sic etiam infera Iuno morituris, tamquam victimis Orci, comam verticis adimere videretur. Sed, vt ad τὸ κατάρχεσθαι redeamus, vox illa non solum de abscissione vel euulsione crinium e fronte hostiae dicebatur, sed etiam de reliquis, quae ipsam iugulationem siue σφαγὴν praecedebant. Hinc Eurip. Iph. Taur. 40. et 56. accipitur pro, *aqua lustrali victimam adspergere*, quod clare patebit, si quis contulerit v. 54. 58. 622. eiusdem fabulae. Proprie igitur τὸ κατάρχεσθαι significat *auspicari sacra;* per metonymiam vero antecedentis pro consequenti, ipsam quoque occisionem siue σφαγὴν hostiae interdum notat: quo sensu etiam hic accipi potest. Imo latius aliquando significatio eius verbi extenditur, et κατ' εὐφημισμὸν apud poëtas quamuis occisionem notat: quo sensu accipitur ap. Eurip. Electr. 1222. vbi Orestes ait: φασγάνῳ κατηρξάμην, significare nimirum volens, se gladio matrem occidisse. *Kust.*

961. (962. K.) φαύλως φέρε. Ms. Vat. U. φλαύρως φέρε, quod forte praestat y). *Kust.* Eurip. Iph. Aul. 850. ἀλλ' ἀμελείᾳ δὸς αὐτὰ καὶ φαύλως φέρε (ferasque leuiter). *Bergl.* Idem est quod alibi (Isocr. Panath. p. 301. ed. Battier. Aelian. V. H. 14, 5. φέρειν βαρέως. τὰ θεῖα h. l. oracula diuina, sed τὸ θεῖον paullo post ipse deus. δαιμόνιε i. q. φίλε, ἀγαθέ, vt Hom. Il. VI, 407.

962. F. λέγω. *Reisk.* Haud dubie, quoniam Pisth. dicit, ἐχρησμολόγεις — λέγων est *valens, spectans.* v.

---

y) Vtraque tamen scriptura Aristophani fuit vsitata. v. Piers. ad Moer. p. 385.

Weſſel. ad D. S. I. p. 442. ἄντιπρυς eſt, Grammaticis auctoribus, *diſerte*, *aperte*. v. Ammon. p. 17. Valck. Bacides tres vates memorantur, vnus Boeotius ex Eleone oriundus, (v. Herod. p. 627. ibique Weſſel.), alter Arcas, tertius Athenienſis (ſaepe ab Ariſt. memoratus, Eqq. 123. Pac. 1071.) isque h. l. intelligendus. v. Aelian. V. H. XII, 35. ibique Perizon.

966. οὐδὲν οἷον. Schol. ἀλλ' οὐδὲν κωλύον ἐσι καὶ νῦν ἀκοῦται τῶν χρησμῶν. οὕτω γὰρ ἔλεγον τὸ λυσιτελοῦν. οὐδὲν οἷον, ἀντὶ τοῦ, οὐδὲν κωλύον. Hic bene vertitur *nihil obſtat*. Alibi valet *praeſtat*, vt ap. Demoſth. c. Mid. p. 529. οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκουειν αὐτοῦ τοῦ νόμου. Bene Vigerus gallice reddebat: car il n'y a rien de tel, que d'entendre la loi même. *Brunck.* vid. Viger. de Idior. p. 122. Herm. ibique Zeun. et Reiz. in Append.

968. Duo ſunt, ad quae alludit: primo vrbs Ὀρνεαί, quae iacet inter Corinthum et Sicyonem, teſte Euſtath. ad Iliad. p. 220, 19. vbi de vrbibus loquitur, quae vocantur Ὀρνεαί· ἔσι δὲ καὶ ἑτέρα, inquit, μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. Sunt autem ſimiles voces ὄρνεα *aues* et Ὀρνεαί, in qua ſimilitudine ludebat ſupra v. 400. Deinde etiam alludit ad oraculum Aeſopo datum, de quo Schol.: Αἰσώπῳ τῷ μυθογράφῳ χρωμένῳ περὶ πλούτου ὁ θεὸς εἶπεν· εἰς τὸ μέσον κτίσαι Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. εὔφορος γὰρ αὕτη ἡ χώρα. Scio aliter legi alibi oraculum illud; vide ſaltem Erasmum in Prouerb. *Vtinam mihi contingant, quae inter Sicyonem et Corinthum. Bergl.* Nimirum ap. Suid. V. Εἰ τὸ μέσον et Athen. V. p. 219. eſt: Εἰ τὸ μέσον κτήσαιο Κορίνθου καὶ Σικυῶνος, atque inde Scholiaſten corrigi iuſſit Kuſterus.

969. *τί προσήκει — Κορινθίων; quid ad me Corinthii? quid mihi cum Corinthiis eſt?* v. Valck. Diatr. in fragm. Eurip. p. 123.

970. αἰνίττεσθαι πρός τι (ſere additur Accuſatiuus ſimpliciter, Eqq. 1083. praep. εἰς) eſt, alludere ad aliquid, obſcure aliquid ſignificare.

971. Πανδώρᾳ. Scholia: τῇ γῇ. ἐπειδὴ πάντα κατὰ τὸ ζῆν δωρεῖται· ἀφ' οὗ καὶ ζείδωρος, καὶ ἀνησιδώρα. *Bergl.* Priora in Lexicon ſuum transtulit Heſych. vbi v. Edd. Inde intelligi poteſt gloſſa Photii Πανδωρίᾳ. Sed

puto vatem Pandoram memoraſſe, quia volebat ſibi *πάντα δωρεῖσθαι*. Infinitiui pendent ab omiſſo v. *δεῖ*.

972. *προφήτης* eſt interpres oraculorum, v. Pollux I, 19. et C. G. Bardili Comm. Significatus primitiuus voc. *προφήτης* — Gött. 1786. Hinc Pythia dicta *προφῆτις*, Weſſel. ad D. S. II. p. 102. *πέδιλα* Homero erant quaeuis *ὑποδήματα*, v. Albert. ad Heſych. h. v. poſtea Graecis de talaribus deorum vſurpatum eſt hoc voc. v. Thesm. 1110.

974. *ἔνεσι* — In Egq. 122. *ἐν τοῖς λογίοις ἔνεσιν, ἑτέρων ἐγχεου; Bergl. λαβὲ τὸ βιβλίον*. Sic membr. et C. hic et vbicumque deinceps vox illa recurrit. Vulgo *βυβλίον*. Simile quid eſt ap. Plaut. Bacch. IV, 9, 100. Ch. Iſtne iſtuc iſtic ſcriptum? Ni. hem ſpecta, tum ſcies. *Brunck.* Grammatici distinguunt et *βυβλίον* volunt eſſe codicem non ſcriptum, *βιβλίον* ſcriptum. v. Etym. h. v. et Zonar. I. p. 412.

975. *φιάλην poculum*, vino plenum. De *φιάλαις* v. Pollux VI, 95. f. *σπλάγχνα viſcera*, h. l. de carne victimarum, vt Hom. Od. XX, 252.

976. *διδόναι ἔνεσι*. In B. C. perperam *διδόν' ἔνεσι*. V. not. ad Thesm. 217. *Brunck.*

977. *θέσπις* (h. e. diuine) *κοῦρε* blandiendi cauſa dicitur. Ita *ὄλβιε κοῦρε* Theocr. 17, 66. vbi v. Warton.

978. *Αἰετὸς* — Oraculum de Athenienſibus editum ad hanc vrbem refert. De iſto oraculo in Eqq. 1060. populi perſona dicit: *ἄγε νῦν ὅπως αὐτοὺς (τοὺς χρησμοὺς) ἀναγνώσεσθέ μοι, καὶ τὸν περὶ ἐμοῦ ἐκεῖνον, ὥπερ ἥδομαι, ὡς ἐν νεφέλῃσιν αἰετὸς γενήσομαι*. Vbi v. not. *Bergl.*

982. *τἀπόλλωνος*. Quod putabam diphthongum non elidi ante breuem vocalem neque talem craſin admitti poſſe, correxi olim *τοῦ Ἀπόλλωνος*. At ſcribitur etiam *τἀνδρὸς, τἀγαθοῦ* eiusque generis alia. v. Matthiae Gramm. gr. p. 55. Maittair. de dial. p. 22. ed. Sturz. *ἐξεγραψάμην* eſt acceptum deſcripſi. Ran. 151.

ἐξεγραψάμην. Soph. Trach. 1165. *μαντεῖα καινὰ τοῖς πάλαι ξυνήγορα* (oraculum nouum veteri reſpondens), *Ἃ τῶν ὀρείων καὶ χαμαικοιτῶν ἐγὼ Σελλῶν ἐσελθὼν ἄλσος, εἰσεγραψάμην πρὸς τῆς πατρῴας καὶ πολυγλώσσου δρυός*

(inſcripſi acceptum a patri meo ſacra et vocali quercu). Loquitur autem Hercules. *Bergl.*

983. ἄκλητος ἰὼν ἄνθρωπος ἀλαζών. Sic perbene membr. Vulgo minus concinne: ἄνθρωπος ἰὼν ἄκλητος z). *Brunck.*

984. στλαγχνεύειν eſt *extorum participem fieri*, vt Dion. Caſs. 37, 30. v. Grot. ad 2 Macc. 6, 8. δὴ τότε *(tum ſane)* exemplo Hom. aliorumque vett. poëtarum (cf. Hoogeu. doctr. part. I. p. 294.) ponitur in oraculis maxime poſt ὅτε, ἐπὰν etc. vt Socrat. Hiſt. Eccl. IV, 2. πλευρῶν τὸ μεταξὺ dixit ob v. 968.

986. In Veſp. 75. ἀλλ' οὐδὲν λέγει. *Bergl.* Valet: mentiri, nugari, te puto.

987. μητ' αἰετοῦ ἐν νεφ. id eſt: nec illi parce, qui oraculum illud de aquila in nubibus recitauerit; recitabat autem iſte ſupra v. 978. *Bergl.*

988. Λάμπων. Iſte erat fatidicus et a Comicis notabatur, tamquam helluo, vt obſeruat Athenaeus VIII. p. 544. Noſter ſupra v. 522. dicebat eum iurare per anſerem. Διοπείθης. Hunc tamquam furem notat Eqq. 1081. tamquem furentem in Vesp. 379. *Bergl.* Apud Athen. I. p. 20. A. occurrit Diopithes quidam Locrenſis, fortaſſis idem cum noſtro.

990. Piſthetaerus ferit vatem, ex mente oraculi. θύραζε eſt, i. q. ἔξω, v. Moer. p. 185. ibique Pierſon.

991. In Acharn. 828. εἰ μὴ ἑτέρωσε συκοφαντήσεις ἰών. *Bergl.* ἑτέρωσε eſt i. q. ἀλλαχοῦ, εἰς ἕτερον μέρος. v. Zonar. I. 896. Abit nunc vates.

992. Vulgo praefigitur: Γεωμέτρης ἦ Μέτων. — Meton, inuentor enneadecaëteridis iam in Nubb. a Comico deriſus eſt, ſed quum h. l. contumelioſe adeo tractatus ſit, probabile eſt, poëtam ei, neſcimus qua de cauſa, admodum infenſum fuiſſe. *Wiland.* Cum vi quadam et dignitate dicit: ἥκω πρὸς ὑ. h. e. veni (non, venio) ad vos.

---

z) In Ms. Vatic. U. verſus hic, mutato tantum verborum ordine, ſic legitur: αὐτὰρ ἐπὴν ἄκλητος ἰὼν ἄνθρωπος ἀλαζών. *Kuſt.*

993. *δρώσων* ſcil. *ἥκεις. ἰδέα* i. q. *μορφή*, forma, ſpecies (v. Intpp. Tho. Mag. 464. f. et Albert. ad Heſych. h. v.) periphraſi inſeruit, vt Ran. 385. *ὕμνων ἰδέα. κόθορνος* erat calceamenti genus vtrique pedi aptum (Phot. Lex. p. 129. Zon. II. 1227.), quadratum (Etym. M.) et vulgaribus calceis altius. Hinc non modo de homine, qui ſe ad omnes accommodat (v. Morus Exam. locor. quor. Xenoph. hiſt. p. 34. Euagr. H. E. 3, 17.), ſed etiam de elato et ſuperbo dicitur. H. l. vertitur ab Hemſt. aut ad quod iter (Bergl. *cur ad hoc iter*) te tam magnifice (*cothurnatus*, addit Bergl.) accinxiſti? rectius quam a Brunkio: cur ad hoc te iter accinxiſti? aut a Wilando: wozu auf ſolchem Wege der tragiſche Kothurn? Omnino eſt: cur tam ſuperbe incedis? Prorſus omiſit, quod facillimum erat, francog. interpres.

995. In Nubibus etiam v. 202. geometrarum artem ridet: *τουτὶ δὲ τί*; alter: *γεωμετρίαν*· prior: *τοῦτ' οὖν τί ἐστι χρήσιμον*; *Bergl. γεωμετρῆσαι* h. l. pro ſimpl. *μετρῆσαι*, vt Xen. Symp. 6, 8. Plat. Theaet. p. 127. Fiſch.

996. *διελεῖν τε κατὰ γύας.* Sic legendum. Vulgo renitente metro: *κατ' ἀγυιάς.* Daweſio debetur haec emendatio *a). Brunck.*

998. *οἶδεν.* Sic membr. et C. recte. Vulgo *εἶδεν. Brunck.* Conieci olim legendum *ᾖδεν*, vt quaeuis cele-

---

a) Miſc. Crit. p. 290. f. „Quartam ſenarii ſedem occupat ſpondeus: nam vox *ἀγυιά* mediam vbique producit. Porro ne ipſa quidem ſententia recte procedit. Valet vtique *γεωμ. βουλ. τ. ἀ. dimetiri volo aëra non ſecus atque terram ſolent geometrae:* ſequuntur autem *διελεῖν τε κατ' ἀγυιάς et dirimere in compita.* Solentne vero, obſecro, geometrae terram in compita dirimere? In *iugera* potius crediderim. Ac proinde, vt homo iactabundus aëra itidem in *iugera* ſe diremturum polliceatur, reſcribendum omnino cenſeo: — *κατὰ γυίας* — Sin *γύας* malis, litem non moueo. Illud vero monere libet, ſyllabas *αι, ει, οι, υι,* quotiescumque ſequente vocali producantur, perinde concipiendas eſſe et pronunciandas ac ſi vocalis vel potius conſonans *ιωτα* gemina habeatur. Neque igitur moram cuiquam iniicere debet, ſicubi *γυίας* priore correpta legatur.“ Sed *γυίας* ne graecum quidem eſſe, verum vbique, etiam h. l., *γύας* ſcribendum oſtendit Toup. Emm. in Suid. I. p. 191. Add. Valck. ad Eurip. Phoen. p. 248. f. Confirmauit *κατὰ γύας* cod. Rau. auctoritas.

brata, decantata, ᾀδόμενα dicuntur. Meton, celeber aſtronomus et geometra, erat ex pago Leucone, et in pago Attico Colono dicitur fuiſſe eius donarium quoddam aſtronomicum. v. Schol. Praeter exſpectationem poſt Hellada nominatur exiguus pagus Colonus. De Metone v. Diod. S. XII, 36. ibique Weſſel. et Aelian. V. H. X, 7.

999. κανόνες ἀέρος regulae ſunt ad dimetiendum aërem. v. de voc. κανὼν Valck. ad Eurip. Hipp. p. 218. f.

1001. κατὰ πνιγέα (furno conſimilis). In Nub. 95. οἳ τὸν οὐρανὸν λέγοντες ἀναπείθουσιν, ὡς ἔξι πνιγεὺς ἁμῖν περὶ ἡμᾶς οὗτος. *Bergl.* Petit, vt ex Schol. ad Nubb. l. l. patet, philoſophos et inprimis Hipponem, pythagoreum, qui coelum comparauerint cum fornace (πνιγεὺς eſt κρίβανος, κάμινος, et κατὰ πν. valet i. q. ὅμοιος πνιγεῖ.) *nam* γὰρ vt *hoc vtar, vt ita dicam.*

προσθείς. In Scholiis: τὰ δὲ ἑξῆς φησὶν ὁ Σύμμαχος, ἀδιανόητα. *Bergl.* Immo inepta potius ſunt, idque ad ridendos mathematicos, vt vel κανὼν καμπύλος et κύκλος τετράγωνος docent. διαβήτης (circinus) et κανὼν etiam iunguntur Plat. Phileb. 34. vbi vid. Fiſcher.

1005. ὁ κύκλος etc. Serione haec an ioco dicis, Comicorum lepidiſſime? Si ſerio, videtur *quadratura circuli*, tanto labore et ſtudio a Mathematicis noſtris quaeſita, ſed nondum inuenta, ſeculo tuo non fuiſſe ignota. Sed abſit vt hoc credam. Notiores enim mihi ſunt facetiae tuae et ſales, quam vt riſus gratia haec a te dici, latere me queat. *Kuſt.* Formulam μετρεῖν κανόνι illuſtrauit Porſon. ad Eurip. Hec. 606.

1007. Mathematicos falſe irridet Comicus, Metonem introducens, ridicula et abſurda de arte ſua elſutientem: talis eſt *circulus ille quadratus, cuius in centro forum futurum erat, a quo centro viae omnes rectae ad extrema latera ducerentur, quemadmodum a ſole, qui et ipſe rotundus eſt, radii recti quaquauerſum emicant.* Haec eſt manifeſta ſententia, librariorum ſupinitate paulisper obſcurata: duarum literarum mutatione corruptelam ſanauimus. In vett. edd. erat ὥςπερ δ' ἀσέρες, ſine vllo ſenſu. Kuſterus, e coniectura, vt videtur, lectore non monito, ſuppoſuit ὥςπερ δ' ἀσέρος, quae ſane melior eſt le-

ctio *b)*; idcirco eam Hemsterhusius, vir non contemnendi iudicii in versione sequutus est, posthabita priore, quae nauci non est. Nec tamen sic omnis menda sublata erat: legendum omnino ὥςπερ τἀςέρος, pro τοῦ ἀςέρος, vt 982. τἀπόλλωνος est τοῦ Ἀπόλλωνος. Sic τἀγαθοῦ, τἀνδρός, aliaeque similes crases occurrunt bene multae. Quum ista per θλίψιν male scriberentur, ὥςπερ τ' ἀςέρος, τ' in δ' a librario mutatum fuit, quod millies contigisse pueri norunt, deinde terminatio etiam mutata fuit. Sol poëtis κατ' ἐξοχὴν ἀςὴρ vocatur. Berglerus ὥςπερ δ' ἀςέρες reposuit, quia ita *Edd. pristinae c)*. Sed stolidi hominis haec crisis est. Non praeferri quaeuis lectio debet, quia eam *edd. pristinae* exhibent. Quid enim hoc ad lectionis bonitatem facit? tamquam si *edd. pristinae* mendis refertae non essent! sed praeferri debet, quae sententiae apta est, quod peritus interpres demonstrare debet. Huiusmodi etiam iactatores communi consensu male mulcandi mihi videntur. *Brunck.* Idem etiam, non monito lectore, sed recte, dedit ἀπολάμπουσιν, pro olim vulg. ἀπολάμπωσιν, quem coniunctiuum putabam ideo positum esse, quod et ad vias vrbis et ad sidera spectaret. At ipsa comparationis natura non patitur hoc verbum nisi ad solem referri.

1009. ἄνθρωπος Θαλῆς. Nub. 580. τί δῆτ' ἐκεῖνον τὸν Θαλῆν θαυμάζομεν; *Bergl.*

1011. Vulgo sic legitur hic versus: κἀμοί γε πειθόμενος ὑποκίνει τῆς ὁδοῦ. Corruptelam paulo peritior quivis statim subodoratur. Verbum ὑποκινεῖν sententiae non congruit, quae ὑπαποκινεῖν flagitat, vt Thesm. 924. τουτὶ πονηρόν· ἀλλ' ὑπαποκινητέον *d)*. Quod saepissime contigit, hic quoque e verbo bicomposito alteram praepositionem omisit supinus librarius ὑποκίνει pro ὑπαποκίνει scribens, licet illud cum genitiuo τῆς ὁδοῦ construi non possit *e)*.

---

b) Confirmatur ea et seqq. verbis αὐτοῦ κυκλ. ὄντος, et Scholiis. Quare olim reposui.

c) Sunt verba Bergl.: Ita edd. pristinae, non ἀςέρος.

d) Praeter eum locum etiam ex Ran. 174. ὑπάγεθ' ὑμεῖς τῆς ὁδοῦ laudat *Bergl.*

e) Existimatum est, ὑποκινεῖν significatu Medii poni, pro *cedere*; vt Ran. 655. pro παρακινήσαντα Suidas legit ὑποκινήσαντα.

Deinde fulciendo verſui γε inſulſe infertum et genuina forma πιθόμενος in alteram πειθόμενος mutata. Sinceram lectionem repraeſentant membr., in quibus ſcriptum: κἀμοὶ πειθόμενος ὑπαποκίνει τῆς ὁδοῦ. πιθόμενος ſcriptum oportuiſſe ipſa metri ratio euincit *f*). Has formas perpetuo a librariis confundi ſaepius obſeruaui. Vide modo ad Conc. 772. Nub. 862. Veſp. 749. *Brunck.*

1013. ξενηλατοῦνται. Nam aliquando omnes peregrini Sparta eiecti ſunt, v. Theopomp. ap. Schol. et de ξενηλασίᾳ Lacedaemoniorum Xenophon d. rep. Lac. 14, 4. Periz. ad Ael. V. H. 13. 16, 7. Ducker. ad Thuc. 1, 144. de la Nauze Mémoire de la loi des Lacedémoniens, qui defendoit l'entrée de leur pays aux Etrangers, dans les Mém. de l'Acad. d. Inſcr. XII. p. 159. ſs. Si poſt κεκλῆνται τινες commate interpungitur (vt olim feci, et latini intpp., Hemſt. et Bergl., acceperunt), tum κινεῖσθαι eſt, *per ſeditionem eiici* (aliqui iam ſunt eiecti, Hemſt. et Bergl.); ſed Brunck. cum πλῆγαὶ coniunxit, vertens: ſicuti Lacedaemone peregrini hinc expelluntur, frequentesque per vrbem inſligi occeperunt plagae. Ita et Wil. accepiſſe videtur. At non dici tum recte poterat τινες πλῆγαὶ συχναί, ſed debebat eſſe: πλῆγαὶ συχναί τινες. Iungo igitur ξεν. καὶ κεκ. τινες: exiguntur peregrini omnes et iam quidam eiecti ſunt; ad πλῆγαὶ ſubint. εἰσί.

1015. In Brunk. perperam excuſum erat: μὰ Δί omiſſo articulo, quem reponendum eſſe in not. Br. docuit.

ὁμοθυμαδόν. In Pac. 483. ὁμοθυμαδὸν ἅπασιν ἡμῖν αὖθις ἀντιληπτέον. *Bergl.* Eſt h. l. coniungendum cum δοκεῖ et vertendum: *communi conſenſu.* Alias eſt *ſimul*, vt Pac. 483. σποδεῖν Grammatici (Suid. cf. Alb. ad Hes. II. p. 1250.) interpretantur τύπτειν.

1017. ὡς οὐκ οἶδ' ἂρ' εἰ φθαίης ἄν. *Neſcio an citius abire poſſis*, quam plagas accipias. *Bergl.*

1018. ἐγγὺς αὐταῖί. *Prope enim abſunt iſtae.* Scholia: αἱ πληγαί. ἅμα δὲ τύπτει αὐτόν. Sic Nubb. 971. ἐπετρίβετο τυπτόμενος πολλάς. *Bergl.*

---

f) Ita vt Br. dedit, πιθόμενος ὑπαποκίνει exhibuit Rau.

1019. *πάλαι* non est, *iam dudum*, vt vulgo vertitur, sed *modo*, *paullo ante*. v. Phot. Lex. p. 270. et Valck. ad Eurip. Hipp. 1085.

1020. *ἀναμετρήσεις*. Alludit ad artem geometrae. *Bergl.* Est igitur i. q. *ἀναχωρήσεις* retro ibis. Alio sensu *γῆν ἀναμετρεῖσθαι* Nubb. 203. v. Bos. Obss. Critt. p. 64.

1021. *ἐπίσκοπος*. Harpocrat. *οἱ παρ' Ἀθηναίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἐπισκέψασθαι τὰ παρ' ἑκάστοις πεμπόμενοι, ἐπίσκοποι καὶ φύλακες, οὓς οἱ Λάκωνες ἁρμοσὰς ἔλεγον. Brunck.* Ex Harp. habent Schol. et Suid. Incedit ille inspector superbo gressu, circumspicit et quaerit *ποῦ οἱ πρ. πρόξενοι* dicebantur qui ab Athenn. et Lacedd. publice erant constituti et legatos exterarum vrbium, theoros, eiusque generis alios excipere iussi; erant igitur *πόλεως καὶ ἔθνους* (ciuitatum nomine *hospitium patroni*, vt Hemst. reddidit), vt *ξένοι* singulorum. v. ad Ran. 461. p. 122. ss. add. Tho. M. V. *Προξενῶ*, Valck. ad Herod. p. 463. et Abresch. Dil. Thuc. p. 275. Sardanapalus (qui satis notus est Assyriae rex, cuius historiam *Freretus*, *Debrossius* et *Deguignesius* examinarunt, v. Abhh. der Pariser Akad. Alte Gesch. Asiens I. p. 106. 191. ss. et 459. ss.) cur dicatur inspector iste, non satis patet. Fortassis quod habitu et incessu regem referre videretur. Hesych. *Σαρδανάφαλος· ὁ γελωτοποιός.* Num huc respexit?

1022. *τῷ κυάμῳ λαχών*, id est, *sorte per fabas electus*. Vide Nos ad Iamblich. de vit. Pythag. sub fin. vbi plura hac de re notauimus [c. 35. p. 209.]. *Kust.* Photius Lex. p. 134. *κυάμῳ λαχεῖν. νόμος ἦν Ἀθήνησιν, ἄρχοντάς τινας κυάμῳ λαχεῖν.* v. Albert. ad Hes. p. 362. Petit. Leg. Att. p. 303. et 307. Nam *λαγχάνειν* in hac formula est, sorte accipere, (vt infra 1110. *ἀρχίδιον λαχόντες*) et sortis nomen ablatiuo exprimitur, vt Aelian. V. H. 7, 18.

1024. *Φαῦλον βιβλίον Τελέου*. Videtur libellum manu tenere, in quo mandata superiorum erant descripta, quae episcopus iste deberet exequi in ciuitate auium. Hunc libellum acceperat a Telea, tamquam supremo magistratu: quem Teleam vt hic Comicus facit curare res auium, sic supra numerabat cum inter deos volueret v.

885. [nempe ex Bergl. coniectura]. Dicit autem *φαῦλον βιβλίον* quasi iratus, quod cum mandatis aliorsum missus, nec domi licuerit ei manere et res magis arduas expedire. *Bergl.* Videtur potius *βιβλίον* esse diploma, quo declarabatur, ipsum esse *ἐπίσκοπον*. *φαῦλον* dicitur, i. e. vile, nullius pretii, vt Lys. 14.

1025. Male olim interpunxi: *τί βούλει ὄῆτα; τ. μ.— μὴ πράγμ. ἔχειν* potest esse et, *curare moleſtia* (malis, incommodis), et, *non creare moleſtiam* (pro *παρέχειν*, etsi Herod. I, 154. *πρήγματα παρέχοντες καὶ ἔχοντες* discernuntur), non moleſtum esse, Pisthetaero scilicet. Ita Wil. accepit; et recte. Nam non cariturus erat moleſtia, quum Pisthetaerus, se eum quoque verberibus eiecturum esse minaretur, ipse autem interpellari nollet.

1027. Vult hoc: si hic mihi nihil agendum erat, debebam Athenis manere, et concioni interesse. Nam Athenienses, domesticis negotiis omissis, libenter concionibus intererant, in quibus publicae res tractabantur.

1028. In hoc et in seq. versu *ἔσι* perperam Kusterus edidit *g)*. Geminam mendam correxit Berglerus, idque, vt aiunt, *ex ingenio;* nam *Farrei* editio eiusdem erroris immunis non est. *Brunck.* *Φαρνάκῃ*. Arroganter dicit, sibi negotia intercedere cum satrapa. *Bergl.* Tum plerique Persarum satrapae cum Lacedaemoniis faciebant. v. Thuc. 8, 6. ibique de Pharnace Ducker. Athenienses igitur illos in suas trahere partes studebant. *πρᾶξαι τινὶ τι* est, non modo clam cum aliquo agere de re quadam, transigere cum aliquo aliquid, (v. Abresch. ad Aesch. I. p. 11. f.) sed etiam conficere aliquid in commodum alterius, et sic h. l. *h)*.

1029. *ὁ μισθὸς οὗτος.* Dum haec dicit, verberat eum, atque hanc esse *ἐκκλησίαν περὶ Φ.* dicit, h. e. mercedem concionis propter Pharnacem, in rem eius, habitae.

---

g) Male olim, vt metro consuleretur, scripsi hic *τῷ Φαρνάκῃ*. Mox tamen *ἐσὶν* reposui.

h) Wiland. refert eo, quod tum multi demagogi Athenis corrumpi se pecunia a satrapis Persarum in Asia minori fuerint passi, vt commodis regis et satraparum ap. Athenn. prospicerent. Et verba illa *περὶ τῷ Φ.* vertuntur a Latt. intpp.: nonnulla a me in rem Pharnacae confecta sunt.

1031. *μαρτύρομαι* est testes appello, antestor me verberatum, quo iudiciali significatu verbum hoc Pac. 1119. Ran. 531. et alibi legitur.

1032. *ἀποσοβήσεις* neutraliter, sicut v. 1125. vbi itidem: *σὺν ἀποσοβήσεις*; Actiue autem Eqq. 62. *ἀποσοβεῖ τοὺς ῥήτορας. Bergl.* Add. Tho. Mag. p. 102. ibique Hemsterh. *κάδοι* sunt situlae, in quas calculi coniiciuntur. Attulerat igitur secum, quasi concionem aut iudicium habiturus. Ex Grammaticorum sententia dicendum fuerat *καδίσκω*. v. Ammon. p. 79. Photius Lex. p. 91. Abit nunc ille.

1033. Haec secum Pisth. loquitur improbatque Athenn. morem, in vrbes vix subiectas suo imperio mittendi *ἐπισκόπους*, vt vbique democratia stabiliatur. v. Aristot. Polit. V, 7. extr.

πέμπουσιν ἤδη ᾽πισκόπους. Sic scriptum in B. In primariis edd. *ἤδ᾽ ἐπισκόπους i).* In A. C. *οἴδ᾽ ἐπισκόπους. Brunck.*

1035. Inter accedendum legit ex libro decretum aliquod. Fingit autem Comicus venditorem decretorum siue plebiscitorum, quia nimis multa solebant fieri Athenis. *Bergl.* Vulgo *ἐὰν δ᾽ ὁ* — Melius particula omittitur. *Brunck.* Qui *ἐὰν ὁ* — edidit. Vulgo autem hi duo vnum versum efficiunt. Putabam olim, deleto verbo *ἀδικῇ*, tamquam e glossemate enato, iambum effici. At tertia syllaba voc. *Ἀθηναῖον* apud nostrum non corripitur. Mox etiam vulgo male, vt antea, scriptum fuit *βιβλίον.*

1039. *πωλήσων* acerbius dictum est, quam *ἄγων* aut *φέρων.* Scilicet pecunia corrumpi facile poterant demagogi, vt psephismatum auctores fierent. *τό τί*; est, quodnam, quale decretum? Ceterum Brunck. inde a v. 1035. nomen hominis praefixum habet *ψηφισματογράφος*, sed vulg. *ψηφισματοπάλης* cum v. 1038. congruit et confirmatur auctoritate cod. Rau.

1040. *καὶ τοῖσδε τοῖς.* Sic B. C. recte. Excidit in impressis vocula *καὶ* cum versus labe. *Brunck.* Hinc olim

---

i) Quod tamen iam in recentt. edd. est emendatum.

scripsi τοῖσίδε τοῖς. Et fateor particulam καὶ hic frigere. Nephelococcygia fingitur colonia esse Athenienſium, quippe a duobus Athenn. condita. Iam coloni debebant iis menſuris, ponderibus, legibus, magiſtratibus vti, quibus patria. (v. Ducker. ad Thuc. p. 186. et Spanhem. de Pr. et V. N. T. I. p. 570. ſs.) Hoc et in Nephelococcygiam h. l. transfertur.

1042. Ὀλοφύξιοι. Olophyxus eſt vrbis nomen. *Bergl.* Stephanus de Vrbibus [p. 611. ed. Berkel.]: Ὀλόφυξος, πόλις ἐν Θράκῃ περὶ τὸν Ἄθω. ὁ πολίτης, Ὀλοφύξιος *k*). Huius nominis ad ſimilitudinem facete finxit Comicus gentile Ὀτοτύξιος, tamquam ab vrbe Ὀτότυξος, alludens ad ὀτοτύζειν, θρηνεῖν *l*). Perinde eſt, ac ſi dixiſſet: σὺ δέ γ' ὀτοτύξει τάχα, vt Lys. 520. ὀτοτύξει τοι μακρὰ τὴν κεφαλήν. Actiua huius verbi forma occurrit Thesm. 1082. Pac. 1011. *Brunck.*

1044. τί πάσχεις; *quid facis?* v. Schol. Nub. 233. Haec dicit, dum a Piſthetaero verberatur.

1045. πικρούς — Infra 1468. πικρὰν ταχ' ὄψει σρεψοδικοπανουργίαν. *Bergl.* Cf. not. ad Thesm. 853. *Brunck.* Mihi olim verba haec videbantur frigidiſſima, et ſenſu commodo deſtituta; nam quum verberibus eum iam affeciſſet, quomodo dicere poterat δείξειν πικρούς νόμους; At plura verbera minatur, quibus ei leges acerbas eſſet redditurus.

1046. καλεῖσθαι (vt Nub. 1224. et προσκαλεῖσθαι ſimiliter Veſp. 1410. cf. Intpp. Polluc. p. 877, 63.) ſenſu forenſi eſt, *in ius vocare, ὕβρεως propter iniuriam illatam.* Inter cauſas publicas Athenis fuit etiam γραφὴ

---

k) Fortaſſis ſimul alluditur ad ὀλοφύρεσθαι, aut ὀλόφυς. Heſych. ὀλόφυς· οἶκτος; ἔλεος, θρῆνος.

l) Finxit ſimilem vocem ab ὀτοτύζειν, quod eſt *eiulare, lamentari:* quod eſt ab ὀτοτοί, quae eſt vox lamentantis. Apud Aeſch. Agam. 1083. quum Caſſandra exclamaſſet, ὀτοτοτοί, Chorus ad eam dicit: τί ταῦτ' ἀνωτότυξας; Tale eſt φεύζειν a φεῦ. In eadem tragoedia 1316. quum Caſſandra dixiſſet: φεῦ, φεῦ: chorus dicit: τί τοῦτ' ἐφεύξας; Sic ab ὤ venit ὤζειν, de quo vid. ad 267. et ab οἴμοι, οἰμώζειν. In Thesm. 1112. ſ. οἴμωζε, ὀτότυζε. *Bergl.*

ὕβρεως. v. Poll. 8, 40. Inusitatum videri potest, quod e Rau. recepit Inu., ὕβρεων, nisi putemus ad iniurias vtrique, et ψηφισματοπώλῃ et ἐπισκόπῳ illatas, respici. ἐς τὸν Μουνυχ. vt mense Munychione, qui fere nostro Aprili respondet, causam dicat. Nimirum Inspector iste, qui fugere coeperat, redierat, Pisthetaero conuerso ad psephismatopolen.

1048. Vulgo post ἄληθες colo interpungitur et οὗτος trahitur ad sequentia. At sensus est: tune hoc facere vis? tune etiamnum hic fuisti?

1050. κατὰ τὴν στήλην. Scholia: κατὰ τὴν δημοσίαν ἀναγραφήν. Quia in columnis scribebant edicta, aut in tabulis scripta columnis applicabant. *Bergl.* Est enim στήλη columna publica, cui vel inscribebantur, vel in tabula appendebantur foedera, leges etc., v. Acharn. 513. Reisk. Ind. Demosth. Perit. Leg. Att. p. 166. f. 316.

1051. Pisthetaerus putauerat, abiisse illum venditorem decretorum, qui tamen aut remanserat, aut reuerterat, dum ille cum altero agit.

1052. γράφω σε μυρίας δραχμάς. Nescio an bene sit hoc graecum. Exemplum desidero. Genuinum esse opinor: καὶ γράφομαί σε. Graece dicitur γράφομαι σε μυρίας δρ. vel γράφω σοι μυρίας δραχμάς. Scribere potuit Comicus: ἀπολῶ σε καὶ γράφω δραχμάς σοι μυρίας. Sed probabilius est γράφομαι in γράφω mutatum fuisse librarii temeritate. *Brunck.* in Supplem. γράψειν δραχμὰς est mulctam dicere drachmarum, quum γράφεσθαι sit accusare. Moer. p. 114. Tho. M. p. 196. διασπεδῶ pro διασπεδάσω, Fut. contr. s. Atticum. v. Piers. ad Moer. p. 18. et Fisch. ad Well. II. p. 357. f.

1054. τῆς στήλης κατετίλας. Hoc etiam nefarium erat, vt κατατιλᾶν τῶν Ἐκατείων Ran. 364. Ceterum Edd. hic κατέτιλας, male. *Bergl.* Verbum κατατιλᾶν etiam Ran. 369. (vbi Not.) et Eccl. 330. Formam dicendi μέμνησαι ὅτε — illustrat Porson. ad Hecub. 112.

1055. Postquam Pisth. ad aues, tamquam lictores aut satellites dixit λαβέτω — aufugit iste. Itaque ille clamat: οὗτος etc.

1057. *θύσοντες εἴσω.* Scholia: *σιήπτεται ποιεῖν εἴσω τὴν θυσίαν* (simulat se intus sacrificaturum, *ἵνα μὴ σφάξῃ τὸ πρόβατον* [f. potius *τὸν τράγον*]. Ita Pac. 1021. Tragaeus id ingenue faetur: *ἀλλ' εἴσω φέρων, θύσας τὰ μηρί' ἐξελὼν ὀσῖρ' ἐκφερε· χοὕτω τὸ πρόβατον τῷ χορηγῷ σώζεται. Bergl.* Quoniam sacra ita saepe fuerant interrupta, hoc suadet sacerdos. Cum eo Pisthetaerus, Epops et fortassis alii abeunt; chorus manet in scena.

1058. Epitheta Ioui conuenientia sibi arrogat chorus auium. Sic autem de Ioue Sophocles Oed. Col. 1080. *m*). *ὦ Ζεῦ γε παντάρχα θεῶν, παντόπτα.* Dicitur autem non tantum *παντόπτης*, sed etiam *πανόπτης*, vt Eccl. 80. de Argo, et Aesch. Eumen. 1048. *Ζεὺς πανόπτας. Bergl.* Add. Hesych. h. v. ibique Alb. Sol etiam dici solet *πάντων ἐπόπτης.* v. Lennep. ad Phal. Epp. p. 152. Quoniam hymnos aliorum imitatur noster, vtitur et dorica lingua in iis vsitata.

1060. *εὐχαῖς.* Perperam vulgo *εὐχαῖσι*, vt ex antistrophico versu liquet. *Brunck.* Voc. *εὐκταῖος* copiose illustrarunt intpp. Moer. p. 137. et Tho. M. p. 388. neque tamen docuerunt, quid sint *εὐκταῖαι εὐχαί.* Fere *εὐκταῖον* dicitur res optabilis, pretiosa, vt Eurip. Or. 214. rarius id, quod quis precatur (Pollux p. 546.). *εὐκταῖαι εὐχαὶ* non tam *preces votiuae n)* (cum precibus coniunctae) quam omnino preces sunt, quas quis fundit, et *θύειν εὐκταίαις εὐχαῖς* est, *sacrificare precibus additis.* Dii etiam *εὐκταῖοι* dicuntur, ad quos preces fiunt, quique eas audiunt, vt Orph. hymn. 59, 6. Eurip. Mede. 168. vbi Musgr. Aesch. S. C. Th. 725. (ed. Brunk.).

1062. *εὐθαλέας.* In trinis codd. scriptum *εὐθαλεῖς o).* Quod in vett. edd. est, *εὐθαλλεῖς* correctori Al-

---

m) Respexisse videtur Comicus ad ista Soph. Oed. Col. 1085. *ὦ θεῶν παντάρχα Ζεῦ, παντόπτα. Brunck.*

n) *εὐχαὶ* sunt sacrificia votis condicta, *εὐκταῖαι εὐχαὶ* vero sunt sacrificia votiua, qualia ille, cui offeruntur, cupit et optat sibi offerri. *Reisk.* At *εὐχαὶ* non sacrificia dicuntur.

o) Supra 589. *πρῶτα μὲν τὰς οἰνάνθας εἰ πάρνοπες εὖ κατέδονται, ἀλλὰ γλαυκῶν λόχος εἰς αὐτοὺς καὶ κερχνήδων ἐπιτρίψει. Bergl.* add. de voc. *Εὐθαλὴς* Pollux 1, 230. et Tho. M. p. 433.

dinae officinae debetur, qui quum animaduertiſſet a Schol. moneri verſum hunc eſſe dactylicum hepthemimerem, liquidam geminauit, vt praecedens vocalis produceretur. Kuſterus vero εὐθαλεῖς edidit, adpoſita hac nota: *Sic rectius Mſs. Vat. U. quam priores Editt. in quibus legitur* εὐθαλλεῖς *per duplex λλ.* Sed neutrum *rectum* eſt. εὐθαλλεῖς barbarum eſt: εὐθαλεῖς in metrum peccat. Scripſerat Comicus id ipſum, quod repoſuimus, εὐθαλέας. *Brunck.*

1063. πάμφυλοι θῆρες ſunt omnis generis animalcula. Nam θῆρες h. l. non ferae, ſed inſecta dicuntur, vt Geopon. VIII, 21, 4. θηρία ἐν τοῖς ἐντέροις τρεφόμενα. γέννα poetis i. q. γένος vt Eurip. Or. 970. γέννα Πέλοπος.

1064. ἃ πάντ'. Doricum eſt ἃ pro ἣ et refertur ad γένναν. Peſſime vulgo οἱ *p*), vt mox videbitur. *Brunck.* Malim ἃ πάντ' ἐγγαίων, maxime vt hiatus euitetur. Haud inelegans hic Atticismus, de quo vid. Brunk. ad Acharn. 358. *Hotib.*

1065. αὐξανόμενα. Sic primariae editt. recte *q*). Sic A. C. [etiam Rau.]. Sic etiam B. a prima manu: poſtmodo vltimae vocali ſuperſcriptum fuit ον, quod indicium dat diuerſae lectionis αὐξανομενον, quam Kuſt. e Vat. cod. praetulit et in textum immiſit *r*), absque vlla neceſſitate, vt mox videbitur. γένυσιν ob metrum ſcribi debuit: vulgo γένυσι, quod cum αὐξανόμενον quidem bonum eſt, cum αὐξανόμενα vero metrum peſſumdat. *Brunck.*

---

p) Leg. ᾗ (non οἵ), redit enim ad γίνωαν, vt patet e ſequ. ἀποβίσκεται. *Reisk.*

q) Ita omnes Edd. priſtinae. Nupera αὐξανόμενον. Per πάντα ἐν γαίᾳ αὐξανόμενα intelliguntur flores, fruges, grana, et alia humi naſcentia; quae distinguuntur a *fructibus arborum*, quos inſecta illa laedunt arboribus inſidentia. *Bergl.*

r) αὐξανόμενον. Sic Ms. Vat. U. pro αὐξανόμενα, quod priores Edd. male habent. Refertur enim ad καρπόν. Conſtructio autem totius loci huius talis eſt: κτείνων γέννεν θηρῶν παμφύλων, οἵ ἐν γαίᾳ, δένδρεσί τ' ἐφεζόμενα, ἀποβόσκ. γένυσι πολυφ. πάντα καρπὸν αὐξανόμενον ἐκ κάλυκος. *Kuſt.* Leg. αὐξανομένα, vt olim fuit, pro αὐξανομένην, ob ſequens δένδρεσί τ' ἐφεζομένα. *Reisk.* Reſtitui olim αὐξανόμενα cum πάντα iungendum, et γένυσιν ſcripſi. Distinguuntur animalcula, quae fruges terrae et quae fructus arborum laedant.

1066. ἐφεζομένα s) nominativus est singularis feminini generis: pessime vulgo ἐφεζόμενα t), tamquam si plurale esset neutrum. Rursus ad γέννην refertur hoc participium. Ordo est: πτείνων παμφύλων θηρῶν γέννην, ἣ πάντα τὰ ἐπὶ κάλυκος αὐξανόμενα ἐν γῇ, καὶ ἐφεζομένα δένδροις τὸν καρπόν, ἀποβόσκεται γένυσι πολυφάγοις. Iam vide, amice lector, quam belle constructionem instituat Kusterus: πτείνων γέννην θηρ. παμφ., οἳ ἐν γ., δενδρ. τ' ἐφεζόμενα ἀποβ. γ. πολ. πάντα καρπὸν ἐκ κάλυκος. Hac in phrasi, modo tres soloecismos excipias, nihil est fere, quod reprehendas. Sed θηρῶν, οἳ ἐφεζόμενα δένδροις ἀποβόσκεται καρπὸν structura est, ob quam pueris in schola maculosum fieri solet corium. Observes velim, in tota phrasi nullum esse substantiuum neutrum plurale, a quo verbum singulare ἀποβόσκεται pendere possit; proinde reponi omnino debuisse ἃ πάντ' — quod pronomen feminini generis ad γέννην relatum, cum participio ἐφεζόμενα constructum, nominatiuus est illius verbi ἀποβόσκεται. Haud sane mirarer, si Kustero in mentem veniisset totum locum sic constituere:

θηρῶν οἳ πάντ' ἐν γαίᾳ
ἐκ κάλυκος αὐξανόμενον γένυσι πολυφάγοις
δένδρεσί τ' ἐφεζόμενοι καρπὸν ἀποβόσκονται.

Parum ille metra curabat: sed saltem phrasin sic habuisset ad loquendi normam exactam. Fallitur Scholiastes in declaratione metri huius versus, quod quale sit ostendam ad versum antitheticum. *Brunck.* ἐφεζόμενα sic necessario ad γέννην pertineret, vltimamque haberet longam, vt esset choriambus in versu paeonico. Brunkius etiam antistrophico choriambum reddidit; quin totum versum vocat choriambicum impurum. Nescias quid hoc numeri sit. Quidam libri αὐξανόμενον habent. Inde nata mihi coniectura:

---

s) Ita edidit Brunk. atque ita etiam cod. Rau. sed Inu. tamen ἐφεξόμενα restituit.

t) Quasi praecessisset non θηρῶν οἳ, sed θηρίων ἃ — [nempe ex olim vulg. scriptura]. v. ad Plut. 537. *Bergl.* κάλυξ antea proprie est rosae flos nondum expansus. v. Cyrill. Lex. ms. ap. Biel. Thes. II. p. 103. Hesych. Suid. Phot. p. 97. Zonar. II. p. 1150. hinc flos cuiusuis plantae. γένυς alias mentum, maxilla, guttur, h. l. est os, vt Eurip. Phoen. 1389. θήγειν ἀγρίαν γένυν.

ἁ παντ' εν γαίᾳ
ἐκ καλυκος αυξανομενον γενυσι πολυφαγοις
δένδρεσι τ' ἐφημενον κάρπον αποβοσκεται

ἐφήμενον interpretati erant ἐφεζόμενον: id quum grammaticis potius de auibus quam de fructibus dicendum fuisse videretur, postea in ἐφεζομένα mutatum fuit. Antistrophica accurate respondent:

ἥνικ' αν ὁ θεσπεσιος ὀξυ μελος αχετας
θάλπεσι μεσημβρινοις ἥλιομανης βοᾳ.

Hermann. de metr. p. 366. Non tamen placet πάντα καρπὸν ἐν γαίᾳ ἐκ καλ. αὐξανόμενον καὶ δένδρεσι ἐφήμενον, tum quod καρπὸς αὐξάνεσθαι ἐν γῇ ἐκ κάλυκος tum ἐφήμενος δένδροις dicitur. Probarem πᾶν (aut πᾶν τ' i. e, τε) αὐξανόμενον nisi id minus poëticum videretur.

1067. οἱ ad θηρῶν. *Bergl.* εὐώδης est bonum odorem spargens, vt Hom. Od. 5, 64.

1068. φθείρουσιν. Perperam vulgo, metro claudicante, φθείρουσι. *Brunck.* Emendaui iam in ed. 1782. φθείρειν λύμαις i. q. alibi λυμαίνεσθαι s. βλάπτειν. Nam λύμη est βλάβη, φθορά, Hesych. et Schol. Aesch. Prom. 891. Sensus: pessime perdunt.

1069. Trimeter paeonicus (catalecticus in disyllabum) rarius occurrit, nec nisi dimetris clausulae loco adiunctus, vt Auu. 1069. vbi sic scribendum videtur *v*):

ἕρπετα τε και δακεθ' ὁ-
ποίαπερ αν ἐςιν, ὑπ' ἐ-
μάς πτερυγος εν φοναις ολλυται.

et in antistropha 1099.:

ἠρινα τε βοσκομεθα
πάρθενια λευκοτροφα
μύρτα, Χαριτων τε κηπευματα.

---

v) Vulgatum olim fuit:

ἕρπετά τε καὶ δάκεθ', ὁπόσα περ ἂν (trim. paeon. acat.)
ἐςιν, ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος dim. paeon.
ἐν φοναῖς ὄλλυται. hepthem. e creticis.

Inu. e suo libro dedit:

ἕρπετά τε καὶ δάκεθ', ὅσα πέρ ἐςιν
ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος φο-
ναῖσιν ἐξόλλυται.

Reiskius legi voluit εἶσιν (it) ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγας.

Hermann. (de Metr. p. 361. Handb. d. Metr. p. 199.). Scribendum metri causa ὁπόσαπερ, versusque ita digerendum, paeonicos illos, quorum prior tetrameter, posterior trimeter, qui clausulae loco adhibetur:

ἕρπετά τε καὶ δάπεθ', ὁπόσα περ ἂν ἔσιν, ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος ἐν φοναῖς ὄλλυται.

Hotib. Miror nullum horum Criticorum rationem habuisse scripturae quatuor codd. auctoritate firmatae ἐξόλλυται, quae non potest non ab Arist. profecta videri. Malim igitur:

ἕρπετά x) τε καὶ δάπεθ' ὁπόσα περ ἂν ἔσιν, ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος ἐν φο- (dim. catal. in bisyll.)
ναῖσιν ἐξόλλυται. (dim. e crett.)

In antistr. fortassis ante πηπεύματα excidit epitheton. Esse potuit πλειναὶ πηπεύματα.

1071. Ms. Vat. U. ἐξόλλυται. *Kust.* In A. B. [Rau.] φοναῖσιν ἐξόλλυται, omisso ἐν. *Brunck.* V. not. ant.

1072. ἐπαναγορεύεται. Sic recte Ms. Vat. U. At priores edd. male ἐπαναχορεύεται per χ: quod mendum Palmerium et alios viros doctos in errorem induxit. *Kust.* Codd. omnes [etiam Rau.] ἐπαναγορεύεται, vt bene Kusterus e Vat. edidit. Frequenter commutantur χ et γ, quod obseruaui supra ad 575. *Brunck.* Itaque vertendum: *hodie quam maxime edicta promulgantur. Bergl.* ἐπαναγ. notat *per praeconem proclamatur* y). Sententia est: hoc die quo haec comoedia exhibetur, solet alias per praeconem proclamari: si quis Diagoram etc. *Reisk.* Abresch. Dil. Thuc. p. 624. ita interpretabatur: ἀναγορεύεται ἐπὶ Διαγόρᾳ τῷ Μηλίῳ, τάλαντον λαμβ. ἥν τις ὑμ. ἀποκτ. αὐτόν. Immo est: hodie, publice edictum est, vt talentum daretur ei, qui Diagoram interficeret, duo ei, qui viuum adduceret. v. Diod. S. 13, 6. et L. Bos. Obss. Critt. p. 74.

1072. Hinc coniicere licet, hoc drama in scenam adscendisse non multo post decretum de Diagora Melio factum. Nam de talibus negotiis recenter μάλις ἐπαναχορεύεται z), et sermones fiunt vbique in circulis, quum

x) ἑρπετὰ iterum, quasi praecessisset θηρίων. *Bergl.*

y) v. Pollux 8, 138. Reisk. Ind. Demosth. V. Ἀναγορεῦσαι.

z) Id vitium vel sine codd. facile emendari potuit.

nondum innotuerunt: post aliquot vero menses fatiscunt animi et sermones et alia negotia succedunt, quibus truduntur priora, vt clauus clauo. Diagoras autem ille post Meli excidium habitauit Athenis, si fides Scholiastae, et, vt verisimile est, ibi quum mysteria Cereris vulgaret, subsannaret et ab iis multos homines dehortaretur, condemnatus est. De quo negotio Thucyd. lib. VI. [28. 53. inprimisque 60.]. Haec autem euenerunt anno belli XVII. archonte Arimnesto, qui Chabriam praecessit; quod egregie firmat ea, quae de natalibus huius fabulae supra diximus: omnia enim concordant. Meli excidium factum est sub finem anni XVI. Postea habitauit Athenis Diagoras et ob mysteria subsannata condemnatus est circa finem anni XVII. Tunc enim missa Salaminia nauis et aufugit ad Lacedaemonios Alcibiades. Prodiit drama Ὄρνιθες initio veris anni XVIII., Chabria adhuc archonte. Ideo decretum illud columnae aereae incisum tunc in ore hominum multum versabatur, et ideo dixit:

τῇδε μέντοι γ' ἡμέρᾳ μάλιστ' ἐπαναχορεύεται
hac equidem die multum in circulis celebratur: ἡν' ἀποκτ. etc. Hic autem Diagoras fugiens naufragium fecit: id docet Athenaeus lib. XIII. [p. 611.]. Aliorum atheorum celebrium nomina vid. ap. Eustath. ad Odyss. Γ. *Palmer.* Exercc. p. 756. f. Ex nota hac Palmerii patet, deceptum eum fuisse corrupta lectione ἐπαναχορεύεται, pro qua in hac edit. ex Ms. Vat. U. (vt iam ante diximus) reposuimus ἐπαναγορεύεται, i. e. *repetitis vicibus per praeconem pronuntiatur.* Quare tota argumentatio Palmerii, subducto hoc quasi tibicine, sponte corruit, neque ex loco hoc Aristoph. vllo modo colligi potest, drama Auium paulo post decretum de Diagora factum in theatrum prodiisse. *Kust.* Iste est Diagoras ille atheus dictus *a*), qui etiam Atheniensium sacra profanauit et derisui habuit; qui de eo emiserunt decretum, quod hic recitatur. Lysias contra Andocid. [p. 214. T. V. Orr. Reisk.]: τοσοῦτο δὲ οὗτος Διαγόρου τοῦ Μηλίου ἀσεβέστερος γεγένηται· ἐκεῖνος μὲν γὰρ λόγῳ περὶ τὰ ἀλλότρια ἱερὰ καὶ ὁρτὰς ἠσέβει, οὗτος δὲ ἔργῳ ἐν τῇ ἑαυτοῦ πόλει. Et paulo

a) Cf. Wessel. ad Diod. S. I. p. 405. et 546. Vtrum fuerit Atheus, dubitatum est. v. Cic. de N. Deor. III, 37.

post de edicto Athenienſium: ἐπεκήρυττον τάλαντον ἀργυρίου δώσειν τῷ ἀπάγοντι ἢ ἀποκτείναντι. *Bergl.*

1074. λαμβάνειν Grammatici dictum volunt pro λαμβανέτω. v. Moer. p. 242. Immo Infinitiuus hic pendet ab ἐπαναγορ. (ὥσε λαμβ.).

1075. τῶν τεθνηκότων *b*). Mos erat oratorum et cauſſidicorum quauis occaſione aduerſarios et reos tyrannidis affectatae inſimulare, metumque eius et ſubuerſionis popularis ſtatus auditorum animis iniicere, ſi cui inuidiam conflare vellent *c*). Hoc quia fere ſemper alienum erat a perſonis, in quas talis conferebatur ſuſpicio ipſoque rerum publice geſtarum ſtatu falſi arguebatur, perpetuis iſtis criminationibus nihil magis ridiculum videbatur, quod facetiſſime ostendit Comicus in inſigni loco Veſp. 488. Hic rem exaggerando lepide Athenienſes perſtringit, praemium indicens ei, qui vel iam mortuum tyrannum occiderit. *Brunck.*

1077. Φιλοκράτη τὸν Στρούθιον. Ita vocat eum a στρουθὸς *paſſer*, quaſi a gente aut patria: ſic ſupra v. 14. Φιλοκράτης ἐξ Ὀρνεῶν ſiue ὀρνέων, quia aues venderet. *Bergl.* Philocratem auium ſaginatorem facete Στρούθιον appellat, tamquam a patria: hocque auium in Philocratem Στρούθιον decretum opponitur Athenienſium decreto in Diagoram Μήλιον. *Brunck.* ἀνειπεῖν eſt, *per praeconem edicere*, v. Pollux 8, 138. Abreſch. Dil. Thuc. p. 624. Sturz. Lex. Xenoph. h. v.

1078. ζῶντα ἀγάγῃ. Sic omnino legendum, nulla hiatus habita ratione, vt ſcriptum eſt in membr. Non enim aliter numeri conſtare poſſunt. Vulgo ζῶντ' ἀγάγῃ. Forte compoſito aliquo vſus fuerat poëta, cuius praepoſitio excidit. *Brunck.* Durus eſt hiatus, cuius nullibi ſimilem

---

b) F. τῶν πεφευγότων aut τῶν τε πρόσθεν ὄντων (nempe αὐτοῖς). *Reisk.*

c) De legibus contra eos, qui tyrannidem affectarent cf. Petit. de Legg. Att. p. 315. ſq. Ineptae ſunt Scholl. explicationes. Veriſſime accepit Brunk. Ridet, monente etiam Wilandio, nimium tyrannorum metum, eo magis ridiculum in populo, qui demagogorum impotentia regebatur. Incertum idem eſſe ait, vtrum magis admiranda ſit Comici petulantia an Athenienſium patientia in ferendis his dicteriis.

apud Comicum reperias. Repone audacter ζῶντ' ἀναγάγῃ. *Idem* in Suppl.

1079. σπίνους. Sic in tribus codd. [haud dubie et Ran.] scriptum, vt Kusterus e Vat. edidit *d)*. Antea pessime legebatur σπίννους. *Brunck.* Ita et Pac. 1149. et Eubul. ap. Athen. II. p. 65. add. Aelian. N. A. 4, 60. *Fringilla* esse dicitur. Aristoteli est σπίζα, ad quem vid. est Camus II. p. 648. ss. καθ' ἑπτὰ est *septenos.* Ita enim haec praepositio cum numeralibus vsurpatur. v. Fischer. ad Well. II. p. 167. IV. p. 185. s. συνείρειν est colligare, scilicet simul vendendos. Φυσᾶν (sufflare, inflare) κίχλας (turdos) dicitur, vt eo pluris vendat, si grandiores videantur.

1081. ἐγχεῖ. Scholia: βιαίως δὲ τὸ ἐγχεῖ. *Bergl.* Contulit hunc locum cum Ran. 633. *Dawes.* M. Crit. p. 236. Est tamen h. l. simpliciter, *iniicit, immittit.* Rem explicuit Schol. Alis per nares traiectis suspendebantur aues vendendae.

1083. παλεύειν est auctoribus Grammaticis, θηρεύειν, ἀγρεύειν, diciturque de auibus, singulatim columbis, quibus aliae alliciuntur, quae ipsae aues Graecis παλεύτριαι dicuntur (Phot. Lex. p. 271.), Latinis *illices* (Plaut. Asin. I, 3, 68.). v. Albert. ad Hesych. h. v.

1085. αὐλὴ propr. ὁ διαπνεόμενος τόπος (Athen. V. p. 189.), singulatim dicitur locus vacuus ante domus ianuam, vbi gramen virebat et pecudes atque alites versabantur, vestibulum, *cors, septum*, et sic h. l. non *cauea*e, vt interpretantur. v. Hom. Il. XI, 773. Gell. N. A. XVI, 5. et Periz. ad Ael. V. III, 4, 3.

1090. χλαίνας *e)*. Est χλαῖνα hyberna vestis. Supra 713. Ὀρέσῃ χλαίναν ὑφαίνειν. *Bergl.* ἀμπισχοῦνται.

---

d) Sic [σπίνους] habet Mo. Vat. U. At priores edd. male σπίννους, per duplex νν. Syllabam enim primam huius vocis secundum legem metri hic oportet esse brevem. *Kust.* In Pac. 1150. per vnum ν recte, quia nec ibi per metrum posset esse prima syllaba huius vocis longa. *Bergl.*

e) Scripseram olim τὰς χλαίνας, quia in strroph. versu erat εὐχαῖσι pro εὐχαῖς. Perperam. Omnino hic de χλαίνας dicitur.

Sic tres codd. [etiam Rau.]. In impreſſis ἀμπισχνοῦνται. Ex h. l. verbum ἀμπισχνοῦμαι profert Henr. Stephanus Thes. I. col. 1362. tamquam genuinum. Sed vox eſt nihili. Heſych. ἀμπισχεῖν, περιβαλεῖν. ἀμπισχούμενον, περιβαλλόμενον. *Brunck.* Add. Zonar. I. p. 159.

1091. Οὐδ' αὖ θερμὴ *f)* — Eamdem ſententiam paulo aliter (expreſſit) Sophocles Trach. 150. ναί νιν οὐ θάλπος θεοῦ, οὐδ' ὄμβρος, οὐδὲ πνευμάτων οὐδὲν κλονεῖ. *Bergl.* Nonnulli ap. Schol. pro vocab. πνίγους legerunt πνίγουσ' (v. Kuſt. not. ad Schol.). Concinnitas poſtulat, vt πνίγους retineatur, et quemadmodum χειμῶνος antea eſt, hieme, ita etiam πνίγους eſt abſolute accipiendum, caloris tempore, aeſtate. τηλαυγὴς eſt longe, procul, ſplendens, ſplendidiſſimus (infra 1708.).

1094. Φύλλων ἐν κόλποις ναίω. Sic optime C. [et Rau.] vt metri ductu quiuis legendum eſſe videre poterat. Dactylicus eſt hephthemimeres, vt ſtrophicus verſus: θηρῶν ἃ πάντ' ἐν γαίᾳ. Perperam vulgo legitur: [Φύλλων ἐν κόλπ.] ἐνναίω *g)*. Mira librariorum libido circa praepoſitiones vel addendas vel eximendas. Cf. not. ad Lys. 1220. *Brunck.*

1095. ὀξὺ μέλος *h)*. Sic legendum. Reguntur iſti accuſatiui a verbo βοᾷ. Vulgo legitur, metro reclamante ὀξυμελής. Sunt antithetici verſus tetrametri paeonici:

ἐκ παλυκος | αὐξανομε | να γενυσιν | πολυφαγοις.
ἡνικ' ἂν ὁ | θεσπεσιος | ὀξυ μελος | ἀχετας.

Paeonicus verſus choriambum ſex temporum pedem non

---

f) Obſeruanda commutatio orationis in vv. ἀμπισχεῖνται — θάλπει ἡμᾶς, in communi vita vſitata.

g) Equidem deleueram metri cauſa praepoſit. ἐν (quamquam ea ſolet addi verbis a praep. ea compoſitis, vt 1108.) ſed ita caeſura verſus perit. Ceterum errorem interpretis antiqui in vertendo verbo ἐνναίω (*in finibus Enmaei*) notauerat L. Bos Obss. Critt. p. 87. qui etiam monet chorum de ſe nunc Singulari nunc Plurali vti.

h) Recepit hoc etiam Inu., haud dubie non codice ſuo addicente; neque enim notauit ex eo quidquam. Suſpicatus ſum olim (etſi non in not. edd.) ἐυμελὲς legi poſſe, verbum magis dithyrambicum quam ὀξὺ μέλος.

admittit. *Brunck.* In Pac. 160. *ἀνίκ' ἂν ἀχέτας ᾄδῃ τὸν ἡδὺν νόμον.* Ita dicitur cicada dorice pro *ἠχέτης.* Heſiodus [Opp. et D. 580.] *ἠχέτα τέττιξ. Bergl. ἠχέτης vocalem, canorum*, denotat, et de aliis etiam rebus dicitur. v. Albert. ad Heſych. I. p. 652. Sed proprie dictum eſt de cicada maiore ſ. mare, cui ſoli cantus, qui vulgo dicitur, tribui ſolet. v. Ariſtot. H. A. V, 30. ad quem vid. Camus II. p. 230. Aelian. N. A. X, 44. ibique Schneid. p. 338. Plin. XI, 26, 32. Heſych. V. Ἀχέτας et *ἠχέται*, Zonar. I. 1017. ibique Tittm. *θεσπέσιος* (eximius, praeſtans, vt *θεσπεσίᾳ βοῇ* Hom. Od. 24, 49.) ob cantum dicitur, a veteribus valde laudatum. vid. ad 39.

1096. Sic verſum hunc exhibent libri omnes et ſcripti et impreſſi: *θάλπεσι μεσημβρινοῖς ὑφ' ἡλίῳ μανεὶς βοᾷ.* Ostendi in ſtrophico verſu participium *ἐφεζομένᾳ* nominatiuum eſſe ſingularem feminini generis doricae formae. Proinde ſyllabae *εζομένᾳ* pedem conſtituunt choriambum. Eſt itaque verſus, non paeonicus, vt falſo tradit Scholiaſtes, ſed choriambicus *i)*: vnde liquet, in hoc verſu mendoſam eſſe ſcripturam *μεσημβρινοῖς* et reponi debuiſſe *μεσημερινοῖς k).* Antitheticorum verſuum ſubiicienda oculis eſt dimenſio:

δενδρεσι τ' ἐφ | εζομενα | παρπον απο | βοσκεται
θαλπεσι με | σημερινοις | ὑφ' ἡλιῳ | μανεις βοᾳ.

Apte quadrant binorum verſuum priores duo pedes: poſteriores non item. Pro paeone primo et cretico duplex eſt in antiſtrophico diiambus, quem pedem recipiunt quidem impuri, quales ſunt iſti, choriambici, vix tamen vltima ſede. Certo certius eſt ſcripſiſſe poëtam:

θάλπεσι με | σημερινοῖς | ἡλιομα | νὴς βοᾷ.

Quo pacto examuſſim congruunt bini verſus, quorum vtriusque primam et tertiam ſedem tenet paeon primus, ſecundam choriambus, quartam creticus. Nec aliter olim in Comici codd. legebatur, quod palam facit Suidas, qui

---

i) Contra hanc ſententiam vid. disputantem Hermann. ad v. 1066.

k) Atque ita Inu., neſcio an e libro ſuo edidit:
θάλπεσι μεσημερινοῖς ὑφ' ἡλίῳ μανεὶς βοᾷ.
Sed videtur ex ed. Brunck. hoc retinuiſſe, vbi perperam ita, et contra editoris mentem, ſcriptum legitur.

ex hoc ipso loco nomen ἡλιομανὴς enotauit. Sic ille: ἡλιομανής, ὁ τέττιξ. ἐπιμαίνεται γὰρ τῷ ἡλίῳ. Explicatio illa e Scholiis ad hunc versum descripta ostendit genuinam eam esse Comici lectionem. At voces ὑφ' ἡλίῳ μανεὶς nihil aliud sunt quam glossema genuinae voci olim superscriptum. Vulgata lectio suspecta non fuit D. Heinsio, summo viro, qui obiter aliudque agens, locum hunc citavit ad Sil. Ital. II, 324. non instituta inquisitione in Comici metra. Quae ad rem nostram faciunt, ex eius nota excerpta proponam. „Τὸ μαίνεσθαι, praesertim in compositis, raro vitio, saepe etiam laudi datur. Sic ὑλομανής. Hesych. ὑλομανής· ὁ ταῖς ὕλαις χαίρων. Nonno ἐρωμανὴς et γυναιμανὴς Διόνυσος etiam cum laudatur, dicitur, et ἡλιομανὴς ὁ τέττιξ, ipsa cicada. Et Comicus Ορν.

ἀλλ' ἀνθηρῶν λειμώνων
φύλλων ἐν πόλποις ἐνναίω
ἵνἰ' ἂν ὁ θεσπέσιος ὀξυμελὴς ἀχέτας
θάλπεσι μεσημβρινοῖς ὑφ' ἡλίῳ μανεὶς βοᾷ.

vbi μανεὶς simpliciter χαίρων est, et propensionem animi notat, vt ap. Sil. Ital. h. l. *furor decoris*." Vide in hac nota, quam prope corruptelam contingat emendatio. Equidem statim initio conieceram vel θάλπεσι μεσημερινοῖς ἡλίου μανεὶς βοᾷ, vel ἡλιομανὴς *l)* legendum esse, perindeque bona mihi videbatur vtraque lectio, quum ad sententiam tum ad metrum; siquidem ditrochaeus in tertia versus sede commode stare potest. Neutram tamen in textum reponere sustinui, nimia quadam et proinde stulta, veterum librorum reuerentia praepeditus. Postea vero Suidam diligentius excutienti mihi obtulit se locus, quem modo citaui, omnem dubitationem eximens. *Brunck.*

1097. χειμάζειν est h. l. hibernare, hiemem transigere, vt Dion. Hal. Arch. R. X, 48.

---

l) Hoc iam 1782. textis restitui, e Suida. μαίνεσθαι ἐπί τινι dicuntur, qui studiosissime aliquid appetunt. v. Warton. ad Theocr. 30, 30. Spanh. ad Callim. Cer. 30. Valck. ad Theocr. 2, 48. Et composita ab illo verbo vel abundantiam eius rei, quae priori parte vocabuli compositi exprimitur, vel nimium eius potiundae amorem indicant. v. Toup. Emm. in Suid. I. 272. is. Sic Ἕλλας δοριμανὴς nimium appetens belli, Eurip. Suppl. 485. vbi v. Markland. θνητομανὴς Eurip. Phoen. 798. δρυιθομανεῖν, Λακωνομανεῖν, infra 1284. 1290. χρυσομανῶ Suid. h. v. ἡλιομανὴς est, qui solem maxime appetit.

1100. λευκότροφα. Cogitaui aliquando ὀροσότροφα· deinde ἐευκότροφα vel γλευκότροφα eodem ſenſu. Si vulgata recte habet, debet λεύκη idem quod *ros* notare. Quid ſi notet myrtos apud populos albas creſcentes, populis amicas? *Reisk.* Scholl. monent eſſe i. q. λευκά· nam ſaepe in epithetis huius generis non niſi altera notionis pars ſpectatur. ἠρινὰ dictum pro ἔαρος *vere*, et παρθένια μ. virgineae baccae myrti, ſunt tenerae, delicatulae, non, vt Schol. accepit, quibus virgines delectantur. βόσκεσθαι pro ἀποβόσκεσθαι, *decerpere*, dicitur. κηπεύματα (hortorum fructus, Gartengewächſe) enotauit hinc Pollux I, 222. VII, 140. Wilandus interpretatus eſt ita ac ſi legeretur μύρτα ἐν Χαρίτων κηπεύμασι ſ. κήποις. Sed differunt proprie κῆποι et κηπεύματα. Multo etiam liberius expreſſit Francogallus, qui in nota perperam ſtatuit κηπεύμ. Χαρ. proprie eſſe, paruos Gratiarum hortos. De verſuum lectione v. ad ſtrophicos extremos.

1102. νίκη intelligenda eſt, quam fabula poetae reportatura erat. v. ad v. 444. Similis parabaſis Nub. 518. ſs. vbi v. Spanh.

1103. Trochaici ratio, quum primam ſedem dactylus [οἷς ἀγάθ' e vulg. lect.] occupat, neutiquam conſtat. Porro facit iſtud οἷς, vt in oratione redundet αὐτοῖς. Similem vero quam vocant elegantiam apud Comicum nusquam alias videre eſt *m)*. Repone: ὅσ' ἀγάθ' — iudicibus dicere aliquid in animo ad victoriam ſpectans, *quot* vtique bona, ſi nobis eam adiudicent, iis omnibus largituri ſimus. Sic ὅστα ἀγαθὰ Plut. 112. Pac. 888. Au. 1616. *Dawes.* M. Crit. p. 293. ὅσ' ἀγάθ' legendum eſſe et ſenſus et metri ratio euincit. Peſſime vulgo: οἷς ἀγάθ' — *Brunck.*

1104. τῶν Ἀλεξάνδρου. Appoſite ad iudices vtitur hoc exemplo; nam et Alexander Priami f. ſiue Paris fuit aliquando iudex, quum nimirum de forma certarent ſub illo Venus et cum Pallade Iuno: quarum quaelibet donis emere victoriam volebat. *Bergl.* Cf. Doruill. ad Char. p. 169.

---

m) Infra tamen 1237. οἷς θυτέον αὐτοῖς. Et pleonaſtice interdum αὐτὸς ponitur, vt Thuc. IV, 93. vbi cf. Ducker. H. l. tamen ille pleonasmus quum πᾶσιν praecedat, ferri nequit. Et recte ὅσα ἀγαθὰ dicitur. Confirmauit vero etiam cod. Rau.

1105. *πρῶτα μὲν γ.* Sic metri gratia ex Ms. Vat. U. reſcripſi pro *πρῶτον μ. γ.* vt priores Edd. habent. *Kuſt.* Cf. Spanh. ad Plut. 44.

1106. Γλαῦκες. Scholia: *ἀντὶ τοῦ νομίσματα. ἡ γὰρ γλαυξ ὄρνεόν ἐσιν Ἀθηνᾶς, ὅπερ πάνυ τιμῶντες οἱ Ἀθηναῖοι διὰ τὴν θεὸν, ἐν τοῖς τετραδράχμοις ἐνεχάραξαν νομίσμασι.* Λαυριωτικαί. A Laurio monte, vbi erant metallifodinae Athenienſium. Thucyd. L. II. [55. vbi vidd. Duck. et Gottleb. T. I. p. 339.] *μέχρι Λαυρίου ὄρους, οὗ τὰ ἀργύρεα μέταλλά ἐσιν Ἀθηναίοις.* Herodotus in Polymnia [L. VII, 144. p. 569. Weſſel. qui cf.] *Ἀθηναίοισι γενομένων χρημάτων μεγάλων ἐν τῷ κοινῷ, τὰ ἐκ τῶν μετάλλων σφι προσῆλθε τῶν ἀπὸ Λαυρείου.* Quae loca citauit etiam Caſaubonus ad Strabonem [IX. p. 613. Alm.]. *Bergl.* v. Meurſium de fortuna Athenn. c. VII. *Kuſt.* *γλαῦκες Λαυριωτικαὶ* nummi ſunt argentei, quibus impreſſa noctuae effigies, quod ſignum erat Atticae monetae *n)*. *Λαύριον* notus eſt Atticae pagus, vbi erant argenti metalla. *Brunck.* Non res publica, ſed ciues metalla erui per ſervos iubebant, atque ita ante bellum Peloponn. valde diteſcebant. Nam poſt illud bellum exigui inde ſperari potuerunt reditus. v. Weſſel. ad Diod. S. T. I. p. 359. et Meiners. de luxu Athenn. p. 56. ſ.

1108. Pro *νεόττια*, *pullos*, dixit *πέρματα*, *nummos o)*. Verbo *ἐκλέπειν* vtitur et Cratinus ap. Athen. IX. p. 373. *ὡς ἂν ἐκλέψῃς καλὸν ἡμῖν τι καὶ θαυμαστὸν ἐκ τοῦδ' ὄρνεον. Bergl.* *ἐκλέπειν* eſt *excludere*, vt gallinae oua dicuntur excludere, v. c. Athen. IX. p. 397. B. add. Ariſtot. H. A. VI, 8. et Intpp. Heſych. T. I. p. 1139.

1110. Locum hunc citant Pollux VII, 119. Heſych. V. *Ἐρέψομεν*, Harpocrat. V. *Ἀετός* et Suidas V. *Ἀετώματα. Kuſt.* Ex Scholiis: *τὰς γὰρ τῶν ἱερῶν στέγας πτερὰ καὶ ἀετοὺς καλοῦσι.* Etiam *πτερύγια* vocabantur, vt ap. Matth. Euang. IV, 5. *ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ ad pinnaculum templi.* Ludit autem Comicus in homonymia vocis *ἀετὸς*, quae *aquilam* et *pinnaculum* ſignificat. *Bergl.*

---

n) v. praeter alios Hemſterh. ad Poll. p. 1029. et 1032.

o) Sunt proprie, minores numuli, vt Plut. 379.

πρὸς ἀετόν. Vulgo πρὸς αἰετόν. En Atticam formam adfirmantem ſimulque nominis ſignificationem explicantem Euſtathium ad Iliad. librum vltimum p. 1352, 37. ἰσέον δὲ ὅτι ἐκ τοῦ ἀετοῦ τοῦ ζώου καὶ μέρος τι τῶν νεῶν οὐ μόνον ἀέτωμα p) ἐλέγετο, ἀλλὰ καὶ αἰετοὶ διὰ τὸ ἐοικέναι, φασι, πτέρυξιν ἀετοῦ. καὶ ζήτει περὶ τούτου καὶ ἔνθα ὁ Κωμικὸς ἐρέφεσθαί τι λέγει πρὸς ἀετόν. *Brunck.*

1112. ὀξὺν ἱερακίσκον. Vt rapacitatem illius auis imitemini et fiatis ὀξύχειρες. Vſurpatur enim iſta vox de furtificis manibus. Lucian. Dial. Vulc. et Apoll. vbi de Mercurio eſt ſermo [VII, 2. T. I. p. 221.] οὕτως ὀξύχειρ ἐσι (adeo aduncas habet manus) καθάπερ ἐν τῇ γαστρὶ ἐκμελετήσας τὴν κλεπτικήν. *Bergl.* Vtitur deminutiuis ἀρχίδιον (exiguum munus) et ἱερακίσκον (paruum accipitrem), vt in vita communi fit, vbi eleuare quaedam et emollire ſtudemus. ὀξὺς eſt celer, celeriter rapiens, cf. Tho. M. p. 651. Non placet, quod e Rau. dedit Inu. βούλησθ' ἔτι pro βούλησθέ τι. Nam non dici poterant amplius aut etiamnum rapturi eſſe.

1113. πρηγορεῶνες ſunt οἱ βρόγχοι τῶν ὀρνέων, οἱ τόποι, ὅπου ἀγείρεται ἡ τροφή (gulae, *Kröpfe*), v. Didymus ap. Schol. h. l. Pollux 2, 204. Heſych. II. p. 1018. Zonar. II. p. 1571. ibique interp. Promittunt illas hominibus, vt eo plus vorare poſſint.

1114. μηνίσκους. Ita dicebantur orbes capitibus ſtatuarum impoſiti, ne ſtercore auium inquinarentur *q*): quales videmus pingi circa Apoſtolorum capita. *Bergl.* Ioach. Camerarius Decur. VIII. Probl. X. ex h. l. Ariſtoph. recte obſeruat, ſtatuarum capitibus apud veteres lunulas addi ſolitas fuiſſe, ne auium ſtercore inquinarentur: ad-

---

p) Erant enim ἀετοὶ faſtigia templorum, ſculptis imaginibus ornata. v. Valck. Diatr. in fr. Eurip. p. 214. ſ. et Heyn. ad Pind. XIII, 29. ἐρέφειν πρὸς ἀετὸν eſt, addere tectis faſtigium. Conuenit quodammodo Solini (c. vlt. Polyhiſt.) aedes ad culmen faſtigiata.

q) Hae lunulae ſtatuis additae non ſunt confundendae cum lemniſcis, coronis lemniſcatis (Böttiger. Andeut. z. Archäol. p. 97. Figrelius de ſtatuis p. 294.). De μήνας et μηνίσκους, (lunulis, nimbis), v. Heſych. ibique Alb. Phot. Lex. p. 196.

ditque ibidem, apud Christianos postea, qui hoc aliorsum traherent honorisque causa id factum existimarent, morem inde ortum esse sanctorum virorum imagines pingendi cum similibus lunulis vel orbibus, caput ambeuntibus, ad indicandam coelestem illorum excellentiam. Sed posterius merito in dubium reuocari posse puto. Nam iam apud veteres Graecos deorum et dearum simulacra circulo radiato honoris gratia ornari solebant, vt clare probari potest ex Luciano de dea Syr. p. 675. ed. Amst. [c. 32. T. III. p. 478.], vbi in describendo simulacro Iunonis inter alia ait: *καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἀκτῖνάς* (radios) *τε φορέει καὶ πύργον* etc. Idem in Timone p. 154. [c. 51.] *r)* statuam auream in honorem Timonis erigendam describens, dicit eam in arce iuxta Palladem collocatum iri, *κεραυνὸν ἐν τῇ δεξιᾷ ἔχοντα καὶ ἀκτῖνας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ*. Plura loca nunc non succurrunt, quamuis haec sufficere possint ad probandum id, quod diximus. *Kust.* *χαλκεύεσθαι μηνίσκους* est, sibi aereas lunulas confici iubere; vt *χαλκεύειν* ex aere aliquid facere in Plut. 163. 513. *φορεῖν* (*ὥσε Φ.*) *gestandas.*

1115. *ὥςπερ ἀνδριάντες· ὡς ὑμῶν ὃς ἂν μὴ μήνην ἔχῃ*. Versus hic vt cum metro concilietur, sic legendus est: *ὥςπερ ἀνδριάντες· ὡς μήνην ἐάν τις μὴ Φορῇ. Kust.* Foede corruptum est huius versus metrum. Nihil variant codd. nisi quod in membr. pro *ἔχῃ* scriptum est *ἔχοι*, frequenti harum terminationum, maxime in versuum fine, permutatione. Librarii culpa perspicua hic palam est. Poëtae manum non male restituere mihi videor legendo: *ὥςπερ ἀνδριάντες. ὑμῶν δ' ἤν τις οὐ μήνην ἔχῃ. Brunck.* in Suppl. Si dactylo in impari sede apud nostrum esset locus (v. Hermann. de Metr. p. 115.), facilior esset medela: *ὃς ἂν οὐ μ. ἔχῃ*. Quoniam haec *ὡς ὑμῶν — ἔχῃ* collectiua sunt, Pluralis sequitur: candida laena induti tum maxime dabitis nobis poenam, ab omnibus auibus concacati.

1118. Sacrificio peracto, vt fingebatur, redit Pisthetaerus et chorum auium alloquitur. *καλὰ ἱερὰ εἶναι* est, quod vno verbo *καλλιερεῖν* dicitur, *litare*. v. Xen. Anab.

---

r) Ad eum locum plura iam congessit Hemsterh. T. I. p. 165. add. Schegk. ad Vell. Pat. II, 59. extr. p. 966. ed. Ruhnk.

4. 3. 7. coll. 1, 5, 6. Incipit hinc e vulgari descriptione actus tertius.

1119. ὡς hic valet ὅτι, *quod; miror quod nullus* — forte tamen leg. ἄλλως δ' ἀπὸ *de caetero vero* — *Reisk.* Immo ὡς ante ἀπὸ redundat, vt saepius ante praepp. εἰς, ἐπί, πρός. Posui olim post πράγματα interrog. notam, atque ita interrogatiue accepit etiam Wiland. Nunc non opus esse puto. Abruptior est Pisthetaeri sermo, atque haec pro se dicit.

1121. Ἀλφειὸν πνέων, *Alpheum spirans;* ita currit anhelus, quasi apud Alpheum cursu certaret. Ibi autem fiebant celebria illa certamina. Virg. Georg. III, 180. *Aut Alphea rotis praelabi flumina Pisae. Bergl.* Citat Suidas V. Ἀλλ' οὗτοσί et V. Ἀλφειός. Ceterum prouerbium hoc a paroemiographis non video esse obseruatum. *Kust.* Nimirum fluuii nomen ponitur pro cursu apud eum fluvium instituto. Dicitur autem Ἀλφειὸν πνεῖν, vt Ran. 1016. πνεῖν δόρυ καὶ λόγχας etc. Itaque nec puto nunc Ἀλφειοῦ scribendum, etsi πνεῖν τινὸς fere dicuntur, qui aliquid redolent, pleni eo sunt, πνεῖν τι qui meditantur aliquid et affectant. Repetitio vocis ποῦ *s)* celeriter pronunciatae conuenit ingenio anhelantis et noua allaturi nuncii.

1123. ἄρχων. Legendum ἄρχων vel ὤρχων i. e. ὁ ἄρχων. Saepissime sic erratur, quod et passim animaduertere editores, inprimis Brunckius. *Hotib.*

1126. ὥσ' ἂν ἐπάνω. Sic Ms. Vat. U. rectius *t)*, quam priores edd. quae habent ὥσ' ὑπεράνω μὲν etc. *Kust.* Προξενίδης καὶ Θεαγένης. Scholia: ἐκ τούτων πιστοῦται τὸ ἀνυπόστατον τοῦ τείχους· ἐπειδὴ καπνοὶ ἦσαν καὶ κομπασαί (iactatores erant et fumi), καὶ μόνον ὑπόσχεσις· τοιαύτη δὲ καὶ ἡ τοῦ τείχους οἰκοδομή. Dicuntur autem promissores inanes et iactatores καπνοὶ prouerbialiter. Co-

---

s) Euripides Phoen. 458. ποῦ, ποῦ θυγατρὸς τῆς ἐμῆς ἴδω πόσιν; *Bergl.*

t) Brunk. et Inu. qui eamdem lectionem habent, nihil de suis libris dixerunt. ὑπεράνω de iis vsurpatur, quae supra locum aliquem euecta sunt.

micus Vesp. 324. *καί με ποίησον καπνὸν ἐξαίφνης ἢ Προξενιάδην ἢ τὸν Σέλλου.* Theagenem etiam *καπνὸν* dictum esse dicit Schol. supra ad 823. *ἐκαλεῖτο δὲ καπνὸς ὅτι πολλὰ ὑπισχνούμενος οὐδὲν ἐπετέλει.* Dicitur autem Proxenides Κομπασεύς, quasi a patria, a *κόμπος*, iactantia. *Bergl.* *ὁ Κομπασεύς.* Fictum nomen gentile, tamquam si pagus esset *κόμπος* dictus: iactatorem significat. v. not. ad Conc. 362. vbi *Ἀχραδούσιος* fictum est nomen ad imitationem *τοῦ Ἀχερδούσιος. Brunck.* Formatum nomen ita est, vt supra Philocrates *ὁ Στρούθιος.* Et Theagenes (de quo 822.) et Proxenides (Vesp. 324.) erant vani homines et ostentatores. *Wiland.* Inde patet, muri latitudinem esse fictam. Neque tamen ea nimia est, si comparetur cum iis, quae de muris Nini Diod. S. II, 4. et Babylonis Herodot. I, 179. tradiderunt. cf. Rennel in Geogr. Herodoti ex vers. Bredowii in: Untersuchungen über einzelne Gegenstände der alt. Gesch. II. p. 541. f.

1127. fs. *ἐναντίω — παρελασαίτην.* Thucyd. I. [93.] *καὶ ᾠκοδόμησαν τῇ ἐκείνου γνώμῃ τὸ πάχος τοῦ τείχους, ὅπερ καὶ νῦν ἔτι δῆλόν ἐστι περὶ τὸν Πειραιᾶ· δύο γὰρ ἅμαξαι ἐναντίαι ἀλλήλαις τοὺς λίθους ἐπῆγον.* Herodotus in Clione [I, 179.] de Babylonis muro: *ἐπάνω δὲ τοῦ τείχεος παρὰ τὰ ἔσχατα, οἰκήματα μονόκωλα ἔδειμαν, τετραμμένα ἐς ἄλληλα. τὸ δὲ μέσον τῶν οἰκημάτων ἔλιπον τεθρίππῳ περιέλασιν.* Dicebat autem Pisthetaerus, quum consilium suum proponeret, de aedificando isto muro v. 552. *τὸν ἀέρα πάντα κύκλῳ — περιτειχίζειν μεγάλοις πλίνθοις ὀπταῖς, ὥςπερ Βαβυλῶνα. Bergl.* *παρελαύνειν*, alias praetervehi (Hom. Od. XII, 186.) aut praeterire (Il. XXIII, 382.), h. l. actiue est, agitare currus ita vt facile se praetereant. *ὑπὸ τοῦ πλάτους propter latitudinem* scil muri. *Δούριος* equus intelligendus videtur ille rerum Troianarum memoria celebratus (v. Eurip. Troad. 14. Heyn. Exc. III. ad Virg. Aen. II. p. 322. fs.), non aereus in acropoli Athenis dedicatus (Paus. I, 23. Albert. ad Hesych. h. v.).

1131. *ἑκατοντοργυίον.* Non nimiam longitudinem commemorat. Sunt enim centum orgyiae tantum vnum stadium, vt Herodotus docet in Euterpe [II, 149. *v*)]: *αἱ*

v) Ad q. l. vid. Wessel. p. 177. idemque ad Diod. S. I. p. 290.

δὲ ἑκατὸν ὀργυιαὶ δίπαιαι εἰσὶ στάδιον ἑξάπλεθρον (ſtadium ſex plethrorum). Sed hic etiam Nuncius vanitatem ſuam prodit, facitque vt minus minusque fidei mereatur. *Bergl.* Fractis foedum in modum pedibus incedit hic verſus, cuius in ſecunda ſede ſpondeus eſt. ἑκατοντοργυίου fere dant libri omnes, quod tamen eſt mendoſiſſimum. Metricarum etiam legum imperitis *x)* ex ipſa vocabuli ſignificatione id ſtatim ſubolere poſſit. Vides enim in nuntii huius narratione, vt omnia in magnitudinem ſunt exaggerata. Vrbem quam praedicat Babylone aut Ecbatanis minorem credi nolit. Iam vero quis adeo ineptus ſit, vt tantae vrbis moenium ambitum centum tantum vlnarum eſſe dicat? Miſerrimi cuiusuis pagi ambitus amplior eſt. Pro *vlnis* pone *iugera*, et ſic ſatis apte omnia congruent: ἑκατονστάγυιον. ὦ Πόσειδον, τοῦ μάκρους. Si ſoli metro conſultum vellem, id perfacile fieri poſſet. Nam duo codd. B. C. habent ἑκατονταοργυίου. ὦ Π. vnde procliue eſt ſenarium concinnare ſuis abſolutum numeris, exemto vocandi aduerbio: ἑκατονταόργυιον. Πόσειδον, τοῦ μάκρους. Sed mihi non placet exigua vlnarum menſura. Emendatione, quam primo loco poſui, vix quicquam certius eſſe opinor. *Brunck.* in Suppl. Pro μάκους *Reisk.* legendum coniecit μάκρους, cauſa non addita. At dorica forma ſenario non conuenit. Inuſitatum tamen eſt τὸ μάκρος, et videtur vſu populari magis fuiſſe tritum.

1133. Αἰγύπτιος πλινθοφόρος. Scholia: οἱ Αἰγύπτιοι ἐκωμῳδοῦντο, ὡς ἀχθοφόροι· καὶ ἐν Βατράχοις [v. 1443.]· οὓς οὐκ ἄραιντ' ἂν οὐδ' ἑκατὸν Αἰγύπτιοι. Notum autem eſt ex Herodoti Euterpe, vt plerique reges aſſidue coëgerint eos caementa portare ad exſtruendas praecipue pyramides. *Bergl.*

1135. αὐτόχειρες h. l. pro αὐταί, nam proprie eſt is, qui ſua manu aliquid facit, v. Lyſiſtr. 269. Herodian. p. 474. Piers. et intpp. Act. 27, 19.

1136. ἐκ μὲν Λιβύης — Quia grues vere nouo ex Libya redeunt, quo profectae fuerant extremo autumno; ſu-

et Romé de l' Isle Metrologg. Tabb. p. 12. ſ. ex vers. Groſſii. Proprie eſt ſpatium, quod complectuntur brachia expanſa.

x) Neque enim valet ſententia Toupii ad Theocr. 26, 21. ex qua quarta vocabuli huius ſyllaba breuis eſſe poſſit.

pra 711. σπείρειν μὲν ὅταν γέρανος πρώζουσ' ἐς τὴν Λιβύην μεταχωρῇ. *Bergl.*

1137. θεμελίους καταπεπ. λίθους. Quia grues lapillis se onerant, ne inter volandum transuersae ferantur a vento *y*). Infra 1428. μετὰ τῶν γεράνων ἀναχωρῶ πάλιν ἀνθ' ἕρματος πολλὰς καταπεπωκὼς δίκας· vbi Scholia: ἀντὶ τοῦ λίθου· ἐπεὶ αἱ γέρανοι ἐν τοῖς στόμασι ψήφους ἐν τῷ πέτεσθαι ἔχουσι. Ἄλλως. πολλάκις καὶ σηρίγματος ἕνεκα περιφέρουσι τοὺς λίθους αἱ γέρανοι πρὸς τὸ μὴ παραφέρεσθαι ἀνέμοις. *Bergl.*

1138. κρὲξ etiam Herodot. 2, 76. memoratur, vbi Gloss. Her. dicit esse ὄρνεον ὑοιοιώνισον τοῖς γαμουμένοις. Secundum Schol. est εἶδος ὀρνέου ὀξὺ τὸ ῥύγχος καὶ πριονῶδες (serratum) ἔχον. Marina (Tzetz. ad Lycophr. 513.) aut aquatica auis dicitur, et putatur esse *Rallus crex* Linn. v. Camus II. p. 257. f. et Aelian. V. H. IV, 5. Τύπος instrumentum dicebatur, quo lapicidae saxa caedunt (v. Hesych.), vnde τυπίζειν est caedendo tractare (behauen), polire, complanare lapides. v. Pollux 7, 125.

1141. ἐρωδιοὶ fulicae (Reiher) v. 866. adfuerunt, vt χαραδριοὶ (Taucher) 266. λεκάνη dicebatur non solum de peluibus ad lauandos pedes, (apud seriores Graecos,) sed etiam de vasis ansatis, quibus opsonia aliaque eius generis afferuabantur *z*), dictum est. v. Phot. Lex. p. 156. Zonar. II. p. 1295.

1144. Structura verborum est: τοῦτο καὶ σοφώτατα ἐξεύρητο. Ita non opus est, vt, quod olim conieci, legatur εὖ, ὦ γαθ' ἑξ. vt v. 361.

1145. οἱ χῆνες ὑποτύπτοντες. Mallem ὑπορύττοντες. Nam ad lutum habendum ad caementi vsum opus est fossione. *Palmer.* Exercc. p. 757. Infeliciter Palmerius hic sollicitat elegantem vocem ὑποτύπτοντες, quae apud Graecos dicitur de iis, qui lato aliquo instrumento fossorio in

---

y) Sed haec iam Aristot. H. A. 8, 12. cf. Camus II. p. 401. f. θεμέλιοι λίθοι sunt lapides, qui fundamenti loco ponuntur. Habet, fortasse ex h. l. Pollux 7, 125. καταπίνειν *deglutire* est.

z) Vertitur: pelues; Francog. auget; Wil. Gelten.

terram impacto, humum vel caementum aliamue quamuis materiam eo exceptam egerunt, vel in vas quoddam coniiciunt. Vox ista eo, quo diximus, sensu occurrit etiam ap. Herodot. II, 136. (vt monuit me Hemsterhuysius meus), vbi itidem de egestione luti, vt hic, mentio fit. *Kust.* Ordo est: *ὑποτυπτοντες τοῖν ποδοῖν, ὥςπερ ταῖς ἄμαις, ἐνέβαλον αὐτοῖς a) (τοῖς ἐρωδιοῖς) ἐς τὰς λεκάνας (τὸν πηλόν).* Verbum *ὑποτύπτειν* hic aegre poterit verbo latino reddi; similiter autem vsurpatum videtur ab Herod. in Euterpe *b)*; *κοντῷ γὰρ ὑποτύπτοντες ἐς λίμνην, ὅ, τι προςχοῖτο τοῦ πηλοῦ τῷ κοντῷ, τοῦτο συλλέγοντες πλίνθους εἵρυσαν.* De quo loco memini me monere Hemsterhusium. *Bergl.* ἄμη s. ἄμη non solum est falx, sed etiam ligo, fodiendi instrumentum. v. Albert. ad Hesych. h. v. Ducker. ad Thuc. p. 254.

1146. *ἐνέβαλον αὐτόν*, scil. *τὸν πηλόν.* Sic optime B. Vulgo *αὐτοῖς.* Ordo est: *οἱ χῆνες ὑποτυπτ. τοῖν ποδοῖν, ὥςπερ ταῖς ἄμαις, ἐνέβαλον ἐς τὰς λεκάνας αὐτόν.* V. Valcken. notam ad Herod. III, 30. p. 263. s. *c).* Bern. Iunta edidit *αὐτοῖν τοῖν ποδοῖν. Brunck.*

1147. Allusio ad prouerbium: *τί δῆτα χεῖρες οὐκ ἂν ἐργασαίατο*; *Brunck.* Idem e Schol. attulit *Bergl.* add. Erasm. p. 368. De duplici *ἂν* cf. Gregor. de dial. p. 18.

1148. Risus captandi causa *νῆτται* (anates) dicuntur *περιεζωσμέναι d)*, vt, qui opus faciunt, succincti sunt.

1149. *ὑπαγωγεὺς* instrumentum est *e)*, quo exaequare lateres solent *οἱ κονιαταὶ* seu *caementarii.* Quae autem

---

a) Ex olim vulg. lectione *αὐτοῖς τοῖν π.*, pro qua ex ed. 1624. repositeram *αὐτοῖν.* Nam ante *αὐτὰς* cum Subst. solet ita praepositio *εἰν* omitti. v. Schol. Eurip. Phoen. 3. add. Xenoph. Anab. 1, 5, 17. Nost. Vesp. 1440. Warton. ad Theocr. 22, 16. At nunc censeo *αὐτοῖν* hic frigere.

b) II, 137.

c) Qui docet, esse: *eruere, egerere.*

d) Francog. interpres hoc singulare quoddam genus esse vult, quasi: cannes à tablier.

e) v. praeter Pollucem Phot. p. 454. Zonar. II. p. 1767. Hemst. et Bergl. reddunt: *caementum habentes*, Brunk. *malleum*

inſtrumentum illud ferebant, ipſae erant *caementariae* anates. Scilicet verba ἐπλινθοφόρουν et ἐπέτοντο ad idem Subſtantiuum αἱ νῆτται pertinent. Praecinctas eas eſſe facete fingit Comicus, quia, vt Suid. et Schol. obſeruant, pictarum huius auis plumarum diſpoſitio albae zonae ſpeciem refert: ἐζωσμέναι δὲ αἱ νῆτται, διὰ τὸ ἔχειν ζώνην λευκήν. Plumarum vero in ſummo tergo, alis expanſis, figura ad ὑπαγωγέως, quem gallice *vne truelle* appellamus, figuram accedit. Verſus 1151. ſpurius eſt *f)* et a mala manu additus prorſus deleri debuit: cum praecedentibus nullo nexu cohaeret et plane inutilis eſt. Quorſum enim auium lutum ferentium mentionem iterare, poſtquam ſupra 1142. fulicas lutum adportaſſe nuncius narrauit? Sic verti debuit hic locus: *Atque edepol anates etiam praecinctae lateres adportabant: ſurſum autem volabant, tergo impoſitam trullam gerentes, tamquam pueruli, Brunck.* Reponi tamen poteſt, ſupra etiam 1141. iam ciconias dici πλινθοφορεῖν et tamen idem h. l. anatibus tribui; deinde ſupra fulicas dici lutum peluibus adportaſſe, h. l. hirundines caementum ore guſtaſſe. Poſt σόμασιν commate eſt interpungendum.

1152. μισθωτοὶ ſunt homines mercede conducti, et μισθωτοὺς μισθοῦσθαι pro μισθωτοὺς λαβεῖν ſ. μισθοῦσθαι ſimpliciter eſt dictum. Mox τί δαὶ *quid vero?* eſt omnino, *porro.* cf. ad Plut. 906.

1154. Verba ὄρνιθες πελεκᾶντες *g)* iungi debent. De his auibus v. ad 882. Non plateas ſ. plataleas (Pelikane) ſed picorum genus (Baumſpechte) deſignari (contra Camuſium T. II. p. 617. et Bochart. Hieroz. II, II, 24.) oſtendit Schneider. Lex. II. p. 237. et ad Aelian. N. A.

---

dorſo alligatum habentes. Wiland. *mit den Kellen auf dem Rücken* — Eſt lat. *trua,* Mauerkelle, la truelle. Nonnulli iam inter veteres ὑπαγωγέα putarunt dici τὸν πηλόν, v. Schol. Suid. et Heſych. h. v. ibique Alb. quod incommodum eſt.

f) Leg. ἐν τε σόμασιν *et in roſtris,* tam in dorſo, quam in roſtris. *Reisk.* Sed poterat ſine mutatione idem ſenſus meliore interpunctione obtineri, vt eſſet: ἔχουσαι τὸν (μὲν) ὑπ. κατ. ὥσπερ παιδίᾳ, τὸν (δὲ) πηλὸν ε. τ. σ.

g) Propter ſimilitudinem vocis πέλεκυς *ſecuris.* Vtuntur autem ſecuribus fabri lignarii. *Bergl.*

III, 20. πελεκᾶν et ἀποπελεκᾶν non tam ſecuri caedere, quam dolare (behauen), ſignificat. v. Hom. Od. 5, 244.

1157. πελεκώντων. Sic perſpicue ſcriptum in B., vt legendum eſſe acute viderat ſagaciſſimus Daweſius *h*). Participium eſt verbi πελεκάω. Inſulſe vulgo αὐτῶν πελεκάντων. *Brunck.* πελεκάντων pro πελεκώντων participio. *Bergl.* Male.

1158. πεπύλωται πύλαις. Supra 614. θυρῶσαι χρυσαῖσι θύραις. *Bergl.* πυλοῦν quod proprie eſt, portis munire aditum, h. l. eſt munire ſimpliciter.

1159. βεβαλάνωται. In Eccles. 362. νῦν μὲν γὰρ οὗτος βεβαλάνωκε τὴν θύραν. *Bergl.* βάλανοι ſunt peſſuli ferrei (Pflöcke), qui μοχλοῖς (vectibus) inſeruntur. v. Thuc. 2, 4. ibique Schol. et Duck. ac Gottleber. T. I. p. 256. βαλανοῦσθαι igitur eſt, peſſulis ſ. obicibus claudi, firmiter claudi. κύκλῳ eſt *vndiquaque*, omni ex parte. ἐφοδεύειν ſignificat, excubias obire (viſitiren), vt Xen. Hell. 5, 3, 22. Hinc ἐφοδεύεσθαι h. l. circumiri.

1160. κωδωνοφορεῖται. Supra 843. κωδωνοφορῶν περίτρεχε. *Bergl.* Tintinnabulo explorantur excubitores.

1161. φρυκτωρίαι proprie ſunt ii, qui in turribus ſpeculantur, num hoſtes adueniant, vt ignibus ſublatis (qui φρυκτοὶ dicuntur) eorum aduentum ſignificent; hinc ipſae faces nocturnae. cf. Suid. h. v. Zonar. II. p. 1825. et Irmiſch. ad Herod. IV, 2, 15. et Stanlei. ad Aeſch. Agam. 1.

1163. ἀπονίψομαι. Quia ſcilicet puluere aut luto erat ſordidus.

---

h) αὐτῶν πελεκάντων — ab *illis pelecanis* — interpretantur. Atqui αὐτοὶ πελεκᾶντες *illi pelecani* neutiquam ſonat. Valet in ſermone poetico *ipſi pelecani*; at in ſoluto ſiue comico, niſi accedente articulo, ne iſtud quidem; nec vero quicquam aliud. V. gr. in Pluto 392. αὐτὸν τὸν θεόν. Porro vt αὐτῶν πελεκ. in comoedia tantumdem eſſe potuerit quod αὐτῶν τῶν π. at ipſa tamen quam efficiat ſententia, *ab* ipſis *pelecanis excitatus*, importuna erit. Vide an veram ſcripturam ſimus aſſecuti: αὐτῶν πελεκάντων erat autem ſonitus ab iis dolantibus (dum dolarent) excitatus. *Dawes.* M. Cr. p. 294. ſ. πελεκώντων etiam *Reisk.* legi iuſſit.

1164. *τί ποιεῖς*; gloſſema redolet. Suſpicor ſcripſiſſe Comicum *τί πάσχεις*; vt ſupra 1044. *Brunck.* Scilicet Piſthetaerus obſtupefactus ſiluit, vnde chorus eum ita eſt allocutus.

1166. *ἄξιον* ſcil. *θαυμάζειν*, aequum eſt mirari, vt 547. *ζῆν ἄξιον*. Pluralis *ἴσα* pro Sing. ponitur, vt Plurales adiectiuorum in genere neutro ſaepe apud Atticos. v. Barnes. ad Eurip. Herc. F. 583. Valck. ad Hippol. 371. Woſſel. ad Herod. p. 386.

1168. *ἀλλ' ὅδε φύλαξ γὰρ* — Sic optime ſcriptum in membr. et in B. In primariis edd. *ἀλλ' ὧδε φ. γ.* — vt mendoſe ſcriptum eſt in C. Sed nihil facilius erat, quam mendam hanc eluere. Kuſterus vero *ὧδε*, quod in *ὅδε* mutandum erat, retinuit, et *γὰρ* expunxit, quo pacto verſum turpiter claudicantem *ex ingenio i)* dedit. Id Berglero ne animaduerſum quidem fuit.

1169. *πυῤῥίχην βλέπων.* Schol. *ἔνοπλον καὶ πολεμικόν τι. ἔνοπλος γὰρ ὄρχησις ἡ πυῤῥίχη.* Sic Pl. 328. *βλέπειν Ἄρην k)*, Conc. 291. *βλέπειν ὑποτρίμμα*, Veſp. 455. *βλέπειν πάρδαμα*, Eqq. 631. *βλέπειν νάπυ*, Hippomedon ap. Aeſch. S. C. Th. 500. *βακχᾷ πρὸς ἀλκήν, θυιὰς ὥς, φόβον βλέπων. Tueri* et *ſpirare* hoc ſenſu promiſcui ſunt vſus. Supra 1121. *Ἀλφεῖον πνέων* id eſt, *συντόνως τρέχων, ὡς Ὀλυμπιακὸς σκαδιοδρόμος. Brunck.* De ſaltatione puerorum armata ſ. militari *l)* cf. Athen. XIV. p. 630. Spanhem. ad Call. in Iou. 52. Periz. ad Ael. V. H. III, 8, 5. Ceterum alter eſt hic, et a ſuperiore diuerſus, nuncius.

1172. *τῶν παρὰ τοῦ Διὸς* redditur, qui apud Iouem ſunt. Proprie eſt, eorum qui a Ioue veniunt, aut, originem ducunt, pendent.

---

i) Siue potius operarum errore. In notis enim nihil legitur. Errorem animaduerti olim, reſtitui *γάρ*, malui tamen *τις* pro eo legi, quo non opus eſt, ſi *ὅδε* ſcribitur.

k) Hunc locum, cum verbis Schol., et praeterea ex Acharn. 565. *βλέπων ἀσφαλὲς* laudat *Bergl.* Valet: vultum habere. Ita *δεινὸν βλέπειν* Theocr. Id. 23, 12.

l) Ap. Zonar. II. p. 1596. pro *ἐναύλου* legendum *ἐνόπλου*. coll. Phot. p. 553.

1173. Lege [pro *εἰςέπταθ'*] *εἰςέπτετ'*. V. not. ad v. 90. *Brunck.* Ex eius igitur emendatione recepit Inu. *ἄέρα* dictum pro *πόλιν*, quia in aëre noua vrbs condebatur.

1174. *λαθὼν — ἡμεροσκόπους.* Eurip. Hel. 1189. *καὶ νῦν πέπυσμαι Φανερὸν Ἑλλήνων τινὰ Εἰς γῆν ἀφῖχθαι καὶ λεληθέναι σκοπούς, Ἤτοι κατόπτην ἢ πλοπαῖς θηρώμενον Ἑλένην· θανεῖται δ' ἥν γε συλληφθῇ μόνον.* *Bergl.* *ἡμεροσκόποι* sunt, qui interdiu excubias agunt. cf. Lysistr. 849. Xen. Hell. I, 1, 2.

1175. Leg. *ὃ δεινὸν ἔργον σχέτλιόν τ' εἰργασμένος Τίς* etc. *Reisk.* Immo vulgata praeferenda. Refertur ad deum, qui facinus atrox admisit. Si quid mutandum sit, *εἰργασμένοι* scribi potest, scil. *φύλακες* qui se falli erant passi.

1176. *ὅτι δ' εἶχε πτερά.* Supra 576. *Ἶριν δέ γ' Ὅμηρος ἔφασκ' ἰκέλην εἶναι τριήρωνι πελείῃ.* *Bergl.* *περίπολοι* sunt tirones, qui non in bella extra fines Atticae gerenda educebantur, sed Atticum agrum obibant et defendebant. v. Harpocr. h. v. Pollux VIII, 105. Wass. et Duck. ad Thuc. p. 276. s. Sturz. Lex. Xenoph. III. p. 528. Apud Thuc. 8, 92. memoratur etiam *περιπόλαρχος.*

1178. Aut *κατ' αὐτοῦ* aut *μετ' αὐτὸν* leg. *Reisk.* Immo et cum Accus. iuncta praep. *κατὰ* interdum valet *contra*, vt Xen. Hell. 4, 3, 12. cf. Abresch. Dil. Th. p. 41. Fisch. ad Well. III, II. p. 177.

1179. *ἱπποτοξόται* et *ἀφιππτοξόται* sagittarii equites apud Athenn. dicebantur. v. Weissel. ad Diod. S. II. p. 339.

1180. *πᾶς τις* (vnusquisque, vt Thesm. 793.) scil. *ὄρνις. ὄνυχας ἠγκυλωμένος* est qui alio vocab. *γαμψώνυξ* dicitur.

1181. *τριόρχης* s. *τρίορχος* est *buteo* (Plin. X, 8. falco buteo Linn. Busshard, Weihe), quem tres existimarunt habere testiculos, vnde intelligitur 1206. vbi v. Schol. Add. Buffon. Hist. Au. T. I. p. 166. Camus II. p. 188. f. — *ὁ κύμινδις* (pro quo Schol. *κίμινδις* legendum esse suspicatur et alii etiam *κίμυνδις* legisse videntur) occurrit etiam Hom. Il. XIV, 290. f. Plinio *nocturnus accipiter* dicitur, sed, quaenam auis nobis sit, incertum est. v. Camus II. p. 272. f.

Heyn. ad Il. T. VI. p. 586. Schneider. Lex. Gr. II. p. 633. Ex rapacium auium, quibus h. l. adiungitur, genere fuisse patet. De v. κερχνὴς v. 589.

1182. ῥύμῃ m) — In Nubb. 406. de vento: ἔξω φέρεται σοβαρὸς, διὰ τὴν πυκνότητα, ὑπὸ τοῦ ῥοίβδου καὶ τῆς ῥύμης αὐτὸς ἑαυτὸν καταναίων. Soph. Antig. 1016. Ἀγνῶτ' ἀκούω Φθόγγον ὀρνίθων, κακῷ πλάζοντας ὄτρῳ καὶ βεβαρβαρωμένῳ καὶ σπῶντας ἐν χηλαῖσιν ἀλλήλους φοναῖς ἔγγνως· πτερῶν γὰρ ῥοῖβδος (strepitus alarum) οὐκ ἄσημος ἦν. *Bergl.* ῥοιζήμασιν. Sic duo codd., iuxta impressos, bene. In membr. ῥοιζήματι. Has terminationes saepe permutari obseruaui ad Lys. 1133. *Brunck.* Eurip. Mede. 1181. ἅπασα δὲ στέγη πυκνοῖσιν ἐκτύπει δρομήμασι (resonabat cursitationibus). *Bergl.* ῥοιζήμασι Φύλλων est Orph. hymn. 37, 19. ῥοῖζος et inde ducta ap. Hom. saepe de *stridore*.

1183. δονεῖται. Herodot. in Polymnia sub initium [VII, 1.]: τουτέων περιαγγελλομένων ἡ Ἀσία ἐδονέετο πᾶσα ἐπὶ τρία ἔτεα. *Bergl.* ad quem locum de hoc v. δονεῖσθαι (agitari, commoueri) v. Wessel. p. 505, 13.

1184. Soph. Philoct. 40. ἀνὴρ κατοικεῖ τούσδε τοὺς τόπους σαφῶς, πᾶσιν οὐχ ἑκὰς που. Sub μακρὰν autem, vt alias saepe, subauditur ὁδὸν, vt Ran. 432. μηδὲν μακρὰν ἀπέλθῃς· quandoque ὥραν, aut simile. *Bergl.*

1185. οὔκουν — Haec omnia in membr. et in B. Pisthetaero recte tributa. *Brunck.* Scil. verba οὐκοῦν (ita vulg. scriptum cum puncto post τόξα) — τόξα vulgo choro, quae sequuntur, χώρει etc. nuncio tribuuntur.

1187. πᾶς τις. Ms. Vat. U. παῖε: quod magis placet. Nam πᾶς iam praecessit in versu proxime superiori. *Kust.* πᾶς τις. Sic C. iuxta impressos recte. Quia πᾶς in praeced. versu praecessit, eo melior est illa lectio. In re trepida venuste locum habent eiusmodi repetitiones. In B. τόξευε, παῖε, σφενδόνην — In membr. τόξευε πᾶς, σφενδόνην. Haec est varietatis origo mutandaeque lectionis occasio. Quia πᾶς metro non satisfaciebat, alius libra-

---

m) ῥύμη est impetus, φορὰ βιαία, Scl. In Pac. 85. ῥύμῃ πτερύγων.

rius, de omissione voculae τις non cogitans, illud in πᾶς mutauit. *Brunck.*

1189. οὐ φατὸς infandum, est, grauissimum. Vt Call. in Del. 60. μέγα τι καὶ οὐ φατόν.

1193. ὅν γ' ἔρεβος ἐτέκετο. Antequam aër esset, fuit erebus, in cuius sinu Nox peperit ouum illud, vnde Amor natus est, qui materiam ὁμοιογενῆ congregauit. Supra 694. Χάος ἦν καὶ Νὺξ Ἔρεβός τε μέλας Ἔρέβους ὀ' ἐν ἀπείροσι κόλποις — τίκτει πρώτιστον Νὺξ etc. *Bergl.*

1194. f. σε λάθῃ περῶν ταύτῃ te clam hac (per aerem) transeat. Non est, vt olim putaui accipi posse: huc accedat, vt Eur. Or. 1572: περᾷν δόμων ἔσω.

1196. Huic versui nihil est quod respondeat in antistropha: quamobrem non lyrico hunc metro conscriptum arbitrer *n)*, sed ad formam iambici senarii reuocandum hoc modo: ἀθρεῖτ', ἀθρεῖτ', ἀθρεῖτε πᾶς κύκλῳ σκοπῶν. Voces similes omitti solent, et amat eiusmodi repetitiones Noster. cf. 1199. et 1122. *Hotib.*

1197. πεδαρσίου Aeolice pro μεταρσίου. v. Schmidium ad Pind. Pyth. p. 303. Ceterum Ms. Vat. U. hic habet μεταρσίου. *Kust.* πεδάρσιος est a πεδαίρω e *terra tollo*, quasi πεδόθεν αἴρω *o)*. Verbo πεδαίρω vtitur Euripides de eadem ista dea loquens Herc. Fur. 872. σεῖχ' ἐς Οὐλυμπον πεδαίρουσ', Ἰφι, γεννκῖον πόδα, vbi v. Not. Barnes. Voce πεδάρσιος *sublimis* vtitur et Aeschylus Prom. 269. 709. et 915. *Bergl.* πεδαρσίου tres mei codd. [etiam Rau.] recte. Tragicum in his versibus κόμπον affectat et Aeschylum imitatur, cui frequens huius aeolici nominis vsus in senariis. v. modo Prom. 269. 719. 924. *Brunck.*

1198. Pro δίνης male in B. scriptum δεινός. *Brunck.* δίνης πτερωτὸς Φθόγγος dictum pro δίνης πτερωτῆς Φθόγγος i. e. πτερῶν δινουμένων. Saepissime enim Graeci et

---

n) Ita vere statuit Hotib. sed repetitio illa hic non placet. Aut dimeter est iambicus aut alia quaedam exciderunt. ἀθρεῖν est diligenter videre, vt Thesm. 669.

o) Vana etymologia. πεδαίρω etiam aeol. dicitur pro μεταίρω. Cf. Valck. ad Eur. Phoen. p. 375.

Latini poëtae adiectiua non ei ſubſtantiuo, ad quod proprie pertinent, ſed alteri iungunt. In cuius generis locis librarii plerumque epitheton mutarunt in caſum illius ſubſtantiui, quocum proprie erat iungendum. Wiland. reddidit: *ſchon hör' ich ſeiner Flügel rauſchenden Schwung.* Iam ope machinae cuiusdam Iris in ſcenam aduolat, et primum quidem videtur huc illuc vagari aut euolare velle. Hinc gradum ſiſtere iubetur.

1200. ἔχ' ἀτρέμας. v. ad Plut. 127. *Bergl.* Nimirum ἀτρέμας, proprie *ſine trepidatione* (v. Eurip. Or. 149.), deinde eſt *tacite, quiete* (ἡσύχως Hes. vnde cum σῖγα commutatur Plut. de S. N. Vind. p. 9. coll. p. 6. Wytt.) et ad ἔχε ſuppl. σεαυτόν, quod additur Thesm. 232. Formula ipſa legitur et Nub. 260. Ran. 342. et alibi iunguntur ἔχ' (i. e. ἔσω) ἡσυχος, ἔχ' ἄφοβος. v. Markland. ad Eurip. Suppl. 305. Quae ſequuntur interrogationes, celeriter pronuntiatae ſunt.

1203. πλοῖον ἢ κυνῆ. *Nauis an galea?* Nauem putat aut, quia veſtis eius eſt ſinuoſa, vt ſunt vela nauium, aut propter alas, quas habebat; habent enim et naues quaſi alas quasdam remos; galeam autem putat eſſe omnino propter pennas et alas, quia galeae plumas habent. *Ex ſcholiis;* in quibus etiam κυνῆ pro petaſo accipitur, qualem Mercurius deorum nuncius geſtat. *Bergl.* Frigidum tamen in his et ſeqq. eſſe iocum recte monet *Wiland.* Cf. Heſych. V. Κυνῆ. Iris apud Hom. ſaepe ὠκείη dicitur, vt Il. 2, 786.

1204. Πάραλος ἢ Σαλαμ. Quia dixerat Ἶρις ταχεῖα, i. e. vi etymologiae, *Nuncia velox*, iſte putat eam eſſe vnam ex duabus illis nauibus publicis, quarum altera Πάραλος, altera Σαλαμινία vocabatur: quibus vtebantur Athenienſes, quoties aliquid celeriter erat per mare *nunciandum* aut expediendum; erant enim expeditiſſimae καὶ μάλιστα ταχυναυτοῦσαι. Quod ad etymologiam vocis Ἶρις attinet, illa eſt ab ἰρεῖν, τὸ μηνύειν, *ſignificare, indicare*, vt eſt ap. Suidam, et λέγειν, vt ap. Heſych. *p*), vbi male legitur: ἰρεῖν, λέγειν· καὶ ἔρις δὲ ἀπὸ τούτου.

p) παρὰ τὸ εἴρειν (f. ἰρεῖν) καὶ προλέγειν τὰ μέλλοντα Zonar. II. *p.* 1120. add. Etym. p. 475.

Legendum ἶρις. Hinc etiam Irus ille nomen accepit, quum prius aliter vocaretur; proci autem nomen illud ei dederunt, quia solebant illo *nuncio* vti, vt docet ipse Homerus Odyss. [XVIII, 6.]. *Bergl.* Naues illae veloces erant. cf. Harpocr. V. Πάραλος.

1206. ἀναπτάμενος. Lege ἀναπτόμενος, vt infra 1384. Facete buteonem in puellam immittit, ad graeci nominis etymon respiciens, alitem bene coleatum. *Brunck.* τρίορχος. Alitem bene coleatum iubet comprehendere puellam, quia eam etiam possit comprimere. ξυλλήψεται. In loco Eurip. [Hel. 1192.] ad v. 1174. citato. *Bergl.*

1207. οἰμώξει μακρά. Sic melius Ms. Vat. U. quam priores edd. quae habent οἰμώξει μακράν. Quamuis enim non ignorem apud Lucianum aliosque scriptores non raro occurrere μακρὰν οἰμώζειν, μακρὰν χαίρειν etc. apud eosdem tamen frequentius legas μακρὰ χαίρειν, μακρὰ οἰμώζειν et sim., quod etiam vt magis Atticum alteri praeferendum puto. *Kust.* Ita μακρὰ κλαίειν Plut. 612. De οἰμώζειν vid. Nub. 217.

1208. Metri gratia scribendum est τοῦτο [pro τουτὶ] τὸ πρᾶγμα. *Kust.* Sic recte scriptum in duobus codd. At in membr., vt vulgo τουτὶ τὸ — claudicante versu, qui sic creticum habet in tertia sede. Haec menda codd. non flagitabat opem. *Brunck.* ἄτοπον quia dea est. Nam quaeuis παράδοξα et ἄλογα dicuntur ἄτοπα. v. Tho. M. p. 121. s.

1210. In membr. πρὸς τοὺς κολοιοὺς πῶς προςῆλθες; *Brunck.* Mox οἷον est *quantopere*, vt Pac. 233. *q)*.

1212. Κολοιάρχαι hic sunt praefecti excubiarum vel custodum. Κολοιοῖς enim siue graculis custodia nouae vrbis Nephelococcygiae commissa erat, vt patet ex v. 1174. λαθὼν κολοιοὺς φύλακας ἡμεροσκόπους. Caeterum in Ms. Vat. U. hic versus ita legitur: πρὸς τοὺς κολοιοὺς πῶς προςῆλθες; οὐ λέγεις; *Kust.* Eamdem lectionem e membr. attulit *Brunck.*, nullo iudicio addito. Sed videtur ea e v. 1174. (quem etiam *Bergl.* laudauerat) ducta

---

q) In Vesp. 171. οἵαν πρέφασιν καθῆκεν, ὡς εἰρωνικῶς, ἵνα θᾶττον ἐκπέμψειας. *Bergl.*

esse, aut profecta ab aliquo Grammatico, quem voc. *πολοιάρχας*, quod tamen vere comice fictum est, offenderat. Neque vero quaeri poterat, quomodo excubitores adierit (id enim facile a quouis fieri potest, qui ad portam vrbis accedit) sed non ab iis examinata sit.

1213. *σφραγῖδ' ἔχεις*; Vt illi qui per hostilem regionem iter faciunt, symbolum et saluum conductum petunt a praefectis. Simul respicit ad superiora 560. *ἥνπερ δ' ἐπίωσι, βάλλειν σφραγῖδ' αὐτοῖς ἐπὶ τὴν ψωλήν.* Sic autem valde ridiculum est, quod quaerit; nam puella haec, vt etiam illa in Ach. 785. *κέρκον οὐκ ἔχει*, et totus ille sexus laborat isto defectu *r*). *Bergl.* Nomen *σφραγὶς anulum* significat, et *impressum anuli signum*. Sic Gallis nomen *cachet* et signatorium instrumentum et signum expressum significat. Posteriore sensu hic accipitur, vt bene interpretatur Schol.: *οἷον σύμβολον ἐπὶ τῷ συγχωρηθῆναι παρελθεῖν. Avez-vous pris un cachet, un billet, un passeport?* Ineptum est quod comminiscitur Bergler us, respici ad id, quod supra diis interminatus fuerat Pisthetaerus: *ἐπιβάλλειν σφραγῖδ' αὐτοῖς ἐπὶ τὴν ψωλήν. Brunck.* Sed ad *σύμβολον ἐπέβαλεν* tamen non male adscripsit Schol.: *ὅτι καὶ νῦν ἐπὶ τοῦ συνουσιάσαι.* In form. Comicorum *τί τὸ κακόν*; *κακὸν* fere idem est, quod *πρᾶγμα, χρῆμα, quid hoc sibi vult?*

1214. *ὑγιαίνεις*; *esne sana mente? sapisne?* Ita Plut. 507. Nub. 1278. *σύμβολον* est quoduis signum, quo aliquid indicatur, v. Tho. M. h. v. H. l. signum, quo amicum esse indicatur.

1216. *ὦ μέλε* o *miser* (per apocopen a *μέλεος*. v. Schol. Nub. 33.) ad contemtum et indignationem exprimendam ponitur.

1217. *σιωπῇ*. Thesm. 669. *δικσκοπεῖν σιωπῇ*. Pac. 1054. *ὅπτα σὺ σιγῇ*. *Bergl.* Est *tacite*, *clam*, vt tales ablatiui (v. c. *σπουδῇ*) aduerbialiter ponuntur.

1218. Hic versus totidem verbis exstat supra 1192. Neutro in loco insititius videtur. v. not. ad Acharn. 436.

---

r) Bonum factum, quod hanc ineptam B. elegantiam non quivis facile intelligit.

Brunck. in Suppl. Existimaueram eum supra spurium esse, vbi ἀλλοτρίας ne habet quidem, quo commode referatur, quum ἡμετέρας s. ὑμετέρας potius dicendum fuerit, et ad διαφθείρετε hic versus, qui nostro loco necessarius est, adscribi potuerit. Grammatici enim atque interpretes et ex antecedd. et e sequentibus nonnumquam versus repetitos memoriae causa adscripserunt iis locis, quibus deinde perperam a librariis in texta recepti sunt. v. Pierson. Veris. p. 58. ss.

1219. Quod in nouissima Bataua (Bergl.) legitur *πολὺ ἐν ἄλλῃ*, aut editoris est praua emendatio aut typothetae error. *Brunck.*

1221. ἀδικεῖς δὲ (Rau. male *με s*)) *καὶ νῦν.* Noua quadam iniuria Pisthetaerum non affecit Iris. Deprauata igitur verba *καὶ νῦν*, reponendumque, nisi omnia me fallant, *ἀδικεῖς δὲ τὸ κοινόν, ciuitatem nostram afficis iniuria*, dum indignam eam habes, cuius legibus obtemperes. Non nemini placebat: *ἀδικεῖς δίκην νῦν. Hotib.*

1222. *πασῶν Ἰρίδων.* Scholia: ἢ ὡς τοῦ ἀέρος ποικίλας Ἰριδας (varias Irides) ποιοῦντος, ἢ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, θεαινῶν. Nempe per synecdochen speciei pro genere. *Bergl.* Posterius praeferendum est; omnino autem Superlatiuus exprimitur, vt Plat. Phaedr. p. 204. *αὕτη πασῶν τῶν ἐνθουσιάσεων ἀρίστη.* Struenda sunt verba *δικαιότατα* (*δικαιοτάτως*) *πασ. Ἰρ. ἀπέθανες* (supplicio afficereris, vt *ἀποθανεῖν interfici* valet Eqq. 284.) quum comprehensa esses. ἡ ἀξία (per se adiectiuum, vnde ἡ ἀξία τιμὴ Xen. Exped. C. 1, 4, 9.) naturam Substantiui inducit; *iusta*, digna merces. Itaque non opus est, vt suppleatur *τιμωρίας.* Sic *κατὰ τὴν ἀξίαν pro merito* Isocr. Busir. p. 165. Batt. et alibi.

1224. *ἀλλ' ἀθάνατος εἶμ'.* Sic quidem libri omnes: legendum tamen mihi videtur, *ἀλλ' εἶμ' ἀθάνατος.* Primam huius compositi in anapaestis produci haud aegre se-

s) Perperam *με* in ordinem recepit *Inu.* Nihil autem in seqq. mutandum. Iniuste fecerat, quod vrbem intrauerat clam excubitoribus, iniuste agit nunc quod per eam transuolare coñatur.

ro; ſed in ſcenariis id non licuiſſe monui ad Ran. 629. Hoc etiam modo multo modulatior eſt verſus. *Brunck.*

1225. ἐμοὶ δοκεῖ reliquae orationi ita interponitur, pro, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, vt Aeſch. S. 2, 19. Heindorf. ad Plat. Euthyd. p. 323.

1227. ἀπολακτίζειν eſt, petulanter, pro lubitu agere, vt vel oppoſitum docet. cf. Zonar. I. p. 114. Ita οἱ αἴπολοι ἀπολακτίζουσιν ap. Heſych. V. Δηδὸς ἐν μεσημβρίᾳ.

1228. ἀπροατέον ἐν μέρει — Eurip. Hec. 1130. λέγ' ὡς ἂν ἀκούσας σοῦ τε καὶ τῆςδ' ἐν μέρει πρίνω δικαίως. Quandoque ἐν μέρει *ſingulatim, ſeorſim*, vt in hoc Eurip. loco, et ap. Noſtrum Veſp. 1310., quandoque *vicisſim, per vices*, et ita hic in Auu. item Ran. 32. *Bergl.* Senſus eſt: vt nos olim paruimus diis, ſic viciſſim *t)* hos oportet nobis obedire (ἀπροατέον) *v)*.

1229. Φράσον δέ τοι μοι, τῶ πτέρυγε ποῖ ναυσολεῖς; Sic optime tres codd. [et Rau.]. In vett. edd. erat: Φράσον δέ μοι, τῶ πτέρυγε ποῖ ναυσολεῖς; ſyllaba deficiente. σὺ Portus aut neſcio quis alius inſerſit: ποῖ σὺ ναυσολεῖς; *Brunck.* Tamquam de naue. Virg. de Mercurio [Aen. I, 301.] *volat ille per aëra magnum Remigio alarum x)*. Aeſch. Agam. 52. de auibus: πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι (alarum remigio remigantes). *Bergl.* ναυσολεῖν proprie eſt, *naui aliquid vehere*, vt Eur. Or. 739., deinde vt Medium vſurpatur, *naui proficiſci*, Thesm. 1112. Eurip. Hipp. 35. H. l. quum Acculatiuus addatur, altera notionis pars verbo demitur, et eſt pro στέλλειν dictum, ſed στέλλειν (mittere) πτέρυγε aliquo, eſt, πέτεσθαι. Remos etiam dici πτερὰ docet Doru. ad Char. p. 104.

1230. παρὰ τοῦ πατρὸς ſcil. πεμφθεῖσα. Φράζειν h. l. valet, *iubere*. Ita non opus eſt vt ad θύειν ſuppleatur δεῖν.

---

t) Ita ἐν μέρει Eurip. Phoen. 1442. Xen. Hell. 2, 1, 4. add. Weſſel. ad Herod. p. 605.

v) Sic ἡ ἀκρόασις τῶν ἐν ἀρχῇ ὄντων *obedientia*, Thuc. 2, 37. οἱ κρείττονες ſunt potentiores, imperio digniores.

x) Add. Ouid. Met. 5, 558.

1232. Locum hunc citat Harpocr. V. Ἀγυιᾶς, vbi Henr. Valesius obseruat, Aristophanem allusisse hic ad locum illum Eurip. in *Plisthene*, citatum ab Ammonio V. Βωμός y): μηλοσφαγεῖται δαιμόνων ἐπ' ἐσχάρας. *Kust.* Verbum μηλοσφαγεῖν (mactare pecudes, oues) occurrit et Lysistr. 189. vbi respicitur ad Aesch. S. C. Th. 43. in quo loco tamen est ταυροσφαγεῖν. add. Abresch. ad Aesch. I. p. 72. ἐσχάραι (humiliores, v. Stoeber. ad Feith. Antt. Hom. p. 19.) βούθυτοι sunt, in quibus boues immolantur, vt βούθυτος ἑστία Soph. Oed. Col. 1491. βούθυτοι πρατροπαὶ Eur. Alc. 1156.

1233. κνισσᾷν τ' ἀγυιάς. Phrasi hac vsus etiam est Aristoph. Eqq. 1317. *Kust.* Eurip. Alcest. 1156. βωμούς τε κνισσᾶν βουθύτοισι προστροπαῖς (arasque nidore impleant in supplicationibus, quibus boues mactabunt), vbi obseruandum, quosdam pro βωμοὺς legere ὁδούς. κνισσᾷν τ' ἀγυιάς. Est hoc ex oraculis. Demosth. c. Mid. [c. 15. ed. Spald.] ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς μαντείας, ἐν αἷς ἅπασαις ἀνηρημένον εὑρήσετε τῇ πόλει, ὁμοίως ἐκ Δελφῶν καὶ ἐκ Δωδώνης, χορούς ἱσάναι κατὰ τὰ πάτρια καὶ κνισσᾷν ἀγυιὰς (vt — vicos nidore impleant) καὶ σεφανηφορεῖν. In orat. c. Macart. [T. II. p. 1072. Orr. Grr. Reisk.] affert exemplum oraculi Delphici, vbi haec phrasis occurrit dialecto Dorica: καὶ τὰς ἀγυιὰς κνισσᾷν (compita nidore inficere) καὶ πρατῆρας ἑσάμεν καὶ χορούς. In his et similibus locis incertum est, an non pro ἀγυιὰς scribendum sit Ἀγυιᾶς ab Ἀγυιεύς, vt intelligantur dii, viarum vrbanarum praesides, aut eorum arae. Etiam veteres Grammatici in hac re incerti sunt. *Bergl.* Nam alii ἀγυιὰς (compita, vicos) legunt, alii ἀγυιᾶς, et Harpocr. p. 9. qui et ipse scribit ἀγυιᾶς, monet ἀγυιέα non modo columnam (aut statuam) ante fores positam (vt Apollo Ἀγυιεὺς Vesp. 870. Phoebus Agyieus Hor. Od. IV, 6, 28. vbi v. intpp.), sed etiam aram ante aedes dici. v. Hes. h. v. ibique Alb., Suid., Zon. I. p. 20. et 21. Dicitur autem ita singulatim Apollinis ara, v. Valck. ad Eur. Phoen. 634. et Spanh. ad Call. Dian. 144. sed Attici ἀγυιᾶς omnino dicunt τοὺς πρὸ οἰκιῶν βωμούς (ante fores aedium enim sacrificia instituebantur, v. Pac.

---

y) Eurip. Plisth. fr. 3. ex coll. Musgr. vbi tamen μηλοσφαγεῖται legitur.

941. 1023.). add. Doru. ad Char. p. 247. Itaque et h. l. poſſunt ab ἐσχάρᾳς distingui, vnde olim ἀγυιᾶς praetuli. Sed recte Spalding. ad Dem. c. Mid. non modo Hemſterh. ad Luc. [Prom. c. 19. T. I. p. 202. Amſt.] oppoſuit, ſed inprimis Dem. adu. Mac. locum, vbi τὰς ἀγυιὰς legitur. Et hoc quoque loco vix ſequi poterat ποίοις θεοῖς, ii Ἀγυιᾶς (aras deorum) κνισσᾷν (nidore replere) praeceſſerat.

1237. Interpunctum olim erat: οἷς θυτέον αὐτοῖς· ἀλλὰ — Tacite mutauit Brunck. et poſt θυτέον poſuit colon. Facere interponitur μὰ Δί', quum tamen Iouem nullum eſſe velit.

1238. κινεῖν eſt commouere, ad iram concitare. cf. Valck. ad Xen. Mem. IV, 2, 2. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 11. Heyn. ad Epict. I, 4.

1239. ὅπως μὴ etc. Paratragoediatur, vt ei terrorem incutiat. Videntur autem haec ex Aeſch. Agam. eſſe, vti v. 544. καὶ πανάλεθρον αὐτόχθονον πατρῷον ἔθρισεν δόμον (et funditus perditam cum tota regione demeſſuit paternam domum). Ibid. paulo ante 534. Τροίαν κατασκάψαντα τοῦ διηνεκοῦς Διὸς μακέλλῃ. Scholiaſtes adducit Soph. locum z): χρυσῇ μακέλλῃ Διὸς ἐξανασραφῇ. *Bergl.*

1240. Perperam vulgo ἀνασρέψῃ. Futurum indicatiui flagitat recta loquendi ratio, vt mox ſequitur καταιθαλώσει. v. not. ad Lys. 744. *Brunck.* qui ἀνασρέψει edidit. In ed. Lugd. 1624. eſt: Διὸς μακέλλῃ π. ἀνασρέψῃ δίκῃ, vt hoc ſit pro δικαίως. At tum etiam μάκελλα legi debebat. Immo Δίκη ſaepe in perſonam mutata exhibetur. v. Io. Luzac Exercitt. Acadd. Spec. II. p. 111. ſs.

1241. λιγνὺς proprie fumus, qui ex flamma oritur, fuligo (vt Aeſch. S. C. Th. 496. Noſt. Thesm. 288. et al. Etym. M. et Zon. II. p. 1310.). Deinde eſt ipſa flamma, φλόξ (Heſych.). δόμων περιπτυχὰς (complexus) pro δό-

z) Fragm. 87. ex Inc. Trag. ap. Brunck. Eo reſpexiſſe noſtrum putat Schol. μάκελλα ſ. μάκελα proprie eſt *ligo*, vt Hom. Il. 21, 259. Moſch. Id. 4, 94. L. Bos. Obss. Critt. p. 171. ſ. πανώλεθρος eſt, qui prorſus periit (v. Weſſel. ad Herod. p. 454.) etiam de hominibus omnino perditis (Lys. 1038.). Il. l. pro πανωλέθρως *ad internecionem.*

μους, vt τειχέων περιπτυχαὶ Eurip. Phoen. 1366. Verba enim fesquipedalia e Tragicis sunt petita.

1242. κατακαλώσει. Eurip. Ion. 212. τί γάρ; πεπρωνὸν ἀμφίπυρον, ὄμβριμον ἐν Διὸς ἐκηβόλου χερσίν; deinde alter: ὁρῶ, τὸν ὀλέθριον Μίμαντα κατακαλοῦ (ferocem illum Mimantem, Gigantem quemdam, igne fulmineo cremat.) a). Λικυμνίαις βολαῖς iaculationibus Licymniis. Quidam volunt, referente Schol., Comicum respicere ad Euripidis *Licymnium*, in quo dramate aliquis fulmine ictus nuncietur. Quidam volunt prouerbium esse. *Bergl.* De fabula illa Eurip. cf. Valck. Diatr. in fr. Eurip. p. 17. s. et Musgrau. in Fr. Eurip. T. II. p. 452. ed. Lips. Secundum Hesych. (V. Λικύμνιος, vbi v. Alb.) non homo, sed nauis fulmine tacta referebatur. Quidquid sit βολαὶ sunt βολαὶ πεπρωνῶν, et Λικ. quales in illa tragoedia memorabantur, h. e. prouerbialiter, horrenda fulmina, vt λιμῷ Μηλίῳ supra prouerb. est dictum.

1243. In Eqq. 914. ἀνὴρ παφλάζει· παῦε, παῦ' ὑπερζέων. *Bergl.* παφλάσματα proprie sunt ebullitiones aestuantis maris; nam παφλάζειν et de fonte ebulliente (Valck. ad Herod. p. 361.) et de mari aestuante (Hom. Il. 13, 198. cum intpp. Alb. ad Hesych. h. v.) dicitur, hinc metaph. de quouis tumore, strepitu, tumultu, vt Pac. 313. (Phot. Lex. p. 295. Etym. M. p. 656. Zonar. II. 1524.). Hinc παφλάσματα h. l. insolentia, turgida verba. παῦε pro παύου ponitur (neque tamen Homerico vsu, v. Heyn. ad Il. 9, 260. vbi nunc παύε' (i. e. παύεο) pro παῦε legitur). ἄκουσον, αὕτη — quod pro ἄκ. ἦδη e Rau. dedit Inu., elegantius est, et Comici vsui magis respondet, sed punctum post ἄκουσον in comma mutandum est.

1244. Ne syllaba in versu hoc redundet, pro ἀτρέμας scribendum est ἀτρέμα, vt habet Ms. Vat. U. *Kust.* ἔχ' ἀτρέμα. Sic bene membr. [etiam Rau.] Vulgo, metro claudicante, ἔχ' ἀτρέμας. In iisdem membr. pro πότερα mendose est πότερον, quas formas a librariis saepe commutari, alibi obseruaui. Faceta hic est imitatio

a) Est κατακαλῶν *comburere*, vt Eurip. Troad. 60. Lucian. I. p. 215. Hemst.

eorum, quae Admeto ap. Eurip. in Alceſt. dicit Pheres v. 686. *b)*:

ὦ παῖ, τίν' αὐχεῖς; πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα
κακοῖς ἐλαύνειν ἀργυρώνητον σέθεν;

Brunck. Verba h. l. ita ſunt intelligenda: num putas, me ſervum Lydum aut Phrygem eſſe (i. e. ſimpliciter, tam timidum), quem his minis territare poſſis. *δοκεῖς putas*, v. Periz. ad Ael. V. H. 9, 45. Verheyck. ad Anton. Lib. p. 33. ſ. *μορμολύττειν* et *μορμολύττεσθαι* eſt, terrere infantes obiectis terriculamentis, hinc omnino, perterrefacere. v. Phot. Lex. p. 202. Zonar. II. p. 1373. Lucian. d. Deor. 19, 1. Ruhnk. ad Tim. p. 181. ſ. Valck. ad Theocr. Adon. p. 348. Fiſch. Ind. Aeſch. Socr. h. v.

1246. Ad *πέρα* non cum Schol. ſubintelligendum *τοῦ δέοντος*, ſed per ſe dicitur ita vt ſit, *vlterius, porro*, vt Soph. Phil. 1269. v. Valck. ad Eurip. Hipp. 1032.

1247. Verba *καὶ δόμους Ἀμφίονος* ex Aeſchyli Niobe deſumta eſſe *c)* narrat Schol., quae huic loco per ſe non conueniunt, ſed etiam praecedentia ex eadem fabula petita videntur. *μέλαθρον* ap. Tragicos eſt i. q. *οἴκημα*. v. Heſych. et Zonar. II. p. 1347.

1248. *καταιθαλώσω*. Eurip. Troad. 60. *εἰς οἶκτον ἦλθες περὶ κατῃθαλωμένης*; *Bergl. πυρφόροι ἀετοὶ* (formam Att. *ἀετοῖς* etiam h. l. repoſuit Brunck. pro communi, quam Inu. retinuit, *αἰετοῖς*) dicuntur vt *πυρφόροι ὀϊστοί*, *πυρφόρα βέλη* (tela ignea, quae iaciebantur in vrbes obſeſſas ab oppugnantibus eas et ex vrbibus in opera obſidentium, v. Bos. Anim. ad ſcr. Lat. p. 19. ſ. Weſſel. ad Diod. S. II. p. 442.), quia aquilis vtpote miniſtris eamdem in rem vſuras erat. Diuerſi enim ab iis ſunt *πυρφόροι* (qui ignes, faces, in bellis Graecorum geſtabant et ſacrofancti habebantur); v. Doru. ad Char. p. 178. Valck. et Weſſ. ad Herod. p. 622.

1250. *ὄρνις*. Sic bene membr. vt Kuſterus h. l. edidit *d)*. In duobus aliis, vt in vett. edd. *ὄρνεις*. V. ad v.

---

b) Ad hunc locum alluſiſſe Comicum obſeruarunt etiam *Kuſt.* et *Bergl.*

c) Haec verba cum ſeqq. ad fragmenta Niobes Aeſch. retulit Both.

d) Et quidem lectore non monito, pro *ὄρνιθας*, vt Eurip. Hipp. 1059.

717. Recte infra 1610. vulgati etiam libri accusatiuum pluralem ὄρνις exhibent. *Brunck.* παρδαλᾶς ἐνημμένοι sunt pantherina pelle induti. παρδαλέῃ Hom. Il. 3, 17. vbi v. Heyn. et de form. ἐνῆφθαι παρδαλῆν Valck. ad Herod. p. 541. add. Nost. Nub. 72. Eccl. 80.

1251. πλεῖν ἢ Ἑξακοσίους emendauit Pierson. ad Moer. p. 294. quod olim recepi. Aut ita aut πλεῖν ἑξακοσίων scribendum fuit. Add. Tho. M. p. 719. Verba τὸν ἀριθμὸν redundant, vt saepe post numeralia. Tum olim lectum: καὶ δήποτε quod est *atqui adeo.* v. Toup. ad Longin. p. 162. Separaui iam olim καὶ δή ποτε *atqui aliquando, olim;* et ita Brunck. dedit.

1252. Nunc Porphyrionem Gigantem intelligit *e*), cuius meminit Horatius Carm. III, 4, [54]. *Brunck.* Add. Claudian. Gigant. 114. Venus eum superasse dicitur.

124. πρώτης ἀνατείνας — Citat Suidas V. Διεμέρισαν. *Kust.* πρώτης est pro πρῶτον, prius quam reliqua, quae minatus sum, peragam. δίκορυς appellatur Iris, quia Iunonis erat ministra, vnde Iunonia Ouid. Met. 14, 85. ἀνατείνειν est sursum extendere, tollere, vt Lys. 229. διαμηρίζειν femora diducere, diductis femoribus inire. cf. 668.

1256. Suidas V. Τριέμβολον, vbi loci huius meminit, pro σύομαι rectius habet σύομαι. *Kust.* σύομαι τρ. Sic tres codd. [etiam Rau.] *f*). Vulgo σύομαι, tam crassa et tam manifesta menda *g*), vt mirer eam Kusterum non fustulisse, maxime quum sinceram scripturam apud Suidam reperisset. Exstat etiam ap. Eustath. ad Hom. p. 862, 43. *Brunck.* Quod autem hic τριέμβολον, id alibi Comicus noster voce simplici ἔμβολον videtur vocasse; locum citat

---

e) Paulo ante auem intelligebat, nunc vnum ex Gigantibus hoc nomine. *Bergl.* Omnis loci vis comica est in voc. περφερῶν, quod et auem, quae videtur esse *fulica Porphyrio* Linn. (eine Art Wasserhuhn) et vnum e gigantibus indicat. *Wieland.*

f) Id olim reposui, conuenienter vsui Arist., vt Lys. 152. Ach. 1218.

g) Praesens enim hoc est inusitatum, etsi tempora quaedam inde formata in Homer. carminibus legantur. Cf. Lennep. Etym. L. Gr. p. 703.

Athenaeus I. p. 29. ex posterioribus Thesmophoriazusis, quae perierunt: Οἶνον δὲ πίνειν οὐκ ἐάσω Πράμνιον, Οὐ Χῖον, οὐ Θάσιον, οὐ Πεπαρήθιον, Οὐδ' ἄλλον ὅστις ἐπεγείρει τὸν ἔμβολον (quodcumque excitat mentulam). *Bergl.* Scilicet proprie ἔμβολα sunt rostra nauium. v. Doru. ad Char. p. 626. Nostor vocabulo in re obscoena vsus est. v. Hesych. T. I. p. 1190. τριέμβολον h. l. dixit, ad magnitudinem exprimendam.

1257. αὐτοῖς ῥήμασι. Subintell. σύν, vt 1146. v. Wessel. ad Herod. p. 126.

1258. Leg. εὐρὰξ πλατὰξ *in die Weite und Breite. Reisk.* Ex Schol. sententia voluit dicere: εὐρέως παταξω. Tum haec ab οὐ ταχέως separanda sunt, vt ad ea verba repetatur ἀποσοβήσεις. Sunt potius voces in familiari sermone, vt videtur, vsitatae sine idoneo sensu.

1259. παύειν τῆς ὕβρεως, est, facere desistere ab insolentia, eam compescere, vt Isocr. Paneg. 15. et παύειν τοῦ θράσους Eqq. 427. Dicit haec discessura.

1261. καταιθαλώσεις. Quia Iris dixerat καταιθαλώσει v. 1242. Sensus autem est: nonne talia minaberis iunioribus? nam ego senex noui, quanti aestimanda sint Iouis fulmina: οἴει γὰρ εἶναι τὴν Διὸς τυραννίδα καὶ τοὺς κεραυνοὺς ἀξίους τριωβόλου; dicit ille in Plut. 124. *Bergl.* Rectius Schol. interpretatus est καταιθαλώσεις τῷ ἔρωτι *h)*, vt vrere ap. Latt. et πυροῦν Anacr. Od. 10, 15. Discedentem Pisthetaerus hoc dicto prosequitur. Legebatur vulgo οὐκοῦν cum puncto post τινά, Brunck. οὔκουν — τινά; dedit.

1262. Citat Suidas V. Ἀποκεκλήκαμεν *i)*. *Kust.* Ita omnes quas vidi Edd. et agnouit Scholiastes; mallem tamen ἀποκεκλείκαμεν *k)*. *Bergl.* Leg. ἀποκεκλήκαμεν

---

h) Wiland. vertit: o weh! fliegst du davon, um anderswo vermuthlich einen jüngern einzuäschern?

i) Etiam Zonar. I. p. 263. Explicatur ἀπηγορεύσαμεν, quamquam ἀποκαλεῖν fere est vel *reuocare* vel *seuocare* vel *auocare*. v. Sturz. Lex. Xen. I. p. 337. f.

k) Sic Vesp. 772. οὐδείς σ' ἀποκλείσει. Sed dubito an dici nequeat: ἀποκεκλείκαμεν διαπέρᾶν.

excluſimus. Reisk. Mire ſe torſit in explicando metro horum verſuum Brunkius neque ſtrophicos eſſe intellexit. Expungendo ἂν particulam, quae, nata ex antecedente ſyllaba, non conſpiciebatur in Brunkii membrana, defungare. Reſpondent autem hice verſibus 1188 — 1195. ſuntque dochmaici, duobus ſemper eorum, qui vulgo feruntur, in vnum coniunctis, ſic ſcribendi:

ἀποκεκλήκαμεν διογενεῖς θεοὺς
μηκέτι τὴν ἐμὴν διαπεράν πόλιν,
μηδέ τιν' ἱερόθυτον ἀνὰ δάπεδον ἔτι
τῇδε βροτὸν θεοῖσι πέμπειν καπνόν.

Et ſimiliter in ſtropha. *Hotib.*

1263. διογενεῖς θεούς. Aeſch. S. C. Th. 302. παντὶ τρόπῳ, Διογενεῖς ὦ θεοί, πόλιν καὶ ϛρατὸν Καδμογενῆ ῥύεσθε. Idem Suppl. 639. νῦν ὅτε καὶ θεοὶ Διογενεῖς κλύοιτε. *Bergl.* Proprie, a Ioue geniti, vnde hoc voc. omnino valuit εὐγενεῖς. v. Heſych.

1264. Particula γε *l)* abeſt in membr. et in B. recte: eam inſeruit Scholiaſtes, vt, quod ſibi finxerat, metrum ſuſtentaret. Inepto hoc tibicine non indigemus. Verſiculus μηκέτι τὴν ἐμὴν iisdem conſtat numeris ac praecedens διογενεῖς θεούς. Nam in διογενὴς prima rite producitur. Sunt autem bini iſti verſus non paeonici, ſed choriambici dimetri brachycatalecti. Vltimus autem huius chorici cantici numeris prorſus caret. Eius metrum non declarauit Scholiaſtes, ſed obſeruat, in quibusdam exemplaribus quintum et ſextum *m)* coniungi, ita vt vltimus ſenarius fiat iambicus. Et haec eſt vera horum verſuum distinctio. Sic itaque totus locus concinnandus eſt:

---

l) Vulgo lectum μηκέτι γε τ. ἐ. Cum Brunck. part. γε praeeunte Rau. deleuit Inu.

m) Vulgo enim ita legebantur:

μηδέ τιν ἱερόθυ-
τον ἀνὰ δάπ. ἔτι
τῇδε βρ. θ. π. ἂν καπνόν.

Sed Inu. e Rau. dedit:

μηδέ τιν' ἱερόθυτον
ἀνὰ δάπεδον ἔτι
τῇδε βρ. θεοῖσι πέμ-
πειν' ἂν καπνόν.

Quae ne ſtrophicis quidem, vt ea dedit Inu., reſpondent.

ἀποκεκλήκαμεν
διογενεῖς θεοὺς
μηκέτι τὴν ἐμὴν
διαπεραῖν πόλιν·
μηδέ τιν' ἱερόθυτον ἀνὰ δάπεδον
ἔτι τῇδε βρ. θ. π. ἂν κ.

Quintus horum verſuum eſt trimeter paeonicus. In vltimo membr. perperam ἂν omittunt. *Brunck.*

1266. ἱερόθυτον referendum puto ad καπνόν, non ad δάπεδον, quocum Hemſt. et Bergl. iunxerunt *n*), et cui hoc epitheton minus congruit. Recte autem ἱερόθυτος καπνὸς dicitur fumus, qui ex victimis immolatis oritur, et καπν. ἱερ. ἀνὰ δάπεδον (i. e. ἐν δαπέδῳ) fumus ortus ex immolatione victimarum in terra mactatarum et combuſtarum. τῇδε *per aërem.*

1270. (al. 1269.) Dicturus videbatur: δεινόν γε τὸν κήρυκα μὴ νοσεῖν. Sed aliter incepit, aliter finit orationem; quaſi nempe incepiſſet: δεινόν γε, ὁ κήρυξ ὁ παρὰ τοὺς ἀνθρώπους οἰχόμενος *o*). De iſto autem praecone ad homines mittendo mandabat ſupra 845.: κήρυκα δὲ πέμψον τὸν μὲν εἰς θεοὺς ἄνω, ἕτερον δ' ἄνωθεν αὖ παρ' ἀνθρώπους κάτω. *Bergl.* νοσεῖν non modo ſignificat *redire*, ſed etiam *venire*, vnde h. l. additur πάλιν (πάλιν νοσεῖν *reuerti*). v. Plut. 610. Ach. 29.

1273. f. (1272. f.) Reſtituenda vulg. verborum collocatio:

ὦ πλεινότατ', ὦ σοφώτατ', ὦ γλαφυρώτατε,
ὦ τριμμακάρι', ὦ κατ.

Quam enim Inu. e cod. Rau. recepit:

ὦ τριμμακάρι', ὦ πλεινότατ', ὦ σοφώτατε,
ὦ γλαφυρώτατ', ὦ κατα.

ea, etiamſi anapaeſtus in quarta ſede v. 1273. ferri poſſit,

---

n) Vertunt: *neue quisquam mortalis per imbutum victimis ſolum amplius hac ad deos mittat fumum.* Quomodo Brunk. acceperit, non ſatis patet ex hac eius verſione: neue quisquam mortalis *victimas in templis adolens* hac amplius ad deos mittat fumum. Similiter fere Wiland. expreſſit.

o) De hac orationis figura v. Kuſt. ad Plut. 55. Spanh. ad Nub. 1113. Doru. ad Char. p. 642.

tamen in v. γλαφυρώτατ' metrum violat. γλαφυρώτατε eſt *elegantiſſime*, vel etiam *ſuauiſſime*, v. Heſych. et Suid. h. v.

1274. ὦ κατακέλευσον. Ex Scholiis: ἐπειδὴ πολλάκις εἴρηται ὦ, καὶ οὐκ ἐπίσχει αὐτὸν ὁ Πεισθέταιρος, ὃ ἄγγελός φησι, κατακέλευσον ὥσπερ τοῖς ἐρέσσουσι, καὶ ὦ λέγειν παύσασθαι παρακέλευσαί μοι (impera tamquam remigantibus et iube vt o dicere desinam). Eſt autem κατακελεύειν verbum nauticum *p)* in Ran. 207. vbi Bacchus remum tenens et acturus, ad nautam: κατακέλευε δή. Deinde ſequitur celeusma: ὠὸπ ὄπ, ὠὸπ ὄπ. Hic in Au. 1395. ad illum, qui aſſidue de auibus cantabat, dicitur ὠόπ, vbi v. Not. *Bergl.* κατακέλευσον notat: inſpira mihi plura encomia, quibus te ornem: exhauſtus enim ſum; inſta celeusmatibus tuis et me vrge laudes tuas canentem. *Reisk.* Nimirum ſe non auocari a pergendo, ſed incitari vult: hortare vt pergam in laudibus; ſuggere verba, quibus te extollam.

1275. (1274.) σεφάνω σ. χρ. τῷδε — offert ei coronam. Petita autem haec ſunt ab Athenn. moribus. Demoſth. p. 256. Reisk. σεφανοῦσιν Ἀθηναίων τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον χρυσῷ σεφάνῳ. λεὼ Att. pro λαοί, v. Tho. M. p. 575. Zonar. II. 1293.

1278. (1277.) οἰκίσας. Perperam in membr. οἰκήσας, frequenti circa has voces errore. *Brunck.*

1279. Φέρει Attice pro Φέρῃ, a Φέρομαι, *fertur mihi*, i. e. accipio. *Bergl.* Vt Φέρειν τιμὴν dicitur, quidquid honorem affert, vt Eurip. Suppl. 306. Weſſel. ad Herod. p. 265. ita Φέρεσθαι qui reportat, conſequitur, v. Abreſch. Dik. Thuc. p. 809.

1282. (1281.) ἑλκωνομάνουν. Demoſth. c. Cononem [p. 1267. T. II. Reisk.] οἱ μεθ' ἡμέραν ἐσκυθρωπάκασι, καὶ λακωνίζειν φασί, καὶ τρίβωνας ἔχουσι, καὶ ἁπλᾶς

---

p) Hinc κελευσταὶ dicebantur, qui remiges ad officia obeunda inſtigabant. v. Pierſon. Veris. p. 186. Musgr. ad Eur. Hel. 1595. Intpp. Poll. 1, 96. et quos Leisner. ad Bos. Antt. Gr. p. 197. laudat. Inde κατακελεύειν omnino eſt hortari, inſtigare ad aliquid faciendum.

ὑποδέδενται. *Bergl.* λακωνομανεῖν h. l. non eſt, vt Schol. explicat, ciuitatis Lacedd. cupidum eſſe, ſed, vitam eorum aemulari (cf. Veſp. 473. l.), de qua cf. Plut. vit. Alcib. c. 23. et Inſtit. Lacon. ab init.

1283. Euripides epiſt. III. περιήει γὰρ γέρων, οὐ πολλαῖς πάνυ ἡμέραις πρότερον ἐνθάδε ῥυπῶν τε καὶ κόμην ἔχων (ſordidatus et cum neglecta coma). Ita haec leguntur in ed. Aldina *q)*. In Nubb. 534. de philoſophis, inter quos Socrates praecipuus erat: ὧν ὑπὸ Φειδωλίας ἀπεπειράτ' οὐδεὶς πώποτ', οὐδ' ἠλείψατο, οὐδ' εἰς βαλανεῖον ἦλθε λουσόμενος *r)*. *Bergl.* ῥυπᾶν de ſordibus et corporis et veſtium dicitur, vt Hom. Od. ζ, 59. 87. Noſt. Plut. 266. Lys. 279.

1284. (1283.) σπυτάλι' ἐφόρουν. V. Caſaub. ad Theophr. Char. π. ἀρεσκ. p. 171. [p. 76. ed. Fiſch.]. *Kuſt.* Scilicet σπυτάλαι et σπυτάλια dicebantur non modo epiſtolae Laconicae ſingulari modo conuolutae, ſed ipſi etiam baculi, ſcipiones, circa quos voluebantur. v. Gell. N. A. 17, 9. Moeris Att. p. 346. Photius p. 388. Heſych. h. v. intpp. Corn. Nep. 4, 3, 4. Hudſon. ad Schol. Thuc. I, 131. Manſo Sparta I, I, 370. Eſt igitur etiam hoc eorum, qui mores Spartanorum affectant. ὑποσρέψαντες eſt, a prioribus ſtudiis ad alia conuerſi. Erant enim Athenienſes admodum inconſtantes et leues. ὀρνιθομανεῖν vnice aues aemulari, iis ſimiles eſſe velle; vt μουσομανεῖν Lucian. Ner. 6. ὑπὸ τῆς ἡδονῆς propter voluptatem, quam ex ea viuendi ratione percipiunt. ἐκμιμούμενοι ſcil. αὐτούς.

1288. (1287.) νομὸν ſi recte habet, eſt, *ad paſtum*. Intelligit τὸ ἄκρατον. *Reisk.* νόμος *lex*, νομὸς *paſcuum*. Notat τὸ φιλόδικον Athenienſium, et quod multa plebiſcita ſcriberentur. *Bergl.* Iocus ex ambigua ſignificatione vocis Νομος, *lex* et *paſcuum*. *Brunck.* Similiter Veſp. 40. Eqq. 949. in vocabb. δῆμος et δημὸς luſit. εὐνὴ *lectus*, vt Veſp. 550. ἕωθεν *primo mane*, vt Plut. 1122. Nubb. 1197. De ἐπέτοντο vid. ad 1299.

---

q) Nimirum Barnes. perperam poſt κόμην ἔχων de ſuo addidit κεκαρμένην, v. Heath. ad eum locum T. II. p. 500. ed. Lips.

r) ἰσωκράτουν. Confer ea, quae de Socrate et eius diſcipulis dicuntur in Nub. 855. *Brunck.* add. Xen. Mem. S. I, 6, 2.

1289. *κατῆραν ἐς τὰ βιβλία.* Postremum dictum est pro *λειμῶνας*, vt notaret in Athenn. studia rerum forensium, nam *βιβλία* forenses libelli, plebiscita maxime, sunt. *καταίρειν* proprie, naui ad locum appellere (Polyb. 3, 36. Doru. ad Char. p. 661.) est etiam *venire* in locum omnino (v. Periz. ad Ael. V. H. 4, 14, 4.), vt *ἀπαίρειν abire* (Ruhnk. ad Tim. p. 153.). *ψηφίσματα* decreta sunt in populi concione facta. vid. Nub. 1431. Ostenditur ergo, Athenienses concionibus et iudiciis semper esse intentos.

1291. *περιφανῶς* i. q. *φανερῶς* Schol. cod. Doru. Plut. 950. *ὀνόματα κείμενα* sunt, *imposita*. Sed omnium illorum nominum, quae hominibus quibusdam imposita dicuntur, ratio ex historia illorum temporum reddi nunc nequit, monente etiam Wiland.

1293. (1292.) *Πέρδιξ*. Fuit hoc ei nomen proprium, a quo prouerbium ortum: *Πέρδικος σκέλος*· vt notat Schol., quod dicitur in claudos. *Bergl.* Nomen est proprium cauponis cuiusdam, qui claudus erat. v. Fragm. Anagyri XIII. *Brunck.* Add. Athen. IX. p. 388. sed de voc. *πέρδιξ* supra 297. *κάπηλος* proprie erat *ὁ τὰ πρὸς κάπην* i. e. *τροφὴν πιπράσκων*, Hesych. quamquam alii a *πῆλος* i. e. *οἶνος* (Zonar. II. p. 1147.) deriuant, caupo; hinc quisquis permutandis mercibus victum quaerebat (Krämer, Phot. p. 98.), qui quaecumque, fere fraude adhibita, vendebat (Pac. 446. 1208.), qui quacumque re per fraudem vtebatur, vnde *κάπηλοι λόγων* (Toup. Em. in Suid. III. p. 189.). Inprimis qui vinum vendunt, dicti *κάπηλοι*, vnde *καπηλεῖα* ganeae, Aelian. V. H. 3, 14. Cur *Menippus* dictus fuerit hirundo, ineptam causam adfert Schol.

1295. (1294.) *Ὀπουντίῳ*. Huius hominis mentio facta supra 153. Ad vtrumque locum respicit Eustath. ad Hom. p. 277. *Ὀπούς, Ὀποῦντος. τὸ ἐθνικὸν Ὀπούντιος, ὡς ὑποδηλοῖ καὶ ὁ Κωμικός, ἔνθα Ὀπούντιόν τινα σκώπτει Ἀθηναῖον ἄνδρα, μὴ ἀπερχιούμενον τὴν συζυγίαν τοῖν ὀφθαλμοῖν. Brunck.* Verba *ὀφθ. οὐκ ἔχων* proprie ad Opuntium pertinebant.

1296. *Κορυδὸς Φιλοκλεῖ*. Scholia: *μήποτε ὀξυκέφαλος ἦν ἐν τοῖς ἄνω* (282.) *καὶ ὀρνιθώδης τὴν κεφαλήν. ὅτι δὲ καὶ αἰσχρὸς ἦν ἐν Θεσμοφοριαζούσαις* (174.) *δηλοῖ.*

Bergl. Φιλοκλέει. Sic perbene membr. [et Rau.] Vulgo, claudicante metro, Φιλοκλεῖ. V. not. ad Thesm. 169. *Brunck.* κορυδὸς alauda, v. 362. De Philocle ad 282.

χηναλώπηξ. Alii etiam ita cognominati fuerunt; v. Eqq. 1066. propter vafritiem. *Bergl.* Nomen, lectum etiam Lys. 956. vbi tamen Schol. κυναλώπηξ, quod eſt Eqq. 1066., non eſt fictum, ſed verum. v. Herodot. 2, 72. Ariſtot. H. A. 6, 2. Ael. N. A. 5, 30. (ibique Schneid. cui eſt *Anas Tadorna* Linn. *Fuchsente*, ſecundum alios: ägypt. Gans.) Plin. H. N. 10, 2. Heſych. Camus ad Ariſtot. p. 603. De Theagene cf. et Pac. 927. Lys. 63.

1297. (1296.) Ἶβις Λυκούργῳ. Intelligit Lycurgum oratorem, vt patet ex Plutarch. in vita Lycurgi rhetoris p. 843. *s*), vbi ex hoc ipſo loco Comici noſtri oſtendit, cognominatum eum fuiſſe *Ibidem*. Sed quoniam locus Plutarchi mutilus eſt et corruptus, eum hic adducam, vt emendem. Ἐπεκαλεῖτο δέ, inquit, ὁ Λυκοῦργος Ἶβις Λυκοῦργῳ, Ξενοφῶντι νυκτερίς. Reſcribe: ἐπεκαλ. δὲ ὁ Λυκοῦργος Ἶβις. Ἀριστοφάνης Ὄρνισι· Ἶβις Λυκούργῳ, Χαιρεφῶντι νυκτερίς. *Kuſt.* Scholiaſtes notat, videri eum ita dictum, quia eſſet Aegyptius natione, aut eorum moribus praeditus; eſt autem illa auis Aegyptiaca. *Bergl.* Sed quum haec fabula acta ſit Ol. XCI, 2. Lycurgus orator autem natus dicatur Ol. XCIII. (v. Taylor. praef. ad Lyc. c. Leocr. p. 110. T. IV. Orr. Gr. Reisk.), Platone et Iſocrate magiſtris vſus (v. Hauptmann. praef. ad Lyc. or. p. 4.): patet non hunc, ſed antiquiorem Lycurgum eſſe h. l. intelligendum, id quod etiam Schulzius in Introd. ad ed. Lyc. or. 1789. p. 26. ſ. poſt Taylorum monuit. Neque vero auctoritas libelli de Vitis X. Orr., qui perperam Plutarcho tribuitur, tanta eſt, vt fides ei haberi poſſit.

Χαιρεφῶντι νυκτερίς. Infra 1563. *Bergl.* νυκτερὶς eſt veſpertilio, v. Ael. V. H. 3, 42. Camus II. p. 196.

---

s) P. 384. T. IV. P. I. ed. Wyttenb. qui emendat in Not. ἐπεκαλεῖτο δὲ ὁ Λυκοῦργος Ἶβις, ὡς φησιν Ἀριστοφάνης· Ἶβις Λυκούργῳ· Χαιρεφῶντι νυκτερίς. Neque multum abit Taylor. in praef. *Ibis* eſt aut *candida* (diuerſa ab Ibide Tantalo Linn.) aut *nigra* (ägypt. Schlangenreiher) v. Savigny Hiſt. natur. et mythol. de l'Ibis, Par. 1806. et Böttiger. in Comm. archaeol. in Actis Sem. et Soc. phil. Lips. I. p. 281. ibique Not. Add. Camus II. p. 445. ſ.

Chaerephon Socratis ille intelligitur familiaris, etiam Nub. 104. commemoratus.

1298. Syracusius in Schol. dicitur frequenter verba publice feciſſe atque auctor fuiſſe pſephismatis, quo quemquam nominatim in comoedia traducere vetitum erat, cuius tamen decreti auctor in Schol. ad Acharn. 1149. dicitur Antimachus. Cum pica (κίττᾳ, v. 303.) igitur comparatur propter dicacitatem. *Midiam* plures veterum Comicorum notarunt, vt hominem improbum, ſycophantam, furem. v. Schol. cuius tamen ratio, cur ὄρτυξ (coturnix, v. 707.) dictus fuerit, non confirmatur ſeqq. Comici verbis.

1299. (1298.) Edd. Ald. et Florent. pro ἦκεν [ol. vulg.] habent ἧκεν, leui errato. Suidas legit ἥκει, in ſerie vocis huius. Ed. Geneu. vero habet εἶκεν, ſed absque auctoritate. *Kuſt.* In Schol. ἦκεν, ἐώκει. Omnes priſtinae edd. ἦκεν, male. *Bergl.* εἶκεν optime B. [et Rau.]. Receptae, Kuſt. teſte, in Geneu. editionem huic lectioni ſi praeter auctoritatem nihil deerat, cauſa nulla eſt, cur ei amplius fides derogetur. In duobus aliis codd., vt in vett. edd. perperam eſt ἦκεν. Suidas habet ἥκει, quod recte Daweſius mutat in ἥκειν, tertiam perſonam Atticam plusquamperfecti *t*). εἶκεν praeteritum eſt medium *v*), cuius participium εἰκὼς et Infinitiuus εἰκέναι ſaepius apud Comicum occurrunt. Fallitur autem Daweſius, quum ait rationem temporum haud conſtituram, ſi legatur vt Kuſt. edidit ἦκεν, vel vt nos, εἶκεν: non magis ac ſi quis latine dicat: *cot. nominabatur; nam ſimilis eſt coturnici.* Et primo quidem, admiſſa etiam hac verſione, ſatis conſtarent tempora: *alium vocari audiebam coturnicem, haud quidem iniuria, nam coturnici ſimilis eſt.* Si is, de quo ſermo eſt, adhuc in viuis eſt, recte loquitur, qui iſta dicit. Atqui Midias, de quo agitur, tum viuebat, quando exhibita fuit haec fabula. Deinde vero in tota hac narratione

---

t) ἐκαλεῖτο - ἦκεν perinde ſunt, ac ſi latine dicas: coturnix *nominabatur:* nam ſimilis *eſt* coturnici. Lege vero, vt conſtet deinceps temporum ratio: ἦκεν *ſimilis erat.* Id quod ideo mutatum non immerito dixeris, quod primae eſſe perſonae videretur. *Dawes.* M. Cr. p. 295.

v) v. Fiſcher. Anim. ad Well. III, I. p. 84. ſ. Matthiae Gramm. Gr. p. 183.

verba in imperfecto vel aoriſto non praeteritum tempus ſignificant. Eleganter, vt in narrationibus fieri ſolet, variantur tempora: ὀρνιθομανοῦσι — ποιοῦσι — ἐκμιμούμενοι — ἐπέτονθ' ἕωθεν. Vbi ἐπέτοντο minus bene reddidit interpres *prouolabant*. Significat *prouolare ſolent*, et ſic deinceps cetera verba. Tam bene hic conſtant tempora, ac Ran. 212. ἀοιδὰν ἦν — ἰαχήσαμεν, ἡνίκα χωρεῖ ὄχλος, vbi ἰαχήσαμεν aoriſtus ſignificat, *cantare ſolemus*. *Brunck*.

1300. (1299.) συφοπόμπου. Luſus olim apud Graecos receptus erat, in quo aliquis coturnicem medio digito feriebat: quique id faceret, dicebatur συφοπόμπος vel συφοπόπος, teſte Polluce IX, 107. Hoc ſenſu igitur vocem συφοπόμπος apud Comicum hic accipiendam eſſe monuimus iam ad Suid. V. Στυφοπόμπος, vbi locus hic citatur. *Kuſt.* Exponunt quidem aliqui de coturnice aut gallo, vt Heſychius etiam; ſed mallem cum Kuſtero de homine, qui ferit caput coturnicis, quod fiebat in luſus quodam genere. Eſt autem pro συφοπόπος, interiecto μ. *Bergl.* συφοπόμπου. Sic quidem libri omnes [etiam Rau.], hancque ſcripturam agnoſcunt, praeter Schol., quem deſcripſit auctor Etym. M. Heſychius et Suidas. Mendoſa tamen eſt. Genuinam nominis formam ſatis declarat Pollux VII, 136. ὁ γὰρ ὀρτυγοκόπος ἐσὶν ἐν χρήσει καὶ ὀρτυγοπώλης καὶ συφοκόπους αὐτοὺς οἱ κωμῳδοὶ καλοῦσιν. Idem IX, 107. καὶ μέντοι καὶ τὸ ὀρτυγοκοπεῖν παιδιά, καὶ τὸ πρᾶγμα ὀρτυγοκοπία, καὶ οἱ παίζοντες ὀρτυγοκόποι καὶ συφοκόποι ἐκαλοῦντο. Sic apud Onomaſticum legendum eſſe vere cenſet Kühnius, monens συφοκόπους dici coturnicum magiſtros a σύφω *ſpiſſo*, *craſſum reddo*, quia nutriebant coturnices, et κόπτω *caedo*, quia in commiſſionibus caedebant, vellicabant, coturnices. Quid, malum, ſignificatio verbi κομπέω commune habet cum ὀρτυγοκοπίᾳ? Inſititiam eſſe aiunt literam μ. Quorſum? nonne comicis metris (nam vox illa comica eſt, quod probe obſeruandum), tam apta eſt tertia breui quam longa? Sic multis in libris ὄμβριμος legitur, qua in voce etiam μ inſititium eſſe tradunt: ſed inſitio illa barbariei commentum eſt. Vide quae paucula notauimus ad Aeſch. S. C. Th. 796. *x*). Vt gal-

x) Add. Heyn. ad Hom. Il. III, 357.

linaceorum, publice Athenis coturnicum certamina exhibita fuiſſe, fidem facit Lucianus in Anachars. T. II. p. 918. Praeterea ludus erat, quo ſe priuatim oblectabant *y)*. Eum deſcribit Meurſius de Ludis Graecorum in Ὀρτυγοκοπίᾳ, vbi συμφοκόποι habet, quam ſcripturam in altero loco exhibent Pollucis libri, non minus mendoſam quam συφοκόμποι. Simili errore in Scholiis legitur ὑπ' ὀρτυγοκόμπου. Genuinae ſcripturae indicium etiam ſeruauit accentus. Nam ſi κόμπος pars eſſet compoſitionis huius nominis, ſcribendum eſſet συφόκομποι, non vero συφοκόμποι. Heſychii interpretationem ſecutus eſt Hemſterhuſius *z)*, quam ex ſupra dictis falſam eſſe liquet. συφοκόπος dicitur is, qui coturnicem ſuam contra alterius coturnicem committit. Graecum nomen vix latino reddere poſſis. Si auis ipſa συφοκόπος etiam appellata fuit, quod minas probabile videtur, nec tamen praefracte negare auſim, et in galiinaceorum pugna validior gallus ſic dictus fuerit, hic, quia de coturnice agitur, ſaltem vertendum erat: *ſimilis eſt coturnici a validiore in pugna caput* ictae. Sed malim *a luſore caput ictae. Brunck.*

1302. ὅπου χελιδών. Scholia: εἰς τὰ Σιμωνίδου μέλη κλίνεται· κυκνέα χελιδών· quod plenius adducit infra ad 1410. ἄγγελε κλειτὰ ἔαρος ἀδυόδμου κυανέα χελιδοΐ. *Bergl.* ὅπου *in quibus carminibus.* ἐμποιεῖν eſt inferere, inducere, vt ἐμποιῆσαι ὀργὴν Iſocr. Panath. p. 208. Huic loco eo aptius eſt hoc verbum, quum etiam ποιεῖν de poëtis eximie dicatur. v. Wyttenb. ad Plat. Phaed. p. 129.

1303. Etiam πηνελοπῆ (Alb. ad Heſych. T. II. p. 956.) auis marina eſt *a)*, ab Ibyco ap. Athen. IX. p. 388. memorata. v. Ariſtot. H. A. 8, 3. Plin. H. N. 37, 2. et

---

y) Hunc ludum, quo aliquis coturnicem in medio poſitam digito ſericbat, Pollux IX, 102. et 108. explicat.

z) Vertit: nam ſimilis erat coturnici a pugnace gallo caput icto. Retinuit hoc in verſione Brunk. niſi quod *ictae* ſcripſit. Heſych. enim: συφόκομπος· ὁ μάχιμος ἀλεκτρυών. ἢ ὄρτυξ. Mediam in ὄρτυγι ab Atticis productam eſſe, quod Grammatici ap. Athen. IX. p. 393. cenſent, praecedens verſus reſellit.

a) Anati ſimilis, ſed maior. Schol. *Bergl.*

Camus ad Ariſt. II. p. 618. Putatur eſſe *anas Penelope* Linn.

1304. *σμικρὸν*. Sic ſcriptum in B. [etiam Rau.] Vulgo *μικρόν*. *Brunck.*

1305. *ἓν δέ σοι λέγω*. Infra 1530. *ἓν δέ σοι λέγω σαφές*. *Bergl.* *τὰ ἐνεῦθεν* ſcil. *πράγματα ita ſe res apud homines* (ſingulatim Athenienſes) habent. *πτερῶν δεόμενοι* ſunt *petituri*, aut cupientes, alas; vt v. 47. *τρόποι γαμψώνυχες* dictum pro *γαμψωνυχικοὶ* aut *γαμψωνύχων* (de quibus v. 358.). Sed Subſtantiua ſaepe naturam Adiectiuorum induunt cum aliis coniuncta. v. Weſſ. ad Diod. S. I. p. 483. Drakenb. ad Liu. 6, 2, 13. *δεῖ πτερῶν σοι ποθὲν alae tibi alicunde ſunt comparandae* (de *ποθὲν* v. Villois. ad Long. p. 29.) *τοῖς ἐποίκοις in aduenarum vſum*, quibus eos ornes. (De voc. *ἔποικοι* v. Tho. M. p. 361. Waſſ. ad Thucyd. p. 114.).

1309. *οὐκ — ἔργον ἑσάναι*. In Lyſiſtr. 427. *ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ἑσάναι*. *Bergl.* Add. ibid. 615. vbi etiam *ἔργον* i. q. alibi *ὥρα*. Sed *ἑσάναι* eſt *ceſſare*, v. ſupra 206.

1310. Voc. *ἄῤῥιχοι* (corbes maiores et denſi) ap. Atticos feminino, ap. Ionas maſculino genere vſurpabatur. v. Euſtath. ad Hom. Od. E, p. 221. add. eumd. ad Il. p. 1533. et 1625. et Tittmann. ad Zon. II. p. 294. Differre autem Grammatici monent *ἄῤῥιχον* et *κόφινον*. v. Moeris p. 55. ibique Piers. et Weſſel. ad Diod. S. II. p. 435. Ab *αἴρειν τὸν χοῦν* deriuant.

1311. *καὶ τὰς κοφ.* etc. Citat Schol. ad Nub. 633. *Bergl.* *ἐμπίπλη* Schol. Attice dici monet pro *ἐμπίπλαθι*, vt ſupra 665. *ἐπιδείκνυ* pro *δείκνυθι*. v. Piers. ad Moer. p. 208. f. Maittair. de dial. p. 83. Sturz. Matthiae Gramm. Gr. p. 269. Similes ſunt Dorici imperatiui verborum in *αω*, vt *κίρνη*, v. Doru. ad Char. p. 718. Koen. ad Greg. p. 79. *ἐκείνων τοὺς προσιόντας eos ex hominibus qui aduenient*, vt Plut. 345. *εἴ τῶν φίλων*.

1313. (1314. Lips.) — 1334. (1339. Lips. — ex vulgata ante Inu. deſcriptione) in ſtrophen et antiſtrophen diuidendi ſunt, et in ſecundo ſtrophes verſu legendum *καλοῖ τις ἀνθρώπων*, deleta particula [*ἄν*, quae vulgo aderat]; in primo antiſtrophes (1330. Lips.) legendum

πτερύγων, in ſecundo (1331.) delendum αὖ γ' [vt olim legebatur] et in fine reperendi verſus 1323. 1324. (1328. ſ. Lips. ὡς βλακικῶς — ἐγκονήσεις). Vtrumque ἂν et αὖ γ' omittunt Brunkii membr. et Rau. Si καλεῖν cum Rau. et editt. retinueris, pro δ' ἂν erit ὃ ἢ legendum in verſu primo. *Porſon.* in Add. ad Eurip. Hec. p. 105. ſ. — V. 1314. ſ. vulgo vnum verſum conſtituunt anapaeſticum dimetrum acatal. πολυάνωρ eſt incolis frequens. Aliter hoc epitheton dicitur Aeſch. Agam. 72. vbi v. Stanl.

1316. [1314. al. Vulg. erat: καλεῖ τις ἀνθρώπων ἄν] καλοῖ [vt Br. edidit]. Sic duo codd. In membr. [et Rau.] vt vulgo καλεῖ, et alterum ἄν in fine verſus omiſſum. καλεῖ futurum cum ἄν ſtare etiam poterat. V. not. ad Nub. 465. *Brunck.* Recte ἄν abeſt Rau. cf. antiſtrophicum 1331. *Hotib.* qui tamen καλοῖ e Br. retinuit, quod quidem praecedens ἄν nec ex Brunkii ſententia poſtulat. Nam Futura Indicatiui *b)* cum part. ἄν Atticis poni contendit Markland. ad Eurip. Iph. Taur. 894. add. Matthiae Gramm. Gr. p. 882. ſ. Verba τύχῃ — προϛείη pro ſe loqui Piſthetaerum putat *Wiland.*

1318. κατέχουσι δ' ἔρωτες ἐμᾶς πόλεως. Λείπει ἀνθρώπους, inquit Schol. Tu vertes: inualeſcit vrbis amor meae. *Hotib.* Ita iam olim monui, vt neutrum accipi poſſe hoc verbum, quemadmodum in formula κληδών, φήμη κατέχει. v. Valck. ad Eur. Hipp. 1465. quamquam etiam actiue dicitur, vt Diod. S. 12, 46. τὸ ϛρατόπεδον ἀθυμία κατεῖχε.

1319. (1317.) Ad θᾶττον φέρειν recte Schol. ſupplet τοὺς κοφίνους τῶν πτερῶν, et Piſthetaerum alloqui monet ſeruum, Manem. Intro autem in domum haec a Piſthetaero dicta eſſe cenſet Wiland., chorum autem orationem interruptam continuare. Seruus tardius acceſſit. v. 1327.

1320. κακὸν μετοικεῖν eſt, πρὸς τὸ μ. aut ὥϛε μ. *bonum ad inhabitandum*, quod homines inuitat ad vrbem hanc frequentandam. μετοικεῖν proprie de eo dicitur, qui mutata patria in alium locum migrat. v. Iſocr. Paneg. 30. quales homines μέτοικοι dicti ſunt. v. Weſſel. ad Diod. S. I. p. 437.

---

b) καλεῖ eſt Futurum contr. v. Moeris p. 217.

1322 — 25. Hi quatuor verſus vulgo, et rectius, duos anapaeſticos dimetros effecerunt.

Σοφία, Πόθος. Similiter τῇ Σοφίᾳ παρέδρους Ἔρωτας Athenis verſari dicit Euripides Med. 843. *Hotib.*

1323. (1320.) ἀμβροσίαι [vt Br. ed.] Χάριτες. Sic membr. Vulgo ἀμβροσία [Ἀμβρόσια Inu.], Χάριτες. *Brunck.* Nimirum non intelligitur, quid Ambroſia inter Amorem c) et Gratias interiecta ſibi h. l. velit.

1325. f. πρόσωπον Ἡσυχίας poterat pro Ἡσυχία dici, quoniam haec in perſonam mutata eſt. εὐήμερος *ſerenus, tranquillus, laetus* eſt *d)*, (v. Spanh. ad Callim. in Cer. 136. p. 834. f. T. II.) et ἀγανόφρων *lenis, comis*, vt Hom. Il. *υ*, 467. Senſus: placida apud hos eſt tranquillitas, quia ſcil. bella non geruntur.

1327. (1323.) βλακικῶς *e)*. Xenoph. V. Anab. [8, 6.] καὶ ἄλλον ὁπότε ἴδοιμι καθήμενον καὶ βλακεύοντα (remiſſum), ᾤλαυνον. *Bergl.* Verſus eſt dimeter iambicus, quod ideo obſeruo, vt errorem corrigam, quem erraui in nota ad Plut. 325. vbi [lin. 1. T. I. Comm. horum p. 174.] lege, *et in quinta moloſſus*, non autem *creticus*. Ex hoc enim verſu de prosodia verbi βλακεύω conſtat, cuius prima longa eſt. *Brunck.* Iis quae de hoc v. ad Plut. l. l. dicta adde Lucian. Bis Accus. II. p. 794. De ἐγκονεῖν *properare* v. ad Plut. 255.

1329. f. Vulgo vnum verſum efficiunt, qui vt anapaeſtus ſit dimeter, vt 1314. f. contracti in vnum, legendum πτερύγων. Apud Inu. ne reſpondent quidem hi verſus ſuperioribus ſtrophicis. Chorus non alium quemdam iubet afferre *calathum* (v. Spanh. ad Callim. p. 734. fs.) alis plenum, ſed illum ipſum ſeruum (vt τις ſaepe de certo quodam homine, ap. Atticos inprimis, dicitur), vnde ſequuntur verba ad Piſthetaerum: σὺ — τοῦτον ὠόί. Quae dum dicit, chori dux videtur verberaſſe ſeruum, quo ſpectat ὠόί, quod non eſt, vt Francog. vertit: *comme il faut*,

---

c) πόθος enim Amor eſt, vt Bion. Id. 1, 48. vbi v. interpp.

d) εὐάμερον, Dor. formam, repoſuit Brunck.

e) Haec ad ſeruum a Piſthetaero dicuntur.

ſed monſtrat ei verberandi modum ictu inflicto. Male Reisk. legi voluit *τοῦτον ποδί*, quod metro (coll. v. 1317.) repugnat. Wiland. magis ſenſum quam verba expreſſit: und mach' ihm Füſſe mit dem Prügel.

1331. (1326.) In primariis edd. *σὺ δ' αὖτις αὖ γ' ἐξ.* et ſic eſt in B. C. In membr. *σὺ δ' αὖτις ἐξόρμα.* In recentt. edd. *σὺ δ' αὖθις αὖ γ' ἐξ.* Ineptum eſt iſtud *γε.* Scripſerat Comicus id ipſum quod repoſui *σὺ δ' αὖτις αυτ' ἐξ. f) αὖ* et *αὖτ'* ſequente vocali ad vitandum hiatum perinde eſt. *αὖθις αὖ* hac ipſa in fabula ſaepius occurrit. v. ſupra 59. 789. 792. 796. Quam ſtatuunt differentiam Grammatici quidam, parum ſibi conſentientes, inter *αὖθις* et *αὖτις*, nulla eſt. Hoc Ionum eſt, illud Atticorum. *Brunck.* Recte ab Inu. e Rau. editum: *σὺ δ' αὖθις ἐξόρμα*, vid. 1316. *ἐξορμᾶν* (actiue, ſine caſu nominis, vt Xenoph. Anab. 3, 1, 16. nam alibi fere neutrum eſt) impellere, incitare ſeruum, vt citius expromat alas.

1333. (1328.) *πάνυ γὰρ βραδύς τις ἐσίν, ὥςπερ ὄνος.* Sic ſcriptus eſt hic verſus in membr. vt eum exhibent impreſſi. At longe melius duo alii codd. *τις* omittunt, quod quia plerumque ſic abundans occurrit poſt adiectiua nomina, haud ſine quadam venuſtate, multum ſapere ſibi viſus eſt librarius, qui id de ſuo inſerſit. Sed iſti elegantiae non hic eſt locus: metrum enim peſſum dat illa vocula. Obſerues velim in hoc cum choro diuerbio, verſus omnes eſſe iambicos, nec vllum vltra dimidium aſſurgere. Eſt vero hic verſus etiam dimeter, vt 1325. aliique. Repone itaque, vt eſt in B. C.

πάνυ γὰρ βραδύς ἐσιν, ὥςπερ ὄνος.

Brunck. in Suppl. Anapaeſticum dimetrum, qualis eſt ſtrophicus, effinges reponendo: *πάνυ γὰρ βραδὺς ἐσί τις, ὥςπερ ὄνος. Hotib.* Occupauit hanc vocabb. transpoſitionem *Porſon.* l. l. p. 106. Ita *τις* rurſus de iſto ſeruo accipiendum. Nam ex vulg. ſcriptura *βραδύς τις* valuit, *tardiſſimus*, vt *τις* poſt adiectiua ponitur ap. Att. ſic, vt ſignificationem eorum vel minuat, vel augeat. v. Fiſch. ad Plat. Apol. S. 6, 10. ad Criton. 2, 6.

1334. *δειλὸς* eſt ignauus, ſegnis, i. q. *βραδύς.* Wi-

f) Ita *Reisk.* iam reponi iuſſerat.

landus coniicit, illum Manem vere fuiſſe Ariſtophanis ſeruum, quem ita publice caſtigauerit.

1335. Num tandem calathus cum alis allatus eſt, quum dicat τάδε πτερὰ monſtrando eas? διατίθεσθαι eſt disponere, collocare ſuis quaeque locis, vt ap. Xenoph. aliosque ſaepe. κόσμῳ i. q. κοσμίως *ſuo ordine*. v. Ducker. ad Thuc. p. 233. μουσικά, μαντικὰ ſunt μουσικῶν, μαντικῶν ὀρνίθων.

1338. (1333.) τὰ θαλάττι'. Sic tres codd. Neglectus vulgo Atticismus. *Brunck*. Scriptum vulgo: τὰ θαλάσσι'. Ante ὅπως ſubintelligitur ὅρα aut ſimile quoddam verbum, vt Plut. 326. Iungitur autem ὅπως apud Noſtrum et apud alios cum Fut. Indic. vt Nub. 490. v. Abreſch. Dilucc. Thucc. p. 445. Dawes M. Cr. p. 227. Valck. ad Theocr. I, 112. πρὸς ἀνδρ' ὁρῶν *cuiusque viri natura et indole ſpectata*, ita vt cuiusque ingenio conuenit.

1340. (1335.) οὔ τοι μὰ τὰς — Sic tres codd. [etiam Rau.] Peſſime in impreſſis οὔ τι. Sine codd. elui poterat haec menda g). Contrario modo Ran. 522., vbi metrum flagitabat οὔ τι, ediderant οὔ τοι. *Brunck*. σοῦ σχήσομαι *manus a te abstinebo*. v. Weſſel. ad Herod. p. 617. Propter tarditatem in afferendis alis nunc eum caſtigare vult, aut vere caſtigat. Tum vero adueniunt deinceps noui coloni, quos adfuturos eſſe nuncius praedixerat. πατραλοίαι dicebantur, qui patrem aut percutiunt aut interficiunt. v. Intpp. Tho. M. p. 695. et Intpp. ad 1 Tim. 1, 9.

1342. (1337.) γενοίμαν αἰετὸς — Ex Sophoclis Oenomao dicitur in Scholiis. Ridet autem Dithyrambicos et Tragicos, qui ſaepe alas ſibi optant, aut ſe in aues mutari: aut tales introducunt. Eurip. Hippol. 732. ἠλιβάτοις ὑπὸ κευθμῶσι γενοίμαν, ἵνα με πτερούσσαν ὄρνιν θεὸς ἐν ποταναῖς ἀγέλῃσι θείη· Ἀρθείην δ' ἐπὶ ποντίον κῦμα. *Bergl.* Scholiaſtae metrico obſequutus olim ſcripſit perperam γεινοίμαν, nam ille hunc verſum et ſequentem (vulgo ſcriptum ὡς ἂν ποταθείην ἀτρυγέτου) pro anapaeſticis dimetris acatal. habuit. Similia vota apud alios poetas legun-

---

g) Emendaui olim et metro et Valkenario ad Eurip. Phoen. 455. iubente.

tur, vt Theocr. 3, 12. vbi vid. Warton.' ὑψιπέτης eſt, qui altum volando petit (Heſych. v. Hom. Il. 13, 822.) et ab ὑψιπετὴς auctore Suid., Zonara I. p. 1791. Etym. M. p. 786, 7. differt.

1343. ſ. (1338.) ὡς ἂν ποταθ. ὑπ. ἀτρ. Haec in vnum verſum copulanda, iambelegum; et ſic Iuntinae *h)*, niſi quod omittunt ὑπέρ, quae omiſſio correctorem ſapit. *Hotib.* In membr. [vt in Rau.] ſcriptum: ὡς ἂν ποταθείην ὑπὲρ ἀτρυγέτου γλαυκᾶς ἐπ' οἶδμα λίμνας. In B. ὑπὲρ in textu omiſſum, inter lineas repoſitum. Inde ὑπὲρ adſciui in locum τῆς ἐπί.

ὡς ἂν ποταθείην ἀτρυγέτου
γλαυκ. ὑπὲρ οἶδμα λίμνας.

Brunck. Reſtituit tamen γλ. ἐπ' ο. e ſuo libro Inu. ποταθείην eſt, *volare poſſim*, et, ἐπ' οἶδμα λ. *ſuper mare*, formula Tragicis inprimis vſitata *i)*. v. Steinbrychel. in Mus. Turic. I. p. 189. Sed et alibi λίμνη eſt *mare*, vt Eurip. Hipp. 745. Hom. Il. 13, 21. *k)*. Ex quo Homero etiam maris epitheta ἀτρύγετος (varie olim explicatum, v. Apoll. Soph. Lex. Hom. p. 173. Toll., probabiliter *ſterile*, v. Heyn. ad Il. 1, 316.) et γλαυκὴ (Iliad. 16, 34. *coeruleum mare* Senec. Agam. 441.

1346. (1340.) ἔοικεν οὐ ψευδαγγελὴς εἶν' ἄγγελος *l)*. Eurip. in Iph. Taur. 461. οὐδ' ἀγγελίας ψευδεῖς ἔλακε βουφορβὸς ἀνήρ. *Bergl.* ψευδαγγ. ἄγγελος, pro ψευδὴς aut ψευδαγγελὴς ſimpliciter, quod legitur Hom. Il. 14, 169. Reſpicitur ad v. 1300.

---

h) Etiam omnes aliae edd. praeter Lips. Sed vix ferri poteſt ὑπὲρ ἀτρ. ἐπ' οἶδμα λ. Nam ἀτρυγέτου etiam ad λίμνας pertinet; et ſi quis ad ὑπὲρ ἀτρ. velit ſubintelligi ἁλός, ſenſu carent verba ἐπ' ὀ. λ.

i) Eurip. Hel. 407. ἐπ' οἶδμα πόντιον γλαυκῆς ἁλός. Noſter ſupra 251. ἐπὶ πόντιον οἶδμα θαλάσσης — ποτᾶται. Sed in Pac. 140. τί δ' ἂν ἐς ὀργὴν πόντιον πίσῃ βάθος, πῶς ἐξολισθεῖν κτηνὸς ὢν δυνήσεται; *Bergl.*

k) λίμνας. Id eſt, *maris*. Pari ſenſu vox illa accipitur ap. Eurip. Hipp. 744. *Kuſt.*

l) Ita in omnibus eſt edd. Scripſi olim εἶναι ἄγγελος. Sed diphthongus ita vt h. l. elidi ſolet.

1347. (1341.) ὅδε τις vt Plut. 166. Redundat τις. Mox olim vulgatum eſt κἀετούς. Formulam, quae ſequitur, οὐκ ἐστὶν οὐδὲν — illuſtrauit Toup. ad Long. ſect. 3. p. 162. ed. in 4. ſ. p. 243. ed. Weisk.

1349. (1343.) E Schol. verbis et ipſa loci ſententia, quae rurſus v. 1351. expreſſa eſt, conieci olim verſum hunc eſſe ſpurium. Sed potuit tamen ipſa hominis auiditas, repetitione ſententiae eiusdem exprimi, et videntur verba celerius eſſe pronunciata. Locus autem Schol. obſcurus eſt. Mox πέτομαι eſt *volare cupio* ſ. *conor*, vt ſaepe verba actionis pro verbis conatus et voluntatis ponuntur. v. Weſſel. ad Herod. p. 34. et ad Diod. S. I. p. 544. Valck. ad Herod. p. 269.

1352. (1346.) πολλοὶ — νόμοι m). Alter intelligebat νόμους *leges*; iſte νομοὺς *paſcua*, quae varia ſunt auibus et recenſentur ſupra 230 — 250. *Bergl.* Hinc olim ſcripſi νομοί. Nec nunc poenitet; nam νομὸς eſt proprie βοσκή, dicitur etiam locus vbi paſcuntur. v. Suid. et Alb. ad Heſych. p. 686.

1353. (1347.) F. μάλιστα δ' ᾧ n) καλὸν — *Reisk.* Supra 758. εἰ γὰρ ἐνθάδ' ἐστὶν αἰσχρὸν τὸν πατέρα τύπτειν νόμῳ, τοῦτ' ἐκεῖνο καλὸν παρ' ἡμῖν ἐστιν. *Bergl.* Male olim comma poſt νομίζεται poſitum fuit. Nam a verbis καλὸν νομ. pendet Dat. ὄρνισι. Νομίζεσθαι dicuntur, quae vel lege vel vſu diuturno recepta ſunt. v. Plut. 625. Nub. 959. ἄγχειν (i. q. πνίγειν Tho. M. p. 9. cum intpp.) eſt *fauces conſtringere*. Sic Ran. 461. et alibi. Ap. Demoſth. p. 1147. Reisk. ἄγχοντες καὶ τύπτοντες τὴν γραῦν. Ad ſenſum cf. Nub. 1420.

1357. ἀνοικίζεσθαι eſt, in alium (proprie, ſuperiorem aut a mari remotiorem) locum quemdam migrare, vt Pac. 216. v. Valck. ad Herod. p. 289.

1358. (1352.) In Eccles. 635. ἐπεὶ καὶ νῦν γιγνώσκοντες πατέρ' ὄντα ἄγχουσι. *Bergl.* πάντ' ἔχειν *omnia*

---

m) Eadem hic ambiguitas, quae v. 1287. Adoleſcens *leges*, *mores* intelligit; Piſthetaerus vero *paſcua*. *Brunck.*

n) Sed ὅτι recte eſt: *quod, eius legis ex* qua —

bona paterna *possidere*. Sic Theocr. 27, 33. πάντ' ἄλσεα καὶ νομὸν ἔξεις. Alio sensu illa formula 1460. legitur.

1360. (1358.) κύρβεις o) proprie dictae sunt vel columnae vel tabulae triquetrae s. triangulares, quibus leges de sacris erant inscriptae, quum ἄξονες essent tabulae quadratae, quae continebant leges ciuiles, sed deinde haec vocabula promiscue dicta sunt de tabulis ligneis, quibus antiquitus leges inscribebantur. v. Plut. Sol. 25. Ammon. V. Ἄξονες ibique Valk. Photius Lex. p. 139. s. Zonar. II. p. 1268. Hesych. Suid. Schol. ms. Augustin. Plat. Polit. ad c. 37. p. 173. ed. Fisch. Heyn. ad Apollod. Fragm. p. 396—98. Ruhnken. ad Tim. p. 170. Fuit enim lex Athenn., ex qua is, qui parentes verberasset aut alere nollet, infamia notabatur. v. Petit. LL. AA. p. 240. ss. Sed ciconiae (πελαργοί) dicebantur parentes senes alere. v. Aristot. H. A. IX, 13. et Camus ad Arist. T. II. p. 232. Aelian. N. A. 3, 23. 10, 16. Plin. 10, 23. Suid. V. Ἀντιπελαργεῖν. Hinc πελαργῶν κύρβεις apte memorat.

1361. ἐπετήσιμος est, *qui euolare potest* (flügge), vnde tropice puellae nubiles dicuntur ἐπετήσιμοι Poll. Onom. 2, 18. πελαργιδεῖς *pulli ciconiarum*, quam formam voc. et vim attigit Aelian. N. A. 7, 47. illustrauit Valck. ad Theocr. Adon. p. 401. s. ad Herod. p. 252. τρέφων vertendum; *alendo*. Paulo post πάλιν τρέφειν est *vicissim* (vt πάλιν Aelian. V. H. 4, 8, 1.) *alere*.

1363. (1357.) Pro δεῖ leg. δεῖν, *lex oportere*, lex, secundum quam oportet. *Reisk.* Imo ipsa verba legis recitantur. Retinendum igitur est δεῖ.

1364. Leg. ἀπελαυσάμην p), νὴ etc. vid. v. 177. *Reisk.* Legendum certe νὴ τὸν Δί', vt est in Iuntinis, et verum puto ἀπέλαυσα, siquidem vsitatius est Actiuum.

---

o) ἐν ταῖς — κύρβ. pro vulg. ἐν τοῖς — dedit Inu. e Rau. vsurpatur tamen hoc vocab. alibi vt masculinum. v. Leopold. ad Plut. Num. 22. p. 339. Occurrit vero etiam ap. Suid. vt Femininum.

p) Vulgata scriptura fuit: ἀπέλαυσα γάρ, νὴ τὸν Δί' — Brunk. lectore, quantum vidi, non monito edidit: ἀπελαυσάμην γάρ, νὴ Δί' Inu. contra metrum e Rau. scripsit: ἀπέλαυσα γὰρ ἄν, νὴ Δί' —

Hotib. Scribi igitur vult: *ἀπέλαυσα γὰρ ἂν νὴ τὸν Δί'* — *γὰρ scilicet*, ironiae inseruit, vt 471. Plut. 273. *ἀπολαύειν vtilitatem percipere* fere adiunctum habet casum vocabuli eius rei, vnde quis commoda capit. H. l. absolute ponitur. Ex olim vulg. lect. supplendum erat *ἄν*, quod in Aoristis interdum omittitur. v. Villois. ad Long. p. 178.

1365. (1359.) *εἶπερ — βοσκητέον.* Tamquam bestiam. In Vesp. 311. *τί με — ἔτιπτες; ἵν' ἐμοὶ πράγματα βόσκειν παρέχῃς; Bergl. βόσκειν alere*, de hominibus etiam Nub. 330. Vesp. 719. Verbalia construi ita constat, vt verba vnde ducta sunt, vt Thuc. 8, 65.

1366. Ad *Οὐδέν γ' (nihil est)* supplendum non *ἀπέλαυσας*, sed *βοσκητέον*: non patrem te alere oportebit — v. Schol. *οὐδὲν* pro *οὐ* etiam Nub. 538. *εὔνους* scil. *ἡμῖν.*

1367. (1361.) *ὄρνιν ὀρφανόν.* Schol. *ὥςπερ μὴ ἔχοντα πατέρα. θάῤῥει οὖν· οὐ γὰρ θρέψεις τὸν πατέρα. ἢ ὅτι καὶ οὕτως ἐσὶν ὄρνις καλούμενος·* nempe *ὀρφανος.* Mallem *ὄντως* pro *οὕτως q). Bergl.* Ad certum quoddam auium genus respici videtur.

1368. *ὑποθήσομαι.* Phot., Zon. II. p. 1783. et Hesych. fortasse ex h. l. interpretantur *διδάξω.* Ita Eccl. 1146. Lys. 522. Hom. Od. I, 279. Tho. M. p. 876. Ergo *οὐ κακῶς ὑποθ.* non male praecipiam. Eodem sensu infra 1376. *λέγειν* ponitur.

1369. (1363.) *παῖς ἦ* duo codd. *r).* In membr. *ἦν.* V. not. ad Pl. 77. *Brunck.* Scholia *ἀντὶ τοῦ ἦν Ἀττικῶς.* In Plut. 77. *ἦ παρεσκευασμένος.* Vesp. 1094. *ἆρα δεινὸς ἦ τόθ'* etc. Aesch. Agam. 1646. *ἐγὼ δ' ὕποπτος ἐχθρὸς ἦ παλαιγενής. Bergl.*

1371. (1365.) f. *τὴν πτέρυγα — τὸ πλῆκτρον — λόφον.* Propterea accesserat hospes, vt fieret gallus gallinaceus, qui contra patres solent insurgere; vt recte sentit in Scholiis Didymus: *ἦλθε γὰρ ὡς ἀλεκτρυὼν πτερωθῆναι,*

---

q) Immo *οὕτως* refertur ad *καλούμενος.*

r) Ita vulgo et recte lectum est. Inn. nescio vtrum e cod. dedit *ἦν. ἦ* pro *ἔα, eram.* v. Piers. ad Moer. p. 172.

ἐπεὶ ἐκεῖνοι τοὺς πατέρας τύπτουσι· de qua re et Comicus Nub. 1434. σκέψαι δὲ τοὺς ἀλεκτρυόνας καὶ τἄλλα βοτὰ ταυτί, ὡς τοὺς πατέρας ἀμύνεται. Cum itaque hoc animo acceſſiſſet, non transformatur quidem in gallum, ſed armis instruitur quaſi gallus; clypeo tamquam ala, gladio tamquam calcari, quod galli geſtant, galea tamquam criſta gallorum. *Ex ſcholiis. Bergl.* πλῆκτρον ita v. 760. de calcari. θητέρᾳ eſt τῇ ἑτέρᾳ χειρί, vt θάτερον pro τὸ ἕτερον, θοιμάτιον pro τὸ ἱμάτιον. v. Valck. ad Eurip. Hipp. 349.

1373. Iubet eum militiam facere, atque ita ſibi parare alimenta, notans ſimul Athenienſes a militia alienos. φρουρεῖν eſt, *in praeſidio eſſe; στρατεύεσθαι expeditionem ſuscipere*, vt Nub. 692. μισθοφορεῖν ſtipendia accipere, v. Weſſel. ad Diod. S. II. p. 297. Appellat eum μάχιμον h. e. aptum ad bellum, ad praelia, vt Acharn. 152. Thuc. 4, 125.

1375. (1369.) εἰς ταὐτὶ Θρᾴκης ἀποπέτου. Et hoc cum epocha poſita concordat. Nam anno XVIII. belli Euetion Amphipolin in Thracia oppugnabat. Narrat Thucyd. L. VII. [c. 9.]. Ideo conuenienter iuuenem illum patrem ſuum male habentem mittit in Thraciam, vt ibi militet. *Palmer.* Exercc. p. 757. Subintell. χωρίᾳ. In Pac. 283. ἐς ταὐτὶ Θρᾴκης χωρίον. *Bergl.* Cf. Bos. Ellips. p. 564. ſs. Vrbes Thraciae ita dicuntur Thuc. 2, 9. Athenienſes tum ſaepe expeditiones in Thraciam ſusceperunt contra Perdiccam, Maced. regem et Lacedd. v. Thuc. 4, 75. ſs.

1377. Νοῦν ἔχειν eſt *ſapere*, vt Nub. 833. Iſocr. Panath. p. 184. ed. Batt. Iam iuuenis ille discedit, proditque Cineſias, dithyrambicus, ſ. cyclicus poeta

1378. (1372.) Ex Anacreonte: ἀναπέτομαι πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσι κούφαις διὰ τὸν ἔρωτα. Schol. *Bergl.* (v. Fragm. 23. Anacr. ed. Fiſch. Stephani collect. Lyricorum T. II. p. 218.).

1379. (1373.) πτερύγεσσιν. Vulgo omittitur ν paragogicum, male ad eum modum, quo verſus iſti distinguuntur: nam hic dimeter eſt anapaeſticus acatalectus *s)*. Sed

s) Qui enim apud Inu. duo ſunt verſus, πτερύγ. — δοῖν, vulgo vnum efficiunt.

in omnibus nugatur Graeculus, cuius ad ſententiam hic locus digeſtus fuit. Transſumta iſta ex Anacreontis cantico, cuius primum verſum profert Hephaeſtio p. 30. et metrum declarat:

ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσι πούφαις
διὰ τὸν ἔρωτα t) — — οὐ γὰρ ἐμοὶ θέλει συνηβᾶν.

Inde manifeſtum eſt, verſus, quos hic canit poëta dithyrambicus, choriambicos eſſe et ſic digeri debuiſſe:

ἀναπέτομαι | δὴ πρὸς Ὄλυμ | πον πτερύγεσ | σι πούφαις·
πέτομαι δ' ὁδὸν | ἄλλοτ' ἐπ' ἄλ | λαν μελέων.

Brunck. Comparauit haec verba cum ſimilibus poëtarum orientalium odis Iones in Comm. de poëſi Aſiat. p. 90. ed. Eichh. πέτομαι ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλαν (de quo loquendi genere v. Zeun. ad Viger. Idiot. p. 76. ed. Herm.) ὁδὸν μελέων *vtor nunc hoc nunc alio carminum genere* (vt ὁδὸς λόγων etc. Kuſter. ad Eqq. 1012.).

1382. (1375.) τουτὶ τὸ πρᾶγμα *hic homo*, cum indignationis ſignificatione. cf. Toup. Emm. in Suid. p. 24. T. I. Φορτίον πτερῶν onus alarum (vt Acharn. 212. ἀνθράκων Φορτίον) h. e. plurimae alae, quia Olympum vult petere.

1383. (1376.) Hic etiam verſiculus a ſequente male diiunctus eſt: bini coniungi debent, vt vnicum trimetrum choriambicum conſtituant:

ἀφόβῳ φρενὶ | σώματί τε νέ | αν ἐφέπων.

Abſurde vulgo legitur σώματι γενεὰν — Quod repoſuimus, exhibent membr. et B. *Brunck.* Inu. in cod. Rau. lubens volensque acquieuit.

1384. (1377.) σώματι γενεὰν [vt olim lectum] ἐφ. Ms. Vat. U. σώματί τε νέαν ἐφέπων. Sed vtrouis modo legas, locus hic ſenſu caret; quod de induſtria fecit Comicus, vt rideret ſtilum dithyrambicorum poëtarum (Cineſias enim, qui hic loquitur, erat dithyrambicus), quorum oratio vti verbis ſonoris et tumidis abundabat, ita ſenſus et mentis fere expers erat; vt teſtatur prouerbium illud Graecorum: καὶ Διθυράμβων νοῦν ἔχεις ἐλάττονα. *Kuſt.*

t) Κλειβούλου nonnulli ſuppleuerunt.

Scholia: *τινὲς ἐπέων* v). *ἐπίτηδες ἀδιανοητεύεται, θέλων διαβαλεῖν τὰ Κινησίου ποιήματα.* In voce *γενεὰν* subintelligit Schol. *ὀρνίθων*. *Bergl.* Ita vt sit *genus auium*, vt *φύλλων γενεὰ* 686. Sed *τε νέαν* iungendum cum *ἄλλαν ὁδὸν* et v. 1381. putanda est eius oratio interrupta esse, quam nunc continuat. Verba ita struenda sunt: *ἐφέπων νέαν* (scil. *ὁδὸν*) *ἀφ. φρ. σώματί τε. ἐφέπειν* est, *persequi*, *sectari*, tractare. *ἄφοβος intrepidus*, (Epictet. 12, 1.) ad audaciam poëtici volatus refertur.

1385. (1378.) *Φιλύρινον Κινησίαν.* Loci huius meminit Athenaeus XII. p. 551. qui simul rationem reddit, quare Cinesias ab Arist. hic dicatur *Φιλύρινος*; nimirum ideo, quod tabellas tiliaceas pectori applicare soleret, ne corpus eius ob proceritatem et gracilitatem flecteretur. Verba eius haec sunt: *Ἄλλοι δὲ αὐτόν, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης, πολλάκις εἰρήκασι Φιλύρινον Κινησίαν, διὰ τὸ Φιλύρᾳ τοῦ ξύλου λαμβάνοντα σανίδα συμπεριζώννυσθαι, ἵνα μὴ κάμπτηται διά τε τὸ μῆκος καὶ τὴν ἰσχνότητα.* Haec vtique praeferenda iudico illis, quae Schol. *x)* et ex eo Suidas V. *Φιλύρινος* de causa cognominis huius afferunt. *Kust. Φιλύρινον tiliaceum* y). Athenaeus p. 551. D. [T. IV. p. 549. Schweigh.] *ἄλλοι δ' αὐτὸν κ. τ. λ.* Cinesiae gracilitatem alibi irridet Comicus *z)*. V. Ran. 1437. et Gerytadae fr. IX. Quod sequitur apud Athenaeum, non intellexit interpres: *ὅτι δὲ ἦν ὁ Κινησίας νοσώδης καὶ δεινὸς τἄλλα* — id minime significat, *valetudinarium* eum fuisse, sed *morbosum*, eo sensu, quo dixit Catullus de Mamurra et Caesare [57, 6. vbi v. intpp.]: morbosi pariter, gemelli vtrique. Cinaedum eum fuisse innuit Comicus Conc. 329. *Brunck.*

1386. (1379.) Locum hunc adducit Pollux IV, 188. vt probet, *πυλλός*, quod plerumque de manu dicitur, in-

---

v) Scilicet pro *ἐφέπων* ita legisse nonnulli videntur. Aut potius ad *γενεὰν* suppleuerunt *ἐπέων*.

x) Duas causas ex Callistrato et Euphronio attulit Schol.

y) vid. Periz. ad Aelian. V. H. 14, 12. Hesych. *φιλύρινον· ἀσθενές. ἀσπαζόμεθα* est, *salutamus*, vt Plut. 524. 1043.

z) v. Aelian. V. H. 10, 6. ibique Periz. Fuit autem Cinesias Thebanus, Meletis citharoedi filius, dithyrambicus poëta isque tumidus. v. Ran. 153.

terdum etiam dici de pedibus idemque significare, quod χωλός *a)*: quod etiam annotauit Scholiastes. *Kust.* Hunc versum citat Pollux IV, 188. vbi differentiam statuere videtur inter χωλὸν et κυλλόν, quorum illud proprie de pede, hoc de manu dicatur. Iocus est in κυλλὴν χεῖρα Eqq. 1082. κυκλεῖν πόδα tragica est locutio. Eurip. Or. 631. ποῖ σὸν πόδ' ἐπὶ συννοίᾳ κυκλεῖς; Sophocles Ai. 19. κυκλεῖν βάσιν dixit *b)*. ἀνὰ κύκλον vt Ran. 440. χωρεῖτε νῦν ἱερὸν ἀνὰ κύκλον *c)*. Perperam in membr. scriptum κυκλοῖς. *Brunck.* κυκλεῖν πόδα ἀνὰ κύκλον (h. e. ἐν κύκλῳ) valet, *pedem mouere in orbem*, h. e. ire, quatenus eundo pedes velut in orbem voluuntur. Vsus autem poeta est hac potissimum phrasi, quia de dithyrambico poëta agitur. v. Didymus ap. Schol.

1388. (1381.) λιγύμυθος [vt vulgo ed.] ἀηδών. Locus hic varie legitur. Nam edd. Ald. et Flor. (quarum auctoritatem et nos hic sequuti sumus) in textu quidem habent λιγύμυθος, et in Scholiis eaedem praeferunt λιγύφθογγος: quod credo editores Geneuenses induxisse, vt vocem illam in textu ponerent. Suidas legit λιγύμοχθος h. v., quam lectionem etiam Schol. nostrum prae oculis habuisse, ex interpretatione eius satis colligitur. Ceterum quod ad sensum attinet, parum vel nihil refert, quam lectionem ex his sequaris. *Kust.* In membr. λιγύφθογγος *d)*,

---

a) Per χωλὸς interpretatur etiam Zonar. II. p. 1265. add. Doru. ad Char. p. 723. et Schol. Nost. Eqq. 1085. κυλλοποδίων Vulcani epitheton est Hom. Il. 18, 371. vbi v. Heyn. Multi veterum putarunt, Cinesiam vere claudum fuisse, Schol. contra existimat, Nostrum adiecisse κυλλὸν, vt rideret poëtas dithyrambicos, qui ποδὶ λευκῷ, ποδὶ κούφῳ et similia dixerint. Ita τυφλῷ ποδὶ Eurip. Phoen. 842. ῥοίζῳ eiusd. Or. 136. βοηδρόμῳ ib. 1290. κοινῷ Phoen. 1713. πατρὸς ποδὶ Hipp. 661. add. Markl. ad Suppl. 90. Musgr. ad Phoen. 819. Sic Horat. *aequo pede.*

b) Ad haec duo loca addit *Bergl.*: „Hinc ἀνακυκλεῖσθαι ap. Athen. I. p. 44. κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην προγάστωρ (ventrosus) ἡμῖν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀνακυκλεῖται (in concionibus versatur)."

c) Eum locum laudauit etiam *Bergl.*

d) Id ex Rau. repositum Inuern. Ex triplici illa varietate λιγύμοχθος dithyrambicae orationi potissimum conuenit. Est *quae verno nobile carmen Ramo cantat trifiis Aëdon* Senec. Agam. 670. λιγὺς (de acuta, suaui voce, Hom. Il. 1, 248. etc.

quod etiam meliori lectioni (λιγύμυθος) superscriptum in B., adiecta alia varietate λιγύμοχθος. *Brunck.*

1389. λέγεις *intelligis*, tibi vis. v. Valken. ad Herod. p. 338. ad Eur. Hipp. 856. μετάρσιος i. q. μετέωρος *sublimis*, et μεταρσ. ἀναπτ. pro ἀναπετόμενος εἰς τὸ μετέωρον.

1391. (1384.) ἀναπτόμενος. Sic duo codd. [etiam Rau.]. Perperam in membr. ἀναπτάμενος. *Brunck.*

1392. (1385.) ἀεροδονήτους. Sic recte Ms. Vat. U. et edd. vetustiores. At ed. Geneu. ἀεροδινήτους *e)* refragante metro. Syllaba enim quarta in ἀεροδινήτους longa est, quam tamen per legem metri hic oportet esse breuem. *Kust.* In membr. ἀεροδινήτους καὶ νεφοβόλους. Prius manifesto mendosum est. V. supra 943. Posterius vulgato νιφοβόλους praetuli, quod quid significare hic possit non percipio *f)*. At νεφοβόλους valet σκοτίους, vt mox ipse interpretari videtur Cinesias. *Brunck.* Supra 1183. αἰθὴρ δονεῖται. In Pac. 828. ad illum, qui in coelo fuerat: ἄλλον τιν' εἶδες ἄνδρα κατὰ τὸν ἀέρα πλανώμενον πλὴν σεαυτόν; respondetur: οὐκ, εἰ μή γε που ψυχὰς δύ' ἢ τρεῖς διθυραμβοδιδασκάλων. Quaerit alter: τί δ' ἔδρων; respondetur: ξυνελέγοντ' ἀναβολὰς πετώμεναι. *Bergl.* ἀναβολαὶ sunt *praeludia* (v. Tho. M. p. 65. ibique Hemst. et Witter. Valck. ad Theocr. 6, 20.) h. e. exordia carminum. Dicuntur etiam εἰσβολαί. V. Markl. ad Eurip. Suppl. 93.

1394. (1387.) Recte edd. Brubach. et nupera (Kust.) haec tribuunt Cinesiae. *Bergl.* Sensus: e nubibus certe quidem (μὲν οὖν) pendet nostra ars, h. e. sublimia, tumida, conficimus carmina. τὰ λαμπρὰ (scil. ποιήματα aut

---

ap. Hom. cum variis vocabb. componitur. Theocr. 12, 7. luscinia λιγύφωνος dicitur, quod Phot. explicat ἡδύφωνος.

e) Sensus non multum diuersus exstitit; nam δονεῖσθαι est, *agitari, commoueri* (v. Wess. ad Herod. p. 505.), δινεῖσθαι *in orbem agitari, circumagi* (v. Valck. ad Theocr. Adon. p. 376.), et videri hinc possit ἀεροδινήτους praeferendum, modo metrum pateretur.

f) νιφόβολοι (quam scripturam etiam Inu. retinuit) ἀναβολαὶ sunt *nimosa*, niue conspersa, i. e. frigidissima praeludia.

μέλη) magnifica, splendida, dicuntur ob inanem verborum tumorem (κόμπον ὀνομάτων Dion. Hal. ep. ad Pompeium T. VI. p. 763. Reisk.). κυανανγέα sunt i. q. κυάνεα, h. e. μέλανα, σκοτεινά (Phot. Hesych.); vt κυανανγὲς ὀφρῦς Plutoni tribuuntur Eurip. Alc. 269. πτεροδόνητα *alis agitata*, i. e. velocia, leuia. τάχα i. q. ταχέως, v. Tho. M. p. 835.

1397. (1390.) σὺ δὲ — Ita distinguenda haec videntur personis, vt in versione factum. *Bergl.* Ibi vero hi quatuor versus, vt vulgo, tribuuntur Cinesiae.

1398. ἔγωγε scil. *audiam*. Iam Cinesias sua carmina obtrudit, quod mali poëtae facere solent. In seqq. versibus de sensu non est laborandum.

1399. (1392.) δίειμί σοι τὸν ἀέρα. Perperam in membr. σου. Sic etiam in B. a prima manu: sed superscriptum σοι. Facile ista permutantur. Similis menda erat Ran. 1119. *Brunck.* Prouerbium de dithyrambicis poëtis affertur hic in Scholiis: καὶ διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχεις ἐλάττονα g). *Bergl.* δίειμι est i. q. διεξελεύσομαι. σοι, vt in communi sermone, redundat. v. Toup. ad Long. p. 176.

1402. (1393.) οἰωνῶν ταυροδείρων. Supra 255. οἰωνῶν τῶν ταυροδείρων h). *Bergl.* Deest verbum *fectans* aut tale, nisi hos Accusatiuos omnes a δίειμι pendere putemus. εἴδωλα πετεινῶν durior est periphrasis (pro εἴδη, γένη). Nam εἴδωλον proprie est imago, species, vt Nub. 972. αἰθερόδρομα quae per aërem currunt h. e. volant, vt θῆρες ὑλόδρομοι Thesm. 49. Apud Hesych. est Αἰθερονόμων· τῶν ἐν ὕψει τὴν νομὴν ἐχόντων. Videtur ille, aut is ex quo hausit, h. l. ita legisse; nisi ex alio poëta glossa sit petita. V. 1400. et 1401. quos ita diuisit Inu. auctoritate Rau., vulgo vnum efficiunt versum. Metricus schol. qui εἰδ. — ταυροδ. esse anapaesticos dimetros acatal. censet, vltimam syllabam voc. αἰθεροδρόμων sequenti versui adiecisse videtur.

---

g) Vid. Toup. Emm. in Suid. II. p. 528. f.

h) Sunt aues, quibus procerum est collum.

1403. (1395.) ὠόπ. Scholia: παρακελεύεται αὐτῷ πυύσασθαι τοῦ ᾄδειν, ὡς οἱ ἐρέσσοντες· κέλευσμα γὰρ τῶν ἐρεσσόντων τὸ ὠόπ, καταπαῦον τὴν ναυτιλασίαν. *Bergl.* Vid. Ran. 182.

ἀλώμενος. Eſt aor. 1. med. ab ἄλλομαι, *ſalio i)*. Ad hunc etiam verſum Schol. dicit, his nullum ineſſe ſenſum et eſſe compoſita ad ridendos dithyramborum poëtas. *Bergl.* f. ἁλῴμενος. *Reisk.* At potius ἁλαδρόμου, quod redditur *curſus verſus mare* ſ. *marinus*, ſed proprie adiectiuum non ſubſtantiuum eſt, vt αἰθεροδρόμος et ſimilia, corruptum videri poteſt. Nam prorſus abſonum eſt. Schol. diuiſim ſcripſit: τὸν ἅλα (ſcil. εἰς) δρόμον, ſed ne ſic quidem ſenſus verior exiſtit. Vnde olim conieci legendum τὸν ἄνω δρόμον, ita vt τὸν ἄνω δρόμον βαίνειν ſit ſuperiorem, coeleſtem curſum inſtituere, vt εἴχειν ὁδὸν et ſimilia dicuntur.

1404. *k)* βαίην. Eurip. Iph. Taur. 1138. λαμπρὸν ἱππόδρομον βαίην (vtinam venirem in ſplendidum circum aetheris) ἔνθ' εὐάλιον ἔρχεται πῦρ· οἰκείων δ' ὑπὲρ θαλάμων πτέρυγας ἐν νώτοις ἁμοῖς λήξαιμι ποάζουσα (alas in meis humeris deſinerem agitare). Idem Ion. 796. ἀν' ὑγρὸν ἄν πταίην κἀθέρα πρόσω γαίας Ἑλλανίας ἀστέρας ἑσπερίους (vellem in humidum aerem volare vltra Graecam tellurem ſtellas ad Heſperias). *Bergl.* Interrumpitur eius ſermo et continuatur v. 1406.

1405. (1397.) Ms. Vat. U. habet νὴ τὸν Δί', ἦ 'γώ σου καταπαυσω τὰς πνοάς. Recte, ſi numeris iambicis hic verſus efferendus eſt *l)*. *Kuſt.* νὴ τὸν Δί' ἔγωγέ σου καταπαύσω τὰς πνοάς. Sic optime ſcriptus eſt hic verſus in B. [et Rau.] Vulgo, duabus reciſis ſyllabis, turpiter claudicat: νὴ Δί' ἐγώ σου καταπαύσω τὰς πνοάς. Et ſic ſcriptus eſt in C. In membr. vero νὴ τὸν Δί' ἐγώ σοι κα-

---

i) Vertitur enim vulgo: *vagabundus*. At tum ἀλώμενος ſcribendum erat. Rectius Brunk.: vtinam ſubſultans marino curſu vna cum ventorum flatibus incedam — ἁλεῦμαι eſt Theocr. 5, 144.

k) Metrico Schol. obſequutus πνοιαῖσιν olim ſcripſi.

l) Nimirum Schol. putauit eſſe anapaeſticum dimetrum brachycatalectum et legiſſe videtur: νὴ Δί' ἐγώ σου καταπαύσω τὰς πνοιᾶς.

παπαύσω τὰς πνοάς. Hoc dicto, sequentia dum canit Cinesias, plagas ei infligit Pisthetaerus. *Brunck.* Aliter iste accipit vocem *πνοάς*: ferme vt in illo Eurip. Phoen. 457. *σχάσον δὲ δεινὸν ὄμμα καὶ θυμοῦ πνοάς* (animi flatus) *m). Bergl.*

1406 — 8. Sensus: nunc versus austrum nunc versus boream (huc, illuc) per aërem incedens (nunc hinc nunc inde sublimia verba petens). *νότιος* h. l. a *Νότος* ductum est, vt Aristot. Met. 3, 6. *ὁ νότιος ἀὴρ* opponitur *τῷ πρὸς ἄρκτον. πελάζειν* est apud Hom. et Tragicos saepe, *admouere.* v. Musgr. ad Eurip. Iph. T. 891. Coniunguntur dein metaphorae varii generis audacissimae, quod vitium erat dithyrambicorum poëtarum. *ἀλίμενος* propr. de mari, quod portus non habet, (Eurip. Alc. 596. vnde *ἀλιμενότης* Xenoph. Hell. 4, 8, 7.) h. l. de aëre cui loca desunt, in quibus quis requiescat. *αὔλαξ sulcus* h. l. de ipsa *via* (vt Thesm. 789.). Sic *ὁδὸν τέμνειν* (secare viam in orbitas, Wess. ad Herod. p. 340.) est, iter facere (Valck. ad Eurip. Phoen. 1.).

1409. (1401.) Percusserat Pisthetaerus Cinesiam ita, vt hic exsultaret et quasi volare videretur. Hinc sequentia intelliguntur, vbi *χαρίεντα* et *σοφὰ* pro aduerbiis. *χαριέντως* (lepide, festiue, vt ap. Isocr. in Panath. p. 319. ed. Batt. *χαριέντως διαλέγεσθαι*, ib. p. 199. *χ. ἐπαινεῖν*) *σοφίζεσθαί τι* est, lepide aliquid excogitare, inuenire (vt Xen. Anab. 3, 5, 7. *χαρίεν ἐνθύμημα*): Nam *σοφίζεσθαι* est i. q. *μηχανᾶσθαι, ἐφευρίσκειν*, Tho. M. p. 803. Villois. ad Long. p. 170. *σοφὰ* (*σοφῶς*) est, *perite.* Versus cum sono, ironiam indicante, est pronunciatus.

1410. *πτεροδόνητος γενομ.* pro, *σὲ πτεροδόνητον γενέσθαι*, vt Plut. 247. *χαίρω φειδόμενος. πτερὰ* sunt lora, flagella, vt 1471. *πτεροδόνητος* igitur est, flagellis agitatus. *ταυτὶ πεποίηκας ita tu tractare soles?* Sic *ποιεῖς με* Vesp. 695. *κυκλιοδιδάσκαλος* est poeta cyclicus h. e. dithyrambicus, qui simul chororum cyclicorum modum docebat. v. Albert. ad Hesych. h. v. et Spanh. ad Call. in Dian. p. 364. Ern. *περιμάχητος* dicitur, de quo multi inter se certant,

---

m) καταπαίειν πνοὰς est, spiritus compescere. Ita *παύειν* Eqq. 858. *καταπαύειν* Eccl. 713.

quem cupide expetunt, vt πόλις περιμάχητος Thesm. 326. add. Ilocr. Panath. p. 286. Diod. S. 16, 18. Lucian. Charid. 17. T. III. p. 728. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 60. Athenienſium tribus (φυλαί), aut ciuis quidam ex tribu opulentior, χορηγὸς dictus, feſtis diebus, inprimis Dionyſiis, choros ſuis ſumtibus exhibebant et ornabant, qui varii erant generis, dithyrambici (vt h. l.), tragici, comici *n)*. Chori illi antea inſtituendi tradebantur magiſtro (poetae), qui διδάσκαλος χοροῦ et χορὸν διδάσκειν dicebatur. vidd. praeter alios Caſaub. Anim. ad Athen. p. 413. f. 719. 903. ed. Lugd. Periz. ad Ael. V. H. 3, 40. Spanh. ad Callim. in Dian. 266. Inde ſequentia intelligenda ſunt. Aliter ſenſum totius loci cepit Wiland., non exiſtimans Cineſiam verberatum eſſe; nimirum v. 1409. χαρίεντα etc. dicere putat Cineſiam, poſtquam ad ſe quaſi redierat, de vrbe recens condita prudenter et gratioſe. Piſthetaeri verba ſeqq. ita interpretatur: certe gaudes, te alis tuis tantum excitare poſſe ventum; ſed Cineſiae verba: haeccine *dicis* (πεποιηκ.) dithyrambico poëtae — Parum probabiliter.

1414. (1406.) Λεωτροφίδης dithyrambicus erat poëta et ipſe κυκλίων χορῶν διδάσκαλος, Comicis ob nimiam gracilitatem deriſus. At hic facete noſter nomen proprium in appellatiuum mutat et pro adiectiuo adhibet Λεωτροφίδη χορόν, *Leotrophideum chorum*, id eſt, *gracilem Leotrophidae inſtar chorum*. Sic iſta accipi me voluiſſe ostendit ipſa nominis ſcriptura, e qua ſubſcriptum vltimae vocali ι exemi: oraeque libri mei notulam hanc adleueram: Λεωτροφίδῃ *adiectiue in quarto caſu*. Neſcio quibus poſtea intemperiis agitatus a lepido hoc ſenſu, quem exprimit Hemſterhuſii verſio *o)* ad alium minime congruum *p)* de-

---

n) Ex Schol. ſententia quacuis tribus alebat dithyrambicum poetam, qui et dithyrambos componebat et chorum inſtituebat. *Wiland.*

o) Vertit ille: — docere *leuem Leotrophidae inſtar chorum* volantium auium Cecropiam tribum. Retinuit hoc Bergl. Cum Br. facit Wiland.

p) Vertit: Leotrophidae ſumtus ſuppeditanti e Cecropia tribu chorum docere volantium auium. Atque ita ego quoque Datiuum Λεωτροφίδῃ olim intellexi, vt *Leotrophidae* (choregi) *in*

pulsus fuerim. *Brunck.* Scholia: *βούλει τῷ Λεωτροφίδῃ τὴν Κεκροπίδα φυλὴν διδάσκειν*; et iterum: *θέλεις οὖν καὶ τῷ Λεωτροφίδῃ χορὸν ὀρνέων διδάσκειν*; Facit autem huius mentionem, quia et iſte, vt Cineſias, fuit macer et exili corpore; de quo Leotrophide Hermippus ap. Schol.: *ἀνάπηρά σοι θύουσιν ἤδη βοΐδια Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ Θουμάντιδος. Bergl.*

1415. (1407.) *Κεκροπίδα φυλήν.* Credo Ariſtophanem ſcripſiſſe *Κερκωπίδα*, alludentem quidem ad *Κεκροπίδα*, ſed *τοῦ γελοίου χάριν* mutantem in *Κερκωπίδα*. Nam et *κερκώπη* Heſychio eſt cicadae ſpecies, quae in cenſum volatilium numerari poteſt et aues fere omnes *πέρκους* habent et ſunt caudatae. *Palmer.* Exercc. p. 737. Ea tamen mutatione non eſt opus. Quum haec verba ad *χορὸν* pertinerent, debuerant proprie Genitiui eſſe. Mutauit noſter in Accuſatiuos ioci cauſa, vt et hanc tribum ſimiliter inconſtantem et leuem vt chorum auium volantium eſſe ostenderet. Reddendum autem: *ex tribu* Cecr. — Aliis locis *δῆλος εἶ* cum participio alius verbi ſtruitur, atque *δῆλος* tum per aduerb. reddi poteſt, vt Xen. Mem. 3, 3, 10. Hoc igitur loco ante *καταγελᾷς* ſubint. *ὅτι* quod ita additur Plut. 333. aliisque locis, et verba ita ſtruenda: *δῆλος εἶ* (*δῆλόν ἐστι*) *ὅτι μου καταγ.* Sic et ſequentia ſunt inuertenda: *τοῦτ' ἴσθ'* (*ἴσθι ſcias*, vt Aeſch. Prom. 288.) *ὅτι οὐ παύσομαι* h. e. deſiſtam, quieſcam, vt Hom. Il. Φ, 384. Alio ſenſu *πτερῶσαι Κινησίαν* Ran. 1485. *διατρέχειν τὸν ἀέρα* i. q. antea *διϊέναι.*

1418. (1410.) Ex Alcaeo, cuius locum adducit Schol.: *ὄρνιθες τίνες οἵδε; ὠκεανῶ γὰρ ἀπὸ περάτων ἦλθον πανέλοπες ποικιλόδειροι, ταχυσίπτεροι.* Loquitur autem dorice: *ὠκεανῶ* pro *ὠκεανοῦ· πανέλοπες* pro *πηνέλοπες*, cuius auis mentio fit in hac fabula v. 299. et 1302. *Bergl.* Alcmanis locum profert Scholiaſtes, ad quem reſpexiſſe Comicum putat: *ὄρνιθες τίνες — ταχυσίπτεροι q).* Alium-

---

uſum valeret, isque putaretur impenſas feciſſe in chorum tribus ſuae (Poll. 3, 67. Hemſt. ad Plut. p. 331. f.). Francogallus interpres et ipſe legit *Λεωτροφίδη*, ſed pro Vocat. habuit: vertit enim: *mon cher Leotrophide*; non minus feſtiue.

q) Alcaeus ſecundum Scholiaſten (Brunkius, neſcio qua fretus auctoritate, Alcmanem dicit):

que Simonidis: Ἄγγελε κλυτὰ ἔαρος ἀδυόδμου, κυανέα χελιδοῖ. Sic r) legendum esse Simonidis fragmentum nemo non videt, quod duabus mendis inquinatum est in vulgatis libris. Vt id iam antea correxeram, scriptum reperi in margine cod. C. *Brunck.* οὐδὲν ἔχοντες sunt *inopes*, vt οὐκ ἔχοντες Eurip. Suppl. 240. v. Valck. ad Herod. p. 447. Dicitur id h. l. quia sycophantae (criminatores, falsi accusatores, v. Taylor. ad Lys. Or. 25. p. 207. Taylor. ed. min.) fere quaerebant diuites, quos deferrent s). ταυσίπτεροι dicuntur aues, quibus expansae sunt alae (quae ingentibus alis patulae atque porrectae volant, Gell. N. A. VI, 6. extr.), vt Hom. Od. V, 265. cf. Abresch. ad Aesch. II. p. 54.

1421. τουτὶ τὸ κακὸν non ad hominem, sed ad rem est referendum: *hoc malum*, quod scil. plures homines adeunt nouam auium vrbem et alas petunt. οὐ φαῦλον *non leue*, i. e. grauissimum, vt Lys. 14. Vel metrum respuit lectionem cod. Rau. φαύλως, ab Inu. tamen receptam. Reponendum igitur et metri et sensus causa est pristinum φαῦλον. ἐξεγρήγορεν *euigilauit*, h. e. exortum est.

1422. Male olim Ὁ δ' legebatur, quod mutandum esse in Ὅδ', in ed. a. 1782. docui. Iungendum τις est cum ὅδε. μινυρίζειν est, voce tenui et lugubri cantare, vt Vesp. 219. lamentari Hom. Il. V, 889. quod μινύρεσθαι Eccl. 875. Nam quod Ammonius constituit verborum μινύρεσθαι et μινυρίζεσθαι discrimen, vanum est. v. ad eum Valck.

Ὄρνιθες τίνες εἰδ'; ὡκεανῦ γὰρ περάτων ἄπο
Ἦλθον, πανίλοπες, ποικιλόδειροι, ταυσίπτεροι.

Sic enim facillime haec restituas. Metri genus et dramaticis vsitatum et Flacco od. I, 11. IV, 10. *Hotib.* De his nihil cognitum fuit inepto fragmm. Alcaei collectori nupero. πανίλοπες interpretatur Kuſt. in not. ad Schol. adiectiue, *varium cantum edentes.*

r) Ita etiam Bergl. locum e Schol. attulit ad v. 1420. Nam in Schol. κλητὰ — καὶ κυανέα legebatur. Vertit Bergl.: *nuncia inclyta veris suaueolentis, cyanea hirundo.*

s) Perperam Wiland. suppleuit ἐρνιθικὴν *die weiter nichts von Vögeln haben als die bunten Federn.*

1423. ποικίλα Schol. monet dici respectu πρὸς τὸ ῥυπαρὸν καὶ ποικίλον τοῦ ἱματίου. Variegatam vestem is, qui hirundinis persona indutus erat, gestasse videtur, non tamen sordidam aut laceram et variis pannis sartam. μάλ' αὖθις recte vertitur: *iterum iterumque.* Supplendum: χαῖρε.

1424. (1416.) Quia sycophanta detrita veste indutus erat arcendoque frigori parum idonea, Pisthetaero videtur hirundinem inuocare, veris indicem multisque etiam hirundinibus egere, siue adulto vere, quia, vt est in proverbio, μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, *une hirondelle ne fait pas le printemps. Brunck.*

1425. (1417.) πολλῶν χελιδόνων. Quia alter modo de hirundine cantabat et habebat vestem laceram, iste dicit eum multis hirundinibus indigere, ne frigeat, id est, oportere vt ver adultum sit, quum omnes hirundines advenerunt *t)* et non tantum vna; nam μία χελιδὼν οὐ ποιεῖ ἔαρ, cuius prouerbii meminit hic Scholiastes. *Bergl.* Sensus igitur est: opus ipsi est vere quam proxime, ob laceram nempe vestem, qua frigus defendere nequit. Frigidus hic iocus Wilandio videtur. De σκολιοῖς (carminibus, quae inter epulas decantabantur, hinc breuioribus, natiua quadam simplicitate conspicuis, canticis quibusuis, cf. Athen. XV. p. 693. ss.) v. ad Ran. 1302. ad Vesp. 1220.

1426. πτερῶν ἐστι pro πτεροῖ Attico dicendi genere, v. Schol. δεῦρο cum ἀφικνουμ. iungendum est.

1427. (1419.) Accurate plerumque Aristophanes sententiarum suarum partes alteram alteri respondere facit, vt Au. 1419. ὁδὶ πάρεσιν· ἀλλ' ὅτου χρή, δεῖ λέγειν. Πτερῶν, πτερῶν δεῖ. In priore versu legi debere ὅτου δεῖ, χρὴ λέγειν, clarum est non solum ex apodosi, sed ex eo, quod apud Atticos poëtas genitiuum numquam regat χρή. Vnicum quod obduci posse credo exemplum, extat Eurip. Or. 667. ed. Musgr. sed et illud in τί δεῖ φίλων mutandum auctoritate Plutarchi Op. Mor. p. 68. E. Aristot. Ethic. IX, 9. *Porson.* (in censura Arist. Brunck. in H. Maty's Review, Iuly 1783. p. 66. atque inde ad Eurip. Or. 669.

---

t) Vid. Aelian. N. A. 1, 52.

vbi idem τί δεῖ φίλων; restituit). Confirmauit eius coniecturam cod. Rau.

1428. μὴ πύθῃ τὸ δεύτερον. In Ran. 433. μὴ δ' αὖθις ἐπανέρῃ με. *Bergl.* Noli *iterum quaerere.* Prima versus verba Schol. monet simillima esse illis Aesch. in Myrmidd.: ὅπλων, ὅπλων δεῖ.

1429. (1421.) *Num Pellenem volare cogitas v)?* Quia Pellene, in vrbe Achaiae *x)*, praemia athletis dabantur laenae, quae ibi texebantur praestantissimae. V. Hesych. in Πελληνικαὶ χλαῖναι [Phot. Lex. p. 299.]. Eustathius ad Homer. p. 292, 6. ἔστι δὲ καὶ κώμη Πελλήνη, ὅθεν καὶ Πελληνικαὶ χλαῖναι, ἃς ἔπαθλα ἐτίθεσαν ἐν τοῖς ἐκεῖ ἀγῶσιν, ὡς καὶ ὁ Κωμικὸς δηλοῖ ἐν Ὄρνισιν. Harum laenarum meminit Pindarus Olymp. IX, 146.

καὶ ψυχρᾶν ὁπότ' εὐδια-
νὸν φάρμακον αὐρᾶν
Πελλάνᾳ φέρε.

Brunck. εὐθὺ Π. est *recta Pellenen.* v. Abresch. Dil. Thuc. p. 797. Ruhnk. ad Tim. p. 126. In honorem Iunonis (Ἥραια) aut potius Mercurii (vnde Ἕρμαια, v. Ruhnk. ad Tim. p. 216.) celebrabantur illi ludi, in quibus laena proposita erat praemium, vt in aliis ludis Iunonis Argiuae clypeus. v. Spanhem. ad Callim. p. 647. ss. διανοεῖ (Attica forma) vt Thesm. 77. *cogitas, vis.*

1430. μὰ Δί' ἀλλὰ *non, sed — immo —* κλητὴρ h. l. dicitur, qui in ius alios vocat (interdum enim est, *testis.* v. Hesych. h. v. ibique Alb. et Ruhnken. ad Tim. p. 159.) et κλ. νησιωτικὸς singulatim, qui insularum Athenis subditarum incolas eo in ius vocabat. Nam Athenienses socios in insulis cogebant ius sibi dici Athenis iubere. v. Valck. ad Herod. p. 413. s. Pisthetaerus hominis orationem

---

v) Nempe ad petendam laenam Pellenicam, ψυχρᾶν αὐρᾶν φάρμακον, vt de ea loquitur Pindarus. In Pellene autem laenae praemium athletis proponebatur in ludis Iunoni sacris, aut, vt alii, Mercurio, vt Schol. ait. Ad hunc Comici locum respexit Eustathius p. 22, 2. in Il. ed. Basil. *Bergl.*

x) Eaque castello munita. v. Morus Exam. quor. loc. Xen. hist. gr. c. 9. p. 46. Nam alia erat Pallene Arcadiae. v. Schol. Apoll. Rhod. 1, 177.

interrumpit et beatum eum praedicat propter artem ſuam (ἕνεκα τῆς τέχνης).

1432. πραγματοδίφης eſt *lites quaerens*. Nam διφᾶν i. q. ζητεῖν, ἐρευνᾶν Heſych. (Callim. epig. 33, 2.). Sic ἑρεβοδιφᾶν Nub. 192. Cf. Hemſt. ad Poll. 9, 124. σοβεῖν et inde ducta verba etſi proprie actiuam habent notionem, tamen vt Neutra vſurpantur. v. Villois. ad Long. p. 168. περισοβεῖν τὰς πόλεις igitur eſt i. q. περιέρχεσθαι, περιτρέχειν. Heſych. καλούμενος *in ius vocans*.

1434. (1426.) ὑπὸ πτερύγων τί προσκαλεῖ σοφώτερον; Sic optime membr. [et Rau.] Vulgo ὑπαὶ πτερύγων τί προσκαλεῖν — Poëticum ὑπαὶ in ſenariis comicis locum non habet y). προσκαλεῖ ſecunda perſonae eſt indicatiui praeſentis medii. *Brunck*. Nam προσκαλεῖσθαι, non προσκαλεῖν eſt, in ius vocare, vt Nub. 1280. Veſp. 1325. σοφώτερον nunc pro aduerbio poſitum et τι additum auget (v. Weſſ. ad Herod. p. 368.) *multo callidius*, rectius —

1436. (1428.) μετὰ τῶν γεράνων τ' ἐκεῖθεν. Perperam vulgo γερ. τ' ἐκεῖθεν. Quid, malum, ſibi vult iſta copula? *Brunck*. At explicari recte poteſt: vt latrones effugere poſſim *et* cum gruibus redire. Recte igitur retinuit Inu.

1437. (1429.) Supra 1136. ἦκον — γέρανοι, θεμελίους καταπεπωκυῖαι λίθους. Vt autem hic καταπίνειν δίκας, ita φαγεῖν δίκην Veſp. 1365. z). *Bergl.* ἕρματα antiquiſſimis Graecis erant trabes nauibus ſubiectae, *palangae*, vt Hom. Il. 1, 486. (vbi v. Heyn.). Tum *fulcra* quaelibet, quibus aliquid ſuſtinetur. Diod. S. V, 70. Add. Weſſel. ad D. S. II. p. 317. Denique lapides maiores (Zonar. I. p. 870.) et minores, atque *ſaburra*, quibus nauium inferiores partes onerantur. v. Kuhn. ad Poll. 1, 94. De ſaburra h. l. vt de apibus in ſimillima re Aelian. N. A. 1, 11.

---

y) In Acharn. 969. εἶχεμ' ὑπαὶ πτερύγων κιχλᾶν καὶ κοψίχων. *Bergl.* ὑπὸ in hac locutione i. q. μετά, *ope*, vt Pind. Olymp. 4, 4. v. Pierſon. Veris. p. 126. ſ.

z) Add. Ran. 1512.

1438. Rectius poſt τοὔργον quam poſt εἶπ' ἐμοί (pro quibus olim lectum εἰπέ μοι) interrog. nota ponetur, vt εἶπ' ἐμοὶ ad ſeqq. referatur: dic mihi, quum iuuenis ſis et victum labore quaerere poſſis, eum parare tibi vis peregrinos accuſando? Sycophantae enim praemio ornabantur.

1440. (1432.) τί γὰρ πάθω *a*); σκ. — ἐπίς. Citat hunc locum Suidas V. Ἐπίσω et V. Οὐκ ἐπίσαμαι. *Kuſt.* Comici verſum citat Suidas in ἐπίσω, qui forte alia in fabula erat: σύγγνωθί μοι, σκώπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσαμαι *b*). Si ad hunc locum reſpexit, fefellit eam memoria, nec fieri poteſt, vt aliter olim quam hodie hic verſus lectus fuerit. σκώπτειν a ſententia prorſus alienum eſt. Inſulſiſſimam tamen hanc lectionem tuetur Kuſterus *c*), Ariſtophanemque cenſet *riſus captandi gratia pro* σκώπτειν *praeter exſpectationem dixiſſe* σκώπτειν, *et proinde lectionem Suidae, vt facetias comicas magis redolentem, hic praeferendam eſſe*. Vtique tam veternoſum fuiſſe bonum Kuſterum indignor. σκώπτειν non eſt *Suidae lectio*, ſed librarii error. Eadem verba citat Suidas in Οὐκ ἐπίσαμαι, vbi σκάπτειν recte legitur. *Brunck.* Praeter Erasmum Adag. p. 750. B. illuſtrarunt illud prouerbium intpp. Luc. XVI, 3. ἐπίσαμαι quod ad ſenſum attinet, idem eſt quod δύναμαι. v. Abreſch. Dil. Thuc. p. 448. Alb. ad Heſych. I. p. 1388.

1442. (1434.) διαζῆν. In Plut. 907. etiam ad ſycophantam: πῶς οὖν διέζης, ἢ πόθεν, μηδὲν ποιῶν; *Bergl.* Ita et hoc verbum legitur Eurip. Iph. A. 923. ἐφ' ὧν διαζῆν quibus vitam ſuſtentare, victum quaerere, decet. Ἔργα σώφρονα *honeſta negotia* ſunt.

χρῆν. In A. B. χρή. *Brunck.* Vulgatum praeſtat, quia etiam de praeterito tempore loquitur.

1443. ἐκ τοῦ δικαίου. In Plut. 755. οὐκ ἐκ δικαίου τὸν βίον κεκτημένοι. — διοφθαφεῖν. In Nub. 1486. *Bergl.* Hoc tamen loco ἐκ τοῦ δικαίου ponitur pro δικαίως et μᾶλλον cum διαζῆν iungendum.

---

a) *Quid enim faciam?* vt Eccl. 855. Aelian. V. H. 9, 27.

b) In Veſp. 991. οὐ δῆτα· κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσαμαι. *Bergl.*

c) Non in not. Ariſtoph. ſed ad Suid. T. I. p. 834.

1444. ſ. πτεροῦν proprie eſt, *alas addere*, ſed tropice, excitare aliquem ad agendum, ad ſuscipiendum aliquid, vt Eurip. Or. 874. Suppl. 89. Hel. 639. Lucian. de domo c. 4. T. III. p. 192. cf. Heſych. V. Ἀναπτερώσω et Ἀνεπτερωμένος, Villois. ad Long. p. 91. et de ſimilibus verbis Markland. ad Eur. Suppl. 89.

1447. πάντες τοῖς λόγοις ἀναπτ. Supra 433. κλύων γὰρ ὧν σύ μοι λέγεις λόγων ἀνεπτέρωμαι. *Bergl.*

1449. (1441.) In tonſtrinis (κουρείοις, vbi et capilli et barba tonderi ſolebat) otioſi homines et garruli conſidebant et confabulabantur. v. Plut. 348. Periz. ad Ael. V. H. III, 7. VI, 12., non autem adoleſcentes fere ibi, ſed in gymnaſiis potius verſabantur; vnde exiſtimaui olim Datiuum τοῖς μειρακίοις accipi poſſe pro περὶ τῶν μειρακίων, aut οἱ πατέρες τοῖς μειρ. (ὄντες) pro. τῶν μειρακίων. Neutrum nunc puto aut neceſſarium eſſe aut loquendi vſui conueniens; immo adoleſcentibus, qui forte adſunt, haec patres dicunt.

1450. (1442.) Διϊτρέφης. Iſte ex paupere eo eſt euectus, vt fieret magiſter equitum. v. ſupra 799. *Bergl.* Ex Nubb. 15. ſs. conſtat, fuiſſe equos alendi et agitandi ſtudium adoleſcentibus Athenn. familiare. Legebatur olim: δεινῶς (valde) τέ μου' pro quibus, quum particulae τε locus hic non eſſet, ſcribendum coniecit δ. τί μου. Brunk. (cumque eo Inu.) tacite repoſuit δ. γ' ἐμοῦ —

1452. Ponitur ὁ δὲ ita, vbi antea commemorati ſunt ab illo diuerſi; eſt: *alius quis.* ἐπὶ τραγῳδίᾳ ad componendam tragoediam. Quo ſignificatu (vt conſilium indicet), etſi ἐπὶ fere cum Accus. ſtruitur (v. ad 77.), tamen etiam datiuum adiunctum habet. v. Weſſel. ad Diod. S. II. p. 86. et Kuinoel. in Fiſch. Anim. ad Well. p. 234. et 243. πεποτῆσθαι φρένες (h. e. φρήν, vt Ran. 538. Eurip. Hipp. 256. et ſaepe) dicuntur, vti Nub. 813. Theocr. 2, 19. (cf. Valcken. ad Theocr. 11, 72.), quando animus alicuius elatus et veluti ſublimis abripitur, vt in tragoedia, cui alti inſunt ſpiritus.

1454. Perperam Inu. e Rau. recepit: λόγοισίν τ' (pro λόγοισί τ') ἄρα, quod metro aduerſatur. Sed rectius futurum erat: λόγοισίν ἄρα. Nam τε incommodum eſt, nec τοι neceſſarium. Et Brunck. quidem λόγοισιν ἄρα, lecto-

re tamen non monito, edidit *d)*. *Φημ' ἐγὼ aio.* v. Fisch. Ind. Aesch. Socr. h. v.

1455. *μετεωρίζεσθαι* est *euehi*, efferri, erigi. v. Wessel. ad Diod. S. I. p. 436. Ita Lucian. Icarom. 3. T. II. p. 755. *μετέωρός εἰμι ὑπὸ τῶν λόγων.* Idem est *ἐπαίρεσθαι*, extolli, vt Nub. 42. et Ruhnk. ad Tim. p. 116. *χρηστοὶ λόγοι* sunt consilia honesta et vtilia. *τρέψαι* conuertere, h. e. adducere, et *ἔργον νόμιμον* de negotiis, laboribus, legitimis (iustis) quibus victum sibi paret, intelligendum.

1459. (1461.) *τὸ γένος οὐ καταισχυνῶ.* Eurip. Bacch. 265. *Ἐχίονος δ' ὢν παῖς καταισχύνεις γένος* (dedecoras genus?); Idem Or. 1153. *πάσαις γυναιξὶν ἀξία στυγεῖν ἔφυ Ἡ Τυνδαρὶς παῖς, ἣ κατῄσχυνεν γένος.* Noster Nubb. 1224. *Ἀτὰρ οὐδέποτέ γε τὴν πατρίδα καταισχυνῶ. Bergl.* Ephebos Athenis iurare oportuit: *οὐ καταισχυνῶ ὅπλα* Stob. Serm. 41. p. 243. *παππῷος ὁ βίος auita viuendi et victus comparandi ratio.*

1462. (1454) *ἱέρακος.* Quia est auis rapax; vt et ipsa rapere possit miserorum bona. Supra 1111. *εἶθ' ἁρπάσαι βούλησθέ τι, ὀξὺν ἱερακίσκον — δώσομεν. Bergl.*

---

d) Improbauit *Hotib.*, cuius haec est ad h. l. nota: „Non recte, ne admonito quidem lectore, vulgatum *λόγοισί τ' ἄρα* vel *ἄρα* mutans, *λόγοισιν ἄρα* Brunkius reposuit: illud valet *λόγοισί τοι ἄρα*, et sic vtraque Iuntina. Ita et alibi errauit Gallus, veluti Eqq. 365. quasi non saepius elideretur *τοι* particulae diphthongus; quemadmodum et *καὶ* solet cum vocali sequ. coalescere, scribique fere *ἀνὴρ* (nam sic quam *ὠνὴρ* malo ex analogia cum Dawesio), *τἀγαθόν, τἀπορεῖν, τἀμελούμενον*, similia, quem locum tractat Brunk. ad Soph. Trach. 1206. vbi quem laudat vir doctus Cyclopis locum Eurip., ne dubium sit, *τοὐρθὸν* aduerbialiter poni an potestate adiectiui, quod ineptum, ita emendarim: *ἵν' ἐστὶ τουτί τ' ὀρθὸν ἐξανιστάναι Μαστοῦ τε δραγμός·* vbi et — et —. Hac lege autem fieri solent eiusmodi crases, vt longam syllabam efficiant vocales aut diphthongi contractae; ad quam faciem Eqq. 797. scribendum, duce libro Rau. *Τοῦτό γέ τ' ἀληθῶς αὖ τοὔργον γενναῖον καὶ φιλόδημον*, i. e. *τοῦτό γε τοι ἀληθῶς* etc., quod longe venustius etiam vsurpata lectione; nec nisi per licentiam *τοῦ ἤτοι* posteriorem syllabam prorsus deproperari puto ex regula iambelegi Pind. Isthm. 6, 61. vbi verum videtur, quod dat Aldus *τοιοῦτόν τ' ὄπος* et Soph. Aiac. 177. qui sic habet: *ψευσθεῖσα δώροις ἤτ' ἐλαφηβολίαις*, nisi potius legendum sit *ἐν τ' ἐλαφ.* abundante ad sensum praepositione, sicut passim. cf. Porson. ad Eur. Med. 865. Valck. diatr. Eur. p. 188. Musgr. ad Eur. Bacch. 1252."

1463. F. *ἐπιπεληκώς, euocatis.* *καλεσάμενος* autem tantum *denunciatos* (angegeben) notat. *Reisk.* Immo *καλέσασθαι* eſt, Athenas citare, et *ἐγκαλεῖν* accuſare, litem intendere. v. Tho. M. p. 261. ibique Intpp. *ἐνθαδὶ* non eſt *huc*, ſed *hic*, Athenis; opponitur enim inſulis, et, quae verbis *ἐγκ. ἐνθ.* exprimuntur, Athenis fieri, docent ſeqq. *πέτωμαι αὖ ἐκεῖσε* (illuc, h. e. in inſulas). Alterum *κἄτ'* redundat, vt ſaepius *e)*.

1464. *μανθάνω intelligo*, vt Ran. 1491. *ὦδὶ λέγεις haec tua eſt ſententia*, vis celeriter redire et eum Athenis accuſare, vt condemnetur, priusquam huc venerit. Cohaerent haec non cum proxime antecedentibus, ſed cum v. 1463.

1465. (1457.) *ὠφλήκῃ.* In B. *ὀφλήσῃ.* C. *ὀφλήσει.* Membr. *ὠφλήκει. Brunck.* Eſt *καταδικασθείῃ.* v. Pierſon. ad Moer. p. 427. Ruhnk. ad Tim. p. 202. et Not. ad Nubb. 34.

1467. Senſus: interea dum ille (citatus) huc (Athenas) nauigat, tu rurſus illuc (in inſulam) volas, eius (damnati quod non iuſto die adfuit) bona (publicata) rapturus.

1468. *πάντ' ἔχεις, omnia tenes* i. e. intelligis, vt Plat. Euthyphr. 3. *ὅ τι περ ἔχω. βέμβιξ* eſt trochus, turbo, quem flagro pueri agitant. Itaque *οὐδὲν διαφέρειν* (non differre) *βέμβικος* dicitur, qui huc illuc celerrime mouetur. cf. Intpp. Heſych. T. I. p. 719.

1471. (1463.) V. Heſych. in *Κερκυραία μάστιξ. Brunck.* Oſtendit ei ſcuticam. Fuerunt publicae quaedam ſcuticae Corcyraeis ad ſeditioſos et turbulentos, qui ſaepe exoriebantur, compeſcendos, magnitudine inſigni, vt in prouerbium abierit *Κερκυραία μάστιξ*, vt docet Schol. *Bergl.* Add. Zenob. Cent. IV, 49. Quia duplici loro illud flagellum conſtabat, propterea mox vtitur Duali *πτερώ*. Hic Piſthetaerum tantum flagellum circa caput ſycophantae agitaſſe, poſtea demum cum verberaſſe cenſet Wiland.

---

e) Legendum v. 1464. *εἶτ'* pro *κἄτ'*. Verba ſaepius confuſa velut et 1569. Coniungere haec voluit librarius, poëtae mentem non aſſequutus. *Hotib.*

1473. *βεμβικιᾶν* eſt, ſe turbinis modo circumagere, vt *βεμβηκιζειν* Veſp. 1508. Nam et *βέμβηξ* ſcribitur. *πτερυγίζειν* proprie pullorum eſt, alas mouentium et volare tentantium. v. Hes. h. v. et Spanh. ad Plut. 575. Deinde de omnibus dicitur, qui aliquid facere conantur, ſed perficere nequeunt. Phot. Lex. p. 347. H. l.: nonne auolare (celeriter abire) ſtudebis?

1475. (1467.) *Οὐκ ἀπολιβάξεις.* Citat Suidas V. Οὐκ *ἀπολιβάξεις. Kuſt.* Add. id. in Ἀπολιβάξεις *f)* et Heſych. in Λιβάξαι et Ἀπολειβράξαι (Ἀπολιβάξαι) Zonar. I. 265. et 274. Proprie eſt guttatim decidere (a *λιβάς*) ſ. potius deſtillare, inde celeriter discedere; et verbum haud dubie familiari ſermoni Athenn. ita vſitatum fuit.

ὦ κάκις' ἀπολούμενος. Nom. pro Vocat. Aeſchylus S. C. Th. 1415. *ὦ πλεινὸς πόσις.* Noſt. Nub. 1171. *ὦ φίλος. Bergl.* Add. ſupra 1175.

1476. (1468.) In Thesm. 877. *πικρὰν Ἑλένην ὄψει τάχα.* Supra 1045. *πικρούς — δείξω νόμους. Bergl. πικρὰν* eſt ingratam, moleſtam. *ϛρεψοδικοπανουργία* eſt ſtudium peruertendae calliditate iuſtitiae. Similia vocabula e pluribus compoſita Veſp. 135. 220. Alia ſcriptura a Schol. memorata *ϛρουθοδικοπανουργίαν* non probari poteſt, quia, quid ſibi *ϛρουθὸς* hic velit, ſiue paſſer ſiue ſtruthio intelligatur, non patet.

1479. (1471.) *ἐπεπτόμεσθα g).* Sic reſcripſimus auctoritate MS. Vat. U. pro *ἐπετόμεσθα,* quod priores edd. minus recte habent. Ἐπεπτόμεσθα autem per ſyncopen dictum eſt pro *ἐπεπετόμεσθα* (ab *ἐπιπέτομαι*) vt ſupra 35. *ἀνεπτόμεσθα* pro *ἀνεπετόμεθα. Kuſt.* Add. v. 48. Addideram olim *καὶ* verſui huic, propter antiſtrophicos, ſed hos potius Brunk. melius conſtituit. *δεινὰ πράγματα* ſunt res admodum mirae, vt *δεινὸν πάλλος* Xen. Cyrop. 5, 2, 3.

---

f) Suidas: Ἀπολιβάξεις· συντόμως ἀναχωρήσεις. λιβὰς γὰρ ἡ ταχύν, ἧς οὐδὲν ταχύτερον ἐν τῷ πίπτειν. Ἀριϛοφάνης· οὐκ ἀπολιβάξεις, ὦ κάκις' ἀπολούμενος. Codices noſtri omnes habent ἀπολούμενος, quod perinde eſt. *Brunck.*

g) Ita ed. nupera pro ἐπετόμεσθα priorum. Poſſet etiam ἐπεπτάμεσθα. *Bergl.* Male.

1481. (1473.) Cum arbore comparat Cleonymum. Sic Homerus: *ἀλλ' ὥσε σῆλην καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον*· quem locum adducit Scholiastes et exstat Iliad. N, 437. *Bergl.* Alia tamen Homero fuit causa imaginis adhibendae, alia nostro; ille immotum hominem, hic procerae staturae virum indicat, et *δένδρον* etiam appellat, quia in arbores volare ibique considere solent aues.

1482. (1474.) *ἔκτοπόν τι καρδίας.* Hinc emenda Eustathium ad Il. *β*. p. 309. ed. Rom. vbi ad locum hunc Comici nostri respiciens ait: *τὴν δὲ κλῆσιν ταύτην* (sc. *καρδία*) *καὶ πόλις ἔλαχε Θρακικὴ. ἐχορήγησε δὲ καὶ αὕτη τῷ* Κωμικῷ *ἀξειότητα κατὰ* Κλέωνος. Vltima sic emenda: *κατὰ* Κλεωνύμου. Cleonymum enim *ῥιψάσπιδα* (non Cleonem) facetissime hic exagitat Comicus noster. *Kust.* Quasi de vrbe Cardia, quae est in Thracia, loquitur; sed significat Cleonymum esse excordem siue non esse *εὐπάρδιον, animosum*, sed timidum. *Bergl.* *ἔκτοπον* proprie, quod loco suo non exstat, peregrinum, deinde dicitur, quicquid inusitatum, magnum, est. v. Suid. et Zon. I. p. 657. et 661. Cardia, vrbs in Chersonesi Thracicae isthmo, nomen habuisse dicitur a figura cordis. cf. Morus ad Xen. Hell. 1, 1, 7. Noster igitur de arbore videtur loqui ab illa vrbe longius (*ἀπωτέρω*, vt Nub. 769.) remota, sed intelligit animum, qui Cleonymo defuerit.

1485. (1477.) *καὶ μέγα.* Apparet, magnae staturae fuisse hominem. In Acharn. 88. auem ingentem descripturus dicit: *ὄρνιν τριπλάσιον* Κλεωνύμου, quasi dicat: *magno maiorem. Bergl.* *χρησ. μ. οὐδὲν* pro *οὐ* vt Nub. 538. *ἄλλως caeterum*, vt Theocr. 21, 34.

1486. (1478.) *μέν γε.* Sic C. Vulgo [etiam in Rau.] posterior particula omissa cum metri labe. Versus est dimeter trochaicus, vt antistrophicus, *εἰ γὰρ ἐντύχοι τις ἥρᾳ.* Melius forte legeretur vitato hiatu: *τοῦτο μέντ' ἄρ' ἦρος αἰεί h). Brunck.* Hinc olim scripsi *μὲν γὰρ* — Fiorillo ad Herodis Att. Reliq. p. 88. f. legi maluit: *τοῦτο τοῦ μὲν ἦρος ἀεὶ* — vt mox est: *τοῦ δὲ χειμ. π.* Veris tempus, quo ille vigere dicitur, tropice indicat pacis tempus. Contra *χειμὼν* belli tempus significat.

---

h) *αἰὰ* etiam pro *ἀεὶ* edidit Brunk.

1489. (1481.) τὰς ἀσπίδας φυλορρόεῖ. Notatur tamquam ῥίψασπις Nub. 352. *Bergl.* φυλλορρόειν, proprie de arboribus folia amittentibus (Poll. 1, 231. 2, 26.), h. l. pro ἀποβάλλειν ponitur, et ἀσπίδας dixit pro ἀσπίδα, quia arbores *plura* folia amittunt.

1491. Vulgo ἐν huic verſui adiectum fuit, quod recte ad ſequentem retulit Brunk. lectore non admonito. ὁ σκότος Atticum eſt pro τὸ σκ. v. Tho. M. p. 800. et Piers. ad Moer. p. 355. Valck. ad Eur. Phoen. 388. πρὸς eſt *apud, prope.* τις cum χώρα iungendum.

1492. (1484.) λύχνων ἐρημίχ. Quaſi Σκυθῶν ἐρημίχ, per alluſionem quandam: eſt autem prouerbium Σκυθῶν ἐρημίχ. *Bergl.* Ita Schol. et Heſych. V. Σκυθῶν ἐρημία. λύχνων ἐρημία eſt locus luminibus carens. Feſtiue tamquam regionem quamdam deſcribit, quam viderit auium chorus, quum indicare velit, noctu facile ciues ab Oreſte quodam, graſſatore iſtius aetatis, ſpoliari et male tractari. Qui quoniam nomen antiqui herois gerebat, et interdiu ſecure cum aliis ciuibus viuebat, propterea noſter dicit: ἔνθα τοῖς ἥρωσιν — συναρισῶσι. Similis ambiguitas Acharn. 1166. συναρισᾶν vna prandere, eſt omnino, conuictu alicuius vti, vt mox ξυντυγχάνειν, incidere in aliquem, cum eo verſari.

1498. (1490.) ἥρῳ. Sic δισυλλαβῶς *i)* ſcribendum, vt metra congruant; non, vt vulgo, ἥρωϊ. v. Pierſon. ad Moer. p. 177. *Bergl.* Pierſon. vero, praeeunte Moer. ſcribi etiam ἥρω ſine iota ſubſcr. iuſſit. Ita tamen non distingui poteſt ab ἥρω, h. e. ἥρωα (Tho. M. p. 424.).

1499. Ὀρέστῃ. Hunc heroëm vocat, vt ait Schol., quia eſt cognominis filio Agamemnonis; eamdem ob cauſam eum dicit μαινόμενον Acharn. 1166. Mentionem eius facit etiam ſupra 713. εἶτα δ' Ὀρέστῃ χλαῖναν ὑφαίνειν — *Bergl.* Haud dubie reſpicitur ad aliquid, quod non diu ante actam fabulam euenerat.

1500. (1492.) γυμνὸς — Alexis ap. Athen. VI. p. 227. τῆς νυκτὸς οὗτος τοὺς ἀπαντῶντας ποιεῖ Γυμνούς

i) Bergl. etiam monuerat diſyllabum eſſe.

ἅπαντας. *Bergl.* γυμνὸς eſt, veſtibus ſuperioribus ab eo ſpoliatus, v. ad 713.

1501. πληγεὶς πάντα τἀπιδ. pro ἀπόπληκτος γενόμενος πάντα τὰ ἐπιδέξια i. e. *quum omnes dexterae partes corporis ei caperentur apoplexia.* Credebatur autem hoc malum immitti ab heroibus *k)*. Eo alludit Comicus; quia Oreſtes erat cognominis heroi, ſed nihil aliud vult ſignificare, quam homines ab eo verberatos et ſpoliatos eſſe. *Bergl.*

1502. (1494.) Prometheus tamquam proditor venit, itaque timet, ne quis deorum ipſum videat; hinc opertus eſt *l)*. *Bergl.* οἴμοι τάλας, ὁ Ζεὺς — Sic in membr. et B. Vulgo τάλας γ'. — Melius particulam retinuiſſem *m)*. Nam vltima in τάλας ex analogia longa eſt. *Brunck.* Quae de prosodia nominis τάλας ad hunc verſum dixi, indicta vellem. Nihil erat cauſae, cur metuerem, ne optimis codd. incaute obſequutus fuiſſem. Neſcio quî mihi e memoria exciderat ſolemnis illa apud Tragicos ſenariorum clauſula ὦ τάλας ἐγώ. Illius duo ſatis fuerit protuliſſe exempla. Vnum ſuppeditat Euripides Hipp. 884. Alterum Soph. Philoct. 744. διέρχεται δύςτηνος. ὦ τάλας ἐγώ. Quin in Comici vulgaribus exemplaribus τάλας occurrit vltima longa multis in locis. In Eqq. 858. οἴμοι τάλας· ἔχουσι γὰρ πόρπακας; ὦ πονηρέ. 887. οἴμοι τάλας, οἵοις πιθήκισμοῖς με περιελαύνεις. Quos verſus non aliter exhibent tres a nobis collati codd. In Pac. 257. duobus etiam conſentientibus codd. ὡς ὀριμύς. οἴμοι μοι τάλας· ὦ δέςποτα. *Idem* in Add. p. 257.

1504. (1496.) τίς ὁ συγκαλυμμός. Sic libri omnes. Daweſius legendum cenſet: τίς ὁὐγκαλυμμός; *Brunck.* Scilicet nuspiam ita apud Atticos συγκαλύπτεσθαι et inde ducta dici cenſet Dawes. M. Cr. p. 209. f. ſed tantum ἐγ-

k) Scilicet heroes dicebantur iis, qui noctu ipſis occurrerent, moleſti eſſe, inprimisque apoplexiam immittere. ἐπιδέξια ſunt optimae, praeſtantiſſimae corporis partes. v. Heſych. h. v.

l) Inchoatur hinc quartus actus. Velatus et timidus prodit Prometheus. Ridetur ſimul Iouis religio.

m) Omiſit eam etiam Inu. auctoritate cod. Rau.

καλύπτεσθαι esse *inuolui, velari.* v. ad Plut. 707. et Dorvill. ad Char. p. 274. f.

1505. (1497.) In membr. et B. μὰ Δί', omisso τὸν *n*), quomodo praestat legi, quia sic modulatior est versus. *Brunck.* Edidit ita auctoritate cod. Rau. Inuern. Metuit ne a quodam deorum conspiciatur a tergo.

1506. πηνίκα τ. ἡμ. est qua diei *hora.* v. Intpp. Tho. M. p. 713. quamquam alii Grammatici (vt Phot. Zonar.) simpliciter reddunt πότε.

1508. (1500.) βουλυτός. Tempus, quo boues iugo soluuntur. Lucianus Cataplo [c. 1. T. I. p. 621.] σχεδὸν ἀμφὶ βουλυτόν. Synesius ep. 103. περὶ βουλυτὸν ἀπεχωροῦμεν. *Bergl.* add. Apollon. Soph. Lex. Hom. h. v. ibique Villois. Alb. ad Hesych. h. v. Heyn. ad Hom. Il. 16, 779. περιτέρω aliquando vltra illud tempus. Prometheus non Pisthetaeri quaestionibus respondet, sed suas tantum res curat. Inde hic dicit se eum abominari, odisse (βδελύττεσθαι, vt Plut. 700.), quia bis de nomine interrogatus non responderat.

1509. τί γὰρ ὁ Ζεὺς ποιεῖ. Notetur hic elegans loquendi genus, apud Atticos olim vsitatum, quod idem significat, ac si latine dicas: *quaenam est coeli tempstas?* gallice: *quel tems fait-il?* Sic quum significare volebant, coelum esse pluuium, eadem elegantia dicebant: ὁ Ζεὺς ὕδωρ ποιεῖ, i. e. pluit, qua phrasi vsus est Theophr. de char. c. περὶ ἀδολ. [c. 3, 2. ed. Fisch.]. Vel, ὁ θεὸς ποιεῖ ὕδωρ: quod loquendi genus occurrit apud Comicum nostrum Vesp. 261. *Kust.*

1510. (1502.) ἀπαιθριάζει τὰς νεφέλας. Sic etiam habet Ms. Vat. U. et Suidas V. Ἀπαιθριάζει, vbi locum hunc citat *o*). Scholiastes autem legit ὑπαιθριάζει, cuius auctoritatem nimis temere sequuti editores Geneuenses vocem illam etiam, contra edd. vett. fidem, in textu reposuerant. Saepe enim contingit, vt lectio scholiorum a lectione textus discrepet; quae diuersitas pro arbitrio non

---

n) Nam vulgo erat μὰ τὸν Δί' —

o) Etiam Zonar. Lex. T. I. p. 258.

eſt tollenda, ſed relinquenda, vtpote quae codd. Mſs. auctoritate nitatur. *Kuſt.* Vt h. l. ἀπαιθριάζειν (ſerenitatem inducere) et ξυννεφεῖν (nubes colligere), ſic Ariſtot. Probl. 27. αἴθρια et ἐπινέφελα ſibi opponuntur.

1511. (1503.) ἐκκεκαλύψομαι [vt Br. ed.] recte A. B. Vulgo ἐκκαλύψομαι. Vid. Moerin in πεπαύσομαι et πεπράσομαι *p)*, et quae notauimus ad Aeſch. Prom. 865. ad Eurip. Med. 932. et Bacch. 1303. *Brunck.* Ariſtophanes quidem his paulopoſtfutt. ita ſaepe vtitur. Ceterum Prometheus verba Piſth. οἴμωζε μεγάλ' (male pereas) accepit ita, ac ſi affirmaretur, coelum eſſe nubilum. ἐκκαλύπτεσθαι eſt, ſe retegere, ſuum caput ex inuolucris expedire, vt ἐκκαλύπτειν πρᾶτα Eurip. Suppl. 111.

1513. (1505.) μὴ κάλει μου τοὔνομα. In Ran. 298. μὴ καλῇς μ' ἄνθρωφ', ἱκετεύω, μηδὲ κατερῇς τοὔνομα. *Bergl.*

1514. (1506.) ἀπὸ γὰρ ὀλέσεις. Perdes me, ſi, te nominante nomen meum, Iupiter, eo audito, ad ſonum vocis oculum flectens me viderit. Ceterum ἀπὸ γὰρ ὀλέσεις pro ἀπολέσεις γάρ, vt Nubb. 1448. ἀπὸ γὰρ ὀλοῦμαι *q)*. ὀλέσεις recte edd. priſtinae; nupera ὀλέσει *r)*. *Bergl.* Magis Atticum eſſet ὀλεῖς. Illud ex gloſſa ſubnatum videtur. In membr. ſcriptum ὀλέσει. *Brunck.* φράσω *dicere poſſim*, de qua Futuri vi cf. Abreſch. Dil. Thuc. p. 374.

1516. (1508.) σκιάδειον. In Eqq. 1341. ἐξεπετάννυτο ὥςπερ σκιάδειον καὶ πάλιν ξυνήγετο. *Bergl.* Erat tegumentum, quo a capite defendebant ſolis radios, *vmbel-*

---

p) Ibi p. 293. et 294. oſtenditur Paulopoſtfutura ap. Atticos (non modo pro futuris primis Pass. ſed etiam) pro futuris mediis adhiberi. V. Piers. et Matthiae Gramm. Gr. p. 693.

q) v. Villois. ad Long. p. 186.

r) ἀπὸ γὰρ ὀλέσει. Sic rectius Ms. Vat. U. quam priores edd. quae habent ἀ. γ. ὀλέσεις. Dicit enim Prometheus: *perdet me Iupiter ſi me viderit. Kuſt.* In Rau. etiam eſt: ἀπὸ γάρ μ' ὀλέσει. Trium igitur codd. auctoritate et meliorum nititur ὀλέσει, ideoque praeferendum videri poteſt. Et hiatus vitari poteſt, ſi μ' (in Rau.) poſt ὀλέσει ponatur. ὀλέσεις reſtitui iuſſerat Reiskius.

la (Paraſol). v. P. M. Paciaudi σκιαδοφόρημα ſ. de vmbellae geſtatione commentarius, Rom. 1753. (et repetit. Deſſau.) μου docet, eum hanc vmbellam ſecum adportaſſe, quam iam Piſthetaero porrigit. ὑπερέχειν i. q. ὑπερήνω ἔχειν (ſuper aliquo tenere) vt Eqq. 1171. et ſaepius ap. Hom.

1518. προμηθικῶς a προμηθὴς eſt, *prouide*, ſed ſimul ad Promethei nomen alludit. ὑποδύῃ *ſubi* eam, vt Plut. 735.

1520. ἄκουε δὴ νῦν Euripidea ſunt Hec. 822. Sequentia dicta ſunt, vt Eurip. Alc. 719. ed. Wakef. λέγ' ὡς ἐμοῦ λέξοντος.

1521. (1513.) πηνίκ' ἄττα. I. e. *quando quaeſo?* Eſt genus loquendi parum obuium; quod occurrit etiam in alio verſu Ariſt. quem citat Harpocr. V. Ἄττα *s*): Πύθου χελιδὼν πηνίκ' ἄττα φαίνεται; Euſtathius quoque ad Iliad. A. p. 149. ed. Rom. obſeruat, vocem ἄττα aliquando de tempore dici et ἰσοδυναμεῖν τῷ πότε: ad quod probandum, ipſum illum locum, cuius paulo ante ex Harpocr. mentionem fecimus, adducit. *Kuſt.* πηνίκ' ἆρ' ἀπώλετο ſcriptum in C. *t*). Vulgo πηνίκ' ἄττ' quam ſcripturam non immerito damnare videntur poſt veteres *v*) Criticos Daweſius ad h. l. *x*) et Toupius ad Suidam III, 52. *y*). Eorum con-

s) Et Etym. M. h. v.

t) Atque ita Brunk. edidit.

v) Schol. ad h. l. et inde Suid. V. πηνίκ' ἄττα.

x) Miſc. Crit. p. 295. qui coniecit: πηνίκα δῆτ' ἀπ. aut πηνίκα δήποτ' aut potius: πηνικάπτ' ἀπ. pro πηνίκα ποτε, vel πηνίκα ποτ'. Burgess. in App. p. 479. ſs. πηνικάττ' et πηνίκ' ἄττ' defendi poſſe putat. Nam quod ad prius attinet, vt indefinitis τις, τα, ſ. ατ-τα vſi ſint adſcititiis, ita etiam inde finita partic. τε et cognatis κε, δε, τα, κα, eſſe igitur πηνικάττ' pro πηνίκα· quod ad poſterius attinet, ſaepe adiectiua neutra pluralia aduerbialiter dici, vt οἷα etc. itaque ἄττα eſſe *quodammodo*, aut, de tempore, *aliquando, tandem*; igitur πηνικάττ' *quando ſane?* ſed πηνίκ' ἄττ' *quando tandem*, quo circiter tempore?

y) T. II. p. 71. ſ. ed. Ox. recentiss. Is h. l. πηνικαῖτ' et in fragmento πηνικαῖτα (i. e. πηνικᾶτα pro πηνίκ' εἶτα) reponit. Tyrwhitt. in Append. T. IV. p. 467. ſ. „Non eſt meum, inquit,

iecturis non deteriorem esse codicis nostri lectionem arbitror. Si menda est in vulgata lectione, ea iam antiquitus codices inuasit. Nam istud πηνίκ' ἄττα praeter Harpocr. et Etym. M. auctorem agnoscit etiam Eustath. ad Hom. p. 148. extr. Φασὶ δὲ οἱ παλαιοὶ περὶ τοῦ ἄττα, καὶ ὅτι τρία δηλοῖ· τὸ τινά, ὅτε καὶ ψιλοῦται· τὸ ἄτινα, ὅτε δασύνεται· καὶ τρίτον τὸ πότε, ἢ τὸ ἰσοδυναμοῦν τούτῳ. Ἀριστοφάνης· πύθου χελιδὼν πηνίκ' ἄττα φαίνεται. Si cui in isto versu ἄττα minus placeat, legat ex h. l. πηνίκ' ἄρα. *Brunck.* Scholiastae etsi istam loquendi formam improbant, tamen non aliter legisse videntur. Referenda igitur est inter dictiones nostro proprias. add. Hemsterh. ad Tho. M. p. 122.

1523. (1515.) Θύει γὰρ οὐδείς — In Plut. 1178. Θύειν ἔτ' οὐδεὶς ἀξιοῖ. *Bergl.*

1524. (1516.) Supra 187. et 193. τοὺς δ' αὖ θεοὺς ἀπολεῖτε λιμῷ Μηλίῳ — διὰ τῆς πόλεως ἀλλοτρίας — τῶν μηρίων τὴν κνίσσαν οὐ διαφρήσετε. *Bergl.* Formula est Homerica, Il. 1, 317. κνίσσῃ (nidor, vt nost. Pac. 1050.) δ' οὐρανὸν ἦκεν. μηρία, femora, imponebantur aris comburenda, v. Kuhn. ad Poll. 1, 27.

1526. (1518.) In Thesmophoriorum festo, quod durabat quinque dies, vnus dies erat ieiunii dies: in Thesm. 956. ὅτ' ἂν ὄργια σεμνὰ θεαῖν — ἀνέχωμεν, ἅπερ καὶ παύσων σέβεται καὶ νηστεύει· et paulo post 992. παίσωμεν — νηστεύσωμεν δὲ πάντως. *Bergl.* Mulieres olim medium Thesmophoriorum diem, i. e. tertium *z)* (festum enim illud quinque dies durabat) ieiunio colere solebant: ad quem morem Aristophanes hic alludit. V. nos ad

---

error sit in Graecis necne, decernere. Illud saltem decernere possum, Toupii emendationes infirmo talo stare. Neque enim crasis ea, quam commendat, vnquam permittitur, sed πηνίκ' εἶτα scribendum erat; neque εἶτα post interrogationem eo modo collocatur." Tuentur, variis tamen modis, πηνίκ' ἄττα etiam Hoogeu. Doctr. partt. Grr. I. p. 162. s. et Hermann. ad Viger. de Idiot. p. 711. s.

z) Dicebatur ille Νηστεία. v. Athen. 7, 16. p. 307. s. Hesych. V. Τρίτη eiusque Intpp. Spanhem. ad Call. Cer. 7. p. 749. 12. p. 767. Meurs. Graec. Fer. p. 791. ss. T. VII. Gronou. Antt. Gr. aliique antiquitatis graecae scriptores.

Thesm. 86. *Kuſt.* Nunc vero eſuriunt non ex religione, ſed quia non eſt quod edant. *Θυηλαὶ* non tantum primitiae victimarum (Hom. Il. IX, 220. ibique Heyn.) aut extiſpicia (Phot. Lex. p. 75.), ſed etiam victimae, quae immolantur. v. Arcadius ap. Albert. ad Heſych. h. v. Ita *Θυλήματα* Pac. 1040. *τὰ τοῖς θεοῖς ἐπιθυόμενα ἄλφιτα.* De voc. *Θυηλαὶ* cf. Zonar. I. p. 1062. ibique Tittm.

1528. (1520.) *κεκριγότες.* Ms. Vat. U. *κεκραγότες,* quae lectio praeſtat. Nam *τὸ κράζειν, clamare, vociferari,* diis barbaris eſurientibus tumultuoſeque et cum minis a Ioue victum flagitantibus multo melius vtique conuenit, quam *τὸ κρίζειν* i. e. *ſtridere. Kuſt.* Scholia: *τὸ κεκριγότες εἰς τὴν ἀσάφειαν τῆς φωνῆς αὐτῶν·* nempe iſto verbo vtitur, vt ſignificet eos tamquam barbaros vocem edere non intelligibilem. Hinc etiam infra 1627. et 1677. Triballum deum barbare loquentem introducit. Heſych. *κρίζειν* exponit *κεκραγέναι a). Bergl.* Add. Phot. p. 132. et Zonar. in *κριγμός,* II. p. 1250. De v. *κρίζειν* (quod et auium eſt et recte de barbaris, auium more ſtridentibus, v. Herod. 2, 57., dici potuit) cf. Heyn. ad Hom. Il. XVI, 470. *Reiskius* legi maluit *κ'* (i. e. *καὶ*) *ἐρρίγότες.*

1529. (1521.) *ἄνωθεν ex ſuperioribus regionibus b).* Scholia: *ἀνωτέρω δέ φησιν αὐτοὺς οἰκεῖν, ὡς τῶν Ἑλλήνων ἀνωτέρω οἰκοῦσιν καὶ πορρωτέρω οἱ βάρβαροι,* nempe Thraces et Illyrii. *Bergl.* Graeciae ſitum transfert poëta h. l. ad ſedes deorum et barbaros (peregrinos, ad ciuitatem deorum quaſi non pertinentes) fingit deos, qui ſuperius (vt Illyrii vltra Graecos) habitant. *Ἐπισρατεύειν* (de cuius verbi varia ſtructura cum Dat. et Accus. vidd. Ducker. ad Thuc. p. 272. ed. Amſt. et Abreſch. Dilue. Thuc. p. 82. et 429.) *expeditionem ſuscipere contra.*

1530. (1522.) *τἀμπόρι'* (vulg. *τὰ 'μπόρι'*) *ἀνεῳγμένα.* Quia belli tempore ceſſant commercia et emporia claudantur. Demoſth. Olynth. II. [p. 22. T. I. Reisk. Orr. Grr.] *κεκλεισμένων τῶν ἐμπορίων τῶν ἐν τῇ χώρᾳ διὰ τὸν πόλεμον.* Orietur autem mox bellum ſacrum inter aues et

---

a) V. Heſych. V. Κρίζειν et Κεκραγότα, pro quo legendum eſt Κεκριγότα.

b) Infra 1533. *ἄνωθεν* idem eſt quod *ἄνω ſupra.*

deos, nisi dii auibus voluerint imperium reddere; et iam dii intercepti sunt, postquam muniuerunt aërem aues. *Bergl.* ἐμπόριον proprie locus dicitur, vbi mercatores exponunt merces, stationes nauium, portus, fora. v. Mazoch. ad Tabb. Heracl. T. I. p. 37. H. l. sunt loca, per quae transeunt merces. παρέχειν ἀν. *efficere*, vt aperiantur, vt Aesch. Socr. 3, 16. παρέχειν γνῶσιν.

1531. (1524. Br.) ἵν' εἰςάγοιντο. Eadem hic inoluit scripturae menda, quae in Ran. 24. Legendum: ἵν' εἰςάγωνται, si a sensu non aberrauit interpres, *vt importentur c)*. At si ἵνα aduerbium est loci, tum particula ἄν optatiuo iungi debet: ἵν' εἰςάγοιντ' ἄν σπλάγχνα *quo importari* possint. Vtramlibet lectionem praetuleris, vulgata meliorem habebis, quae plane soloeca est. *Brunck.*

1534. (1526.) Ironice tribuitur Execestidi, barbaro et non Attico homini epitheton πατρῷος *d)*, quod Athenis cognomen Apollinis est; quia nimirum Ion, a quo Athenienses Iones olim dicebantur, Apollinis fuit filius. Erat autem apud Athenienses moris, vt, qui liberos vellent haberi in numero ciuium, eos introducerent in templum Apollinis πατρῴου, et ad phratoras siue curiales. Demosth. contra Eubulidem [p. 1315. T. II. Reisk.]: παιδίον ὄντα με εὐθέως ἦγον εἰς τοὺς φράτορας, εἰς Ἀπόλλωνος Πατρῴου ἦγον, εἰς τἆλλα ἱερά: qui autem eo effet introductus, illi dicebatur Apollo esse Πατρῷος. Et in examine magistratuum creandorum, quos omnino oportet ciues genuinos esse, quaerebatur inter alia: εἰ Ἀπόλλων ἐστὶν αὐτοῖς Πατρῷος; de qua re vid. Polluc. VIII, 85. et praecipue, quae ibi notauit Kuhn. Est ergo, vt dixi, ironia, quum Execestidem vocat πατρῷον, cum tamen ei nec Apollo sit πατρῷος, nec etiam sint φράτορες. De isto et supra 766. εἰ δὲ δοῦλός ἐστι καὶ Κάρ, ὥςπερ Ἐξηκεστίδης — *Bergl.* Ἐξηκεστίδης. Sic quidem libri omnes: est tamen lectio absurdissima. Vulgata versione, quam me retinuisse piget,

---

c) Immo est: *vt* importari (aut, ipsi introducere) *possint*. Nam id quod tamquam futurum narratur (παρέξει), tamen iam praeterlapsum erat, quum haec dicerentur, atque ita cogitandum est. cf. Matthiae Gr. Gr. p. 732.

d) Ex olim vulgata lectione loci.

nihil insulsius: *vnde patrius originem ducat Execestides.* Legendum Ἐξηκεστίδῃ in tertio casu et vertendum: *nonne enim barbari sunt, e quibus Patrius est suus Execestidi?* In inquisitione, quae fiebat Athenis in magistratuum natales et vitam, antequam munus inirent, quod primum quaerebatur, hoc erat: εἰ Ἀθηναῖοι εἰσὶν ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας, καὶ τὸν δῆμον πόθεν, καὶ εἰ Ἀπόλλων ἐστὶν αὐτοῖς Πατρῷος καὶ Ζεὺς Ἑρκεῖος. Hac de re vidd. Pollucis interpretes ad VIII, 85. *e)* et Petitus de Legg. Att. p. 321. Nemo pro ciue Athen. habebatur, nisi cui esset Apollo Πατρῷος. Idcirco patres, quum in curialium albo filios suos inscribi curabant, postquam eos ad curiales deduxerant, Apollinis Πατρῴου s. Tutelaris sacris initiabant, quod ostendit Demosthenis locus in Or. c. Eubul. p. 1315. Execestides vero, cui peregrina et seruilis exprobratur origo supra 764., sacra Apollinis Πατρῴου, Athenien-sibus ciuibus peculiaria, colere non poterat. Hunc iterum perstringit Comicus tamquam παρεγγεγραμμένον, ξένον ὄντα, id est per fraudem in ciuium albo inscriptum, facetissimeque fingit eum, tamquam barbarum, Πατρῷον seu *Tutelarem* habere deum aliquem ex barbaris illis, ὅθεν ὁ Πατρῷός ἐστιν Ἐξηκεστίδῃ *f)*. Sic loqui solent. Pollux in citatis supra verbis: εἰ Ἀπόλλων ἐστὶν αὐτοῖς Πατρῷος. Demosthenes in Or. p. Cor. p. 274. καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον, ὃς Πατρῷός ἐστι τῇ πόλει. Iuxta vulgatam lectionem Execestides non amplius homo fuerit, sed ipse *tutelaris* deus, quo nihil absurdius. *Brunck.*

1535. (1527.) V. Stephanum Byz. V. Τριβαλλοί, vbi duo hi versus Comici aliter leguntur. *Kust.* Nempe sic leguntur p. 716. ed. Berkel.

ὄνομα δὲ τούτοις τῶν θεῶν τῶν βαρβάρων
τί ἐστι; Μαραθωνοτριβαλλοί.

Postremum hoc, vt vel e lect. cod. Vos. intelligitur, ortum est confusis verbis: Τριβ. μανθάνω.

1536. (1529. Br.) ὅ τι ἐστίν. Perperam vulgo ν paragogicum omittitur, cum metri labe. *Brunck.* Triballi in

---

e) Inprimis Hemsterhus. p. 902. Erant vero Graecis etiam alii dii πατρῷοι. v. Periz. ad Ael. V. H. III, 22, 4.

f) Recepit Inuern., atque ita etiam Rau. librum habere existimat.

Moesia habitarunt. v. Thuc. 2, 96. 4, 101. Sed habuit hoc voc. etiam comicam vim, ita vt sycophantae eo indicarentur. v. Hesych. h. v. ibique Alb. et Phot. Lex. p. 441.

1537. (1530. Br.) τὸ ΕΠΙΤΡΙΒΕΙΗΣ *g*). Cur sic scripserim, causa in aperto est. Nihilominus pronunciari potest τουπιτριβείης. *Brunck.* Propter similitudinem vocum Τριβαλλοὶ et ἐπιτριβείης. *Bergl.* Verbum illud significat proprie verberibus confici, (Tho. M. p. 359.) hinc *perdi, perire*, vt Plut. 351.

1538. (1530. K.) ἔν δέ σοι λ. σ. ἥξουσι — Supra etiam v. 1304. *Bergl.* σαφὲς i. q. σαφῶς plane, perspicue περὶ διαλλαγῶν acturi tecum de pace, vt Vesp. 470. Plene dicuntur διαλλαγαὶ τῆς ἔχθρας.

1541. (1533.) μὴ σπένδεσθ' legi iubet *Porson.* ad Eurip. Hec. 1174. quia μὴ non cum Coniunct. Praes. construitur. σπένδεσθαι, quod proprie *libare* (Nub. 425.), hinc, quia in foederibus pangendis libabant, *pacisci*, h. l. *pacem inire* (vt Ach. 303. Eur. Phoen. 1246.) est, quod σπονδὰς ποιεῖσθαι infra 1606. Ach. 167. Βασίλεια in personam mutatur, vnde, egregio figmento, Iupiter dicitur eam dare γυναῖκα ἔχειν vxorem *habendam, ducendam.*

1545. (1537. K. 1538. Br.) ἤπερ ταμιεύει — Sic pulcre Ms. Vat. U. pro ἤπερ κεραμεύει — vt priores edd. male habent. Nam τὸ κεραμευειν significat, *opus aliquod figlinum facere;* quale non erat sceptrum Iouis, sed ex nobiliori aliqua materia factum. Deinde inepte Comicus noster τῇ Βασιλείᾳ i. e. *Deae imperii*, tribuisset munus fabricandi sceptrum Iouis (opera enim illa Vulcano potius vel Cyclopi alicui mandanda erat), cui rectius conuenit cura gerendi et moderandi sceptrum Iouis i. e. τοῦ ταμιεύειν τὸ σκῆπτρον τοῦ Διός. Sic paulo post 1541. recte de eadem dea dicitur: ἅπαντα γ' ἅρ' αὐτῷ ταμιεύει. *Kust.* κεραμεύει. Sic scriptum in C. Membr. vero et B. habent ταμιεύει, quod in Vat. etiam cod. [vt in Rau.] repertum Kustero praeplacuit. Vulgatum ego retinendum esse du-

---

g) Ita enim Br. edidit pro τουπιτρ. Recte autem ἄρα retinuit, pro quo perperam olim dedi ἄρα. Nam et secunda et tertia syllaba v. τουπιτρ. breuis est.

xi et ſincerum puto. Sane eſt *κωμικώτερον*. Verbum hoc proximo ſubſtantiuo aptum eſt, quod ſufficit; ſi aliis minus conuenire videtur, alia verba eis cognatiora ſubintelligenda ſunt. Notiſſima eſt figura, quam illuſtrauit Oruill. abunde in Comm. ad Charit. p. 395. Non minus recte et facete Baſilea dicitur et *fulmen* et *conſilia* et *leges*, aliaque *κεραυνεύειν*, quam Cephalus ille in Conc. 253. *civitatem: ἀλλὰ καὶ τὰ τριβλία κακῶς κεραυνεύειν, τὴν δὲ πόλιν εὖ καὶ καλῶς. ταμιεύειν* a ſciolo arceſſitum fuit e v. 1542. (1549.) Iocus eſt in paronomaſia *κεραυνὸν κεραυνεύειν h). Brunck.* in Suppl. Videtur certe varietas ſcripturae in h. l. admodum antiqua eſſe, feſtiuius autem *κεραυνεύει. ταμιεύειν* eſt, reconditum aliquid ſeruare et diſpenſare. V. Phot. et Heſych. V. *Ταμιεύεται*, et ad hunc Albert. Not. Mox perperam olim *τἄλλα* lectum eſt. *εὐβουλία* de prudentia conſiliorum (Heſych.), *εὐνομία* de bona legum indole et auctoritate (Xen. Hell. 4, 4, 6.) dicitur.

1548. (1540.) *λοιδορίαν* non concoquo. f. *τὴν ναυτολίαν die Schifffarth, die Handlung zur See. Reisk. i). κωλακρέτην.* Scholia: *τὸν ταμίαν τῶν πολιτικῶν χρημάτων quaeſtorem et diſpenſatorem publicae pecuniae:* qui etiam iudicibus triobolum dabat. Admiſcet autem haec ex Athenienſium rep. *Bergl.* Inde etiam *τριώβολα* merces diurna iudicum, cf. Pollux VIII, 20. et de voc. *Κωλακρέται* Timaeus Lex. Plat. p. 171. ibique Ruhnk. Harpocr. h. v. Phot. p. 144. Zonar. II. 1273. (vbi *Κωλαγρέτης* ſcribitur, quod editori non displicet) et Intpp. Heſych.

1549. (1541.) *ταμιεύει.* Quia alter dixerat *τὸν Κωλακρέτην* et *τὰ τριώβολα. Bergl.* Elegantior mox eſt lectio Rau. ab Inu. recepta: *παραλάβῃς, πάντ' ἔχεις*, quam vulg. *λάβῃς, ἅπαντ' ἔχεις.*

---

h) Videtur ludere in ſimilitudine harum vocum, quaſi *κεραυνεύει τὸν κέραυνον* dicat, ridens Iouis fulmen, tamquam nullius momenti. Accipitur autem *κεραυνεύειν* pro *facere, efficere,* reſpectu ſequentium vocum nempe *εὐβουλίαν, εὐνομίαν*, per ſynecdochen ſpeciei pro genere. *Bergl.*

i) Non percepit ille comicam vim voc. *λοιδορίαν*, quod ab Athenn. moribus ad Iouem transfertur.

1551. *τούτων ἕνεκα* explicatur sequentibus *ἵνα φράσαιμί σοι*, vt haec tibi dicere possem.

1552. (1544.) Aeschylus Prometheo tribuit *φιλάνθρωπον τρόπον* in cognomini dramate v. 11. et 28. *Bergl.* Iam exspectari poterat fore, vt magna commemoret commoda a Prometheo hominibus parata, sed Comicorum more leuissima, verum plebi grata, nominat.

1553. (1545.) *μόνον — ἀπανθρακίζομεν.* Id est: *tibi enim soli deorum debemus, quod piscículos super prunis tostos comedere nobis liceat.* Prometheus nimirum, vt ex fabulis notum est, ignem coelo surreptum in terram primus intulit. Caeterum reuocauimus hic veterem scripturam *ἀπανθρακίζομεν*, quam non solum agnoscunt edd. antiquiores, sed etiam Ms. Vat. U. itemque Suidas V. Ἀπανθρακίζομεν *k*). Geneuenses enim eius loco substituerant *ἐπανθρακίζομεν l)*: quod non tam temere faciendum erat: nam nec codicum Mss. nec edd. fidem eos sequutos esse constat. *Kust. Per te* s. *tuo munere comedimus piscículos super prunas tostos:* aut etiam, placentas tostas super prunas. Quia nimirum Prometheus, vt fertur, ignem hominibus dedit. Commemorat autem, vt in comoedia, leuius tantum aliquod ignis commodum; at Aeschylus Prom. 7. multo altius surgens, *παντέχνου*, inquit: *πυρὸς σέλας θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν. Bergl.*

1554. (1546.) *μισῶ δ' ἄπ. τ. θεούς.* Ap. Aesch. etiam dicit idem iste Prometheus in cognomini dramate 974. *ἁπλῷ γὰρ λόγῳ τοὺς πάντας ἐχθαίρω θεούς. Bergl.*

1556. *Τίμων καθαρός.* Id est, *verus et purus putus m) Timon. Kust.* Erat enim Timon non tantum

---

k) Etiam Zonaras II. p. 276.

l) Leg. ἐπανθρακίζομεν. Diuersa sunt *ἐπανθρακίζειν super viuis carbonibus assare* et *ἀπανθρακίζειν zu Kohlen verbrennen. Reisk.* Praeiuerat Bisetus. Sed verbum ab ἀνθρακίδες deriuant Grammatici. Ἀνθρακίδες, ἀπανθρακίδες et ἐπανθρακίδες, dicebantur proprie pisces super carbonibus tosti (Suid. V. Ἀνθρακίδες, Hesych. Ἐπανθρ. et Ἀπανθρ. Acharn. 670. Vesp. 1122.), deinde, omnia quae carbonibus imposita assantur.

m) v. Ruhnken. ad Xen. Mem. 2, 2, 3. et Koppiers. Obss. philol. p. 17.

hominum sed et deorum osor. Lucianus in cognomini dialogo facit eum sic dicere [c. 34. T. I. p. 147. ed. Hemst.]: *πάντας γὰρ ὁμοῦ καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους μισῶ.* Apud Comicum Lys. 811. mulierum chorus ex propria forte hypothesi dicit Timonem tantum viros odio habuisse, quum mulieres amaret maxime. *Bergl.* Antea Schol. legi voluit *θεομίσης* h. e. *ὑπὸ θεῶν μισούμενος* (exosus diis), sed illum intellexisse, velut *θεομισὴς* (deorum osor) dictum fuerit. Contrario modo discrimen illorum vocabb. Suidas protulit. At ex Poll. I, 21. quoque apparet *θεομισὴς* dici de osore deorum.

1557. (1550. Br.) In membr. *Φέρε μοι τὸ σκιάδειον*, syllaba superuacua. In B. *τὸ* inter lineas additum. Articulus retineri debuit et inutile pronomen expungi *n)*. Male vulgo *φέρε μοι σκιάδειον*. V. infra ad 1579. *Brunck.*

1558. (1551. Br.) v. Meursium Panath. c. 23. laudatum iam mihi ad Conc. 732. *Brunck.* *ἀκολουθεῖν — κανηφόρῳ.* Tamquam in pompa et processione, vbi pone Canistriferam portabatur vmbraculum et sella. Scholia: *ταῖς γὰρ Κανηφόροις σκιάδειον καὶ δίφρον ἀκολουθεῖ τις ἔχουσα.* *Bergl.* *Κανηφόροι* erant puellae ingenuae, quae in pompis, vt Panathenaica, gestabant canistra. v. Phot. Lex. p. 97. f. Spanh. ad Callim. Cer. 127. p. 824.

1559. (1551.) *καὶ τὸν δίφρον γε διφροφόρει τονδὶ λαβών* o). Praesentem huic versui medicinam attulit Ms. Vat. U., qui in prioribus edd. integro pede mutilus sic legitur: *καὶ τὸν δίφρον φόρει τονδὶ λαβων.* Nimirum offendit forte librarios vox *δίφρος* bis posita, semel per se et iterum in compositione cum verbo *φορέω*; sed quos genus hoc loquendi non magis offendere debuit, quam *τὸ βουθυτεῖν βοῦν, ναυπηγεῖν ναῦν* et similia, optimis etiam scriptoribus vsitata. *Kust.* Vide notam antecedentem. Etiam Eccles. 730. post *κανηφόρον* collocatur *ἡ διφροφόρος*. *Bergl.* Add. Hesych. *Διφροφόροι*, et Spanhem. ad Call. Iou. 67.

---

n) Recte igitur Inu. e Rau. dedit: *φέρε τὸ σκ.*

o) Sic scriptus est hic versus in trinis codd. [etiam Rau.] vt e Vat. eum edidit Kusterus. *Brunck.*

1560. (1552.) *πρὸς δὲ τοῖς Σκιάποσι.* Dimeter eſt trochaicus brachycatal., vt antiſtrophicus *σφάγι' ἔχων κάμηλον p).* Quid, quaeſo, opus erat tam ſedulo ſtrophas et antiſtrophas distinguere *q)*, ſi nulla cura adhibenda erat, vt verſus ſibi congruerent? Vulgo ſic hicce legitur: *πρὸς δὲ τοῖσι Σκιάποσι λίμ* — In membr. et in B. recte ſcriptum *τοῖς. Brunck.* Πρὸς δὲ — Haec pendent ex ſuperioribus, vbi chorus refert mirabilia quae viderit a v. 1470. — 1492. *Σκιάποσι.* A *σκιὰ vmbra* et *ποῦς pes* Scholia: *γένος δέ ἐσι τῶν περὶ τὸν δυτικὸν ὠκεανόν, πρὸς τῇ κεκαυμένῃ ζώνῃ· τούτους δὲ ἔχειν βήματα φασὶ τοῦ παντὸς σώματος μείζονα· διὰ δὲ τὸ μὴ ἔχειν οἴκους, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ καύματος ἀναλίσπεσθαι, τετραποδηδὸν βαδίζοντας ἀνορθοῦν τὸν ἕτερον τῶν ποδῶν καὶ σκιάζειν τὸ λοιπὸν σῶμα.* Vult autem Chaerephontem ridere tamquam macie confectum et *σκιοειδῆ. Bergl.* Etiam Plin. H. N. VII, 2. Harpocr. Photius p. 384. Heſych. docuerunt, gentem Libycam fuiſſe, pedibus latis, ſed niti pleraque videntur dubia Cteſiae auctoritate, qui de iis expoſuerat, etſi iam ante Cteſiam *Σκιάποδες* Graecis innotuiſſe videntur. Ad lacus (*λίμνας*) ſolebant animas ex orco ciere, vt ad lacum Aruernum. v. Dauis. ad Cic. Tuſc. 1, 16. Weſſel. ad D. S. I. p. 267.

1561. (1553.) *ἄλουτος.* Quia Socrates et diſcipuli eius (ſe) non lauabant, de quibus Nubb. 835. *ὧν ὑπὸ Φειδωλίας ἀπεπείρατ' οὐδείς — οὐδ' εἰς βαλανεῖον ἦλθε λουσόμενος. Bergl.* Perperam olim poſt *ἄλουτος* comma erat

---

p) Sed ei verſui addidit Inu. primam ſyllabam voc. *ἀμνόν.*

q) Immo totum carmen ſtropha eſt, cuius antiſtropha v. 1594. (ed. Br.) incipit: Lege ſic:

πρὸς δε τοισι Σκιάποσιν λι-
μνή τις ες' ἀλούτος οὐ
ψύχαγωγει Σώκρατης·
ἔνθα και Πεισάνδρος ἦλθε
δεδμενος ψυχήν ἰδειν, ἡ
ζώντ' εκεινον προύλιπε·
σφάγι' εχων καμήλον α-
μνόν τιν' ἡς λαιμούς τεμων ὡς-
πέρ Οδυσευς οικένδ' απηλθε·
κἄτ' —

Hermann. de Metr. p. 112. Vix tamen dici potuit *οἶκον ἀπελθεῖν*, quum deinde ei *ψυχὴ* prodierit ad illam *λίμνην.*

poſitum, vt λίμνη diceretur ἄλουτος, nullo ſenſu *r*). ψυχαγωγεῖν ambiguum eſt verbum. Nam et ſignificat animum ducere, allicere, quod docendo, delectando, aliisque modis fieri poteſt (v. Cuper. Obss. 2, 14.), et animas educere, euocare (v. Weſſel. ad D. S. I. p. 108.).

1563. (1555.) Πείσανδρος. Tamquam timidus notatur, vt docet Schol. *Bergl.* Eſt is, qui tempore belli Peloponn. popularem ciuitatis ſtatum euertit (v. Thuc. VIII, 65. 68.), ſed mutata (Ol. XCII, 2.) reipubl. forma Deceleam fugit (id. VIII, 98.). Quia ignauus et meticuloſus fuit, anima viuentem deſeruiſſe dicitur. A Comicis ſaepe notatur, ſed duo etiam tum eius nominis Athenienſes floruiſſe dicuntur.

1566. σφάγι' ἔχων κάμ. vt ſolent, qui necyomantiam exercent. κάμηλον Grammatici interpretantur magnam victimam. Fortaſſis aliud vocabulum a poëta poſitum eſt. — ἀμνόν. F. λαρινὸν *pinguem*, *nitidum*. *Reisk.*

1568. (1560. K. 1561. Br.) ὥςπερ (vt olim lectum) Ὀδυσσεύς. Reſpicit ad locum illum Odyss. Λ. [v. 24. ſs.] vbi Vlyſſes animas defunctorum euocaturus pecudes ſuper foſſa iugulat *s*). *Kuſt.* ὡς Ὀδυσσεὺς πάλιν ἔβη. Sic ad metri legem deprauatam librorum lectionem reſtitui. Vulgo legitur, numeris prorſus corruptis: ὥςπερ Ὀδυσσεὺς ἀπῆλθεν *t*). Strophicus verſus dimeter eſt trochaicus catal., cui hic non aliter exaequari poteſt *v*):

ψυχα | γωγεῖ | Σωκρά | της
ὡς Ὀ | δυσσεὺς | πάλιν | ἔ | βη.

ἀπῆλθεν gloſſema eſt, perquam inuenuſte in textum illatum, vbi, vna interiecta vocula, ſequitur ἀνῆλθε. *Brunck.* Legendum:

ὥςπερ Ὀὐδυσσεὺς ἀπῆλ-
θ', εἶτ' ἀνῆλθ' etc.

---

r) *Reisk.* quidem: ἄλουτος eſt *daraus ſich niemand wäſcht* (ex qua nemo lauatur), ſed vbinam ita ἄλουτος dicitur?

s) Cf. Feith. Antiqq. Hom. p. 136. ſ.

t) Inu. e ſuo cod. dedit: ὡς Ὀδυσσεὺς ἀπῆλθε, quod ne antiſtrophico quidem (1708.) reſpondet.

v) Sed antiſtrophen infra demum legi iam eſt monitum.

Sic hi verſus reſpondebunt ſtrophicis 1562. 63. Paſſim apud Hunc monoſtrophica putantur, quae ſunt ſtrophica, velut illa quae continentur verſibus 1700 — 5. vbi delendum metri cauſa *ταῖς* ante *γλώτταισι*, itidemque verſus 1766 — 73. vbi legendum eadem de cauſa *ἐπί τε πέδον Διός*. *Hotib.*

1570. (1562.) *πρὸς τὸ λαῖμα.* Hanc lectionem non ſolum agnoſcit Schol. vetus, ſed etiam Suidas V. Λαῖμα, vbi vide quae notauimus *x*). *Kuſt.* In vnum confundit voces *λαιμὸς* ex v. 1567. et *αἷμα*, quaſi dicat ſanguinem e gutture manantem. *Bergl.* Si intemerata eſt haec ſcriptura, iocum quaeſiuit Comicus in ſimilitudine vocum *λαιμὸς* et *αἷμα*, vnde *λαῖμα* finxit. In Menandri verſu, quem citat Schol., ſcribendum *λαιμᾷ*, vt ostendit Bentleius Emendd. p. 21. *καὶ λαιμᾷ βακχεύει λαβὼν τὰ χρήματα.* *Brunck.* *λαῖμα* videtur idem quod *λαιμὸς iugulum* notare. Si tamen vitium inſit, putem *σφάγμα victimam* ſubſtitui debere. *Reisk.*

1571. (1563.) *Χαιρεφῶν.* Hunc a mortuis dicit aſcendiſſe, quia erat pallidus et macer. In Nubb. 504. ſemimortuo ſimilem eum dicit, et in Veſp. 1411. *γυναικὶ θαψίνῃ. ἢ νυκτερίς.* Supra 1296. *Χαιρεφῶντι νυκτερίς* (*ἦν ὄνομα*). Vocabatur autem ita, quia erat voce tenui, *ἰσχνόφωνος*, vt ait Schol. Nub. 104. *Bergl.* Debuerat proprie dici *ἡ ψυχὴ αὐτοῦ*, ſed pro ea lepide memorat Chaerephontem. Vniuerſum hoc chori canticum reſpicere ad ſingulare quoddam euentum, nobis ignotum, cenſet Wiland.

1572. (1564.) Veniunt iam legati, quos Prometheus dicebat venturos 1531. *Bergl.* Alloqui Neptunus duobus prioribus verss. videtur Herculem, ſequentibus Triballum. Actus quinti initium hic vulgo conſtituitur.

1573. (1565.) *ὁρᾷν τοδὶ πάρεσιν.* Sic melius Ms. Vat. U., [etiam Rau.], quam priores edd. quae habent: *ὁρᾷς, τοδὶ πάρεσιν. Kuſt.* Recte *ὁρᾷς* omnes alii edd. retinue-

x) Ibi aduerſus viri cuiusdam docti, qui tum in Ariſtoph. emendando occupabatur, coniecturam *πρὸς τὸ δ' αἷμα* egregie disputauit, vt et Doruill. Vann. Crit. p. 553. ſ.

runt, quod ita interponitur reliquae orationi, vt admirationem excitet. v. Dawes. M. Cr. p. 326. f. et Valk. ad Eur. Phoen. 726. *ἣ πρεσβεύομεν ad quam legati sumus missi.* v. Tho. M. p. 737. et Abresch. Dil. Th. p. 411.

1574. (1566. K. 1567. B.) Οὗτος τί δρᾷς; Increpat Triballum, barbarum deum, indecenter gerentem pallium; ne is dedecori sit collegis suis. *Bergl.* ἐπαρίσερ' οὕτ. ἀμπ. I. e. *adeo finistre et indecenter vestem induis.* Sic autem vestem induere dicitur, qui eam inuertit, vt pars interior fiat exterior *y*): quod est crassae negligentiae vel rusticitatis signum. Hinc sumta metaphora Theognetus ap. Athen. III, 23. p. 104. dixit:

Ἐπαρίσερ' *z*) ἔμαθες, ὦ πόνηρε, γράμματα·
Ἀντέστροφέν σου τὸν βίον τὰ βιβλία.

Sinistre, o *infelix*, *didicisti literas. Nam vitam tuam inuerterunt libri.* Id est, philosophiam ita didicisti, vt et opiniones et mores reliquis hominibus contrarios ab ea acceperis. *Kust.* Artemidor. Onirocr. III, 24. ad q. l. vid. Reiff. Anim. T. II. p. 417.] ἐπαρίσερα περιβεβλῆσθαι ἢ ὅπως ποτὲ γελοίως καὶ μὴ κοσμίως, πᾶσι πονηρὸν (insomnium); quem locum citauit Casaubonus in Athen. ad locum Platonis, quem Nota seq. adducam. *Bergl.* Vulgo ἐπαρίσερ' οὕτως ἀμπέχῃ. Recte in tribus codd. ἐπ' ἀριστέρ' diuisim: in membr. et in C. ἀμπέχει. *Brunck.* Atticos non dixisse ἐπαρίσερος sed σκαιὸς auctores sunt Phrynich. p. 110., Pollux 2, 60. Tho. M. p. 795. (vbi de hoc nostro loco nugatur Sallier.).

1575. (1567.) ὡς ἐπιδέξια. V. Nos ad Suid. V. Ἀναλαμβάνειν. *Kust.* Iul. Pollux II, 159. τὸ δὲ ἐπιδέξια δῆλοί παρὰ μὲν Πλάτωνι, τὸ δεξιῶς· ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ ἐπισταμένου ἐπιδέξια (i. e. hominis qui dextre vestem componere nescit *a*))· παρὰ δὲ Λυσίᾳ τὸ ἐκ δεξιᾶς χειρός·

y) Non satis perspicue Wiland.: Was hängst du deinen Mantel so auf die linke Seite? wirf ihn doch, wie sichs geziemet, auf die rechte!

z) Ita ibi etiam in ed. Schweighaeus. I. p. 104. scribitur. v. Schweighaeus. Anim. T. II. p. 206.

a) Theaet. T. II. p. 120. ed. Bip. f. c. 25. ed. Fisch. vbi ἐπιδιξιὰ pro ἐπὶ δ. reposuit Fischerus. add. Casaub. et Schweighäus. ad Athen. Anim. I. p. 167. fs.

εἰσιόντων πρὸς τῇ Νεμέᾳ ἔσηνεν ἐπιδέξια· παρὰ δὲ Εὐπόλιδι προπόσεως σχῆμα· ὅταν δὲ πίνωσι τὴν ἐπιδέξια. Locum Platonis, qui huc facit, citat etiam Athen. l. p. 21. et Suidas in Ἀναλαμβάνειν, vt aliis indicatum. *Bergl.* ἐπὶ δεξιὰ diuisim scriptum in B. C. Vid. Valcken. ad Eurip. Hipp. 1360. *Brunck.* Valck. ita h. l. emendauit. Mira est scribarum in his inconstantia. cf. Ducker. ad Thuc. p. 20. μεταβάλλειν ἐπὶ δεξιὰ est, in dextram partem convertere.

1576. (1568. K. 1569. Br.) Λαισποδίας. Quicquid dixerit Ixion in dictionibus Atticis, quem citat Demetrius apud Schol. ad hanc vocem, puto h. l. sic dici scaeuum, qui sinistra manu magis vtitur, ὅτι τῇ λαιᾷ σποδεῖ *b)*, quod sinistra succutit et ferit; et sic intelligi debere euincunt ea, quae praecedunt: οὐ μεταβαλεῖς ἑτοιμάτιον ὡς ἐπὶ δεξιά. Alludit nihilominus ad virum eius nominis, illo tempore satis notum. Dux enim fuit classis, et Limeram et Pralias vastauit a. XVIII. belli Peloponnes., vt Thucydides in fine L. VI. [105. add. id. VIII, 86.]. Et sic omnia concordant, et firmant epocham anni XVIII. *Palmer.* [Exercc. p. 758.]. Vide etiam Valesium ad Harpocr. V. Ἐπίσκοπος [p. 30. f. ed. Blanc.], qui pro Λαισποδίας εἶ hic legit λαισποδιάζει· (forte dicere voluit λαισποδιάζεις, in persona secunda Singul.). Caeterum locus hic obscurus est, quoniam allusit procul dubio Aristophanes ad quaedam illo tempore gesta, quae nobis hodie ignota sunt. *Kust.* Laespodias iste ad tegendum vitium crurum cogebatur indecenter se vestire, vt docet Schol., qui eum ἀκόνημον fuisse probat ex antiquis Comicis. Idem docet ex Thucyd. fuisse Laespodiam hunc ducem bellicum. Admodum appositе autem Comicus Triballum dicit esse Laespodiam, partim propter amictum indecorum, partim propter etymologiam nominis Λαισποδίας, quia in eo videtur latere vox λαιὸς i. e. ἀριστερός. Dixerat autem ad eum ἐπ' ἀρίστερ' οὕτως ἀμπέχει. *Bergl.* Λαισποδίας εἶ τὴν φύσιν. Sic libri nostri omnes. Suidas legisse videtur: λαισποδιάζει τὴν φ. En eius notam e scholiis in Comicum excerptam: λαισποδιᾶσθαι τὴν φύσιν, ἀντὶ τοῦ κνήμην ἔχειν

b) Potuit tamen nomen etiam a λαιὸς et ποῦς duci, idque probabilius.

σκθρὰν. Λαισποδίας γὰρ καὶ Δαμασέας ὡς κακόκνημοι διεβάλλοντο. τοῦτον δὲ τὸν Λαισποδίαν καὶ στρατηγῆσαί φησι Θουκυδίδης ἐν τῇ ἡ. ἦν δὲ καὶ Φιλόδικος. εἶχε δὲ καὶ περὶ τὰς κνήμας αἰτίας τινας, διὸ καὶ κατὰ σκελῶν ἐφόρει τὸ ἱμάτιον. ἢ ὡς Ἰξίων ἐν ταῖς λέξεσιν, ὁ ἀκρατὴς περὶ τὰ ἀφροδίσια, ὥστε καὶ κτήνη σποδεῖν. v. Vales. in Harpocr. p. 30. extr. vbi e Suida legendum hic cenſet λαισποδιάζει, cuius mutationis non apparet neceſſitas. In huiusmodi κακόκνημον exſtat Epigramma non illepidum incerti auctoris in Analectis noſtris XXXVI. aliudque Antipatri Sidonii III. Poſtremo ſignificatu, nempe pro impudico et cinaedo, occurrit hoc nomen e Salmaſii emendatione in Apollodori Comici fragm. ap. Stob. Floril. Grot. p. 179.

> Φύλην ὅλην πόλιν τε μαλακὸς ἀνατρέπει.
> ἐπεὶ κατὰ μέρος τὰς πόλεις, ὦ Φίλε Θέων,
> ὑπὸ λαισποδιῶν ὅσαι εἰσὶν ἀνατετραμμέναι,
> σκόπει· νεῶν δὲ κατάλογον δόξεις μ' ἐρεῖν.

Brunck.

1577. (1569.) ὦ δημοκρατία. Ludit, quaſi etiam apud deos eſſet democratia, vt Athenis. Perſtringit autem populum Athenienſem, qui ſaepe legatos nominet, tam arduo muneri impares, qualem notat in Veſp. 1263. Amyniam, quem pro eo, quod deberet ad magiſtrum aut ad principem accedere, quo miſſus fuerat, dicit cum ſeruis conuerſatum eſſe. *Bergl.* προβιβᾷς *proueches*, adduces; forma futuri contr. qua Attici vtebantur. v. Moeris p. 124. ibique Piers. χειροτονεῖν (extendere et tollere manus; ſublatis manibus ferre ſuffragia) eſt omnino, per ſuffragia deſignare, deligere. v. Harpocr. V. χειροτονία ibique Vales. p. 75.

1579. (1571.) ἔξεις ἀτρ. Ms. Vat. U. habet ἔχ' ἀτρέμας. *Kuſt.* Haud dubie e gloſſemate. Senſus eſt: quieſcesne? i. e. tace. Fortaſſis conſulto ita barbarum deum dicere iuſſit Comicus.

1580. (1573.) ὤρακα. Sic ob metrum legendum. Vulgo ἑώρακα. *Brunck.* Emendauerat ita iam Dawes. M. Crit. p. 202. Quamquam alii putarunt duas primas ſyllabas in ἑώρ. coaleſcere. v. Barn. ad Eurip. Or. 596. πολὺ ad βαρβαρώτατον pertinet.

1582. (1574.) τὸν ἄνθρ. ἄγχειν β. Hic propterea tam minacem et ferocem facit Herculem, vt is mox magis

ridiculus videatur, quum propter coenulam fit πυραπρεσβευτής. *Bergl.* Respondent haec prorsus ingenio Herculis. ἐμοῦ γ' scil. λέγοντος. ἀποτειχίζειν est, muro ducto excludere aliquem. v. Wass. ad Thuc. p. 224. f.

1584. Formulam περὶ διαλλαγῶν (sine articulo), *de pace ineunda* illustravit Porson. Add. ad Eurip. Hec. p. 102. ed. Lips. διπλασίως μᾶλλον est omnino, *multo magis.* ἄγχειν μοι δοκῶ recte scribendum (pro δοκεῖ) coniecit Schäfer. ad Dion. Hal. de comp. verb. §. 33. p. 55. vt supra 671. Plut. 1186. et alibi μοι δοκῶ est, *mihi placet.* Quae est Attica dicendi forma.

1586. Hic iam incipit saliuam mouere Herculi gulosо, dum coenam instruit. *Bergl.* τυρ. τις δότω. Subauditur μοι, vt supra 1550. (1557.). In membr. [et Rau.] scriptum: τὴν τυρόκνησίν μοι δότω. Glossema μοι in textum irreplit et genuinam vocem τις excluſit. *Brunck.* τυρόκνησις dicebatur radula, qua caseus raditur. v. Hom. Il. XI, 639. ibique Eustath. et Suid. h. v. μαχαίριον Photius explicuit. De silphio vid. ad 534. πυρπολεῖν proprie accendere ignem (Hom. Od. X, 30. ibique Eustath.) h. l. est, carbones sufflare c).

1588. Mutatur Herculis animus, vbi audit parari epulas, vnde saluere Pistbetaerum iubet. Hic ei non respondet, sed pergit cum seruis loqui. Male Schol. ἐπικνῶ pro Imper. habuit (ἐπίβαλλε). Vertitur: laserpitium rado, aut, vt Br. rasum inspergo laserpitium. Immo est Fut. contractum: radendo adiiciam.

1590. (1582.) τῳ [vt Kust.] Leg. τῶν *quorumnam? Reisk.* τὰ δὲ κρέα τοῦ ταὐτ' ἐστίν; Sic est in membr. [et Rau.]. Sic etiam in B. ex emendatione, superscriptis notis numerariis, quae vocum ordinem indicant. Vulgo: τὰ κρέα δὲ τοῦ d) — Perperam in Kust. edit. δέ τῳ. Sequentia prorsus ex ingenio Atheniensium dicta sunt. ἐπανισάμε-

---

c) In Acharn. 1012. vbi etiam coena apparatur: πῦρ ὑποσκάλευε· deinde alter ibi: ἤκουσας ὡς μαγειρικῶς κομψῶς τε καὶ δειπνητικῶς αὐτῷ γε διακονεῖται; *Bergl.* Pistbetaerus illa dicit intus in domo, apertis foribus, ad seruos quosdam. *Wiland.*

d) δὲ τοῦ. Ita recte edd. priscinae; nupera δέ τῳ. *Bergl.*

τοῖ δημοτικοῖς ὀρνέοις quae ſeditionem contra aues populares mouerunt, vt ἐπανέσησαν τῷ δήμῳ Thuc. 1, 28.

1593. αὐτοῖσιν nempe τοῖς πρέκσιν, vt bene Schol. πρότερον ſcil. quam aſſaueris.

1594. Nunc demum ſe videre Herculem ſimulat Piſthetaerus. *Wiland.* Fortaſſis nunc eum agnoſcit ex ipſa voce. Formulam ὦ χαῖρ' Ἡρ. atque hanc vocabulorum collocationem illuſtrauit Porſon. ad Eur. Or. 470. καταλλαγὴ πολέμου quae alibi καταλυσις, *belli compoſitio.* Contra vett. Grammaticos Hemſterhuſius ad Tho. M. p. 236. docuit, περὶ διαλλαγῶν (ſupra 1529. 1584.) eſſe *de pactis ineundis*, π. καταλλ. πολέμου *de bello componendo.* καταλλαγὴ δορὸς ap. Heſych. occurrit. Rau. igitur codex hic quoque gloſſemate interpolatus eſt. Interrumpitur Herculis ſermo et 1598. pergit.

1596. (1589. Br.) Peſſime in impreſſis hic verſus Piſthetaero tribuitur et ſequens Herculi. Poſteriorem Piſthetaero, priorem famulo *e)* vindicauimus e trium codd. auctoritate. Huic praefixa perſona in membr. δοῦλος. In B. C. οἰκέτης Πεισθεταίρου *f)*. *Brunck.* In Nubb. 56. ἔλαιον ἡμῖν οὐκ ἔνεσ' ἐν τῷ λύχνῳ. V. ſupra ad 617. *Bergl.* λήκυθος ampulla olei eſt, vt Hom. Od. VI, 79. λιπαρὰ bene vncta, pinguia (begoſſen mit Oel), vt Nub. 1007.

1598. (1591. Br.) Iſta Herculi recte continuant tres codd., quae perperam in impreſſis Neptuno tribuuntur. *Brunck.*

1599. (1591 K.) αὖ leg. pro ἄν. *Reisk.* At metrum repugnat, et ſaepe ἄν in eadem periodo bis ponitur. v. Weſſel. ad Diod. S. I. p. 557.

1600. Etſi τέλματα proprie loca paluſtria et coenoſa dicuntur (v. Phot. p. 422. Zonar. II. p. 1721. ibique edit. Heſych. Etym. Suid. h. v.), h. l. tamen ſunt ciſternae, qui-

---

e) Vnde οἰκέτης etiam ab Inu. praefixum eſt.

f) Nimirum ſeruus e culina occurrit et nunciat, non adeſſe oleum, quod affundatur aſſandis auibus. *Wiland.* Oleo in Graecia vtuntur butyri loco.

bus pluuialis aqua afferuatur. v. Schol. De ἀλκυονίσι ἡμέραις (qui proprie sunt dies brumales, quibus halcyones fetificabant, Aristot. H. A. V, 8. et Camus Not. T. II. p. 408. 410. Aelian. N. A. I, 6. Plin. X, 32., hinc dies nauigantibus fausti, inde quiuis dies sereni, laeti, tranquilli) vid. ad 299. et Albert. ad Hesych. h. v. ἄγεσθαι in hac aliisque formulis est, celebrare, vti iis. cf. Wessel. ad D. S. I. p. 544. II. p. 74. τούτων πέρι — αὐτοπράτορες g) est, cum plena de his transigendi, haec vobis concedendi, potestate venimus. v. Wess. ad Diod. S. I. p. 422.

1603. ἤρξαμεν πολέμου *bellandi initium fecimus.* cf. Periz. ad Ael. V. H. I, 14. δίκαιον et mox τὰ δίκαια sunt, quae recte postulari possunt, iustae et aequae conditiones. Sensus: volumus amicitiam vobiscum colere, si vos *aliam* aequam conditionem probaueritis.

1608. f. (1601.) Distinctionem *h)* et scripturam codd. retinui, quae bonae mihi videntur. Valckenario ad Sel. Theocr. Idyll. [1, 51. ed. 1773.] p. 16. legi placet:

καὶ διαλλαττώμεθα
ἐπὶ τοῖςδε· τοὺς πρέσβεις τ' ἐπ' ἄριστον καλῶ.

Brunck. ἐπὶ τοῖςδε — καλῶ. Audin', Hercules? ad prandium vocaris? Quae nunc animo sententia surgit? Nunc animis opus, Alcida, nunc pectore firmo. Fac tibi succurrant paulo quae dixerit ante, v. 1574. *Bergl.* ἐπὶ τοῖςδε est, *his conditionibus acceptis*, vt Eur. Phoen. 1244. f.

1610. (1602.) ἐμοὶ μὲν ἀπόχρη — Vincit amor patinae coenaeque immensa cupido: Atqui vultus erat magna et praeclara minantis, supra 1574. et 1627. *Bergl.* ἀπόχρη i. q. ἐξαρκεῖ Hesych. ψηφίζομαι nempe διαλλάττεσθαι ἐπὶ τοῖςδε.

---

g) In Lysistr. 1010. περὶ διαλλαγῶν αὐτοκράτορας πρίσβεις πέμπειν. *Bergl.*

h) Nempe vt post διαλλαττώμεθα punctum sit et ἐπὶ τοῖςδε cum seqq. iungatur. Inu. alteram interpunctionem sequutus est cum cod. Rau. neque tamen τ' post πρίσβ. addidit. Quod autem e Rau. dedit: τὸν Δί' ἀπαιτεῖν, versus repudiat. Reponendum igitur pristinum: τὸν Δί' ἀποδοῦναι — quod etiam sensus loci iubet. ἀπαιτεῖν haud dubie glossema est e v. 544. petitum.

1611. γάστις i. q. γαστρόδουλος, πολύφαγος, v. Hemsterh. ad Tho. M. p. 181. Albert. ad Hesych. p. 803, 15. Perizon. ad Ael. V. H. I, 28, 4. De Herculis voracitate et bibacitate multa sunt veteribus dicta, inprimis Comicis. v. Athen. X. init. p. 411. B. XI. p. 499. Warton. ad Theocr. 7, 153. 24, 136. supra ad Ran. 62. Eo fortassis respexit Pindarus Ol. 1, 82. s.

1612. (1603.) ἀποστερεῖς. Sic tres mei codd. [haud dubie etiam Rau.]. In antiquissima membrana bibl. Leid., teste et probante Valcken. ibid. [ad Theocr. Adon.] p. 384. legitur ἀποστερεῖν. *Brunck.* Scilicet Infinitiui ita ab indignantibus adhibentur. Vnde olim recepi.

1613. Perperam olim post ἄληθες colon fuit positum, et post κάτω punctum.

1616. κύψαντες capite et oculis demissis. ἐπιορκεῖν θεοὺς est, peierare diis adhibitis testibus. v. Pollux I, 39.

1617. (1610. Br.) ὄρνις. Perperam in B. ὄρνεις. *Brunck.* ὀμνύῃ. Hac forma verborum in νω (pro νμι) numquam Tragicos, rarissime Comicos, vti, hoc ipso loco laudato, notat Porson. ad Eur. Med. 744. Comice coniunguntur coruus et Iupiter. Perperam mox olim lectum τοὐπιορκοῦντος. Correxeram in ed. 1782. παρελθὼν omitti poterat, quum προσπταμ. sequeretur. Ita familiaris sermo talia dicit.

1620. (1612.) προσπτάμενος. Lege προσπτόμενος. *Brunck.* ἐκκόψει — In Ach. 92. ἐκκόψειέ γε κόραξ πατάξας τόν γε σὸν τοῦ πρέσβεως. *Bergl.* Ita et hic θένων est *feriendo*. Ridiculum est, statim post, Neptunum per se ipsum iurare.

1622. (1615. Br.) κἀμοὶ δοκεῖ. Inepte haec verba in impressis Neptuno continuantur: Herculi tributa sunt in membr. et in B. *Brunck.* ναβαισατρεῦ. Est vox ἄσημος et barbari soni (vtpote quae deo barbaro tribuitur), pro qua Suidas in serie sua legit Βαβακατρεῦ. *Kust.* Ridiculi causa deum barbare loquentem inducit *i)*. In B. huic vo-

i) Idem iisdem verbis dixerat *Bergl.* et praeterea laudauerat infra 1627. (1635.) et 1677. (1685.) et Acharn. 100.

ci alia ſuperſcripta, quam habet etiam Suidas βαβχιατρεῦ. *Brunck.*

1623. ἐπαινεῖν eſt aſſentiri, probare, vt Hom. Il. IV, 29. De ſtructura ποιεῖν τινὰ ἀγαθόν τι (bonum aliquod exhibere) v. Tho. M. p. 252.

1625. (1618. Br.) ἱερεῖόν τῳ θεῶν. Sic B. Perperam vulgo: ἱερεῖον τῷ θεῷ. *Brunck.* Bene hoc etiam ab Inu. eſt receptum. εὔχεσθαι ἱερεῖον eſt vouere victimam, promittere, vt Plat. Phaed. 1. διασοφίζεσθαι aſtu decipere, eludere aliquid.

1627. (1619.) μενετοὶ θεοί. Leg. μένετ' (id eſt μένετε) οἱ θεοὶ exſpectate adhuc parumper. *Reisk.* Immo μενετὸς eſt ὁ δυνάμενος μένειν qui exſpectare poteſt. v. Tho. M. p. 608. Senſus: dii adhuc exſpectare debent, non ſtatim voto ſatisfacere poſſum. ἀποδιδόναι, vt Lat. *reddere*, dare quod quis debet, promiſit. v. Reisk. Annot. ad Dion. Hal. p. 599. Hutchins. ad Xen. Anab. I. p. 71.

μισητίαν. Subauditur διά. v. not. ad Plut. 989. Deprauata lectio in membr. καὶ μὴ ἀποδιδῶ σιτία. Forte erat in antiquiore libro μισητία *k*). *Brunck.* Eſt μισητία ſ. μισητεία proprie inſatiabilis libido (v. Intpp. Heſych. p. 607. f.), ſed h. l. μισητίαν (vt ſaepe Accuſatiui nominum) aduerbii habet vim, eſtque: abunde, cumulatim. ἀναπράττειν exigere, quae quis promiſit, quae debet. v. Abreſch. Dil. Thuc. p. 814.

1629. ἀργυρίδιον. Antepenultima huius voc. producitur, quod omnino in his deminutiuis fieri contendit Doru. ad Char. p. 616. διαριθμεῖν *dinumerare* (durchzählen).

1630. (1622.) πάσηται λούμενος. Si ſedeat et lauet in balneo, miluus rapiet ei veſtem, qua non tantum vna ſed duae oues poterunt emi. *Bergl.*

1631. (1624. Br.) καταπτόμενος. In duobus codd. καταπτάμενος. Peius in membr. ἀναπτάμενος. *Brunck.* Legebatur olim καταπτάμενος, quod etſi Tho. M. p. 506.

---

k) μισητίᾳ quoque legerem et interpretarer: μισοπονηρίᾳ *ex odio improbitatis. Reisk.*

et Moer. p. 206. praeferunt τῷ καταπτάς, et Atticum esse dicunt, tamen iam Porson. ad Eurip. I. p. 387. ed. Lips. monuit, Atticos in praesenti adhibere πέτομαι, πέταμαι, in aoristo ἐπτόμην, ἐπτάμην, quorum prius ita praeferendum iudicat, vt contra librorum quidem consensum nihil mutetur; verum Brunkius illam formam vbique praetulit. προβάτοιν δυοῖν (Attice esse debuerat δυεῖν, v. Duck. ad Thucyd. p. 242.) τιμὴ sunt numi aut vestes, quarum pretium idem sit ac duarum ouium. ἀναφέρειν est in superiorem locum ferre.

1634. (1627. Br.) καὶ τὸν Τρίβαλλον νῦν ἔρου. Sic perbene membr. et B. [etiam Rau.]. Vulgo corruptis numeris: τὸν Τριβαλλόν γε νῦν ἔρου. *Brunck.*

1635. (1628.) ὁ Τρίβαλλος. Nominatiuus pro Vocat. *l*), vt Plut. 1099. ὦ Καρίων, ad quem locum vide, quae notantur. *Brunck.* σημώζειν (pro quo proprie ἀποσεῦσαι esse debuerat) risus captandi causa poeta adhibuit.

σαυνάκα. Ms. Vat. U. δαυνάκα. Sed nihil refert, vtro modo scribatur. Est enim vox significationis expers, et ad barbarum sonum de industria formata, vti paulo ante τὸ ναβαισατρεῦ. *Kuſt.* Et hic barbare loquitur Triballus. *Bergl.*

1637. (1630. Br.) εἴ τοι δοκεῖ σοφῶν ταῦτα. Sic optime membr. [et Rau.], vt emendauerat Daweſius *m*). In B. εἴπερ δοκεῖ. In C. vt vulgo pessime, εἴ τινι δοκεῖ σοφῶν. Exstat hic versus etiam in Lys. 167. εἴ τοι δοκεῖ σοφὸν ταῦτα, χ' ἡμῖν ξυνδοκεῖ *n*). *Brunck.* Rectius ad sensum

---

l) Eam sententiam reprehendit Lennep. ad Phalar. Epp. I. p. 95. et ὁ Τριβ. esse Nominatiuum contendit: *an Triballus tibi plorare videtur?* cuiusmodi oratio ad deum barbarum Herculis personae admodum sit accommodata.

m) Misc. Crit. p. 296. f. vbi ostenditur non, quum ad duos oratio spectet, dici recte potuisse: *εἴ τινι σφ. ſi cui* vestrum — et form. *εἴ τοι δοκεῖ* pluribus exemplis illustratur. Sanctamandus tamen in Append. p. 482. „Perperam hunc locum sollicitat Kusterus, nam *τινι* hic pluralem habet significationem, vt saepius; quare vertendum: *ſi vtrique veſtrum.*“ Sed id iam recte confutauerat Daweſius.

n) Eam locum etiam Bergl. laudauerat.

[pro olim vulgg.] legetur: *εἰ μέν τι δοκεῖ σΦῷν.* Praeit ad hanc emendationem Ms. Vat. U., qui habet *εἴ τι δοκεῖ σΦῶν,* omissa particula *μὲν* vel simili, quae ad fulciendum versum necessaria est. *Kust.* Leg. *εἶτ'* (i. e. *εἶτα*) *εἰ δοκεῖ. Reisk.* His coniecturis haud dubie id, quod nunc legitur, praeferendum est. Fuit autem haec Attici fori formula.

1638. *οὗτος.* Ita omnes: mallem *οὕτω* o). *Bergl. ταῦτα τοῦ σκήπτρου.* Leg. *ταῦτα τὰ σκήπτρου. Reisk.* Nec haec coniectura idonea est. Sunt: haec quae de sceptro (imperio) proposita sunt.

1642. *ἐκδιδόναι* est, puellam alicui collocare, nuptum dare. v. Valck. et Wess. ad Herod. p. 419. Quod verbum quia cum Accus. struitur, propterea et h. l. idem casus additus est, vt Plut. 1086. *συνεκποτέα τρύγα.*

1643. (1635.) *ὀλίγον μοι μέλει.* In Vesp. 1409. *Bergl.* Valet: *parum haec curo.* v. Tho. M. p. 606. cum intpp.

1644. (1636.) *Μάγειρε* — Haec etiam dicuntur ad irritandam Herculis gulositatem, qui nunc secum sic cogitabit, vt ille in Acharn. 1043. qui quum etiam eiusmodi edictiones culinarias audiret, *ἀποπτυσεῖς,* inquit, *λιμῷ μὲ καὶ τοὺς γείτονας κνίσσῃ τε καὶ Φωνῇ τοιαῦτα λάσιων.* Ceterum *κατάχυσμα γλυκὺ* est etiam supra 535. *Bergl.* Add. Ammon. de diff. voc. p. 78. s. ed. Valck.

1645. (1637.) *ἀνθρώπων.* Scholia: *παίζει, δέον εἰπεῖν, θεῶν.* Sic Ran. 1513. ad Bacchum: *τί δέδρακας, ὦ μιαρώτατ' ἀνθρώπων. Bergl.* Delinitus erat Hercules iis, quae Pisth. de iusculo dulci dixerat.

1648. *ὦ 'ζύρ'.* Scribitur et *ὦ 'ιζύρ'* pro *ὦ οἰζυρέ* (miser). Pro *πάλαι* olim coniecì *πάλιν* legendum, *iterum.* Deceptus erat iam antea, quum sceptrum illi concederet, nunc iterum decipitur. Sed recte etiam *πάλαι* dici potuit, de tempore non diu praeterlapso. *τυραννὶς* non differt a *βασιλείᾳ.* v. Ammon. V. *Τύραννος* ibique Valck.

1651. (1643.) *σοῦ — γίγνεται* p). Tu, vtpote filius Iouis, haeres eris omnium illius bonorum; si ergo hos

---

o) Causam non indicauit. Immo *οὕτω* hic ne vim quidem haberet.

p) Perperam olim scriptum est: *γίνεται.*

fines ei regnum adimere, te ipsum defraudabis. *Bergl.* Lepidus autem est locus, qui non solum humana, sed etiam Attica iura omnia ad Olympum transfert. *χρήματα* sunt omnino omnes *opes*, facultates, diuitiae. v. Fischer. Prolus. Palaephh. p. 23.

1653. (1646. Br.) *οἶμοι τάλας· οἷον* — Sic membr. et C. Vulgo *τάλας γ'* v. not. supra 1494. (1502.). *Brunck.* *περισοφίζεσθαι, circumuenire.* Nempe Neptunum eum decipere ait. Quare Herculem ad se accedere iubet, vt beneuole eum admoneat.

1655. (1647.) *ὁ θεῖος. Neptunus ille, patruus tuus:* sunt enim fratres Iupiter et Neptunus, Saturno nati. *Bergl.* *διαβάλλεται, ἐξαπατᾷ.* v. not. ad Thesm. 1214. *Brunck.* Add. de huius verbi vsu Bos Obss. Critt. p. 41. f. Albert. ad Hesych. h. v. Wessel. ad Herod. p. 396.

1656. *οὐδ' ἀπαρῆ μέτεστί σοι ne minima quidem pars paternorum bonorum ad te pertinet.* v. Pierson. ad Moer. p. 43. f.

1657. (1649.) *κατὰ τοὺς νόμους.* Mox recitabit legem Solonis. Fingit autem deos vti legibus Athenienſium. *Bergl.* Athenis enim *νόθοι* (h. e. filii naturales, i. e. ex muliere peregrina aut pellice nati, v. Pollux III, 21. Hesych. V. *Νοθογέννητα* et Cuperus Obss. I, 16. p. 118. f.) non poterant hereditatem consequi, vel vna superstite legitima filia. v. Petit. Leg. Att. p. 588. Alcmene, Herculis mater, peregrina erat et Iouis pellex. *νόθος καὶ γνήσιος* pleonastice dicitur, vt *ἑκὼν οὐκ ἄκων* et similia. v. Barnes. ad Eurip. Or. 611. Abresch. ad Aesch. II. p. 1. Valck. ad Herod. p. 206. 232.

1659. (1651.) *ξένης γυναικός.* Ex Alcmena, quae non fuit ciuis Attica *q)* nec Iouis legitima coniux, verum Amphitruonis. Iouem autem supponit esse Athenienſem. *Bergl.*

1660. (1652.) Quomodo enim, inquit, posset haberi Minerua *ἐπίληρος* i. e. *omnium bonorum haeres;* si tu

q) Wiland. non recte eo refert, quod Alcmene, vtpote mortalis femina, non fuerit Olympi ciuis. At poeta omnia ad ciuitatis Atticae institutionem refert.

non esses nothus r)? Nothi enim excluduntur haereditate, si adsint ex legitimo toro filii aut filiae. Decipit autem Herculem, quum supponit Mineruam esse ἐπίκληρον, quae non est; adsunt enim alii et aliae s). *Bergl.* De vocab. ἐπίκληρος, quod et ἐπὶ ἀρσενικοῦ et ἐπὶ θηλυκοῦ ponitur, v. Tho. M. p. 345. eiusque intpp. Harpocr. V. Ἐπίδικος, Zonar. V. Ἐπίκληρος I. p. 811. Albert. ad Hesych. I. p. 1358. Eadem ἔγκληρος dicebatur, filia patris bonorum omnium haeres, quoniam fratres ei non erant, v. Valck. ad Herod. p. 463.

1662. (1654.) Citat hunc locum Harpocr. V. Νοθεῖα. *Kust.*

1663. (1656.) νοθεῖα. Certa pecuniae summa, quae nothis dabatur. *Bergl.* Recte enim olim lectum (vt vel ex Harp. patet) τὰ νοθεῖ' ἀπ. pro quibus Inu. e Rau. perperam τὰ νόθῳ (haud dubie intelligi voluit ὄντα) ἐξαποθνήσκων (quod ἐξαποθνήσκειν non video quam vim hic habeat) dedit. ει facillime abire potuit in ωι f. ῳ. Nothis dari poterant manu, non testamento, ad 1000. drachmas, νοθεῖα, (quod propr. adiectiuum fuit, ita vt χρήματα subintelligeretur, quod h. l. additur, v. Leisner. ad Bos. Ell. L. Gr. p. 541. ed. Schäf.) cf. Photius p. 220. Wessel. ad Petit. p. 588.

1664. ἐπαίρει σε qui tibi hac spe animos facit, te excitat ad pacem repudiandam. σου ab ἀντὶ in ἀνθέξ. pendet, *contra te arripiet, ad se trahere studebit.* v. Intpp. Hesych. V. Ἀνθέξεται et Ἀντέχεται.

1666. (1658.) ἀδελφὸς Iouis. *Bergl.* Nam ad patruum pertinebat haereditas, si non nisi spurii erant liberi. ἐρῶ δὲ δὴ *iam vero* (vt Eurip. Phoen. 726. 1283.) *tibi indicabo legem —*

---

r) Proprie: si ei, Mineruae, essent fratres genuini? — Nam lex Athenis vetabat filiam consequi haereditatem legitimam, quum filii adessent. Forma Ἀθηναίη pro Ἀθήνη etiam ap. Hom. legitur, vt Il. VI, 307.

s) Immo Apollo, Mercurius aliique spurii erant Iouis filii, excepto Vulcano, quem Iupiter ipse repudiauerat. Mars solius Iunonis erat filius. Minerua igitur, quae e capite Iouis prodierat, sola erat legitima filia.

1668 — 72. Hi quinque verſus (numeris idoneis carentes) vulgo ſex ſunt, vt ipſe Inu. in not. indicauit.

νόθῳ — ἀγχιστείαν. V. Petitum de Legg. Art. p. 139. [p. 214. ſ. Weſſ. add. id. p. 587. ſs.]. *Kuſt.* Meminit huius legis Iſaeus de Philoct. hered. [p. 147. T. VII. Orr. Grr. Reisk.] et Demoſthenes contra Macart. [p. 1067. T. II. Reisk.]. *ἀγχιστείαν.* Sophocles etiam *ἀγχιστεῖα* pluraliter in neutro genere dixit Antig. 180. *ἐγὼ κράτη δὴ πάντα καὶ θρόνους ἔχω γένους κατ' ἀγχιστεῖα τῶν ὁλωλότων.* *Bergl.* Scribendum videtur *εἶναι ἀγχιστείαν*, quamquam interdum diphthongos cum ſeq. vocali in vnam contrahi ſyllabam cenſet Toup. ad Schol. Theocr. 2, 17. *ἀγχιστεία* etſi in vniuerſum eſt propinquitas, cognatio (Heſych. Zonar. I. p. 24.), ſingulatim tamen ea dicitur cognatio, quacum haereditatis ius coniunctum eſt, v. Ammon. V. *Ἀγχιστεῖς* ibique Valck. Zonar. I. p. 28. Hinc h. l. ius in bona ſuccedendi.

1671. (1665. Br.) *ἐγγυτ. τοῦ γένους.* In membr. et in B. omittitur articulus. *Brunck.* *τοῖς ἐγγ.* vt Neptuno. *Bergl.* *οἱ ἐγγυτάτω τοῦ γένους* ſunt proximi cognati, qui Diod. S. XII, 18. *οἱ ἄγχιστα γένους.*

1675. (1668.) *ἐς τοὺς Φράτορας.* Ac ſi eſſet natus vtrimque ex ciuibus Atticis. *Bergl.* De lege qua iubebantur Athenienſes liberos ſues ad curiales deducere, vt in ciuium albo inſcriberentur, vid. Petitus L. II. Tit. 4. §. 8. ſeu p. 222. *t*). At vero nothi in curiam non admittebantur nec in ciuium numerum referebantur *v*). Fiebat illa inſcriptio tertio Apaturiorum die, qui *κουρεῶτις* dicebatur, qua de re vid. Meurſius Gr. Fer. in *Ἀπατούρια*. *Brunck.*

1676. (1670. Br.) *καὶ δῆτα γ' ἐθαύμαζον.* Sic membr. *x*) niſi quod errore librarii *τ'* pro *γ'* ſcriptum. Vulgo *καὶ δῆτ' ἐθαύμαζον.* *Brunck.*

---

t) add. Ignarra de phratriis Graecor. p. 48. ſs. 51.

v) Si quis igitur inter curiales (*φράτορας*) recipiebatur, declarabatur genuinus filius atque ciuis. v. Pollux VIII, 107.

x) Etiam cod. Rau. in quo et antea eſt: *οὐ δῆτά τ' ἐμέ γε* —

1677. (1670. K. 1671. Br.) *αἰκίαν y) βλέπων.* Priores edd. habent *αἰτίαν βλ.* sed nullo sensu. Rectius Ms. Vat. U. (cuius auctoritatem hic sequuti sumus) *αἰκίαν βλ.* prout etiam legit Schol. vetus, vt ex eius interpretatione satis patet. *βλέπειν αἰκίαν* autem significat, *irato esse vultu, instar eius, qui alicui verbera minatur z):* vt recte Schol. Phrasis similis est illi, *βλέπειν πυῤῥίχην, βλέπειν νάπυ, βλέπειν ὑπότριμμα* et similibus, de quibus v. Indicem nostrum V. Βλέπειν. *Kust.* *αἰκίαν.* Sic B. C. [etiam Rau.] vt bene Kust. e Vat. edidit. Antea legebatur nullo sensu *αἰτίαν βλ.*, quam ineptam lectionem, pro eo quo pollebat acumine et iudicio, reuocauit Berglerus, hac confirmatam nota: „*αἰτίαν. Ita Edd. priscinae; non αἰκίαν, vt nuper.*“ Sic solet bardus ille. V. not. supra 825. et 1007. Scholiastes recte interpretatur: *τί δῆτ' ἄνω βλέπεις, ὡς τυπτήσων τινά.* Phrasis similis est illis, quas enotauimus ad 1169. Vesp. 843. *ὡς ἐγὼ τιμᾷν βλέπω*, ac 900. *ὦ μιαρὸς οὗτος· ὡς δὲ καὶ κλέπτον βλέπει. Brunck.*

1678. (1672. Br.) *μεθ' ἡμῶν σῆς.* Sic membr. Vulgo *ἧς. Brunck.* Restituit Inu. vulgatum, auctoritate cod. Rau. *κατασήσω σε τύραννον*, regem te *constituam, esse iubebo.* v. Tho. M. p. 487.

1679. (1672. K.) *ὀρνίθων παρέξω σοι γάλα.* Synesius epist. 4. *βούλοιντο μὲν ἂν καὶ τὸ ὀρνίθων γάλα παρασχεῖν· παρέχουσι δ' οὖν ὅσα αὐτοῖς ἀήρ τε φέρει καὶ γῆ.* V. in Vesp. 731. vbi ad hoc prouerbium alludit. *Bergl.* add. supra 734.

1680. *πάλιν* pro vulg. *πάλαι*, haud dubie ex Rau., recepit Inu. Nimirum supra 1606. fs. iam aliam conditionem aequam probauerat. Ante *πάλαι* non aeque recte se habet *καὶ etiam.*

1683. *ἐν τῷ Τριβάλλῳ. Omnis res pendet a Triballo.* v. Valck. ad Eurip. Phoen. 1256. Sic Lysiae Or. p. 208. Tayl. *οὐκ ἐλαχίστου μέρους ἐν ὑμῖν ἐστι.*

---

y) F. *εἰκαίαν* (nempe *βλέψιν*). *Reisk.* Sed quid hoc sibi vult?

z) Nam *αἰκία* proprie est iniuria, quae infertur alteri verberibus infligendis, v. Suid. h. v. et Ruhnk. ad Tim. Gl. Pl. p. 15. Vultus trux conuenit et ingenio Herculis et huic loco.

